Eulogii, papæ Alexandrini, τοῦ μακαριωτάτου Εὐλογίου, πάπα Ἀλεξανδρείας, κεφάλαια ἑπτὰ περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Capita septem de duabus naturis Domini Deique ac Salvatoris nostri Jesu Christi, pag. 145, 146.

34. Περὶ οὐσίας καὶ φύσεως καὶ ὑποστάσεως. De substantia, seu essentia et natura et hypostasi, p. 146. Incip. οὐσία ἐστὶν ἡ τὸ κοινόν τε. [V. supra in notitia codd. generali.]

35. Ὅτι ἀδύνατον ἓν θέλημα λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ. Fieri non posse, ut dicatur una in Christo voluntas p. 146-149. Incipit : Τὸ Χριστὸς ὄνομα.

36. Κεφάλαια ι' περὶ τῶν δύο θελημάτων. Capita X, de duplici voluntate Domini ac Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Ἐγράφη δὲ πρὸς ὀρθοδόξους. Scripta sunt ad orthodoxos, p. 149-151. Incip. Εἰ ὥσπερ μιᾶς ὑποστάσεως. [*Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCI, n. 18.]

37. Ἐκ τῶν ἐρωτηθέντων αὐτῷ παρὰ Θεοδώρου μοναχοῦ. Ex quæstionibus, per Theodorum, monachum, S. Maximo propositis p. 151-154. Incip. Φύσις ἐστὶ κατὰ μὲν φιλοσόφους. [*Florent.*, in cod. Laurent. XX, n. 6. plut. VIII, alia quæstio (in ed. tom. I, pag. 304, quæstio XIII, cum Maximi respons. v. Bandin. cat. Gr. Laur. I, p. 365.]

38 Ὅροι διάφοροι τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν περὶ τῶν δύο ἐνεργειῶν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Diversæ SS. Patrum de duabus operationibus Domini ac Dei, Salvatorisque nostri Jesu Christi, definitiones, pag. 154-158 (*a*). « Inter alia testimonia afferuntur in hoc et superiore scripto loca ex deperditis monumentis antiquissimorum Ecclesiæ doctorum, Justini Martyris, Clementis Alex. aliorumque, quorum nomina librorumque titulos habes infra in indice scriptorum.

39. Παρασημείωσις τῆς γενομένης ζητήσεως. Excepta a notariis Acta disputationis celeberrimæ cum Pyrrho, ex-patriarcha Constantinopol., dogma Monothelitarum a Sergio, decessore suo, introductum defendente, habitæ coram Africæ præfecto Gregorio (Georgio) patricio et episcopis, mense Jul. indictione III, a. C. 645, p. 159-195. In codice Romano uno inscribitur, teste Luca Holstenio, ἡ γενομένη ἐν Ἀφρικῇ διάλεξις τοῦ ἁγίου Μαξίμου πρὸς Πύρρον· *S. Maximi disputatio cum Pyrrho, in Africa habita.* Ante Combefisium vertit Gabriel Alexander, Bergomas, ord. præd., Mediolani 1588, et Franciscus Turrianus, cum cujus versione primus Græce edidit Cæsar Baronius ad calcem tomi VIII Annalium, totius excusorum Romæ, *Antuerpiæ, Coloniæ* et non ita pridem *Venetiis :* [in Mansi Coll. concil. tom. XI, p. 681 sqq.] Inde Latine in conciliis Binianis tom. II, parte II, p. 380, et utraque lingua in Labbeanis tom. V, pag. 1784. *Fabr.* Item in Pagii crit. Baron. a. 645, II, p. 631 sqq. Gr. ac Lat. notante Saxio in Onom. II, p. 75; add. vol. XI, p. 464, plura de Maximo et Pyrrho atque hac disputat. in C. Gull. Fr. Walch. Histor. sæpe laudata hæresium, p. 50 sqq. (ubi p. 54, excitatur Mansi Collect. concil. ampliss., tom. X, p. 711, 739, 741 et 757.) — pag. 84 sq., 153 seqq., 156 sqq., 161 sq., 170 sqq., 177 sqq., 192 sq., 194 sq. imprimis p. 202 sqq., ubi alii quoque VV. DD. laudantur, p. 207 sqq. 211, p. 528 sqq., ubi etiam p. 536 sqq. de Maximi colloquio cum Theodosio, Cæsareensi, et citatur Mansius in Coll. concil. tom. XI, p. 49-54. — Item alia Maximi scripta contra Monothelitas recensentur p. 539 sqq. etc. — De Pyrrho vol. X, p. 198, vet. ed. — De Maximi disput. cum Pyrrho Schroeckh. in *Histor. eccl. Christ.* tom. XX, p. 413 sqq.—*Paris.*, in *bibl.* publ. codd. XI. — MCCLVIII et MCCCI.— *Taurin.*, in codd. regiis XXV et LVIII, v. *cat.* codd. Gr. p. 95 et 159. — *Florentiæ*, in cod. Laurent. XX, n. 2 et n. 3, fragm. quoddam, plut. 8, v. Bandin. cat. cit. I, p. 365. Fragment. in cod. Cæsar. v. Lambec. VIII, p. 753, not. 3, *Harl.* Meminit hujus disputationis Photius cod. CXCV, qui διάλογον περὶ τῶν δύο θελημάτων καὶ τῶν δύο ἐπὶ Χριστοῦ ἐνεργειῶν appellat, innuitque, Maximum cum Pyrrho deinde Romam contendisse, quod longe clarius demonstrat Theophanes, p. 275 et Martinus papa, epist. 16. Vide Baronium ad a. C. 645, et Binium ad Vitam Theodori papæ.

40. Περὶ ψυχῆς. De animæ natura et affectionibus p. 195-200. Incipit : Πρῶτον μὲν ἁπάντων. *Fabr.* Maximi scripta psychologica, in Analectis novis Patrum, etc. *Venet.* 1781, p. 153. — Fragmenta quædam *Vindob.* in cod. Cæsar. XLII, n. 12. (Lambec. VII, p. 177) et *Florentiæ* in cod. Laurent. XIII, n. 33, plut. 59; et n. 31, Ep. ad Christian. orthodoxos; v. Bandin. cat. II, p. 523. *Harl.*

41. Epistolæ, partim communes, partim dogmaticæ, et polemicæ, ut digestæ habentur in codice regis Christianissimi (*b*).

a) Ad Georgium (supra num. 39, Gregorium) ἔπαρχον Ἀφρικῆς, πλεύσαντα ἐν Κωνσταντινουπόλει, præfectum Africæ, cum ille Constantinopolin navigasset, λόγος παραινετικός, sermo hortatorius, de magistratu non ambiendo quidem, sed nec contemnendo et pie gerendo, pag. 201-218. Laudat Photius cod.

(*a*) *Paris.* in bibl. publ. codd. XI et CLXXIV. *Harl.*

(*b*) *Paris.* in bibl. publ. sunt Maximi epistolæ in sedecim codd. sec. cat. vol. II. — *Florentiæ* in cod. Laurent. V, n. 3 — 5, plut. 55, duæ epistolæ ad Thalassium et una ad Constantinum, sacellarium : in cod. VII, plut. 57, epistolæ viginti sex : duæ autem priores non occurrunt in ed. Combefisii. V. Bandini cat. II, p. 240 et 345. sqq. Taurini in codd. XXV, XXXV et LVIII; et in cod. Coislin. CCXCIII. etc. sunt multæ Maximi epistolæ. V. cat. codd. Gr. Taur. p. 94, 141 et 159, et Montfauc. bibl. Coislin. p. 411 sq. In.

CXCIV, ubi etiam Georgius, non Georgius, vocatur, ut pag. 336. *Fabr.* V. Walch. *Hist. hær.*, IX, pag. 189 sqq. *Harl.*

b) Epistola ad Joannem κουβικουλάριον, cubicularium, περὶ ἀγάπης, de charitate, pag. 219-231.

c) Ad eumdem περὶ τῆς κατὰ Θεὸν λύπης, de tristitia secundum Deum, pag. 231-235.

d) Ad Constantinum (fortasse sacellarium, ad quem infra litt. (y); quem verbis ὁ εὐλογημένος μου δεσπότης compellat p. 235-238.

e) Ad Joannem, Cyzici archiepiscopum, ὅτι ἀσώματός ἐστιν ἡ ψυχή, quod anima sit incorporea, p. 238-243.

f) Ad Joannem (*a*) presbyterum, περὶ τοῦ καὶ μετὰ θάνατον ἔχειν τὴν ψυχὴν τὴν νοερὰν ἐνέργειαν, καὶ μηδεμιᾶς ἐξίστασθαι φυσικῆς δυνάμεως, animam etiam a morte intelligere, nec ullam ex facultatibus quæ insunt a natura, amittere, pag. 243-247.

g) Ad eumdem p. 248-251. Incipit: Ὁ κατὰ σάρκα πόθος.

h) Ad Thalassium, presbyterum et ἡγούμενον, sive abbatem, pag. 251-253. Incipit: Τρία, καθώς φασιν. Fabr. *Vindobonæ*, in cod. Cæs. CCLXXXIII, duæ ep. ad Thalassium et epistola ad Polychronium, monach. V. Lambec. V, p. 478. cum nota Koll. *Harl.*

i) Ad Joannem cubicularium, pag. 253-255. Incipit: Ἐπειδὴ τὴν αἰτίαν. Fabr. *Vindob.* in cod. Cæsar. LXVIII, n. 10, notante Kollario ad Lambecii comm. et Lambetium corrigente VII, p. 241; sunt fragm. ep. ad Joann. cubicularium, fragm. epist. ad Petrum illustr. et epistola, in fine mutila, ad Cosmam, diacon. Alexandr.— epp. ad Joan. cubic. in pluribus codd. Coislin. V. Montfauc. bibl. Coisl. p. 421, 449, 574 sqq. 579, 586. *Harl.*

k) Πρὸς ἡγουμένην, *ad præpositam* (Ἰανίαν nomine, ut ex Photii cod. CXCIV Combefisius colligit), περὶ ἀσκητρίας ἐξελθούσης τῆς μονῆς καὶ μετανοησάσης, de moniali, quæ monasterio exierat ac quam facti pœnituerat, p. 255-259.

l) Ad Joannem cubicularium, περὶ τῶν ὀρθῶν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ δογμάτων, καὶ κατὰ Σευήρου τοῦ αἱρετικοῦ. De rectis Ecclesiæ Dei decretis, et adversus Severum, hæreticum, p. 259—291. Incipit: Καλῶς ἔχειν λογισάμενος.

m) Πρὸς Πέτρον Ἰλλούστριον λόγος ἐπίτομος κατὰ τῶν Σευήρου δογμάτων. Ad Petrum illustrem liber brevis adversus dogmata Severi, pag. 291—307. Incipit: Ἔδειξεν ὡς ἀληθῶς εὐλογημένος μου δεσπότης. [Mansi, Coll. concil. tom. X, p. 690; Assemann. l. c, p. 163 sqq.; Walch. l. c, p. 213. *H.*]

n) Ad eumdem epistola dogmatica, p. 307—313. Incipit: Ὁ μὲν Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἀγαθός.

o) Ad Cosmam, diaconum Alexandrinum, περὶ κοινοῦ καὶ ἰδίου, τουτέστιν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, de communi et proprio, hoc est de essentia et hypostasi, pag. 313—333. Incipit: ἐπειδήπερ πολὺς ἡμῖν.

p) Ad eumdem p. 334—336. Incipit: Πολλαῖς με λύπης.

q) Epistola ad Julianum, scholasticum Alexandrinum, περὶ τοῦ κατὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου ἐκκλησιαστικοῦ δόγματος, de ecclesiastico dogmate Dominicæ incarnationis, pag. 336—339. Incipit: Χαρᾶς μεγάλης.

r) Ἐκ προσώπου Γεωργίου πανευφήμου ἐπάρχου Ἀφρικῆς, πρὸς ἀσκητρίας ἀποστάσας τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Ex persona Georgii, laudatissimi præfecti Africæ, ad moniales, quæ Alexandriæ a catholica fide discesserant, p. 336—342. Incipit: Ἐγὼ μὲν ᾤμην ὑμᾶς.

s) Ad Pyrrhum, presbyterum et abbatem, pag. 343—348. Incipit: Τὴν ἁγίαν σου, θεοτίμητε Πάτερ.

t) Ad Marinum, monachum (eumdem fortasse, qui postea in Cypro presbyter), pag. 347—351. Incipit: Ἐγὼ μὲν εἰδὼς τῶν οἰκείων πλημμελημάτων τὸ πλῆθος.

u) Ad Cydoniæ (quæ hodie Canea in Creta insula) episcopum, pag. 351, 352. Incipit: Αὐτὸν ἑαυτῷ τὸν Θεόν.

v) Ad Auxentium, p. 352, 353. Incipit: Εἰ μὲν θαρρoῦντες.

x) Ad Stephanum, presbyterum, p. 353. Incipit: Ἀγάπης ἴδιον.

y) Ad Constantinum, sacellarium (eumdem, ut videtur, ad quem supra n. 41), pag. 354 — 356. Incipit: Ἧκε τὸ τίμιον τοῦ θεοφυλάκτου μου δεσπότου γράμμα.

z) Ad Cononem, presbyterum et abbatem, pag. 357, 358. Incipit: Πιστεύω καθὼς παρέλαβον.

aa) Ad Thalassium, presbyterum, cum is quæsiisset, Πῶς ἔνιοι τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι βασιλέων ὑπὲρ ὀργῆς θεηλάτου ἐπικειμένης τῷ ὑπηκόῳ πλήθει κατέθυον τέκνα καὶ προσγενεῖς, καὶ ἐπαύετο ἡ ὀργή, καθὼς πολλοῖς τῶν ἀρχαίων ἱστόρηται; *Qui fiat ut nonnullis gentilium regibus, ad Dei iram, subditis ingruentem, depellendam, liberos et affines immolantibus, ira cessaret, ut plures veterum conscripserunt?* p. 358, 359. Incipit: Καὶ Ἕλλησιν ὁ Θεὸς συνεχώρει χρηματίζεσθαι.

bb) Ad Joannem, cubicularium, p. 359—361. Incipit: Οἱ μὲν κατὰ κόσμον.

cc) Ad Cyrisicium (Κυρισίκιον) episcopum, p. 361. Incipit: Τῆς θείας ἐπὶ γῆς.

dd) Ad eumdem, p. 362. Incipit: Ὁ μὲν Θεὸς ζητῶν.

ee) Epistola ad Joannem episcopum, p. 363. Incipit: Φασὶν οἱ τὴν τῶν ὄντων φύσιν λογικῶς διασκεψάμενοι.

ff) Ad eumdem, p. 364. Incipit: Ὥσπερ ἀκτὶς ἐπισπᾶσαι.

gg) Ad Polychronium, abbatem, p. 365. Incipit: Ἐπειδὴ ταχὴν.

hh) Ad eumdem, p. 365. Incipit: Εἰ κατὰ τὸν μέγαν νικητήν.

ii) Ad eumdem, p. 366. Incipit: Εἰρήνην ἀπιὼν πρός.

kk) Ad eumdem, p. 367. Incipit: Εἰ μετὰ τὴν μεγάλην.

ll) Ad eumdem, p. 367. Incipit: Εὐλογημένος ἐστὶν ὁ.

mm) Ad eumdem, p. 368. Incipit: Πάλιν σου τίμιον γράμμα.

nn) Ad eumdem, p. 369. Incipit: Εὐχαριστοῦμέν σοι, τίμιε Πάτερ.

oo) Ad eumdem, p. 370. Incipit: Ἄφθονος ἡμῶν διατρέφεις.

pp) Ad Thalassium (*a*), presbyterum et abbatem, p. 370. Incipit: Τῷ σοφῷ καὶ τιμίῳ γράμματι τῆς ὑμετέρας, δέσποτα, πατρικῆς ἁγιωσύνης.

(*a*) Ad *Jordanem, presbyterum*, in bibl. *Taurin.* in cod. XXV, in cat. etc. p. 94. — in cod. *Veneto Marc.* DIV, in quo plura sunt Maximi opp. v. cat. codd. Gr. Marc. p. 267. — in cod. *Vindobon.* Cæs. XI n. 12. v. Kollar. supplem. ad Lamb. comm. p. 99. — et in cod. quondam *Gudiano*, nunc *Guelferbyt.* qui continet multa nondum edita Max. opp. teste Oudino l. c. pag. 1645, sq. *Harl.*

(*b*) Quæ sequuntur epistolæ, ex codd. Mediceo et Romano Bigotius descripsit et cum Combefisio communicavit.

qq) Ad eamdem, p. 371. Incipit : Εἰς Χριστὸν πάντα αἰχμαλωτίζειν.
rr) Ad eumdem, p. 372. Incipit : Ὁ μακάριος Δαβίδ.
ss) Ad Joannem cubicularium, p. 373—375. Incipit : Ἦλθεν τὸ τίμιον.
tt) Ad eumdem, παραθετικὴ, commendans Georgium, Africæ præfectum, p. 376—379. Incipit : Διὰ νόμου καὶ προφητῶν.
uu) Ad eumdem, p. 379—381. Incipit : Πάσῃ μὲν γενεᾷ.
[Epistola ad Anastasium monachum, in Mansi Coll. concil. tom. XI, pag. 11. Conf. Walch. l. c. pag. 259. *Harl.*]

42. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. De S. Trinitate, dialogi V, 1, 2 adversus Anomœos, ut 3 adversus Macedonianos, et 4, 5 adversus Apollinarium sub S. Athanasii nomine primum a Theodoro Beza, ac deinde inter Athanasii opera sæpius editi et a J. Garnerio relati ad Theodoretum; sed quos Maximo, ut notat, qui post Bezam vertit, Combefisius, ascribunt Romani codices et Veneti, ipseque Dufrenii (a). Sicque passim citant Græci (b) qui πολεμικὰ scripserunt a 400 et 500 annis, p. 381 — 484. *Licebat*, inquit Combefisius, *et alia addere, quæ produxit Abrahamus Scultetus et habentur tomo altero Operum Athanasii : ac præcipue disputationem unam et alteram cum Macedoniano de Spiritu S. ipsas quoque dialogi specie, et superioribus ita affines, ut ab una eademque vena profectas cum superioribus quinque dialogis vix dubitari possit : quamvis non ita passim exstent nomine Maximi.*

43. Μυσταγωγία περὶ τοῦ τίνων σύμβολα τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐπὶ τῆς συνάξεως τελούμενα καθέστηκε. *Mystagogia*, qua explicantur quorum signa sint, quæ in sancta Ecclesia peraguntur in divina synaxi, pag. 489 — 526; præmissis Maximi Margunii, Cytherorum episcopi, et Dan. Hœschelii Græcis epistolis, præmissis primæ editioni Mystagogiæ Græcæ, quam e ms. Augustano Hœschelius dedit Augustæ Vindel. 1599, in-8, subjuncta ad calcem voluminis Latina versione Gentiani Herveti, qui ante Combefisium hoc scriptum fuit interpretatus, cujusque versio, *Venetiis* primum anno 1548, in-8, separatim edita, exstat etiam inter liturgica Claudii de Sainctes, theologi Parisiensis, *Antwerp*. 1562, in-8, et in Bibliothecis Patrum. Græce et Latine recusa est *Mystagogia* in auctario Bibl. Patrum Ducæano tom. II, p. 166, *Paris*. 1624, fol.; et in tomo XII edit. Morellianæ, p. 410 [v. cat. bibl. Leid. p. 57]. In quibusdam codicibus περὶ ἐκκλησιαστικῆς μυσταγωγίας, et πρὸς τὸν θεοχάριστον inscribitur. *Fabr.* Exstat quoque in Liturgiis Patrum, curante S. Andrea et F. Claudio de Sainctes. *Paris.*, 1560 fol. et rec. *Antwerp*. 1562. 8. Add. Oudin. l. c. pag. 1646. — In cod. Cæsar. Vindob. CXCVI, n. 8, in quo cod. plura sunt Maximi opusc.; v. Lambec. vol. IV, Comment. p. 472, qui utilissimum fore arbitratur, ut exemplar illud ms. cum ed. Hœschel. accurate conferatur. — *Paris.* in quatuor codd. bibl. publ. — *Venetiis* in cod. Marc. XXVI, ex capite primo Mystagogiæ, sub falso titulo *Historiæ ecclesiast.* v. cel. Morelli Bibl. ms. Lat. et Gr. p. 47. — *Florentiæ*, in cod. Laurent. XXXIX, n. 2, plut. 10, caput IV *Mystagogiæ* ad Theocharistum (pag. 498 ed. opp.) v. *Bandin* cat. cit. l. p. 494. *Harl.*

44. *Loci communes*, κεφάλαια θεολογικὰ, ἤτοι ἐκλογαὶ ἐκ διαφόρων βιβλίων τῶν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τῶν θύραθεν. Capita theologica, sive scite dicta atque electa ex diversis tum Christianorum tum externorum libris p. 528 — 689. Hoc est illud opus, propter quod speciatim in hoc capite de S. Maximo agendum suscepi, et cujus titulos, sive argumenta capitum LXXI jam descripsi, p. 599 seq. Illud ante Combefisium verterat cum Conrado Gesnero, Joannes *Ribittus*, Sabaudus. Sed Gesnerus, qui primus Græce et Latine edidit *Tiguri*, 1546, fol. Maximi *collectionem*, optimo consilio distinxit a sylloge simili junioris scriptoris, Antonii Melissæ. Itaque non laudanda confusio, quæ offenditur in posterioribus editionibus, ut *Genevensi*, 1609, fol., ubi Maximus et Antonius ad Stobæi calcem exhibentur. Nam in editione Wecheliana *Francof.*, 1581 fol. confusio etiam major, ubi capita Maximi et Antonii Stobæanis permista sunt. Laudandus inde Combefisius, quod S. Maximo sua restituit exhibuitque illa separatim, adjutus codice ms. Maximi, non integro illo quidem, quem a D. de Ballesdens, sacerdote, suppeditatum sibi memorat. Exstant isti loci communes

(a) Conf. vol. VIII, p. 203, n. 74, inter Athanasii scripta; et p. 299, de Theodoreto, vol. IX, p. 388, vet. ed. de Photio, ubi Fabr. judicat, a Combefisio illos libros Maximo tribui parum certa conjectura : Maximo attribuuntur in cod. Vindob. Cæsar. CXCIV (in quo quatuor alia Maximi opp. insunt), n. 5, v. Lambec. IV, p. 466 sq. ibique not. Kollarii — Oudin. l. c. pag. 1643 sqq. Add. cod. in bibl. *Genev*. 30, et plura de eo atque dialogor. auctore, J. Senebier, in : Catalogue raisonné des mss. conservés dans la biblioth. de la ville de Genève, à *Genève* 1779, 8 p. 38 sqq., ubi primum recudi fecit præf. Bezæ ad ed. illorum dialogor. *Genev.* ap. H. Stephan. 1570 : tum quorumdam codd. et virorum doct. refert judicia de auctore illorum; sententiam vero Garnerii, Theodoreto ea vindicaturi, ridiculam esse pronuntiat : denique observat, ad calcem dialogorum in cod. Genev. reperiri vitam Maximi, εἰς τὸν βίον καὶ τὴν ἄθλησιν τοῦ — — ὁμολογητοῦ Μαξίμου, et initio rectius, quam apud Allatium, legi καὶ πάντων μὲν pro vitioso καὶ πάλαι μὲν τῶν, uti etiam conjecit Fabr. *Harl.*

(b) Ut Demetrius Cydonius, c. 5, *De processione Spiritus S.* et Gregorius CPol. apud Allatium tom. I *Græciæ orthodoxæ*, p. 448. Manuel Calecas, in tom. II Auctarii noviss. Combefisiani p. 37 et 233, qui tamen pag. 222, videtur notare, quod in Athanasii scriptum σημειώσεις tantum S. Maximus composuerit, atque S. Athanasio ipsi tribuere dialogos pag. 63, 247. Maximo etiam tribuit Georgius protosyncellus apologia adversus epistolam Marci Ephesini, in appendice ad synodum Florentinam, etc.

etiam Latine in Bibliothecæ Patrum editionibus Paris. et Colon., sed itidem ex Gesneri editione, συναγωγὰς Maximi et Antonii inter se permiscente (a).

Capita Locorum communium S. Maximi.

Procemium ex Ephraimo, Πῶς χρὴ ἀναγινώσκειν, ἢ ἀναγινώσκοντι προσέχειν· *Quomodo legere, vel legenti auscultare oporteat* (quod in edit. Wechel. et Genevensi Stobæi Antonii et Maximi ad calcem universi operis subjunctum est p. 962).

Edit. Wechel.

11. 1. Περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας. *De virtute et vitio in vita*, tom. II Opp. Maximi, p. 529. Adde Melissam, lib. I, c. 7.
29. 2. Περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς. *De prudentia et consilio*, pag. 533. Melissa, lib. I, c. 8.
84. 3. Περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης. *De pudicitia et castitate*, p. 536. Melissa, lib. I, c. 14.
49. 4. Περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος. *De fortitudine ac robore*, p. 540. Adde Melissam, lib. I, cap. 12.
52. 5. Περὶ δικαιοσύνης. *De justitia*, p. 543. Melissa, lib. I, cap. 13.
213. 6. Περὶ φίλων καὶ φιλαδελφίας. *De amicis et fraterno amore*, p. 545. Melissa, lib. I, c. 24.
76. 7. Περὶ ἐλεημοσύνης. *De misericordia in pauperes*, pag. 551. Melissa, lib. I, c. 27.
77. 8. Περὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος. *De beneficentia et gratia*, p. 555. Melissa, lib. I, c. 29.
153. sq. 9. Περὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας. *De magistratu, seu imperio et potestate*, p. 558.
70. 10. Περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς. *De vituperatione et calumnia*, p. 562. Melissa, lib. I, cap. 53.
65. 11. Περὶ κολακείας. *De adulatione*, p. 564. Melissa, lib. I, c. 52.
230. sq. 12. Περὶ πλούτου καὶ πενίας καὶ φιλαργυρίας. *De divitiis et paupertate ac avaritia*, p. 567.
40. 13. Περὶ αὐταρκείας. *De virtute animi, sorte sua contenti*, p. 573. Melissa, lib. I, c. 36.
294. 14. Περὶ προσευχῆς. *De precibus ad Deum*, p. 574. Melissa, lib. I, c. 46.
296. 15. Περὶ διδαχῆς καὶ λόγων. *De eruditione et eloquentia*, p. 578. Melissa, lib. I, c. 48.
68. 16. Περὶ νουθεσίας. *De correptione*, p. 580. Melissa, lib. I, cap. 49.
210. 17. Περὶ παιδείας καὶ φιλοσοφίας. *De doctrina et philosophia*, p. 582. Melissa, lib. I, c. 50.
248. 18. Περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας. *De secundis rebus atque adversis*, p. 587. Melissa, lib. I, c. 70.
99. 19. Περὶ ὀργῆς καὶ θυμοῦ. *De ira et furore*, p. 592. Melissa, lib. II, c. 53.
128. 20. Περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορρήτων. *De silentio et arcanis*, p. 595. Melissa, lib. I, c. 73.
46. 21. Περὶ πολυπραγμοσύνης καὶ ἡσυχίας. *De curiositate alienorum negotiorum, et de quiete animi*, p. 598. Melissa, lib. II, c. 76.
54. 22. Περὶ πλεονεξίας. *De avaritia*, p. 600.
199. 23. Περὶ τιμῆς γονέων καὶ φιλοτεκνίας. *De honore parentum, et liberorum amore*, p. 603.
288. 24. Περὶ φόβου. *De timore*, p. 605. Melissa, lib. I, c. 66.
306. 25. Περὶ τῶν ταχέως μεταβαλλομένων καὶ περὶ μετανοίας. *De iis, qui cito mutantur, deque pœnitentia*, p. 606. Melissa, lib. I, c. 18.
297. 26. Περὶ ἁμαρτίας καὶ ἐξαγορεύσεως. *De peccato et confessione*, p. 608.
87. 27. Περὶ ἀκρασίας καὶ γαστριμαργίας. *De ciborum incontinentia et gula*, p. 611. Melissa. lib. I, c. 39.
240. 28. Περὶ λύπης καὶ ἀθυμίας. *De tristitia et animi ægritudine*, p. 613. Melissa, lib. I, c. 71.
89. 29. Περὶ ὕπνου. *De somno*, p. 615. Melissa, lib. I, c. 42.
88. 30. Περὶ μέθης. *De ebrietate*, p. 616. Melissa, lib. I, c. 41.
67. 31. Περὶ παρρησίας καὶ ἐλέγχου. *De libertate loquendi et reprehendendi*, p. 618. Melissa, lib. II, c. 78.
118. 32. Περὶ φιλοπονίας. *De laboris studio et industria*, p. 620.
113. 33. Περὶ ὅρκου. *De jurejurando*, p. 621.
103. 34. Περὶ κενοδοξίας. *De inani gloria*, p. 622.
61. 35. Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους. *De veritate et mendacio*, p. 624.
261. 36. Περὶ θανάτου. *De morte*, p. 625. Melissa, lib. I, c. 58.
166. 37. Περὶ εἰρήνης καὶ πολέμου. *De pace et bello*, p. 628.
260. 38. Περὶ ἐλπίδος. *De spe*, p. 629.
181. 39. Περὶ γυναικῶν. *De mulieribus*, p. 631.
101. 40. Περὶ ἀντιλογίας καὶ θρασύτητος, καὶ ἔριδος. *De contradictione et procacia et contentione*, p. 632. Melissa, lib. II, c. 71.
263. 41. Περὶ γήρως καὶ νεότητος. *De senectute et juventute*, p. 634.
93. 42. Περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. *De patientia et longanimitate*, pag. 636
69. 43. Περὶ ἐπαίνου. *De laude*, p. 638. Melissa, lib. I, c. 51.
161. 44. Περὶ κάλλους. *De pulchritudine*, p. 639. Melissa, lib. I, c. 60.
282. 45. Περὶ μελλούσης κρίσεως. *De futuro judicio*, p. 641. Melissa, lib. I, c. 20.
162. 46. Περὶ δόξης. *De gloria*, p. 643. Melissa, lib. I, c. 61.
134. 47. Περὶ γλωσσαλγίας. *De loquacitate et linguæ incontinentia*, p. 647. Melissa, lib. II, c. 70.
284. 48. Περὶ Προνοίας. *De Providentia*, p. 648.
42. 49. Περὶ ταπεινοφροσύνης. *De modestia animi*, p. 649. Melissa, lib. I, c. 73.
245. 50. Περὶ ἰατρῶν. *De medicis*, p. 651. Melissa, lib. I, c. 56.
285. 51. Περὶ πίστεως. *De fide*, p. 652. Melissa, lib. I, c. 44.

(a) *Vindobonæ* in cod. Cæsar. CCCXX, n. 2, sunt Maximi *Loci communes*; v. Lambec. V, pag. 589: ibique not. Kollarii, et in vol. IV, p. 468 sq. de cod. pervetusto CXCV, qui continet Max. *locos communes*. — Ib. in vol. VII, pag. 309 seq. de cod. LXXXIII. — *Paris.* in quinque codd. bibl. publ. — *Florentiæ*, in bibl. Laurent. Med. cod. XV, n. 4, plut. 7; in collectione quadam sententiarum, v. Bandin. cat. codd. Gr. Laur. I. p. 252 sqq., et p. 449 de cod. XXIX, plut. 9, qui comprehendit Max. *Locos communes*, initio ac fine mutilos. — In cod. Veneto Marc. CCLVII, loci ex Maximo in florilegio quodam: Ὅροι καὶ ὑπογραφαὶ ἐκ διαφόρων λόγων (ex auctoribus sacris et profanis), ἀπανθισθέντες κατὰ στοιχεῖον, v. cl. *Morell.* in bibl. ms. Gr. et Lat. p. 144 sq. *Harl.*

110. 52. Περὶ μνήμης. *De memoria*, p. 653. Melissa, lib. I, c. 54.
293 53. Περὶ ψυχῆς. *De anima*, p. 655. Melissa, lib. I, c. 55.
140 54. Περὶ φθόνου. *De invidia*, p. 656. Melissa, lib. I, c. 62.
5. 55. Περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου. *De voluntario et involuntario*, p. 660. Melissa, lib. I, c. 65.
103. 56. Περὶ τοῦ, Γνῶθι σεαυτόν. *De dicto*, Nosce te ipsum, p. 662. Melissa, lib. I, c. 59.
137. 57. Περὶ χρηστότητος. *De bonitate, seu benignitate*, p. 664. Melissa, lib. II, c. 83.
143. 58. Περὶ νόμου. *De lege*, p. 665. Melissa, lib. I, c. 67.
26. 59. Περὶ λογικοῦ καὶ λογισμοῦ. *De parte rationabili hominis et ratione*, p. 668. Melissa, lib. I, c. 64.
33. 60. Περὶ ἀφροσύνης, ἄφρονος καὶ ἀνοήτου καὶ ἀπαιδεύτου καὶ μωροῦ. *De insipientia, insipiente et stolido et imperito ac stulto*, p. 669. Adde Melissam, lib. I, c. 9.
74. 61. Περὶ ἀσωτίας. *De luxuria et prodigalitate*, p. 671. Melissa, lib. I, c. 39, 40.
144. 62. Περὶ συνηθείας καὶ ἔθους. *De consuetudine ac more*, p 672.
217. 63. Περὶ εὐγενείας καὶ δυσγενείας. *De nobilitate et ignobilitate*, p. 675. Melissa, lib. II, c. 79.
91. 64. Περὶ γέλωτος. *De risu*, p. 677. Melissa, lib. I, c. 36.
90. 65. Περὶ ἐνυπνίων. *De insomniis*, p. 678. Melissa, lib. I, c. 43.
9. 66. Περὶ ἀκακίας καὶ μνησικακίας. *De innocentia et injuriarum memoria*, p. 679. Melissa, lib. II, c. 54.
246. 67. Περὶ βίου ἀνωμαλίας. *De vitæ inæqualitate*, p. 682. Melissa, lib. I, c. 71.
3. 68. Περὶ τοῦ, ὅτι δεῖ τιμᾷν ἀρετὴν καὶ κολάζειν κακίαν. *De eo, quod honor habendus virtuti, vitium puniendum*, p. 684. Melissa, lib. I, c. 68.
105. 69. Περὶ φιλαυτίας. *De cæco amore sui*, p. 685. Melissa, lib. II, c. 75.
4. 70. Περὶ τοῦ, ὅτι εὔκολος ἡ κακία, καὶ δυσπόριστος ἀρετή. *Vitium esse facile, non facile parari virtutem*, p. 687. Melissa, lib. I, c. 69.
15. 71. Περὶ τοῦ, ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖστον ἄριστον. *Non semper majorem partem esse optimam*, p. 688. 689. Melissa, lib. I, cap. 37.

Mantissæ loco Combefisius p. 690 — 693 subjunxit Græce et Latine ἔκθεσιν τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως, expositionem confessionis fidei Latinorum, scriptam missamque a Gregorio XI Romano pontifice, ad sanctiss. Germanum, patriarcham Constantinopol. In hac dicitur S. Athanasius symbolum scripsisse Latine, cum in Occidentis partibus exsularet (a). Ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος, ὅταν ἐν τοῖς μέρεσι δυτικοῖς ἐξόριστος ἦν, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν τοῖς Λατινικοῖς ῥήμασιν διεσάφησεν. Citatur et ἔκθεσις fidei Gregorii Thaumaturgi, et Gregorius Nyssenus, et Ambrosius, Augustinus et Hieronymus, quem τὸν ἰσχυρώτατον τῆς τῶν αἱρετικῶν στρεβλότητος καταμαχητὴν appellat, quos secutus Cyrillus Alex. et synodus Ephesina Spiritum S. ex Filio esse docuerint : Cyrillus in προσφωνητικῷ ad Theodosium, imp. et ad Hermiam in expositione noni anathematismi. Addit Gregorius IX epistolam Cyrilli ad Nestorium cum XII anathematismis, receptam a tertia, sive Ephesina synodo, Theodorum Mopsuestenum autem et Theodoreti adversus XII capitula opus a quinta synodo damnatum. Citantur etiam loca ex Cyrilli epistola ad Acacium, episc. Melitensem, et altera ad Donatum, episcopum. Subscribunt huic expositioni fidei apocrisiarii ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν κηρύκων, ex ordine prædicatorum, Ammonius, Radulphus, etc.

Volumen claudunt Combefisii notæ p. 695 — 731, et indices scriptorum in locis communibus, dictorum S. Scripturæ, rerumque.

INDEX SCRIPTORUM

Sancto Maximo in duobus tomis editionis Combefisianæ laudatorum,

Concinnatus a me ad paginas illius editionis (b).

(a) Add. vol. VIII, p. 210, *Harl.*

(b) Ex cod. Laurent. XXIX, a Bandin. l. c. I, p. 449, apponuntur scriptores, quorum nomina ibi citantur, nec vero occurrunt in hoc Fabriciano catalogo : n. Agesilaus pag 9 b; Arcesilaus, p. 101; Archelaus, p. 12, b; Artaxerxes, p. 14, b; Κάσος, sive κάπος, p. 45 b; Fabius, p. 77. Hypsias, p. 8, b; Iphicrates, p. 44. Lysias, rhetor, p. 58, b; Photius, patriarcha, p. 21 b; 56 b; 46, 64 b; 66 b; 80 b. (et in nota, « hinc, ait, colligas, syllogen hanc scite dictorum, uti jacet in codice, non S. Maximo, sed juniori cuidam scriptori, forte Antonio Melissæ, adjudicandam esse : quæ confusio a Fabricio quoque n. 44, animadversa fuit. » Seleucus, p. 53 b. Σιμοκατ. p. 88 b; Symeon Metaphrastes, p. 82 b; Synesius, p. 14 b; Syrus, p. 18 b; Zonæus, p. 84. *Harl.*

Opera S. Maximi edita, quæ in duobus tomis editionis Combefisianæ non exstant.

45. Fragmenta plurima S. Maximi, in Catenis Patrum ad S. Scripturæ libros, et speciatim in expositione Cantici canticorum per paraphrasin, collecta ex Gregorio Nysseno, Nilo et Maximo, tom. II Auctarii Ducæani, *Paris.* 1624, fol. p. 681, et tom. XIII Bibl. Patrum edit. Morell. a. 1654. *Fabr.* V. supra, vol. VIII, cap. 13, de catenis Patrum Gr. in S. Scripturam, passim. — Aliquoties in catenis mss. Coislinianis, in Montfauc. bibl. Coisl. ex Gr. in Psalmos, p. 244 bis; in Lucam, p. 67 et 252; in Epist. Jacobi, p. 263, etc. — In Lambec. comm. de codd. Cæsar. vol. III, X, XV, XLII et XLVI. — Vol. IV, p. 397 s., cod. CLXIX, n. 2. Expositio paraphrastica Cantici canticorum ex Gregorio Nysseno, Nili et Maximi commentariis collecta: — p. 457 seq. sive codd. CLXXXVIII, n. 22, in catena in psalmum CIII. — *Florentiæ*, in catenis in Isaiam, Psalmos et IV Evangelia. V. Bandin. cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 18, 91 et 161. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XXVII s. Catena in IV Evangelia, de qua v. cl. Morell. ms. Gr. et Lat. I, pag. 48 seq. Add. catal. codd. Gr. bibl. Marci, p. 23, 259, etc. *Harl.*

46. Scholia in Opera, quæ jampridem feruntur sub nomine S. Dionysii Areopagitæ, illique a Maximo magna contentione vindicantur (*a*), prodierunt Græce primum ex Guil. Morellii officina, *Paris.*, 1562 in-8; una cum Dionysio ipso et Georgii Pachymeræ, Maximum secuti, paraphrasi et Michaelis Syngeli in Dionysium encomio. Deinde Græce et Latine cum Petri Lansselii S. I. versione, in editione operum Dionysii *Antwerp.* 1615 in-fol. et cum versione Balthasaris Corderii ex eadem S. I. *Paris.* 1633, fol. II vol. Francisci Combefisii breves ad Maximi in Dionysium scholia vindiciæ, et interpretum Lansselii et Corderii castigationes exstant ad calcem homiliæ S. Chrysostomi, quæ incipit: Φέρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων, editæ Græce et Latine a Combefisio, *Paris.*, 1645, in-4, p. 65-86.

INDEX SCRIPTORUM

Et hæreticorum, in scholiis Maximi ad Dionysium memoratorum,
Concinnatus a me ad paginas editionis Corderianæ (1).

(*a*) V. supra, vol. VII, p. 12, 13, 16, 17 et paulo antea init. h. §. de ed. Combef. ac tomo ejus tertio, prelo jam parato, necdum edito. it. Oudin. l. c pag. 1649, qui quosdam excitat codd. — In cat. codd. Angliæ, etc. tom. II, n. 6110, cod. Galei sic citatur: *Maximi, monachi, ambigua, vel scholia in Dionysium, Areopagitam, inedita Gr.* add. ibid. in tom. I, inter codd. *Oxoniens.* n. 1608 et 1630. Montfaucon. bibl. Coislin. p. 140 et 303, ejusd. palæogr. Græc. pag. 61 et 322. — *Venetiis*, in codd. Marcianis, v. supra, vol. VII, p. 16 et cel. Morell. in bibl. mss. Gr. et Lat I, p. 88 seq. de cod. CXLIII, qui adnotat, ad illius cod. fidem Opp. Dionysii, Areopag., recensita esse et emendata, scholia aucta, atque ex iis quædam, veluti Germani, patriarchæ CPolitani, ab aliis S. Maximi distincta; adhuc tamen, num distinctio ea recte se habeat, posse in dubium revocari cum Jo. Fr. Bernardo de Rubeis in diss. præliminari editionis ipsius, — *Taurini*, in bibl. reg, cod. XXIV, fol. 108, sunt Maximi de « diversis dubiis SS. Dionysii et Gregorii ad Thomam, præfectum; atque auctor cat.; codd. Gr. Taur. p. 95. » Habentur, inquit, quatuor capp. in primam S. Gregorii orat. de Filio, et quintum in Dionysii, Areopagitæ, epist. ad Caium, therapeutam. » — *Paris.* in sedecim codd. bibl. publ. *Harl.*

(1) Quam complectuntur nostræ *Patrologiæ* tomi III et IV. Edit.

Polycarpus, ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῇ αὐτοῦ, tom. I, Præf. p. xxxv, πρὸς Φιλιππησίους, tom. II, p. 93.

Sextus, ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος, tom. II, p. 55.

Simon Magus, tom. I, p. 421, 703, 740; tom. II, p. 123.

Stoicis et Epicureis (cum) philosophis disputans Athenis S. Paulus, apostolus, tom. I, Præf. p. xxxiii.

Symbolum, tom. I, p. 310.

Symmachus, tom. II, p. 17, 95.

Theodotio, tom. II, p. 17.

Θεολογία (ἡ) φησὶ, tom. I, p. 310. Locus e libro Sapientiæ Salomonis.

Θεολογικαὶ δέλτοι, biblia Vet. et Novi Test., tom. I, p. 242. Οἱ καθ' ἡμᾶς θεολόγοι, prophetæ et apostoli, I, p. 466.

Titus, (Bostrensis) ἐν τοῖς κατὰ Μανιχαίων λόγοις, tom. I, p. 58.

Valentinus, hæreticus, tom. I, p. 421. Valentiniani, tom. I, p. 855.

47. Ἐξήγησις κεφαλαιώδης περὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν σωτηρίου Πάσχα, τὸ διαγραφὲν κανόνιον ἑρμηνεύουσα. *Brevis enarratio Christiani Paschatis*, qua descripti laterculi ratio declaratur (*a*). Parte tertia cap. 9, testatur Maximus, se hunc computum Paschatis ecclesiastici scripsisse indictione xiv, anno Heraclii, imp. XXXI, Diocletiani CCCLVII hoc est Christi DCXL. Excerpta ampla Græce dederat cum notis Josephus Scaliger lib. vii *De emendat. temporum*, p. 736 seq. Confer lib. ii, pag. 163 seq. Integrum primus Græce vulgavit e Vaticano codice Dionysius Petavius, addita Latina sua versione, *Paris*. 1630, fol., p. 313, in Uranologio, quod recusum est Amstelodami, (licet titulus Antwerpiam præferat) 1703 fol. Ad eumdem computum illustrandum faciunt multa in Petavii libro octavo variarum dissertationum, quæ in illo Uranologio priscis veterum scriptorum monumentis subjiciuntur. Quænam illa præter Maximi ἐξήγησιν sint, dixi lib. iii, [cap. 18 vol. IV, p. 29 sq. not. fff.].

48. Ἄπορα, Ambigua, sive difficilia loca in orationibus quibusdam Gregorii Nazianzeni, explanata, ad Joannem, Cyzici episcopum (*b*). Meminit horum ἀπόρων Maximus ipse in quæstionibus ad Thalassium, tom. I, pag. 87; et Jo. Tzetzes, Chiliad. IX, v. 866.

> Περὶ τοῦ λέγοντος χρησμοῦ τὰς Θετταλὰς τὰς ἵππους
> Μέμνηται μὲν καὶ Μάξιμος ἱστοριῶν τοῖς λόγοις,
> Ἃς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριος ὁ Μέγας.

Latine vertit, qui sæpe etiam illorum in libris de divisione naturæ meminit, circa a. C. 864. Joannes (*c*) Scotus Eringena, s. Erigena, jussu Caroli Calvi, ut ipse testatur in epistola ad Carolum, quam interpretationi suæ præmisit: *Hoc opus Maximi, monachi et abbatis, quod sanctissimo et beatissimo archiepiscopo Cyzici Joanne postulante de quorumdam in sermonibus beatissimi Gregorii, Theologi, ambiguorum, hoc est intellectu difficilium, explanationibus composuit, de Græco in Latinum vobis jubentibus edidi. — Fortassis autem qualicunque apologia defensus, non tam densas subierim caligines, nisi viderem, præfatum beatissimum Maximum sæpissime in processu sui operis obscurissimas sanctissimi theologi, Dionysii Areopagitæ, sententias, cujus symbolicos theologicosque sensus nuper vobis similiter jubentibus transtuli, introduxisse, mirabilique modo dilucidasse.* Edidit quidem Thomas Galeus Maximi ἄπορα in Gregorium Naz., eisque præmissam ad Joannem Cyzici episcopum, epistolam, cum jam dicti Joannis Erigenæ versione p. 1 — 45, ad calcem librorum quinque, ab eodem Erigena Latine scriptorum : *Περὶ φύσεων μερισμοῦ. De divisione naturæ*, Oxon. 1681, in-fol. Epistola ad Joannem Cyzic. innuit : Ἐπαινοῦνται μὲν, καὶ τυχὸν δικαίως. Subjuncta quoque p. 46 — 70. Epistola Maximi ad Thomam, abbatem, cum versione, non Erigenæ, sed editoris, Galei, περὶ διαφόρων ἀπόρων τῶν ἁγίων Διονυσίου καὶ Γρηγορίου. *De variis difficilibus locis Dionysii, Areopag. et Gregorii Naz.*, τῷ ἡγιασμένῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, πατρὶ πνευμονικῷ (codex Gudianus πνευματικῷ), καὶ διδασκάλῳ κυρίῳ Θωμᾷ Μάξιμος ταπεινὸς καὶ ἁμαρτωλὸς ἀνάξιος δοῦλος καὶ μαθητής. Incipit : Ἀπλανοῦς θεωρίας ἐξ ἐμμελοῦς. Meminit Photius, cod. CXCIV, duarum Maximi ad Thomam epistolarum, e quibus prior tantum edita. Pauca loca et ex paucis Nazianzeni orationibus sunt quæ a Maximo in editis hisce ἀπόροις fusius illustrantur, ac suspicor, plura vertisse Erigenam, qui p. 210, *De divisione naturæ*, capitulum quadragesimum primum de ambiguis citat in orat. Nazianzeni de Paschate : plura etiam habuisse Combefisium, cujus in Bibl. concionatoriæ tomo I, hæc sunt verba : *S. Maximus locos difficiles plurium Gregorii orationum, ac quorumdam carminum fusissime explicavit, quæ ejus mihi lucubratio exstat ex Regio codice, collato cum altero rev. abbatis, Gerasimi Blacchi, Venetiis humanissime submisso, ipsaque Joannis Erigenæ ex*

(*a*) *Paris.*, in codd. DCCCLXXXVI, (de quo v. confector cat. codd. Gr. Paris. II, pag. 171), et MMCCCCII. — *Leidæ*, in bibl. publ. inter codd. Scaliger. v. cat. bibl. Leid. p. 340, n. 33; ex eoque suppleri posse lacunas, quæ in editis occurrunt, observat Oudin. l. c. pag. 1650. — *Fragment.*, in cod. Jo. Mori, secund. cat. codd. Angliæ etc., tom. II, n. 9273. — *Chronicon*, quod vocatur *Alexandr.* male tribuitur Maximo. v. supra, vol. VII, p. 450. *Harl.*

(*b*) Conf. supra, vol. VIII, p. 430 et pag. 611, XV. Add. cod. Nanian. LXIV, v. cat. Gr. p. 114. — Cod. plenior *Venet.* Marcian. CXXXVI. v. cel. Morell. bibl. mss. Gr. et Lat. I, p. 82, qui etiam observat, de illo cod. sumptam esse et a Gallando in Append. ad Bibl. Patrum primum publicatam *S. Maximi animadversionem in eos, qui aiunt, animas ante vel post corpora exsistere. — Taurini*, in cod. reg. XXIV, v. Auctor. cat. codd. Gr. Taur. 95, qui etiam ex Oudino., tom. I, p. 1649, monet, diversum esse opus ab eo, quod Scotus Erigena aggressus est, excuso Oxon. 1681, F. *Harl.*

(*c*) De hoc Erigena Georgius Mackenzie in Vitis scriptorum Scotorum, Anglice in fol. editis *Edinburgi* ann. 1708, tom. I, p. 49 sq. Puto autem, commentum esse, quod pag. 58 inter Erigenæ scripta e Nauclero et Genebrardo commemorat Aristotelis Moralia de secretis secretorum, sive de recto principum regimine, de Græco in Chaldaicam, Arabicam et Latinam linguam conversa. *Fabr.* De Erigenæ dialogo de divisione naturæ v. Heumann. Act. *philos.* vol. III, pag. 858. De Erigena ipso, conf. Hamberger. zuverl. Nachr. III, pag. 632, sqq. (qui ed. citat inscriptam : Dionysii Areopagitæ. Opp. omnia, Lat. quintuplici translatione, Joan. Scoti Erigenæ, Joan. Saraceni, Ambrosii Camaldul., Thomæ canonici) versa, cum commentariis D. Dionysii a Rickel, Carthusiani etc. *Colon.* 1556, fol. et Saxii Onom. II, p. 119 ac 547, uterque alios laudat auctores. *Harl.*

Cluniacensi bibl. versione. Colophonem dabit viri Cl. Raphaelis du Fresne τοῦ μακαρίτου *pulcherrimis membranis pulcherrime et manu erudita exaratus codex, si quando facultas sit et otium cum illo conferendi.* Idem Combefisius in conspectu operum S. Maximi edito *Paris.* ann. 1660, quem Montfauconus catalogo bibl. Coislinianæ inseruit, pag. 311 : *In Gregorii, Theologi, locos difficiles. Opus est spissum atque arduum, Scoto Erigenæ olim tentatum, inscripta versione Carolo Calvo, ex qua emendata Regio cod. aliqua et suppleta. Recepta versio hæc ex Cluniacensi bibliotheca. Exstat et apud Carmelitas excalceatos. Collatus deinde textus cum probato rev. abbatis, Blacchi, cod. humanissime Venetiis eam in rem submisso.* Videtur etiam posterior ad Thomam epistola esse in codice Gudiano : nam in catalogo mss. Marqu. Gudii, quæ jam accessere bibliothecæ instructissimæ Guelpherbitanæ, p. 535, traditur desinere in his verbis (*a*) : Ἱερουργούσης τῷ Θεῷ τὴν φιλαλληλίαν τῷ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς παρὰ πάσης δοξαζομένῳ τῆς κτίσεως καὶ μόνον ἀπαιτοῦντι παρ' ἡμῶν θυσίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν.

Orationes Nazianzeni, quarum loca illustrantur, sunt : Εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον, p. 36, seq. — Εἰς τὰ Γενέθλια, p. 26. — Δευτέρῳ εἰρηνικῷ, p. 48. — Πρὸς τοὺς πολιτευομένους, p. 26. — Περὶ Υἱοῦ πρώτῳ, p. 48 seq., 50 seq., 52 seq. — Δευτέρῳ, p. 54. — Περὶ φιλοπτωχίας, p. 4 seq., 6 seq., 33 seq. — Εἰς τὰ Φῶτα, p. 27. — Περὶ χαλάζης, p. 20.

Basilius in Isaiam laudatur, p. 15.

Ὁ στρωματεὺς μέγας Κλήμης, p. 19.

Dionysius, Areopagita, laudatur, pag. 15, 19, 47. Epist. ad Caium, θεραπευτήν, p. 58 seq.

Pantænus, Clementis Alex. καθηγητής, p. 19 (1).

Scripta sancti Maximi inedita, vel deperdita.

49. *Διάλεξις Ὀρθοδόξου καὶ Μανιχαίου*, citatur a Georgio, scholario, versus finem libri ms. quem contra Latinos Joanni Comneno Trapezuntio, imperatori, nuncupat. Vid. Mich. le Quien ad Damascenum, tom. I, p. 428.

50. *Lexicon*, quod in arte etymologica longe versatum ostendit Maximum, sine nomine auctoris ms, in cardinalis Mazarini bibliotheca, in quibusdam Italiæ Maximo ascriptum, quo tamen gravare ejus operum editionem non est visum, inquit Combefisius, in Notis ad Max. tom. I, p. 680. *Fabr.* V. supra vol. VI, p. 633 sq., ubi de cod. Veneto Marc. CCCCVXII addendum est, Lexicon, inscriptum : Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων, etc. reperiri quoque in cod. Marciano CXL (de quo præcipue agit Morell. loco mox citando), et alio ; item in cod. Naniano CCXCIV, ex quo excerpta protulit Mingarell. in cat. codd. Nan. p. 491. Cel. Morell. in bibl. msta Lat. et Gr. I, p. 85 sqq. de illo Lexico, de variis codd. ac variorum opinionibus de auctore illius docte fuseque disputat, denique ostendit, auctorem illius fuisse Zonaram, de quo supra VI, p. 638 sq. dubie scripseram *Harl.*

51. *De secundo adventu.* Incipit : Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν. Ex Seguieriano codice editurum se promisit Combefisius in conspectu operum S. Maximi, edito *Paris.* 1660.

52. *Chronologia succincta vitæ Christi*, ms. inter alia hujus argumenti in codice Cæsareo, de quo Lambecius V, pag. 114 (*b*). Incipit : Γέγονεν ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς Παρθένου τῷ πεντακισχιλιοστῷ πρώτῳ ἔτει.

53. *Quæstiones sacræ miscellaneæ* ad *Nicephorum*, chartophylacem Constantinopol. Ἐρωτήσεις Μαξίμου μοναχοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον κύριον Νικηφόρον, γεγονότα χαρτοφύλακα τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, περὶ διαφόρων κεφαλαίων. Ms. in bibl. Cæsarea. Vide Lambecium, VI p. 56. [p. 125, n. 3 ed. Kollar. de cod. XVIII.]

[In catal. codd. Paris. regg. vol. II, cod. CMXX, n. 18 et 19, inesse dicuntur Maximi opusc. quo ostenditur, *monachum debere esse perfectum* (*c*) et *Tractat. de loquacitate* ; in cod. MLXXVI, n. 4, *Tractat. de oratione*; in cod. MCCCXXXI, n. 55, *Tract. de typo Ecclesiæ catholicæ*; in tribus codd. fragmenta.—Florent. in cod. Laurent. VI, n. 8, plut, 86, qui continet de prædeterminatione et præscientia Dei auctoritates, desumptas ex S. Script. et Patrib occurrit Maximus ἐκ τῶν πρὸς Θαλάσσιον, καὶ τῶν πρὸς Ἑλλάδιον ἀντιῤῥητικῶν· v. Bandin l. c. III. pag. 295, it. in tom. I, p. 99, 436, 348, 358, 434 et 495. In variis aliorum opp. citantur loca Maximi ; add. aliæ partes in codd. Taurin. XXV et XXXV, codd. Gr. Taur. pag. 95 et 141, et alia quædam passim in notitiis de codd. indicavimus. *Harl.*

In plerisque bibliothecis, paulo instructioribus, plura Maximi opuscula manu exarata occurrunt, ut apparet ex Apparatu Possevini, Labbei, Bibl. nova mss. et aliis scriptis, in mss, codicum notitia traditur. [v. ad initium h. §. X.] Imprimis locorum communium opus, quod hoc loco de Maximi scriptis disserendi ansam mihi dedit, ter vel quater exstat ms. in bibl. Cæsarea, quos codices cum Combefisiana editione conferri operæ pretium esset, quemadmodum et præclarum Seguierianum, de quo Montfauconus in Catalogo, bibl. Coislinianæ pag. 374 seq. Quæ autem in eodem catalogo, p. 310, negatur reperiri, S. Maximi epistola ad Georgium, præfectum Africæ, ea legitur in editione Combefisiana, tom. II, pag. 201, quemadmodum [1] spiritalis et dogmatica oratio ad Stephanum Dorensem episcopum, tom. II, pag. 81.

(*a*) Sic quoque in cod Ven. Marc. teste cl. Morell. paulo ante laudato. *H.*

(*b*) Pag. 240 seq. ed. Kollar. de cod. CCXLVI. *Harl.*

(*c*) An idem est, quod exstat in cod. Laurent. XVI, n. 23, plut. 9, *De habitu monachorum*, quod Bandin. cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 415, suspicatur, desumptum esse ex Maximi quæstione LXVII Opp. tom. I, p. 326; et sic reliquæ particulæ fuerint excerptæ ex Max opp. *H.*

(1) *Ambigua* S. Maximi integre nuper edidit V. cl. Franc. Oehler Halis 1857, in-8. Edit. Patr.

SANCTI MAXIMI

CONFESSORIS,

GRÆCORUM THEOLOGI EXIMIIQUE PHILOSOPHI,

OPERA OMNIA

EX PROBATISSIMIS QUÆQUÆ MSS. CODICIBUS, REGIIS, CARD. MAZARINI, SEGUIERIANIS, VATICANIS, BARBERINIS, MAGNI DUCIS FLORENTINIS, VENETIS, ETC. ERUTA, NOVA VERSIONE SUBACTA, NOTISQUE ILLUSTRATA.

OPERA ET STUDIO

R. P. FRANCISCI COMBEFIS,

ORDINIS FF. PRÆDICATORUM

(Parisiis, apud Andream Cramoisy, via Fibularia, sub Abrahami Sacrificio, MDCLXXV. Cum Privilegio Regis Christianissimi.

—

SERENISSIMO PRINCIPI

EMMANUELI THEODOSIO DE LA TOUR D'AUVERGNE,

CARDINALI BULLIONIO,

MAGNO FRANCIÆ ELEEMOSYNARIO, ETC.

Exspectato diu typorum partu novus Romanaque lingua excultus Maximus, cum Galliæ cleri amplissimo ordine, omnium sibi apertos nihil diffidat sinus, nullosque non ambiat; majori tamen impetu propensiorique alacritate in tuum illum gratiarum plenum, Serenissime Princeps, merito convolat. Suum agnoscit ac domesticum, quidquid Galliæ clero meret; quodque Græcus Latinis theologus surgit atque oritur (haud forte ipse despicabilis aut immaturus, per tot retro annorum sub mea manu parturitionem, tenui licet ingenio, nec tantæ satis molitioni pari) nulli non debet, qui in eo, vel primas, vel secundas, ex quo mihi deposito creditus est, ornaverit ornetve infulas. Nec enim tot retro lustris, cunctis vita superstes; sed non pauci, Dei providentia, per eas, quas illa ipsa rei injecit, moras, ad animarum summum pastorem, ac cujus vicarias in terris vices gesserant, quavis tandem illi obsequentes προεδρίᾳ, *emigravere. Sic nimirum certatim omnibus in sententiam itum, enixeque curatum, ne quid necessaria deessent subsidia, et quo temporum sic inofficiosam Græcorum monumentis malitiam liceret vincere. Vitreianum domesticum prelum destinatum, semel iterumque data imperia, sed frustrato eventu; uni id Henrici Valesii V. Cl. Historiæ ecclesiasticæ Eusebii ac reliquorum (quod certe æternæ memoriæ opus, sua ipsius celebritate, vulgantisque singulari eruditione) valuit sufficere : meæ ipsius relictum curæ, ut quo liberet typographo, destinatam Maximi editionem studerem expedire.*

In his hærenti curarumque anxio per rei perplexitatem, occurrit ipsa a se provocata tua illa, Eminentissime Princeps, singularis humanitas. Quod in me, ea Maximi parturitione a te derivatum beneficium, non mea unius gratia est, sed qua rem sacram ac litterariam, qua Romam, Gallias, Christianum ipsum orbem, immortali memoria digno munere demeruisti. Nempe venit in mentem ingravescentis meæ ætatis, præterlabentis temporis, incerti vitæ; positæ jam

Maximo operæ, periculi ne omnis illa per preli absentiam pessum iret ; nec suum Græcia, post tantam molitionem Latinis auribus theologum daret, nec ab ea Latinæ aures atque animi (nisi in paucis, indigesta mole, plurimumque laborantibus vulgantium plerumque inscitia, aut etiam extra Ecclesiæ castra militantium sublesta fide, mente profana, sicque augustis atque mysticis prorsus peregrina) acciperent. Roma vindicem suum desideraret, et quo illi tantis asserta judiciorum fidei regula summa potestas Christi vicaria : plenum ipsum atque augustum Gallica pietas (matri, filia) non ministraret : vana spe moraretur atque lactaret, uti factum in Damasceno, tanta monumentorum jactura, occasu, furto, plagio, nulla via reparabili, per ejus obitum, qui ipse ex cleri ordine, in lucem daturus erat : et vero nondum malis adeo temporibus, succurrente opera, per quosvis in urbe typographos poterat. Excussi jam mihi omnes Vaticani plutei, summa Pontificis Max. indulgentia, si quid in eis aliisque per Italiam bibliothecis, Maximi usquam exstaret, castissimeque exscriptum, si quid inveniri potuisset, ut nostris hic bene multis, Regiis, cardinalis Mazarini, Seguierianis, aliisque accederet. Tanto hoc apparatu digestisque omnibus, dolebat tibi, Serenissime Princeps, quod mihi torpebat prelum. Tuæ hæ cogitationes, tuus animi ludus et ἀδολεσχίαι, *cum adhuc in minoribus, omnium admiratione scholasticum pulverem, tam caste quam strenue tereres, nec pro ingenita tua morum suavitate, a dignitate personaque tua alienum duceres, si sic infimi subsellii hominem ad familiaritatem tuam necessitudinemque admitteres. Cogitasti itaque, et (quod divinum; absit verbo invidia : nam et in vobis et sacerdotibus divini imago, agnovitque et professus non semel Maximus est) cogitatio opus fuit. Ausimque dicere, exemplo hoc auctor videare, ut summa arce administri, in Luparensi mea Historia Byzantina, haud aliter cogitantes, ad opus serio urgendum, invita licet temporum omni malitia, omnino excitarentur. In rem itaque destinasti, qui majores nunc infulas perquam merito ornat, et cujus plurimum opus, heroicæ illæ excoctique animi virtutes ac dotes, quibus ex personæ ac dignitatis ratione, claro mundo sidere fulges. Typographum domesticis muniis ac obsequiis notum probatumque a te is obtulit, rei ipse admovit, ex tuis prærogatis humanissimeque oblatis, ut par esset tantæ molis operi aggrediendo fecit; moras illi omnes rupit. Nempe cogitasti jam tum, quanti sit (ac nisi martyris, at certe non verberibus solum, sed et membrorum putatione reliquisque cruciamentis purpurati confessoris) non paucos versus publico dare, sed integra volumina, sed sententiarum myriades, sed quibus Christiana omnis disciplina ac fides, mira perspicuitate ac* ἀσφαλείᾳ *statuitur, insinuatur, roboratur.* Μεγίστην *certe in Maximo vidisti* τῷ διδασκαλείῳ Χριστοῦ προσθήκην, *justiori titulo ac vidit Synesius in Theophili Alexandrini Commentariis, sic paucis. Et quod suo ipse de aliis Maximus, in sanctorum Patrum commendationem,* Ὑπὲρ τοὺς φωστῆρας τοῦ στερεώματος, λόγον ζωῆς ἐπέχοντα · οὗ οὐδέποτε ἡ θρυαλλὶς πίπτει, οὐδὲ ὁ λύχνος συντρίβεται · ὁ πυρσὸς οὐ μαραίνεται, *et quæ ejusmodi prosequitur in De divinis nom. aliorum nomine, suus ipse, qui plerisque præstet, haud ignavus panegyristes. Vidisti, Eminentissime Princeps, ac vides clariore jam lumine, cum purpura prope martyri affinem facit. Nempe, in ea consideras, non honoris humani fumum, sed quam Ecclesiæ debes in ejus universali cura, juvandoque consiliis ac omni ope summum ejus antistitem, ac Petri successorem, ad sanguinis usque purpuram, fidem, diligentiam, ardorem. Nec aliud spectaverit Christianissimus idemque piissimus invictissimusque Ludovicus XIV, Francorum rex semper Augustus, cum te omnium primum, tum ad Romanas ac cardinalis, juvenem licet, delegit infulas, tum sibi episcopum Palatinum (Magnum scilicet Eleemosynarium) adhibuit, ut et Romanæ strenuus arci, senili supra ætatem prudentia, ac prope miraculo orbi habita, studeres, et rei ac Ecclesiæ Gallicanæ (quæ ipsa ocellus Christi gregis, ejusque portio sincerissima) singularem quamdam operam, assiduus muneri, in aula versans, Ecclesiarum vindicem patronumque regem maximum continue conveniens, cunctis utilis, nemini nocens, consiliis æquus gravisque, præstares. Illi denique Moses esses, puras in monte ad Deum manus levans, victoriarum illi auctor cum reliquo sacerdotum choro, dum clara progenies inclytumque genus (atque in illis princeps ille heros Turennius) arma tractant adversus Germanos (quam immerito sane bello lacessentes, et quasi in fratrum, Gallicæ gentis, perniciem, Batavorum, perduellium fœdere conjuratos) tutumque ab eis, patriæ, regno, regi asylum præbent. Nocendi impetus omnes elidunt, artes dissuunt; faventissima regi regnoque providentia, numerosiores longe exercitus;*

sic fortis, sic interritæ nationis, fundunt. Itaque miraris, Serenissime Princeps, si tuus ad te tantis momentis gestit Maximus? si in tuo sinu tantæ ætatis frigidus senex (ne quid mea ipsi opera detriverit, nec ad illius altos animos assurrexerit) fomentum quærit? Tuæ experiri sapientiæ radios petit? acri tuo probari judicio? per te nec aulam respuere, ipsa pervadere sacra cubicula, a quibus nec eruditio abest, nec pietas exsulat. Nimirum regno instituitur regis maximi generosa soboles, qui et rex et philosophus, regum maximus et Christiani columen nominis, post Nestoreos parentis optimi invictissimique annos, beatamque retributionem, felici vere per eum regno ac Rep. totius Gallicæ gentis orbisque Christiani votis exspectatur, jureque expetitur. Hæc nec Maximo aula ablubet, in qua ipse tu micantissimum sidus, etsi Heracliana pridem displicuit, eique prælata chara solitudo et ἡσυχία, *quam in cælis nunc beato nulla interturbarint negotia, nulla piis clientibus quovis tandem loco Christo militantibus, impensa solatia ac subsidia. Tuis nunc, Serenissime Princeps, auspiciis tutus, in omnium sapientum versaturus cœtu est. Doctorum implebit scenas atque exedras, scholasque ac pulpita: ascetæ nostri, et qui ad pietatem sedulo exerceantur, desudentque virtutis palæstra (quorum tibi maximum nomen, magnaque in te eorum reverentia et cultus) diurna nocturnaque manu Maximum versabunt. Quidquid* λόγου *est, quidquid* βίου, *pari fœdere in eo omnes offendent: sacræ doctrinæ summam, virtutis normam; ac queis* ὁ Θεολόγος *vere audiat, post unum alterumque Græciæ ac Ecclesiæ theologum, Joannem ac Gregorium.*

E museolo nostro cellaque ascetica in sanctissimæ Annuntiationis FF. Prædicatorum provinciæ S. Ludovici strictioris observantiæ, IV Idus Octobr. anni MDCLXXIV.

Serenitatis Tuæ Eminentissimæ,

Devotus servus ac cliens
FR. FRANCISCUS COMBEFIS.

LECTORI.

Annuit Deus optimus maximus, ut desiderato diu operi finem imponerem, unumque et alterum Maximi confessoris operum volumen, spissum utrumque, variaque omnis generis eruditione (utriusque maxime theologiæ) confertum, ad umbilicum perducerem, et tibi, Lector, unum ipsum munus ac conjunctum offerrem; cum dividere, primumque emittere, ubi semel absolutum esset, quidam suaderent, et levandum hinc typographum ducerent. Sed mihi magis visum in rem tuam conducere, si absque Polemicis et Epistolis, aliisque Maximi præcipuis, mihi ipsum elabi non sinerem: nec mihi aliter de tertio volumine conveniret, nisi diutius trahere molestius scirem, majoremque dilationem eruditi omnes, Romæ, Parisiis, toto Christiano orbe, ægrius ferrent; quod præcipue ipsa diutius moratura ejus editio operis arduitate; et qua Maximi Gregorium et Dionysium (sic enim ille ordinat, etsi Dionysium virum apostolicum habet, et magni Pauli discipulum) repræsentaturus sum; ambos scilicet viri tanti observationibus notis, scholiis, illustratos: Dionysium maxime, in quem continua illa eruditissima scholia, et quibus Pachimeris Paraphrasis aliud nihil addidisse videatur, præter majorem verborum circuitum et apparatum; quo tibi carere haud grave futurum arbitror, ubi scholia textui composita, cunctaque versione nova ex me acceperis, post tanta variorum in eis σφάλματα et supinitates, quæ mihi primum movere calamum, ut prima mea velitione almo Galliæ clero oblata, cum Chrysostomi egregio tractatu Περὶ πολιτείας (*De disciplina modoque pænitentiæ tenendo*) vadimonium jam aliquod, juvenis ipse, Maximi susciperem, quod a seniculo maturius, Deo auspice, vita comite, a me, Lector, exspectare potes. Paschalion etiam luculentius ac edidit Dionysius Petavius vir doctus, S. J. ac religiosus: etsi in eo non multum operæ videri possit, certiori jam methodo ac faciliori digesta, nostris mathematicis arte, ac astrologis, qua Paschachalis festivitatis dies, aliorumque subinde festorum mobilium, ex decreto sanctæ Nicænæ synodi, vel χρονικῶς, vel πολιτικῶς quisque habere potest.

Sic tractæ editionis, Lector, non tam meam culpam velis, aut malitiam temporum, quam Dei cuncta rite disponentis providentiam. Ex ejus nutu erat, ut opus plenum, ac quoad liceat, suis numeris absolutum prodiret; eoque, et cleri Gallicani amplissimique ordinis votis facerem satis, nec eruditorum exspectationem fallerem. Editionem tentarat Aubertus collegii Laudunensis præpositus, oblata Vitreianis typis meæ tum versionis parte aliqua ex Quæstionibus ad Tha'assium. At, bone Deus qualis tum Maximus proditurus erat! Vir ille, sic clero merens, ab eoque donatus, unum hoc præstabat, ut quæ liceret, sedulo satis colligeret: si qua jam reddita offenderet, ea sic ut exstarent, repræsentaret; alia a viris Græce doctis reddenda procuraret; notas, nec ipse ullas adhiberet, nec aliorum, si qui parturirent, ferret. Erant in promptu lacera illa, et capite, fine, medio mutila Regio cod. nullis etiam scholiis illustrata, cujus unius illi facta copia. Excell. vir Petrus Seguierius, Franciæ cancellarius, unum et alterum in rem codices suos prorsus negaverat, sive viri genio diffidebat, sive a se exque suis prodire Maximum ambiebat. Et vero cogitavit per me producere Sebastiani Cramoisy typis, prærogata justa pecuniæ summa; sed intercessit vir doctus ὁ μακαρίτης, nec maturum me satis rei tantæ insinuavit, cujus ille voces anticipata opinione, oracula habebat. Bono, vel malo animo fecerit, nihil anquiro: bono, malim, viri pietate ac candore motus; etsi socios plures meam ægre ferre dicendi libertatem, cum vere in eis doctos plurimum observem ac colam, argumentis plurimis proditum sit. Ut ut sit, et hoc Providentiæ deputo. Nihil mihi ex Seguierianis codd. desideratum, intercedente præcipue cleri nomine illustr., ac rev. Dominico Seguierio cancellarii fratre, Meldensi episcopo meritissimo; vereque cum ætate maturuisse videatur mea in Maximo et opera et ingenium, ut seniculus darem, illustrarem, decoquerem, quæ junior non ignavus tractassem. Debebat ea laus chori totius sacerdotum esse, non unius hominis, sæculari, quantumvis augusta sacraque Themide, militia. Præterea manebant tanta illa Vaticana, aliaque Veneta, Romana, Florentina; ac quod maximum, codex ille magnificus Raphaelis Tricheti Dufresne, gentilis mei Burdigalensis, cura, me pene illi ejus auctore, ultima viri pereruditi in Italiam profectione; Galliæ invectus, humanissime mihi concessus, ac modo in Regiam gazam illatus, cujus nec molem, nec bonitatem aut copiam ullum usquam æquare existimem Maximi operum codicem. Tantis his fretus prodit, exemplarium copia digestus, sanatus, versione ex integro meus, superiorum interpretum, si qui ejus paucula delibarunt, maculis abstersus, notulis illustratus; in quibus ipsis mihi faveas, Lector, si nec mea menda dissimulaveris, sed solum charitate et veritatis zelo puriorisque theologiæ monueris, castigaveris: si qua obscurius reddita occurrerint, humaniter excusaveris, in eo præsertim auctore, qui et suis ipse Græcis, atque in eis emunctæ naris hominibus et eruditis, multæque lectionis viris, Photio, etc., negotium facessit, implexo genere dicendi, *hyperbatis*, mysticis sensibus remotius quæsitis, aliisque hujusmodi: quamvis non desint pleraque in sententiis, in epistolis, in tractatibus polemicis et theologicis ipsa limpidissima, vereque theologo ipsa pervia et exposita, in quibus nihil cespitaturum putem, qui non prorsus ἀμύητος, Maximum meum, sicque meis curis, longo labore, multorum annorum familiaritate mihi subactum, adierit.

Quam in Maximo tentavi operam, sollicitabat et in Damasceno illustr. ac rev. Carolus de Monchal, archiepiscopus Tolosanus, vir eruditus et litterarum fautor, quarum illi cura a clero delegata: sed non licuit impetrare a laudato viro Auberto, quæ a Leone Allatio tanta Roma acceperat, aliaque in rem ejus editionis paraverat, ne jam clero inutilis prope videretur, ubi in Cyrillo, non infeliciter prorsus, sed sua methodo, et qua Maximum adoriebatur, laborasset. Utinam vero quovis tandem modo pervitæ inducias, alterum nobis a Maximo theologum, etsi omnibus, ætate, sensis, majestate imparem, quibus fultus erat monumentis dedisset, iisque litterarum sacram remp. ditasset, nec suo occasu, omnium damnum publico fecisset; iis saltem legasset, qui non tineis blattisque malo furto damnaturi essent, sed qui ex amplissimi ordinis voto, ejus collecta pecuniis ac impensis producere mallent: ac non deerant gnavi bibliopolæ, qui temporibus nondum adeo malis ipsi sponte ad Damascenum, sic auctum; sic plenum producendum (nescio an satis castigatum) prelum mihi paratum offerrent, gratiamque haberent.

De Maximo præfari pene inutile, post tanta de eo dicta in Prolegomenis, ac satis superque castigato βιογράφῳ, quibus non satis illi cum Maximi Actis convenit, aliisque æqualibus scriptoribus, vel etiam ejusdem epistolis. Acta sincerissima sunt, ab iis qui præsentes fuissent, omni fide conscripta; Vita seu Laudatio, diu ab ejus obitu, nec acri satis judicio, aut ex probatis monumentis. Acta illa jam reddiderat Anastasius Bibliothecarius cum aliis ad Honorium papam et Martinum pontificem spectantibus: mihi ego Græca ex Seguieriano habui codice, ipso integro et sano, quæ mea vena reddita repræsento.

Veterum de Maximo testimonia legere, res tædio sit et superfluum. Unum hoc sufficiat, nullum Græcorum qui post eum theologica, polemica, seu etiam ethica scripserit, a Maximi sibi testimonio summa cum laude abstinuisse; ac videre liceat in nostro Manuele Caleca, tantaque illa auctorum silva, quam dedit Leo Allatius in *Græcia* sua *orthodoxa*, ac libris aliis, eratque daturus in Metochita, si tertium ejusdem tomum dedisset, atque in eo a me acceptum quinque libris probatissimum auctorem magnumque confessorem vulgasset. Omnium maximum videatur, quod utraque Ecclesia in concilio Florentino unum Maximum causæ arbitrum voluit, causa illa vexatissima de productione Spiritus sancti et ex Filio; quidquid boni homines dormitaverint, totumque Maximum Græcorum schismaticorum opinionis sensusque fecerint: quos ipsos in Christo felicius obdormisse exopto, ut et ipse quandoque brevique obdormiam, nullaque nobis ejusmodi nebula obrepat, veri Solis claro jubare, et quæ in Dei sanctorumque injuriam vergat. Vale.

—

Non possum, amice Lector, nisi magna ingrati animi labe parumque beneficii memori, non hic exhibere reverendissimi abbatis Gerasimi Blachi Cretensis ad me datam epistolam, ab anno 1657, cum Venetiis suos litteras doceret, ipseque iis, quæ erant adornandæ Maximi operum editioni, ex illustrissimi reverendissimique cleri Gallicani ordine, haud ignavus incumberem. Ad quam nemo mortalium majoribus animis suppetias ivit, reverendissimo ipso Blacho : ut non solum quibus mihi opus erat, opuscula Maximi polemica suis ex codicibus transcribenda curaverit, serioque sua ipse manu, si quid exscribenti obrepsisset, correxerit; verum etiam spissum volumen variorum ejusdem Maximi, a se ultro, ne qua mora operi fieret, Venetiis ad me miserit; nulla alia exspectata mercede, aut pretio, quam ut editorum a me exemplar acciperet. Utinam vero, et mihi liceat dare, et illi accipere; fruaturque etiamnum vitæ hujus usura, nec lateat quonam gentium diverterit, luceatque extremæ Græciæ præclarum lumen, pietate, eruditione, fide. Corcyram tenere, ac incolumem esse, haud ita pridem accepi, salutavitque officiosissime : sed an humano abhinc fato, naturæ debitum vir cœlo dignus persolverit, haud mihi scire facile fuerit. Utinam vero in libris suis, quos illatos volebat in gazam regiam (remque per me sollicitabat) quovis regiæ munificentiæ arbitrario donativo, in sempiternum nobis viveret! Epistolam, ne viri animus eos lateat, qui Græce nesciunt, omni ego fide, quoad licebit, reddam; etsi alium libens mihi vellem interpretem, ne mihi ipse blandiri videar. In epigrammatis tamen tum reverendissimi ejusdem abbatis Blachi, tum religiosissimi pereruditissimique Arsenii Caludi, sacerdotis monachi, ac sacri Evangelii præconis, non ludam; sed, si cujus animo sederit, vel astricta vel soluta reddere oratione, permittam. Velim autem, amice Lector, sic meas, cum regis nostri Christianissimi, illustrissimique ac reverendissimi cleri Gallicani, laudes accipias, ut in eis aliud nihil, præter amorem pene insanientem, nec sui satis compotem, intelligas; ipsum certe in tantis viris veniabilem, quo ardore Græci vere homines suum nobis, suæque ipsorum Græciæ ac orbi Christiano suscitatum iri theologum flumenque vere μέγιστον Maximum, mea quavis in rem delecta opera, sapientissimi cleri concertantibus animis votisque, etiam atque etiam sibi gratulati sunt, suamque ipsi gratitudinem, quasi gentis ipsius nomine, qua amplissimo ordini, qua mihi ipsi ministro, pluraque forte imperitia mea deterenti, nec ad tantos Maximi assurgenti animos, testatam facere conati. Alioqui meum ipse modum novi, cui a te indulgeri quæso, si quando per eum non plene tibi, et quantum optas, optemque ipse, fecerim satis.

Τῷ πανταιδεσιμωτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ τῆς τῶν ἱεροκηρύκων τάξεως κυρίῳ Πατρὶ ΦΡΑΓΚΙΣΚΩ ΚΟΜΒΕΦΙΣ, θεολόγῳ, καὶ τῶν Ἑλλήνων Πατέρων πανευφραδεῖ παραφραστῇ· ΓΕΡΑΣΙΜΟΣ ΒΛΑΧΟΣ ὁ ἐκ Κρήτης ἀββᾶς τοῦ μεγάλου Γεωργίου Σκαλωτοῦ, κήρυξ τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου, καὶ τῶν ἐπιστημῶν κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαλέκτους παρὰ τοῖς ἐν Βενετίαις Γραικοῖς διδάσκαλος, εὖ πράττειν.

—

Reverendissimo sapientissimoque ordinis FF. Prædicatorum D. P. Francisco Combefis, disertissimo Patrum Græcorum interpreti, Gerasimus Blachus Cretensis, magni Georgii Scaloti abbas, sancti Evangelii præco, et scientiarum utraque lingua Venetiis, Græcis præceptor, P. S.

—

Οὐδὲν οὕτω ἐπὶ γῆς βασιλεύοντα ἄνθρωπον, ὥσπερ ἀνδρεία μετὰ σοφίας ζηλωτὸν ἀναδείκνυσιν. Ὧν ἕνεκα καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων οἱ ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάσιοι, τὴν μὲν Ἀθηνᾶν ἔνοπλον διὰ τὸ σοφὸν ἅμα καὶ θαῤῥαλέον τοῖς Ἕλλησι, τὸν δὲ κρατερὸν Ἄρεα, διὰ τὸ τολμηρὸν, τοῖς βαρβάροις ἐπαρήγειν ἱστόρησαν. Καὶ ὁ κατ' ἐξοχὴν ποιητὴς τὸν Ἀγαμέμνονα ἀγαθὸν βασιλέα καὶ κρατερὸν αἰχμητὴν ἐῤῥαψῴδησε, τὸ σοφὸν καὶ ἀνδρεῖον αὐτῷ οἰκειούμενος. Καὶ Ἀπόλλων αὐτὸς τὸν Λάκωνα Λυκοῦργον θεὸν καὶ ἄνδρα τούτου χάριν ἐθεσπιῴδησεν· ἐξ ὧν καὶ τὸ τοῦ θείου Πλάτωνος ἐξελήλυθε θέσφατον· *Τότε τὴν πόλιν εὐδαιμονήσειν, ὅταν ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς φιλοσοφήσωσιν*· ὡσανεὶ τῇ μετὰ φρονήσεως ἀνδρείᾳ τὸ οἰκονομεῖν μακαρίως πρὸς τῶν βασιλέων τῇ πόλει πορίζεσθαι.

Εἰ δ' οὕτως φέρεται τὸ πρᾶγμα, καθάπερ τό τε ἀληθὲς καὶ ἡ πεῖρα καθίστησι γνώριμον· ἔγωγε προσηκόντως τὸν ἀήττητον τῆς Κελτογαλλίας ἀεὶ μέγα κοιρανέοντα, σοφίᾳ τε καὶ ἀνδρείᾳ κεκοσμημένον ἐπάγαμαι. Μάρτυρες ἀψευδέστατοι, τῆς μὲν ἐκείνου ἀνδρείας τὰ κατὰ τῶν πολεμίων πολυπλάσια τρόπαια, καὶ αἱ ὁσημέραι ἐπιτελούμενοι θρίαμβοι· τῆς δὲ σοφίας, τὰ ἐκ βασιλικῆς προμηθίας τοσαῦτα ἀρχιγυμνάσια, αἱ τῶν διδασκάλων κατὰ πάντα τὰ ἰδιώματα ἀκαδημίαι, ἡ ὠκεάνειος πλημμυρὶς τῶν ἐκδιδομένων περὶ πάσης ἐπιστήμης βίβλων, καὶ ἡ ἐπιμελὴς τῆς τῶν πρόπαλαι συγγραφέων ἐκ παντὸς τοῦ περιγείου ἀθροίσεως πρόνοια, καὶ ἡ τῶν ἱερῶν Ἑλλήνων Πατέρων κατ' ἀμφοτέρας τὰς διαλέκτους ἔκδοσις.

Καὶ ἐπειδὴ οἷος ὁ βασιλεὺς, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπήκοοι, οἷάπερ πρόπαλαι ἡ τοῦ Νότου βασιλὶς ἐπὶ Σολομῶντος, τοὺς σεμνοὺς Γαλλικανοὺς ὑπηκόους ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ κατὰ πάντα τὸν κόσμον φημιζομένους κατευλογῶ· ἐξαιρέτως δὲ διὰ πάντων καὶ μετὰ πάντων θαμβαίνει μου τὸν νοῦν ὁ λαμπρότατος καὶ σοφώτατος Γαλλικανὸς κλῆρος, *οὗ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε, βίη τε*· ὁ ἔνθεος ἐκείνου ζῆλος περὶ τὰ θεῖα, τὸ πρόθυμον περὶ τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν, τὸ ἄκρον τῆς μελέτης περὶ τὴν τῶν παλαιῶν βίβλων ἐπανάκαμψιν, καὶ μάλιστα τὸ πολὺ τῆς σπουδῆς περί τε τὴν τῶν Ἑλλήνων Πατέρων

A Nihil in terra hominem regem sic beatum reddit ac spectabilem, quemadmodum fortitudo, cui comes sapientia sit. Quamobrem etiam majores nostri, viri sapientia spectabiles, Minervam armis instructam Græcis, sapientiæ simul animique præsidentis nomine; Martem vero fortem robore, quibus barbaris audaciam ministrat, descripsere. Poetarumque adeo excellentia nominis princeps, Agamemnonem, tum regem optimum carmine celebravit, tum fortem pugnatorem, cui et sapientiæ et fortitudinis laudem ascripserit. Apollo quoque ipse Laconem Lycurgum Deum virumque eam ob causam oraculo professus est : hincque adeo divini Platonis profecta sententia est : *Tunc civitatem beatam fore, cum vel philosophi ejus principentur, vel reges ipsi* B *philosophiæ studeant :* quasi nimirum fortitudine cum prudentia civitati præstetur, ut regum curis beate fausteque disponatur.

Quod si ita se res habet, uti revera habet, notumque experientia est, merito sane ego invictissimum Celtogalliæ magnum semper dominatorem ac regem, qua præclare sapientia et fortitudine ornatus est, veneror ac suspicio. Testes nimirum omni exceptione majores, verissimique, fortitudinis quidem, erecta adversus hostes multiplicia tropæa, quotidianique assurgentes triumphi; sapientiæ vero, tam multa, regia procuratione archigymnasia, magistrorum quovis idiomate academiæ, oceano certans librorum omnis disciplinæ ac scientiæ, C exundansque typorum partus, continua veterum scriptorum quovis ex orbis angulo cogendorum diligentia ac cura, sanctorumque Græcorum Patrum utraque lingua productio.

Quodque adeo talis rex est, tales et subditi. Velut olim Austri regina sub Salomone, Gallicam plebem et subditos, sapientiæ laude ac fortitudinis orbe toto fama clarissimos, etiam atque etiam laudo : singulariter vero per omnia et cum omnibus stupore animum implet illustrissimus sapientissimusque clerus Gallicanus, *cujus et major virtus, honosque ac vita :* divinus illius erga res divinas zelus; alacritas animi Græcorum philosophia colenda; eruendis et in lucem producendis antiquis libris summa diligentia; cumprimis vero ingens illud studium atque opera, typorum munere excitandi,

A ac vix non exstinctos hominum usibus vita reducc donandi Græcos Patres, ac in eis divino nutu delectum, quo sapientissimus mihi, ac per omnia desideratissimus Franciscus Combefis, perspicuus clarusque interpres Græcorum Patrum, ejus digne calculo assumptus est.

Admirationi itaque habeo tuam in omnibus perfectam eruditionem, summamque, quam reddendis auctoribus exhibes peritiam. Ipse namque, vir sapientissime, improbo quantum labore, ex aliena in propriam ad verbum convertendo linguam Græcorum monumenta, nihil ea pervertis, sed velut Prometheus quidam, tua sagacitate ac solertia Græcos lepores, Latinam fecisti Musam, ut et ipse Jupiter (qui scilicet sapientiæ nomine admirationem habent) imponi sibi ipsi sentiant, animisque B hæreant, qua ratione ab ossibus carnes distinguant, scriptoris linguam ac interpretis; quærantque Græcene prius an Latine ea prodierint, nec advertere satis valeant. Velut etiam nuper Maximum confessorem, eruditissimo stylo tuo ac calamo redditum intuentes, veterem renovamus parœmiam, qui dicamus : *Aut Maximus Combefis, aut Combefis Maximus;* velut etiam olim ob dictionis sensuumque ac sententiarum similitudinem dictum est : *Aut Philo platonizat, aut Plato philonizat.*

Quamobrem quantum et magnus confessor Maximus exstitit, ac Jovis cujusdam in modum Monothelitas Gigantes in Tartarum detrusit, sed qui ex Titanum gravi acie, ejus, cujus nec mens nec sensus est, oblivionis in vetustatis Tartaro vinctus C esset, sancta tua diligentia atque opera, in sanctæ Ecclesiæ lucem claro sidere exortus est; et quod Magnus ipse, maximum te sacrum interpretem consecutus est. Beatum prædico Deo placitum tuum propositum, opus veneror, labores concelebro, sudores colo, alacritatem æmulor, animum exosculor, virtutem dilaudo; opus indeficiens ut conspiciatur, ac per omnia perfectum, omni animorum ardore percupio. Exactam tuam inquisitionem in ore habeo, animo cogitans dignitatem tuam, edito divini Maximi operum indiculo, a cunctis exquirere, quæ in libris suis desiderentur, pluraque in aliorum pluteis occurrant. In divinum tuum zelum pari animo conspiro; quod sic hortaris ac provocas, D sequor; ac quod expetis, quoad per facultatem licet, expedio.

Ecce enim et in Christianissimi Ludovici XIV, Galliarum regis, illustrissimique Gallicani cleri gratiam, quorum studiis Græcia sibi quasi nova ac juvenescens confovetur, necnon reverentiæ tuæ desiderio, communis utilitatis causa, prompto placidoque ac libenti animo, mea ex bibliotheca (in qua cum aliis multis exstant et Maximi opera) quæ in tuo indiculo desiderantur, in meis autem occurrunt, tuæ eruditioni mitto. Exscripta vero sunt ut in exemplari jacent, nullo quovis dempto, seu etiam addito, qua ratione ipse scriptor composuit, ut ex libri longæ ætatis vetustate deprehendere licet. Est

A διὰ τῶν τύπων ἀνάστασιν, καὶ περὶ τὴν
θείῳ ἐκείνων ἐκλογὴν, καθ' ἣν ὁ σοφώτατό
κατὰ πάντα περιπόθητος Φραγκίσκος ὁ Ι
μεταφραστὴς διαπρύσιος τῶν Ἑλλήνων
ἀξίως διεψηφίσθη.

Διὰ θαύματος οὖν ἔχω τὸ κατὰ πάντα τῆς σ
τητος τέλειον, καὶ τὴν ἄκραν ἐμπειρίαν ἣν
μεταφράσεις ἐνδείκνυσαι. Καὶ γὰρ αὐτὸς, ὦ
τε, μόχθῳ ὅσον πλείστῳ ἐξ ἀλλοτρίας π
διάλεκτον κατὰ λέξιν τὰ τῶν Ἑλλήνων σ
ματα μεταστρέφων, οὐ διαστρέφεις· ἀλλ'
ἄλλος Προμηθεὺς τῇ ἰδίᾳ ἀγχινοίᾳ τὴν Ἰ
Λατινίδα Μοῦσαν διέθηκας, ὥστε καὶ α
Δία, τοὺς ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένους, ἐξα
B τοῦ διακρῖναι ἐπαπορροῦντας ἐκ τῶν ὀσ
σάρκας, τὸ τοῦ συγγραφέως ἐκ τῆς μετα
ἰδίωμα, καὶ πότερον Ἑλληνιστὶ ἢ Λατινιστὶ
γράφειν ἤρξατο ἐρωτᾷν, καὶ εἰδέναι μὴ
τας. Οἷον νεωστὶ καὶ τὸν ὁμολογητὴν Μάξι
τῆς σῆς μεταφρασθέντα ἐλλογιμότητος β
τὴν παλαιὰν παροιμίαν ἀνανεούμεθα λ
Ἢ Μάξιμος Κομβέφις, ἢ Κομβέφις Μάξιμ
καὶ πρόπαλαι διὰ τὴν τῆς φράσεως καὶ τῶ
των ἐῤῥέθη ὁμοίωσιν, *Ἢ Φίλων Πλατω*
Πλάτων Φιλωνίζει.

Ὥστε ὅσον καὶ μέγας ὑπῆρχεν ὁ ὁμολογη
μος, καὶ οἷά τις Ζεὺς τοὺς Μονοθελήτας κατετ
Γίγαντας, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν Τιτάνων δεινῆς πα
C τῆς ἀνοήτου λήθης ἐν τῷ Ταρτάρῳ τῆς πα
δεδεμένος, διὰ τῆς σῆς ἱερᾶς ἐπιμελείας ἐ
τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἀνέτειλε, καὶ ὡς μ
τοῦ μεγίστου ἱεροφάντου τετύχηκε. Μακ
τὸν θεάρεστον σκοπὸν, τὸ ἔργον σεβάζομ
μόχθους ἐγκωμιάζω, τοὺς ἱδρῶτας τιμῶ, τὴ
μίαν ζηλῶ· τὴν γνώμην ἀσπάζομαι, τὸ κ
ἐπαινῶ· τὸ ἔργον ἀνελλιπὲς ὀφθῆναι, τ
κατὰ πάντα σφόδρα ἐφίεμαι. Τὴν σὴν ἀκρ
ναν διὰ στόματος ἔχω, σκοπούμενος τὴν
μνοπρέπειαν παρὰ πάντων ἐπιζητεῖν διὰ
θέντος τῶν τοῦ θείου Μαξίμου συγγραμμάτ
κιδίου, τὰ ἐκ τῶν σῶν βίβλων παρελλείπο
δ' ἐν ἑτέροις πλείονα. Ὁμογνωμονῶ τῷ σῷ
λῳ, ἕπομαι τῇ σῇ προσκλήσει, καὶ τὸ π
D ὅσον ἐφικτὸν ἐκτελῶ.

Ἰδοὺ γὰρ, χάριν καὶ τοῦ Χριστιανικωτάτ
δίκου δεκάτου τετάρτου, τοῦ τῶν Γαλλιῶ
τως βασιλεύοντος, καὶ τοῦ λαμπροτάτου Γ
κλήρου, ἐξ ὧν ἡ Ἑλλὰς ἀνανεουμένη ἐνθάλ
τῆς πρὸς τὴν αἰδεσιμότητά σου ἐφέσεως, ε
ὠφέλειαν προθύμως τε καὶ ἀσμένως ἐκ τῆς
βλιοθήκης (ἐν ᾗ μετὰ πολλῶν ἐστι καὶ τὰ
ξίμου) τὰ ἐν τῷ ἐκδοθέντι πινακιδίῳ παρελ
ἐν ἐμοὶ δὲ τυγχάνοντα τῇ σῇ ἐξαποστέλλω
τητι. Ἀντεγράφη δὲ καθάπερ ἐν τῷ πρ
κεῖται ἀφαιρέσεως ἢ προσθήκης ἄτερ· οἷά
ἔθετο ὁ συγγραφεύς· ὡς ἔξεστιν ἰδεῖν ἐκ

τῆς βίβλου παλαιότητος. Ἔστι γὰρ τῶν ἀρχαιοτάτων ἐκ βεβραΐνου χάρτου χαρακτῆρι λεπτοτάτῳ γεγραμμένη· ἔτυχε δέ μοι ἀγαθῇ τύχῃ ἐκ τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτου θρόνου. Ὅθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος τὸ βέβαιον γνησιοῦται, καὶ τὸ γνήσιον τοῦ συγγραφέως ἐκ τῆς παλαιότητος βεβαιοῦται· καθὰ δὴ κἀγὼ τὰ ἀντίγραφα πρὸς τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν ἐκστελλόμενος, ὁλόκληρα εἶναι καὶ κατὰ πάντα ὅμοια τῶν ἐν τῇ παρ' ἐμοὶ βίβλῳ ἐνώπιον Θεοῦ μεγίστην τὴν πρόνοιαν ποιῆσαι ἀποφαίνομαι.

Ἴσθι τοίνυν, Πατέρων αἰδεσιμώτατέ μοι καὶ προσφιλέστατε, καὶ τὰ τοῦ θείου Μαξίμου, καὶ τὰ τῶν ἑτέρων θείων Πατέρων τυγχάνοντά μοι συγγράμματα, φυλάττεσθαι εἰς δόξαν καὶ τιμὴν τοῦ ἀηττήτου βασιλέως, εἰς ἐπίταξιν τοῦ Γαλλιανικοῦ λαμπροτάτου κλήρου, καὶ εἰς αἴτησιν τῆς σῆς λογιότητος. Ἔγωγε δὲ κατὰ τὸν τῆς ἀκολουθήσεως λόγον τὴν τοῦ Παρισίου πόλιν εὐδαιμονεστάτην τῶν ἑτέρων κηρύττω πόλεων, τὸν βασιλέα τρισόλβιον, τὸν κλῆρον μακάριον, τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν ἀείμνηστον, ὡς διὰ πάντων ὑμῶν ἀθανάτων καὶ μακαρίων ἔργων ἀεὶ ἐνεργουμένων. Ὅθεν σοι ᾄδω·

Οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε, Θεὸς δέ τοι ὄλβια δοίη.

Ἐδόθη ἐν ταῖς κλειναῖς Βενετίαις, Κυρίου τὸ ͵αχνη' ἔτος, Ἰουνίου ιγ'.

A enim inter antiquissimos numerandus codex, in charta bebraina, seu bombicina, minutissimo charactere delineatus, cujus mihi fauste copia ex sanctissimo Constantinopolitano throno facta est. Quapropter ex ipso charactere ejus veritas dignoscitur, veritasque scriptoris ex vetustate firmatur. qua utique ratione etiam ego, ut quæ tuæ dignitati transcripta mitto, integra essent, et per omnia libro meo similia, summam adhibuisse curam, coram Deo saucte affirmo ac pronuntio.

Scito igitur, reverendissime mihi ac amantissime pater, quæ mihi tum divini Maximi, tum divinorum aliorum Patrum in censu sunt atque suppetunt, monumenta, servari in laudem ac honorem B invictissimi regis, illustrissimi Galliæ cleri jussis, tuæque eruditionis votis ac petitioni dedita. Sane vero ipse consequenti ratione Parisiorum inclytam urbem inter reliquas beatissimam prædico, regem ter quaterque felicem, clerum beatum, tuam dignitatem sempiterna dignam memoria, quippe quod a vobis per omnia quæ immortalia beataque sunt, nullo fine accurentur ac præstentur opera. Vale, etiamque atque etiam salve, præstetque Deus felicem.

Datum in inclyta Venetiis urbe, anno salutis MDCLVIII, 13 Junii.

—

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΘΕΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ ΒΙΒΛΟΝ.

Ηὔξατο δαφνοφάγων πολυφέρτατα ἔμμεναι ἄλλων
 Φθογγὴ θειοφόρος δῶρα σεμνὰ σοφίης.
Καὶ ἐξ Ἰάδος αἴης Ἰταλίδεσσι Σιβύλλης,
 Τὴν σοφίην ἥξειν λέξατο ῥηϊδίον·
Ἀλλά γε νῦν ἀπόπειρα ἀρείοσι ῥήμασι φαίνει
 Τὴν σοφίην Κελτοῖς ἑδριάειν ὁρίοις.
Ἔνθεν ἄναξ πολύολβος ἐπ' ἀμφοτέροις μεγαδώροις,
 Καὶ σοφὸς ἐκτελέθει, καὶ πολέμοιο κλέος.
Ἔνθα σοφῶν ὁ κλῆρος Γαλλικανῶν μεγαθύμων
 Ἱροσύνῃ κρατέει, καὶ σοφίῃ στέφεται·
Ἧ τε σεμνῶν Πατέρων μελεδήματα Ἑλλάδος αἴης,
 Ἐξ ἀΐδου ἐς φάος προφρονέως φέρεται.
C Ἐκ περάτων δαπάναισιν ἄκραις ἐπὶ πείρατα γαίης
 Βίβλους θειοσόφους ἀντερανιζόμενος.
Ὅς καμάτους ἱεροὺς μεγακήρυκος ἔργματι θείῳ
 Μαξίμου ἀθλοφόρου χαλκοτύποις ἔθετο.
Μόχθοις Φραγκίσκου θεοκήρυκος, ὅν ῥα φιλοῦσι
 Παλλὰς Ἀθηναίη, φθέγμα τε Πιερίδων.
Ὄλβιος ὃς Δαναῶν μεγαφέρτατα δῶρα κομίζων
 Ἀμφοτέρῃ γλώττῃ πάντας ἐπαβρύνεται.
Μαξίμου οὖν τύπος ἐν βασιλεῦσι Maximum εἶναι
 Ἄμμιγα σκηπτροφόρον δείκνυσι Γαλλιάδων.
Maximum ἐν δήμῳ θεοτερπέα κλῆρον ἐπᾴδει,
 Κόμβεφιν αὖ Πατέρων maximum εὐφραδέα.

—

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ,

Εἰς τὸν σοφώτατον καὶ ἐλλογιμώτατον ἐν Πατράσι κύριον κύριον Φραγκίσκον τὸν Κομβέφις, ἄνδρα εὐφραδέστατον, ἐκ τοῦ τῶν κηρύκων χοροῦ.

Πανδώρην μέγα ἔργον Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
 Πόρσυνον ἀνθρώποις, δῶρα δολοφροσύνης.
Φραγκίσκον δὲ σαόφρονα ἰδμοσύνης μέγα εὖχος,
 Πιερίδες κόσμῳ προφρονέως ἔνεμον.
Ἔμμεναι ἀργαλέων ὀλετῆρα ἐπαφροσυνάων,
 Καὶ πῦρ ἀμαθύνον, ῥιζόθεν πάντα δόλον.
D Ῥήμασιν εὐσεβέων Πατέρων ἀνεμώλια πάντα,
 Μοῦνος ἄτην τ' ἀπάγων, ἐξ ἱερῶν δαπέδων.
Οὗ στόμα ἐμπεδόμυθον ἐϋμμελέως ἀγορεύει,
 Λατινίδι γλώττῃ, Ἑλλάδος αὐδοσύνην.
Ὅς καὶ Γαλλικανοῦ κλήρου μελεδήματα ἄρδει,
 Μάξιμον οὕνεκα ὤν, πᾶσι πορίζόμενος.

ΑΡΣΕΝΙΟΥ ἱερομονάχου Καλούδι τοῦ Κρητὸς,
κήρυκος τοῦ ἱεροῦ Εὐαγγελίου.

—

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΘΛΗΣΙΝ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

IN VITAM AC CERTAMEN

SANCTI PATRIS NOSTRI

AC CONFESSORIS MAXIMI.

[I] I. *Maximi eximiæ dotes.* — Cum omnium qui A religiosa unquam pietate fulserunt Vita utilis sit ac conducibilis (quæ nimirum ad virtutem adhortatio sit, bonique ac honesti æmulatione animos acuat), tum maxime divini viri ac confessoris Maximi, quanto major, cunctisque illustrior est, tanto etiam ad conciliandum animis fortitudinem plus valet, et ad juvandum universis excellentior est. Fuit enim Maximus, nedum eximio vitæ cultu ornatus, sed et gratus facilisque eloquio, certaminis quoque gloria strenuus, ac omnem vincens comparationem; cujus et solum meminisse, multam afferre novit voluptatem, nec minimum religiosis animis virtutis amorem atque illecebram injicit. Quamobrem, suscepta nobis inpræsentiarum oratio, quæ ejus res ac virtutes sit enarratura, velit illa quidem, plurisque B faciat, ut singula ejus gestorum in medium adducat ac repræsentet, ut et ipsa, horum memoria dulcior efficiatur, et magnam auditoribus gratiam reponat; at non potest, vel cuncta simul complecti, vel etiam iis quæ complectatur, debita laude defungi; quod vel minima admirandi viri opera ac facinora, majora sunt, quam ut ulla sermonis vi ea liceat assequi. Quod igitur haud facile sit ac expeditum cuncta [II] sermone exornare ac enarrare, ipse quoque mihi operæ pretium facturus videar, si plura omisero, nec ejus omissionis nomine ullam mihi labem asciscam; quod neque ullus hactenus superiorum, quantum nobis intelligere licuit, ut viri omnia edissereret, operam studiumque posuerit, ea scilicet ratione, quod arduam nec facile superabilem rei C aggressionem intellexerint. Ne tamen tanti muneris argumentum penitus defugere videamur, ac, quia totum assequi non liceat, totum etiam omittamus; quod necquidquam frugi esse existimo, nec crimine prorsus vacare; plane necessariæ mihi operæ sit, ut hunc inferam sermonem, quanquam noverim summe exilem esse, quanquam a rerum majestate longe deficere. Sic enim, tum quod officii est impleverimus, tum debito vobis defungemur, qui etiam atque etiam omnibus semota excusatione, hanc a nobis

Α'. Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν π
μένων ὁ Βίος, λυσιτελὴς καὶ ὠφέλιμος· οἷ
τρέπων εἰς ἀρετὴν, καὶ παραθήγων πρὸ
καλοῦ μίμησιν· ὁ δέ γε τοῦ θείου Μαξίμο
λογητοῦ, ὅσῳ μέγας καὶ τοῖς ὅλοις περιφ
σούτῳ καὶ πρὸς ἀνδρείαν ἀλεῖψαι ἀνυσιμώ
ψυχὴν ὠφελῆσαι πάντων διαφορώτατος. '
ἐκεῖνος οὐ μόνον βίον ἔχων ὑπερφυῆ, ἀλλὰ
ἐπιτερπῆ, καὶ ἄθλησιν γενναίαν καὶ ἀπαρ
καὶ μόνη ἡ μνήμη, πολλὴν μὲν οἶδε φέρει
νὴν, πολὺν δὲ ταῖς φιλοθέοις ψυχαῖς τὸν
τῆς ἐνίησιν ἔρωτα. Ὅθεν καὶ ὁ παρὼν
κατ' ἐκεῖνον μέλλων εἰπεῖν, βούλεται μὲ
πολλοῦ ἔχει, τὸ τὰ καθ' ἕκαστα τῶν αὐτῷ
μένων εἰς μέσον θεῖναι καὶ παραστήσασθ
αὐτός τε ἡδίων τῇ τούτων γένηται μνήμη
ἀκροωμένοις μεγάλην τὴν χάριν κατάθ
ἔχει δ' ὅπως ἢ πάντων ὁμοῦ τὴν περίλ
ἢ καὶ ὧν ἔχει ἐν περιλήψει τὸν ὀφειλ
τούτοις ἔπαινον εἰπεῖν, τῷ κρείττω ἢ κατὰ
ναμιν καὶ τὰ ἐλάχιστα τῶν εἰργασμένων
μασίῳ τυγχάνειν. Οὐκοῦν ὡς μὲν οὐ ῥᾴδιο
οὐδ' εὔπορον, τὸ τοῖς πᾶσιν ἐπεξιέναι, κα
αὐτὸς εὐλόγως δοκῶ μοι· μηδὲν πάντως
νος ἐπὶ τῷ παραλιπεῖν· ὅτι μηδ' ἄλλος
πρὸ ἡμῶν, ὅσα γε αὐτοὶ σύνισμεν, εἰς
τοῦ ἀνδρὸς καθῆκεν αὐτὸν, τῷ χαλεπὴν
δυσέφικτον ὁρᾷν τὴν ἐγχείρησιν. Ὡς ἂν δὲ
φαινώμεθα παντελῶς τηλικαύτην ὑπόθεσιν
χοντες, καὶ ὅτι μὴ ἐξὸν ἡμῖν τοῦ παντὸς
καὶ τὸ πᾶν ἐλλιμπάνοιμεν, ὅπερ ἀσύμφ
καὶ οὐδ' ἔξω πίπτον αἰτίας· ἀναγκαῖον ἄρ
παρόντα λόγον εἰσενεγκεῖν, κἂν ἐλάχιστο
τον, κἂν παρὰ πολὺ τῶν πραγμάτων λ
Οὕτω γὰρ ἂν καὶ τό τε εἰς ἡμᾶς ἧκον ἀπ
μεν, καὶ ὑμῖν τὸ χρέος ἀφοσιώσοιμεν, τὸν
νου λόγον, εἴπερ τι ἄλλο, ἀπαραιτήτως ε
σιν. Εἰ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ τῶν τηνικαῦτα π
ἐν τῷ μεταξὺ διαμνημονεύσοι ὁ λόγος, ὁ
οὐκ ἔξω πάντως τοῦ λόγου, οὔτε μὴν τ
τῶν τότε καιρῶν πολλὴν κεκινηκότων, ὡ

κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπήρειαν· ἀλλὰ γὰρ ἄνωθεν, ὡς οἷόν τε, τὰ κατὰ τὸν ὅσιον τέως διηγητέον, δι' ὃν καὶ τὸν λόγον ἤδη ἐνεστησάμεθα.

A hocque argumento orationem exigatis. Sin autem etiam alia quædam per id tempus interim gesta sermo perstrinxerit, atque eorum meminerit, haud tamen id prorsus extra rationem, vel a decoro procul exire existimandus sit; quod nimirum ea tempora, ut scitis, contra veritatem gravem excitarunt procellam, ac noxam intulerunt Cæterum, quæ ad virum sanctum spectant, ea hactenus a principio enarranda, cujus etiam gratia hanc modo orationem instituimus.

Β'. Μαξίμῳ τοίνυν τῷ θείῳ καὶ ὁμολογητῇ πατρὶς μὲν, ἡ πρώτη τῶν πόλεων καὶ μεγάλη Κωνσταντινούπολις· ἣν καὶ Νέαν Ῥώμην ὁ λόγος οἶδε προσονομάζειν. Πατέρες δὲ, εὐγενεῖς ἄνωθεν, καὶ τῇ κατὰ κόσμον περιφανείᾳ μὴ πολλῶν δεύτεροι· οἷς εὐσέβεια τὸ ἐξαίρετον, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἀρετὴν νεῦσίς τε καὶ οἰκείωσις· ὡς ἂν ἔχοιεν ἐντεῦθεν μᾶλλον ἢ ἀπὸ τοῦ γένους τὸ λαμπρὸν ἐπιφέρεσθαι. Οἳ δὴ καὶ εἰς φῶς τὸν μακάριον τοῦτον προαγαγόντες, καὶ ἐν κομιδῇ νέῳ σώματι τῷ θείῳ λουτρῷ προσαγαγόντες, ἵν' ἐκ βρέφους λάβοι τὴν κάθαρσιν, οὐδὲν εἴων τῶν ὅσα τοῖς νέοις πρὸς ἡδονὴν, πράττειν, οὐδὲ τοῖς νηπιώδεσι τούτοις καὶ παιδικοῖς τὴν διάνοιαν ἀσχολεῖν· ὅπως μὴ ἄπλαστος φύσις καὶ ἁπαλὴ, πρὸς ἄνεσιν ἑλκυσθῇ καὶ ἠθῶν μαλακότητα· ἀλλὰ τοῖς στεῤῥοτέροις τε καὶ ἀνδρώδεσι διαπλάττοντες τὸν γενναῖον, πολλὴν αὐτῷ τὴν πρὸς τὰ καλὰ ἐνετίθουν ῥοπὴν, καὶ ὅλον αὐτὸν συννεύειν πρὸς τὴν ἀρετὴν ἔπειθον. Ὃς καὶ αὐτὸς, καὶ φύσεως λαχὼν δεξιᾶς, καὶ ἀγωγῆς οὕτω τυχὼν, καὶ νέος μὲν ὢν ἔτι, εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς προχαράγματα, οἷον σκιάς τινας καὶ γραμμὰς οὐκ ἀμυδρῶς τὸ μέλλον εἰκονιζούσας· εἶχε δὲ ἀκριβεστέρους τοὺς ταύτης τύπους καὶ χαρακτῆρας, τῆς ἡλικίας αὐτῷ προβαινούσης ἐπὶ τὰ πρόσω, καὶ πῆξιν τῆς διανοίας στάσιμον λαμβανούσης· ὅτε καὶ λόγος καὶ φρόνημα καὶ πάντα ὁμοῦ τὰ πρὸς τὰ κρείττω τούτῳ ἑώρα καὶ τελεώτερα.

II. *Maximi patria, parentes, primaque educatio.* — Viro itaque divino ac confessori Maximo, patria quidem, primo exstitit urbium magnaque Constantinopolis, quam et Novam Romam moris est indigitare. Parentes, antiqua prosapia nobiles, ac qui sæculi claritate paucis secundi essent. Horum pietas singulare ornamentum fuit, inque virtutem pro- B pensa affectio ejusque necessitudo, ut inde quam a generis nobilitate majorem claritatem referrent. Suscepto autem in lucem beato parvulo, eoque adhuc tenella ætate divino lavacro admoto, ut jam a puero lustrationem consequeretur, rerum quæ puerilia sunt, puerilique indole ac levitate delectant, nihil eum facere permittebant, autve nugis istis ac tricis animum addicere sinebant, ne simplex ac tenerior indoles, ad laxioris vitæ licentiam morumque mollitiem per ea initia traheretur : sed ut robustioribus exque virili firmitate, strenui pectoris puerum jam tum informantes, [III] grande illi ad ea quæ officii sunt atque honesta momentum afferrent, et ut toto nisu in virtutem ferretur, auctores ei exsisterent. Quamobrem etiam ille, tum solers ipse C nactus ingenium, tum et eæ usus disciplina, etsi adhuc annis junior ac puer, ceu umbras quasdam atque lineas, easque ejusmodi ut non obscure futurum designarent, virtutis in se primos ductus ac informationes habebat; jamque ætate illi grandescente, firmumque mente statum eo nanciscente, ejus certiores notas figurasque animo reddebat, cum et ratio et prudentia, cunctaque simul, ad ea quæ virtutis essent ac perfectiora illi spectarent.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ οὗτος καὶ ἐπὶ διδασκάλους ἐφοίτα, παιδείας, ὡς εἰκὸς, παντοίας ἐπιμελούμενος, τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅσην ἐντὸς ὀλίγου χρόνου γνῶσιν ἑαυτῷ συνελέξατο; γραμματικὴν μὲν καὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον παίδευσιν ἐξασκήσας ἐπιμελέστατα, ῥητορικῆς δὲ καὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν τέχνης ἥκων εἰς τὸ ἀκρότατον, φιλοσοφίας δὲ οὕτω φιλοπόνως ἀκροασάμενος, ὡς μηδένα ἐγγὺς αὐτοῦ ἀφεῖναι γενέσθαι καὶ κατὰ μικρόν. Σπουδῇ γὰρ ἐναμίλλῳ τῇ εὐφυΐᾳ χρησάμενος, ἱκανῶς εἶχεν ἐν πᾶσι μαθήμασι καὶ περιττῶς· οἷς καὶ ἑκάστοις μὲν συνεχρῆτο, οὐκ ὀλίγα ἔστιν ὅτε τούτῳ πρὸς τὰ βελτίω συναιρομένοις. Φιλοσοφίαν δὲ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῆς λόγους, μειζόνως καὶ περιεῖπε καὶ περιέστεργε, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων προέταττεν. Ἐπεὶ γὰρ ᾔδει ταύτην καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων καὶ ἐπιστήμην, καὶ περὶ θεωρίαν καταγινομένην καὶ πρᾶξιν, καὶ φύσεως πέρι καὶ κόσμου διεξιοῦσαν, καὶ πᾶν ἁπλῶς ἄλλο παραδιδοῦσαν· ταύτῃ καὶ τὴν πλείω σπουδὴν ἔνεμε, καὶ ἐν νῷ διὰ παντὸς ἔφερε· πλὴν οὐχ ὡς ἔτυχεν οὐδ' ἀλογίστως· ἀλλὰ τὸ μὲν σοφιστικὸν ταύτης, καὶ ὅσον ἀπάτης καὶ παραλογισμῶν ἔχεται, πόῤῥω θεὶς καὶ ἀποβαλόμενος, τὸ δὲ περὶ λόγους καὶ δόγματα καὶ λογικὰς ἄλλας

III. *Maximi studiorum sedulitas. Philosophiæ cultus, et in ea delectus.* — Quod vero et ad magistros itare ludumque terere licebat, quo nimirum omne sibi eruditionis genus pararet, quid etiam loqui necesse sit, quantam intra brevis temporis moras sibi collegerit scientiam? Nempe grammatica quidem, ac reliquis, quæ circulo traduntur, liberalibusque disciplinis diligentissime excultus; rhetorices, ejus- D que artis, quæ in dicendo versatur, summam arcem adeptus; acrique adeo opera philosophiæ auditione perfunctus, ut quam ipse metam modumque, vel procul assequendi, facultatem cunctis ademerit. Pari enim diligentia cum ingenii dexteritate usus, omni satis disciplinarum genere abundeque instructus fuit; quibus et singulis pariter utebatur, exque illis quandoque ad virtutis munera compendii plurimum corrogabat. Porro philosophiam, ac quarum illa doctrinarum sermonumque parens exsistit, etiam atque etiam colebat, majoremque in modum illi affectus, cunctis reliquis anteponebat. Quod enim hanc rerum scientiam certamque notitiam noverat, ac ejusmodi ut in contemplatione versetur ac actione, deque natura ac mundo disputet; quidquid denique pror-

nus affine est, tradat; huic quoque majorem operam impendebat, ac semper eam mente versabat. Haud tamen temere nulloque consilio aut judicio: sed sophistice quidem procul amandata, quidquid denique fallaciarum est vergitque ad errorem, repudians: doctrinamque et decreta, necnon alias ratione nitentes rerum docendarum vias ac demonstrationes, probans atque vindicans. Quid enim illius attinebat falsa propositio, nihilque sincero utens ratiorum syllogistica arte complicatio, atque (iv) his affinis parque conclusio, ac quibus aliis vera commaculatur sapientia; nedum ut etiam verbis edideril, aut ejusmodi quidpiam unquam curaverit, vel ferendum putaverit, ut tantisper animum inclinaret, si quid non rite elaboratum minusque sanum aliis exciderit. Denique cunctis etiam admirationi erat, qua scientiæ, qua virtutis luce fulgebat: quaque majori hæc modestia ac humilitate cumulabat: quem nulla rerum efferret, et ad alte sapiendum induceret, non generis claritas, non doctrinæ, qua cunctis præstabat, excellentia, non virtutis sublimitas, aut omnino quidpiam aliud: sed sic modestiæ addictus erat, ut hanc unam vitæ ornamentum gloriamque haberet: sibique magis ea placeret, quam si quis simul, quidquid in humanis gloriæ est et claritatis, tribueret.

A μεθόδους καὶ ἀποδείξεις ἐγκρίνας καὶ ἀποδεξάμενος. Τί γὰρ αὐτῷ ψευδὴς πρότασις, καὶ τίς ἐκ ψευδῶν συλλογισμῶν, καὶ τοιοῦτον συμπέρασμα, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἡ ἀληθὴς σοφία καταμιαίνεται; Ἐκεῖνο γὰρ τοῦ λέγειν καὶ φάναι, ἢ ποιεῖν τι ἐμέλησε πώποτε, ἢ περί τι τῶν τοῖς ἄλλοις οὐ καλῶς πονουμένων ἀνεκτὸν γίγνεσθαι καὶ μικρὸν τὴν διάνοιαν ἐπικλῖναι. Ἀμέλει καὶ διὰ θαύματος αὐτὸν ἅπαντες ἐποιοῦντο· οὕτω μὲν γνώσεως, οὕτω δὲ ἀρετῆς, ἔργοις οὕτω δὲ πλέον μετριοφροσύνης καὶ ταπεινώσεως· ὅν γε οὐδὲν τῶν ὄντων ἐπῆρεν, οὐδὲ μεῖζον φρονεῖν ἔπεισεν. Οὐ γένος εὐκλεές, οὐ λόγων κατὰ πάντων ὑπεροχή, οὐκ ἀρετῆς ὕψος, οὐκ ἄλλο τῶν πάντων οὐδὲν ἀλλ' οὕτως ἦν τῷ μετρίῳ προσκείμενος, ὡς μόνον τοῦτ' ἔχειν καὶ σεμνόν τι βίου B καὶ καύχημα, καὶ τούτῳ πλέον φρονεῖν, ἢ εἰ πᾶσαν ὁμοῦ τις τὴν ἐν ἀνθρώποις δόξαν αὐτῷ ἐχαρίζετο.

IV. *Maximus secretariorum Heraclii primus.* — Cæterum fieri non poterat, ut eo vitæ splendore vir admirandus lateret, nec in alios quoque communis utilitatis causa claresceret: quanquam omnem quotidie navabat operam, ut inanem gloriam caveret, nec sæculi unquam negotiis curisque deditus esset, quas vel in cute attingere, plurimum virtuti officere putabat. Etsi vero sic ille cogitabat, suasque rationes in hoc conferebat, vel invitus tamen obnoxius fit atque capitur; Heraclio nimirum, qui tum rerum potiebatur, ac Romani clavum imperii moderabatur, omni benevolentia in aulam evocante, atque eorum qui a secretis imperatori essent, principem esse jubente. Eo ille, ut qui tantus vir esset, sicque nobili prosapia, in omnibus quæ in manu erant, libens utebatur, ministrumque et adjutorem, in quibus momenti plurimum erat rebusque præcipuis, ipsum adhibebat. Ad prospicienda enim quæ officii erant, cordatissimus erat, struendoque consilio solertissimus, necnon dicendo ex tempore atque scribendo expeditissimus; cujus consuetudine ac colloquio, tum imperator, tum aula reliqua ac proceres summe delectabantur, ejusque virtutis miraculo jugiter stupore defixi tenebantur.

Δʹ. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἦν οὕτω βιοῦντα λαθεῖν τὸν θαυμάσιον, οὐδὲ μὴ καὶ εἰς ἄλλους ἐκφανὲς τὸ κοινὸν γενέσθαι ὄφελος· καίτοι πολλὰ ὁσημέραι ποιοῦντα, ὥστε τὴν κενὴν ἀποδιδράναι δόξαν, καὶ τὸ μὴ ἁλῶναι ταῖς τοῦ βίου περιστάσεσιν ὧν καὶ τὸ γενέσθαι ἐν χρῷ, μέγα πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον ᾤετο. Ἀλλ' εἰ καὶ αὐτὸς οὕτω καὶ ἐμελέτα καὶ ἔπραττεν, ὅμως γοῦν καὶ ἄκων ἁλίσκεται· πρὸς τὰ βασίλεια τούτου τοῦ τότε κρατοῦντος (Ἡράκλειος δ' οὗτος ἦν), εὐνοίᾳ τῇ C πάσῃ μετακαλεσαμένου, καὶ ὑπογραφέα πρῶτον τῶν βασιλικῶν ὑπομνημάτων καταστησαμένου· ᾧ καί, οἷα τηλικοῦτος ἀνήρ, καὶ τοσούτου οἴκου, ἐν πᾶσί τε ἐχρῆτο τοῖς ἀνὰ χεῖρα, καὶ ὑπουργὸν καὶ συλλήπτορα τῶν καλλίστων ἐκέκτητο. Ἦν γὰρ οὗτος συνιδεῖν μὲν τὸ δέον συνετώτατος, βουλὴν δ' ὑποθέσθαι κομιδῇ δεξιώτατος, λόγον δὲ σχεδιάσαι ἱκανῶς προχειρότατος· οὗ τῇ συνουσίᾳ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς καὶ οἱ περὶ τὰ βασίλεια σφόδρα τε ἥδοντο, καὶ διὰ παντὸς ἦσαν τὸν ἄνδρα ἐκπεπληγμένοι.

V. *Monachum init perfectioris vitæ studio, tædioque in aula grassantis hæresis. Electus præpositus ægre acquiescit.* — Verum is minora hæc ad philosophiam (claritatem scilicet, opesque et honorem, ac si quid superflui ambitus est) existimans; ad hæc etiam maculari fidem novitatibus videns, cum Monothelitarum dogma consurgens, (v) multam Ecclesiæ inferret labem, cuncta relinquit (quamdam animi inquinationem arbitratus, ea in colluvie versari), atque monachi institutum, cum et pridem vitæ solitariæ desiderio accensus esse, acriter arripit; se nimirum ipse monasterio dedens, quod in adverso situm littore est, ac Chrysopolis dicitur, quod tum vitæ religiosæ studiis florebat; atque illic tum comam ponens, tum pannos ac cili-

D Εʹ. Ἀλλ' αὐτὸς μικρὰ ταῦτα πρὸς φιλοσοφίαν, καὶ δόξαν, καὶ χρήματα, καὶ τιμήν, καὶ ὅσα φιλοτιμίας ἦσαν τῆς περιττῆς, ἡγησάμενος ἄλλως τε καὶ τὴν πίστιν τότε καινοτομουμένην ὁρῶν, τῷ πολλὰ τὴν Ἐκκλησίαν τὸ τῶν Μονοθελητῶν διαλυμαίνεσθαι δόγμα, καταλείπει μὲν ἅπαντα, ψυχῆς ὥσπερ κοίνωσιν τὸ τοῖς τοιούτοις ἀναστρέφεσθαι οἰόμενος· πρὸς δὲ τὸν μονάδα βίον, ὃν καὶ πάλαι τοῦ καθ' ἡσυχίαν βιῶναι ἐρῶν, σπουδῇ προσχωρεῖ, τῷ κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἠϊόνα φροντιστηρίῳ, ὃ τῆς Χρυσοπόλεως προσωνόμασται, τότε κατὰ φιλοσοφίαν ἀνθοῦντι, δοὺς ἑαυτόν· κἀκεῖ τρίχας τε κειράμενος, καὶ τὸ τρίχινον ἐνδυσάμενος ἔνδυμα· ἕως καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου τρῦχον ἦν τὸ σῶμα διὰ παντός, οὐ νηστείᾳ μόνον καὶ τῇ ἄλλῃ χρώμενος ἤδη κακοπαθείᾳ, ἀλλὰ

καὶ στάσει παννύχῳ καὶ εὐχῇ προσανέχων ἐπιτεταμένῃ, τῆς ψυχῆς ἐντεῦθεν τὸ ὄρθιον ἀναστηλῶν, καὶ τὸν νοῦν ἀποσπῶν τῆς ὕλης, καὶ τοῦ δεσμοῦ λύων καὶ πρὸ τῆς διαλύσεως. Ὁ γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ἀκριβεστέρου βίου ἀγῶσιν ἑαυτὸν συνεθίζων καὶ πόνοις, καὶ τὴν κατὰ φιλοσοφίαν μετιὼν ἀγωγὴν, σχολῇ γ' ἂν οὗτος μετὰ τὸ εἰς αὐτοὺς ὑπεισδῦναι ἄλλο τι ἢ εἵλετο ἢ κατέπραξεν. Ἀμέλει καὶ πολλοὺς ἔχων τοὺς συνασκουμένους, πάντας τε ὑπερέβαλε, καὶ δὴ καὶ τὸ κατὰ πάντων πρεσβεῖον θαυμασίως ἀνῄρητο· οἵ γε καὶ τοσοῦτον τῆς τοῦδε ἡττήθησαν ἀρετῆς, ὡς καὶ κοινῇ διαπρεσβεύσασθαι πρὸς αὐτὸν, προστῆναι τούτων ἐκλιπαροῦντες, καὶ ἡγεμονίαν τὴν κατ' ἐκείνους ἀναδεδέχθαι· ἦσαν γὰρ πρὸ μικροῦ τὸν ἑαυτῶν καθηγεμόνα ἀποβαλόμενοι. Ἀλλ' αὐτὸς τὴν ἀρχὴν B ὥσπερ τι βάρους ἐφόλκιον διωθούμενος, ἀνένδοτος ἦν περὶ τὴν αἴτησιν καὶ ἰσχυρογνώμων· μήτε λόγοις αὐτῶν εἴκων, μήθ' ἱκεσίαις ὑπενδιδούς. Ὡς δὲ ἑώρα μᾶλλον ἐπικειμένους, καί τι καὶ βίας προστιθέντας, πείθεται μόλις, καὶ καταδέχεται τὴν ἐπιστασίαν· οὐκ ἀρχὴν μᾶλλον ἢ λειτουργίαν νομίσας ὑπεύθυνον.

A cium induens. Quo ex tempore vir beatus, jugiter corpus atterebat, nedum jejuniis ac reliqua jam utens corporis afflictatione, sed et noctes pervigili statione, intentisque precibus ducens; ipsaque in pedes standi lege animum in Deum recto tramite dirigens erigensque, atque a terrenis avellens; necnon vinculo, cum necdum dissolutio esset, absolvens. Qui enim, necdum etiam severioris disciplinæ arrepto instituto, certaminibus assueverat, laboribusque ac ex philosophiæ rationibus vitam instituerat; is, eo arrepto, vix aliud quidquam in animum inducat, aut agat. Denique cum et multos ejus palæstræ socios exercentes haberet, cunctos superavit, ac supra omnes primas mirabiliter tulit: tanta nimirum illius præ reliquis sodalibus virtutis præstantia, ut et communi ad eum legatione, præesse illum ac præfecturam inire ardentibus votis poposcerint, cum paulo ante præfecto suo duceque orbati essent. Hanc vero ille præfecturam, velut oneris sarcinam ac appendicem depellens, inflexo ac obfirmato animo ad vota flagitantium erat, ut nec eorum quidquam sermonibus cederet, nec se facilem supplicum desideriis præberet. Ubi tamen majori ardore insistentes vidit, vimque etiam aliquam cumulo adhibentes, vix tandem acquiescit, ac præfecturam suscipit: non magis imperium ratus, quam obnoxium ministri functione obsequium.

Ϛ'. Ἔνθεν τοι καὶ ἔμφροντις γίνεται μᾶλλον, καὶ τὸ πᾶν μεμεριμνημένος· οὐ τὸ καθ' ἑαυτὸν μόνον σκοπῶν, οὐδ' ὅπως ἂν αὐτὸς ἄριστα διαβιῴη· ἀλλ' ὅπως ἂν εἴη τοῖς ἀρχομένοις λυσιτελῶς τὸν βίον ἰθύνειν, καὶ ἀγωγῆς ἐπειλῆφθαι τῆς κρείττονος. Ἑώρα C γὰρ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι τοῖς καθ' ἑαυτοὺς τὴν ἀρετὴν μετιοῦσιν, ἐξέσται πάντως κατὰ τὸ δοκοῦν, τὰ μείζω ἢ ἐλάττω τῶν πραττομένων αἱρεῖσθαι· οἷς καὶ συγγνοίη ἄν τις, μὴ τὰ μεγάλα πράττουσι. Τῷ δ' ἄγειν ψυχὰς ἐγκεχειρισμένῳ, καὶ μικρὸν καθυφιέντι τῆς ἀκριβείας, κίνδυνος ἔσται οὐχ ὁ τυχὼν, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀρχομένοις· ὃν οὐχ ὅπως ἄριστον εἶναι δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπιδιδόναι ἀεί· εἴπερ μέλλοι τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα προσάξειν ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὡς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον τὸν ἐκείνου βίον ὁρῶντας, κἀντεῦθεν ἢ πρὸς ἀρετὴν, ἢ τὸ ἐναντίον, πρὸς κακίαν ἐναγομένους. Ταῦτα ὁ θεῖος Μάξιμος ἐννοῶν, συνετήκετο τὴν ψυχήν· τὸ λεῖπον προσεδαπάνα τῶν σαρκῶν· ταῖς φροντίσι τῶν φοιτητῶν συνείχετο. Διὰ ταῦτα βελτίω τούτοις ὑποτιθεὶς, καὶ νῦν μὲν, ἠπιωτέρῳ τῷ λόγῳ, D νῦν δὲ, τραχυτέρῳ χρώμενος τούτῳ· καὶ ἄρτι μὲν, ὁμαλῶς καὶ ἀδήκτως ἐπαφιέμενος τὴν διδασκαλίαν· ἄρτι δ' αὐστηρὰν καὶ ἀνήδυτον ταύτην προφέρων, ὡς ἕκαστον ἑώρα ἢ ἕξεως ἢ καὶ φύσεως ἔχοντα. Καὶ αὐτὸς μὲν οὕτω καὶ διέκειτο πρὸς τοὺς ἀρχομένους, καὶ τοιαύτῃ διαθέσει τὴν τούτων μετῄει ἐπιστασίαν.

VI. *Ejus præpositi sollicitudo.*— Hinc majori pressus cura, undique sollicitus peneque animi anxius, efficitur; qui scilicet non id tantum spectaret, quod suarum rationum esset, neque ut vitam ipse optime institueret; sed ut etiam subditorum utilius vitam dirigeret, et ad id demum, quod potioris disciplinæ esset, capessendum proveheret. Secum enim merito reputabat, iis quidem qui ipsi per se suarumque rationum solliciti privatim virtutem colant, omnino liberum esse, ut pro eo ac [vj] libuerit, majora vel minora obeundæ virtutis munera deligant: quibus et proclive venia sit, tametsi majora non faciant. Ei autem cui regimen animarum creditum est, vel si modicum ab eo quod exactum ac perfectum est, mitiore disciplina desciverit, tum se ipse, tum subditos grandi periculo innectit: quem scilicet, nedum quovis modo solum optimum esse necesse sit, sed ut etiam ad anteriora semper magis provehat, si modo id illi constitutum est, ut exemplo suo subditos suos ad meliorem componat frugem, atque ad majorem virtutem promoveat; qui videlicet illius vitam tanquam exemplar ob oculos habeant, ejusque inspectione aut instituantur ad virtutem, aut ad vitium prone inducantur. Hæc beatus Maximus etiam atque etiam reputans, animo contabescebat; quidquid corpusculi virium reliquum erat, id omne impendebat; discipulorum curis distinebatur. Quamobrem ad virtutem eis documenta præbebat, ac modo quidem mitiorem, modo autem asperiorem sermonem inferebat: modo placide nihilque mordacius perstringendo doctrinam adhibebat, modo austerius nulloque verborum lenocinio admonebat, ut cuique ex genio atque indole esse advertebat. Atque hic quidem Maximi erga subditos affectus erat, sicque ex animo illorum præfecturam gerebat.

Ζ'. Ἐπεὶ δ' ἑώρα, ὡς ἀνωτέρω ἔφαμεν, τὴν τῶν Μονοθελητῶν τηνικαῦτα αἵρεσιν εἰς τέλειον μᾶλλον

VII. *Alia ex Maximi litteris secessus causa in Africam. Persarum timor.* — Quod autem, uti superius

dictum est, Monothelitarum tunc hæresim magis magisque excurrere, ac immane quantum impietatis patronorum solertia ac sedulitate quotidie augmentum facere videret; gemebat ille quidem ac gravissimo luctu tenebatur, ipsos quoque maximopere miserans, qui nequissimorum auctores essent. Haud vero etiam in promptu erat, quid potissimum præstaret, malo sic in immensum effuso, et cum universum fere Orientem partesque occiduas occupasset. Quamobrem etiam in tanta hac malorum funestaque procella ac colluvie, unum hoc sibi pariter rebusque commodum invenit. Quod enim seniorem Romam ac universam Africam, locaque alia, necnon iis circumjacentes insulas, ea labe vacare cognoverat, his relictis sedibus, ad eas se partes confert, doctrinæ laboranti patrocinio futurus, rectæque fidei cultoribus per ea loca cohæsurus. Nec vero extra laborem nullisque non [vij] superatis ærumnis atque molestiis, tantum illud iter confecit : cuncta tamen honestæ alacritati posthabuit : cum forte ii ipsi, qui sub illo merebant, monachi, auctores ei perfectionis exstiterint. Quanquam enim etiam molesta vixque ferenda illorum disjunctio, haud tamen habebat quid aliud præstaret, quam quæ constituta essent, cum sic in arctum occasio cogeret, atque recessum omnino suaderet. Enimvero occupato excurrens oratio, quæ media intercesserunt dicere omisit, ac unde pessima hæc jureque aversanda opinio originem traxerit. Necesse igitur est, ut de illa pauca dicamus; ac tum, quæ deinceps ex argumenti ratione dicenda sint, adjungamus.

XV. *Maximi Anastasiique discipuli exsilium. Divinum consilium sanctorum ærumnosa vita.* — Hæc sunt, quantum memoria retinet, quæ mota et dicta sunt; talique exitu tota hæc in illos molitio terminata est: dimisso quoque sancto sene a secreto in carcerem. In crastinum vero, qui erat dies Dominicus, concilio facto, qui ecclesiastica merebant militia, auctores fuerunt imperatori, hoc illos amaro ac inhumano damnandos exsilio, a se mutuo divisos, ut sanctus quidem senex, Bizyæ, provinciæ Thraciæ castro, ejus autem discipulus Perberi, ultra quam ne passum quidem pedis Romanum habet imperium, exsularent, nulla eorum cura; nudi, nulla habentes alimenta, omni ad vitæ usum commeatu carentes: interdicto maris propius accessu, ne qua miserantium visitatione, tanta hæc illorum desolatio aliquid, levaretur. Sicque nudi et inedia conflictantes, una Dei spe fulciuntur; obsecrantes omnes Christianos, hoc clamantes: Orate per Dominum, ut perficiat Deus misericordiam suam cum nostra parvitate, doceatque nos, eos qui una cum ipso navigant, [xli] exasperati maris atque irati in periculo esse: ventis undisque jactata navi, quæ tamen iis inconcussa servetur. Permittit enim grandi eos procella excipi, ut eorum in ipsum probetur animus; quo scilicet magna voce clament: *Domine, salva nos, perimus*[14]; noverintque cuncta quæ sunt eorum salutis, illi tribuere; nec in se ipsi confidant, magnaque tranquillitate fruantur, vento ac fluctibus sedatis: exponitque in medio luporum[15], et per angustam portam ingredi jubet[16], et per arctum callem incedere: famemque, et sitim, et nuditatem, et vincula, et carceres, et exsilia, et verbera, et crucem, et clavos, et acetum, et fel, et sputa, et pugnorum ictus, et colaphos, et ludibria proponit; et passionem et mortes diversi generis: quorum finis, omni luce splendida resurrectio, ipsa secum pacem afferens, iis, qui illius causa persecutionem passi sunt; atque gaudium, his, qui propter illum in ærumna malisque versati sunt: receptionem in cœlos, et ut ad paternum ac supersubstantialem thronum admittantur, beatasque sedes supra omnem principatum et potestatem atque virtutem et dominationem, et omne nomen quod nominatur sive in hoc sæculo sive in futuro, consequantur. Quas utinam nancisci cunctis nobis liceat, precibus et intercessionibus laudatissimæ summæque venerabilis ac supergloriosæ vere natura Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, et sanctorum apostolorum et prophetarum atque martyrum. Amen.

[14] Matth. VIII, 25. [15] Matth. X, 16. [16] Matth. VII, 13

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΑΒΒΑ ΜΑΞΙΜΟΥ

ΠΡΟΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΝ ΜΟΝΑΖΟΝΤΑ.

S. MAXIMI ABBATIS, AD ANASTASIUM MONACHUM *.

Heri, quod fuit decima octava dies mensis, qua A solemnitas agebatur Mediæ sanctæ Pentecostes, significavit mihi patriarcha, dicens : Cujus Ecclesiæ es ? Constantinopolitanæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, Hierosolymitanæ ? Ecce omnes cum subjectis illis provinciis unione consociatæ sunt. Igitur si es Ecclesiæ catholicæ, unire, ne forte extraneam nec ex usu, mundo viam innovans, quod non speras, id patiaris. Ad quos dixi : Catholicam Ecclesiam universorum Deus pronuntiavit [17], rectam et salutarem fidei in ipsum confessionem, Petrum beatificando, quibus eum præclare [xlij] confessus est. Verumtamen discam confessionem super quam omnium Ecclesiarum facta est unio : nec ab eo quod bene gestum est, quidquam abhorrebo. Et aiunt : Licet non habeamus super hoc jussionem, dicemus B tamen, ut nulla tibi prorsus excusandi supersit ratio. Duas fatemur operationes ob distinctionem, et unam propter unitionem. — Duas propter unitionem unam factam asseritis, an præter has, dixi, aliam ? Non, inquiunt, sed duas unam propter unitionem. Res igitur nobis, dixi, ablatæ sunt, qui fidem nobis sine substantia, ac Deum non vere exsistentem fingamus. Si enim in unam duas confundimus propter unitionem, ac rursus in duas dividimus propter distinctionem, nec unitas, nec dualitas erit operationum, quæ se invicem semper interimant, eumque cui natura insunt omnis expertem operationis, ac prorsus exsistentia carentem, efficiant. Quod enim nullam a natura inauferibilem, nulloque mutationis modo alterabilem aliaque aliam C mutantem motionem habet, ex Patrum vera sententia, omni substantia ac veritate caret, quippe cui operatio virtusque substantialiter insigniens deest. Hoc utique dicere non valeo, nec a sanctis Patribus eam didici confessionis regulam. Quod vobis libuerit, penes quos potestas sit, hoc facite. — Audi igitur, dixerunt : Visum est dominatori et patriarchæ, ut per præceptum papæ anathematizeris, nisi obedias, et quam illi decreverunt mortem sustineas. Quod a Deo ante omne sæculum diffinitum est, in me finem accipiat, ferens illi gloriam ante

Χθὲς ὀκτωκαιδεκάτη τοῦ μηνὸς, ἥτις ἦν ἡ ἁγία Πεντηκοστὴ (a), ὁ πατριάρχης ἐδήλωσέ μοι λέγων· Ποίας Ἐκκλησίας εἶ; Βυζαντίου; Ῥώμης; Ἀντιοχείας; Ἀλεξανδρείας; Ἱεροσολύμων; Ἰδοὺ πᾶσαι μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὰς ἐπαρχιῶν ἡνώθησαν. Εἰ τοίνυν εἶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἑνώθητι, μήπως ξένην ὁδὸν τῷ βίῳ καινοτομῶν, πάθῃς ὅπερ οὐ προσδοκᾷς. Πρὸς οὓς εἶπον· Καθολικὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ὀρθὴν καὶ σωτήριον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁμολογίαν, Πέτρον μακαρίσας ἐφ' οἷς αὐτὸν καλῶς ὡμολόγησεν, ὁ τῶν ὅλων εἶναι Θεὸς ἀπεφήνατο. Πλὴν μάθω τὴν ὁμολογίαν, ἐφ' ἣν πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν γέγονεν ἡ ἕνωσις· καὶ τοῦ γενομένου καλῶς, οὐκ ἀλλοτριοῦμαι. Καί φασι· Κἂν οὐκ ἔχωμεν περὶ τούτου κέλευσιν, λέγομεν διὰ τὸ γενέσθαι σε πάντως ἀπροφάσιστον. Δύο λέγομεν ἐνεργείας διὰ τὴν διαφορὰν, καὶ μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν. — Τὰς δύο διὰ τὴν ἕνωσιν μίαν φατὲ γεγονέναι, ἢ παρὰ ταύτας, εἶπον, ἑτέραν. — Οὔ, φασὶν, ἀλλὰ τὰς δύο μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν. — Ἀπηλλάγημεν πραγμάτων, ἔφην, ἑαυτοῖς ἀνυπόστατον πίστιν, καὶ Θεὸν ἀνύπαρκτον πλάσαντες. Εἰ γὰρ εἰς μίαν συγχέομεν τὰς δύο διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ πάλιν εἰς δύο διαιροῦμεν διὰ τὴν διαφορὰν, οὐκ ἔσται μονὰς οὔτε δυὰς ἐνεργειῶν, ἀλλήλαις ἀναιρουμένων ἀεὶ, καὶ ποιουσῶν ἀνενέργητον ᾧ προσπέφυκαν, καὶ παντελῶς ἀνύπαρκτον. Τὸ γὰρ μηδεμίαν ἔχον ἐκ φύσεως ἀναφαίρετον, καὶ μηδενὶ λόγῳ τροπῆς ἀλλοιουμένην καὶ μεταπίπτουσαν κίνησιν, πάσης οὐσίας ἐστέρηται κατὰ τοὺς Πατέρας, οὐκ ἔχον ἐνέργειαν οὐσιωδῶς αὐτὸ χαρακτηρίζουσαν. Τοῦτο οὖν λέγειν οὐ δύναμαι, οὔτε ἐδιδάχθην παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ὁμολογεῖν. Τὸ δοκοῦν ὑμῖν, οὖσιν ἐξουσιασταῖς, ποιήσατε. — Οὐκοῦν ἄκουσον, ἔφησαν· ἔδοξε τῷ δεσπότῃ καὶ τῷ πατριάρχῃ, διὰ πραικέπτου τοῦ πάπα Ῥώμης, ἀναθεματισθῆναί σε μὴ πειθόμενον, καὶ τὸν ὁριζόμενον αὐτοῖς ἀπενέγκασθαι θάνατον. — Τὸ τῷ Θεῷ πρὸ παντὸς αἰῶνος ὁρισθὲν ἐν ἐμοὶ δέξοιτο πέρας, φέρον αὐτῷ δόξαν πρὸ παντὸς ἐγνωσμένην αἰῶνος, αὐτοῖς τοῦτο ἀκούσας ἀπεκρινάμην. — Καὶ πρὸς τὸ γνῶναί σε, καὶ προσθήκην εὐχῆς τῷ Θεῷ ποιήσασθαι καὶ δεήσεως, ἐμφανῆ σοι τὰ δηλωθέντα πεποίηκα, παρακαλῶν τῷ κυρίῳ Θείῳ, καὶ τοῖς ἐκεῖ σὺν αὐτῷ

[17] Matth. xvi, 18.

* Anast. addit *discipulum suum*.

(a) Μεσοπεντηκ. legit Anastasius, quem et sequor. Nec enim satis quadrat, ut ipso die Pentecostes facta sit hæc allocutio, bene alio minus solemni, qualis ille Mediæpentecostes, nostris ignotus, antiquæ tamen Græcis venerationis.

πατράσιν ἡμῶν ἁγίοις γνώριμα καταστῆσαι ταῦτα, τῆς αὐτῆς χάριν αἰτίας.

A omne sæculum cognitam, respondi illis dum hoc audirem. — Atque ut scias, hincque orandi, majoribus in rem animis, compendium facias, quæ fuerunt significata, tibi nota feci; rogans ut ea domno Thio (a), sanctisque Patribus qui cum ipso sunt, eamdem ipsam ob causam, nota facias.

(a) Sic et Anast. Forte tamen est appellativum, deestque nomen proprium.

ANASTASIUS.

Hæc jussit mihi transcribere et nota facere sanctissimis vobis, quo et ex his motione comperta, communem omnes pro communi matre nostra (catholica videlicet Ecclesia) et nobis indignis servis vestris, afferatis Domino precem, ad roborandum omnes, et nos quoque, in illa nobiscum perseverantes, secundum pie in ipsa prædicatam a sanctis Patribus orthodoxam fidem. Magnus enim in toto mundo timor habetur, cum hæc persecutionem consonanter ab omnibus patiatur; nisi sua gratia consuete præstet auxilium, is, qui semper auxiliatur, semen pietatis saltem seniori Romæ relinquens, nobis non mentientem ad apostolorum habitam principem repromissionem, suam confirmans.

(a) Anastasii Collect. Nobis desiderata Græca.

[xliij] *Ejusdem sancti Anastasii monachi discipuli sancti abbatis Maximi, ad commune monachorum apud Calarim constitutorum collegium.*

(a) **Multa** scribere nos, etiam præter votum, B tempus prohibuit. Omnia vero in uno nota faciamus verbo sanctissimis vobis. Hi qui alterius sunt partis (b) diffinitione immobili ut est, et propriæ maxime professionis, constitui paternam non maluat doctrinam : sed alternis impelluntur opinionibus, quas et dinumerare operosum de cætero duco. Modo ergo ab inexsistentia ad inconvenientiam translati sunt, id est, ex eo quod neque unam neque duas dicunt, ad prædicandum duas et unam, id est, tres, in uno eodemque Christo voluntates et operationes traducti : quod neque Patrius, neque synodicus, neque physicus sermo decrevit : sed neque priscorum et deinceps hæreticorum furor eatenus adinvenit; sciens inanem, tanquam vitio proprio corruptam, eamdem opinionem. Si enim C diversæ, ex diversis compositum substantiis characterizant naturaliter proprietates, utpote nullatenus adempta naturarum diversitate propter unitionem, sed salva potius proprietate utriusque naturæ, et in unam personam et unam subsistentiam concurrente, quemadmodum sancta Chalcedonensis synodus ait, et is Deus ex Deo Patre, et homo ex homine semper Virgine matre, idem ipse existens cognoscitur juxta naturam natus, quanquam incorporaliter et sine causa; corporaliter autem ex hac propter causam, salutem videlicet nostram; quomodo possibile est, unam eamdemque personam, id est, unum eumdemque Christum Dominum nostrum et Deum, super duas, etiam alia secundum ipsos proprietate naturaliter figurari, ad D certitudinem eorum, ex quibus, et in quibus, et quæ est? Si enim eædem creduntur etiam per aliam, id est, per tertiam, quæ et per dualitatem, voluntates et operationes ejus, quæ secundum naturam sunt : necesse est ut identitate exhibitionis indissimilitas cognoscatur exsistentiæ, et sit idem duabus una, id est, alterutris tres, sive naturales, sive substantiales. Verum naturales quidem non, sed secundum illos, subsistentiales : aggregentque ob hoc aut adversus eum jam aut tres substantias, aut totidem subsistentias, et secundum ipsum æqui numeri proprietates, increatam videlicet et creatam, et neutram, id est, inexsistentem. Inexsistens enim est, quod neutrius per naturam participatur, ita ut etiam identitate, quæ ad eam, id est, tertiam est, secundum illos inexsistentes sint et duæ naturæ, et naturales ipsius voluntates et operationes. At vero si non eadem, sed alia, exceptis his ex quibus est credendus, in eo per tertiam aiunt, eumdem secundum eamdem, rursus proferunt inexsistentiam, velut is qui medius inter utramque, neutra harum exsistat; increatam scilicet natura sua, et creatam substantiam atque virtutem. Aut enim subsistentialem volunt hanc esse, aut compositam, aut Deivirilem, aut unitoriam propter adunationem. Nam non solum, ut diximus, hanc non exsistentem introducunt, quod secundum nihil eorum ex quibus est natura, hunc characterizet. Verum etiam a naturali cognatione, quam habet cum Deo et Patre, reddunt externum. Minus enim dicendum, quia perhibent eam etiam a congenita proprietate, quam habet ad intemeratam Matrem et Virginem, alienum : quasi secundum neutrum horum habeat

(a) Anast. Bibl. Collect.

(b) Mollienda versio, si Græca suppeterent.

compositam aut subsistentialem, aut deivirilem, A aut unitoriam propriam voluntatem et operationem. Verum Patris quidem incompositam sine principio habet et substantialem atque divinam; Matris vero creatam atque humanam. Deinde etiam divisas naturas, ex quibus ipse est, inferunt, quas, per operationem et non per subsistentiam sibi unitas, innotescat, si propter unitatem unam operationem dogmatizant. Quod hi, qui in divisione corrupti sunt, dicunt, affectuosam hanc esse operationem fabulose fingentes. Sic autem et confusioni locum tribuentes, et deivirilem, secundum Severum male interpretantur, unam hanc, sed non duas secundum unitionem, divinam naturam et virilem significare contendentes : et hac, Dei viri quamdam naturam, sed non virum factum Deum sibimet sub- B inducunt. Præsertim cum hoc prævidens etiam vere deiphantor Dionysius (a), non unam vocaverit hanc, sed nova quadam Deivirili nobis cum dixerit operatione conversatum : ostendens, non alteram ab altera disjunctam, sed ambas per alterutras, et alterutris connaturaliter adunatas, in eorum ex quibus est, et in quibus, et quæ erat, certitudinem proferendas. Et, ut Paterne dicamus, cum alterius communione horum utrumque. Ita ut (b) mirabiles quidem passiones, compassibilia vera procul dubio miracula cognoscantur, per omnimodam coaptationem eorum, quæ ab eo naturaliter gesta sunt. Dupla enim omnia, et unita omnia prædicant in eo, qui duplici est natura, [xliv] ea quæ secundum naturam sunt, Dei præcones et Patres nostri. Quibus, ut dictum C est, suum corrigere nolentes sermonem, adhuc et senioris Romæ propriæ consentire sectæ coegerunt apocrisiarios. Unam super duas, id est, tres secum prædicant in eodem Domino nostro Jesu Christo voluntates et operationes : similem scientiæ ligno gustum commiscentes, quemadmodum et isti fidem ex bono et malo proferunt, affectantibus. Unde et talibus circumvenientes litteris, ei qui miserat, mittunt. Quia ergo in magno propter hæc periculo sunt res pene totius catholicæ et apostolicæ Dei Ecclesiæ constitutæ, pro ea deprecamur et obsecramus sanctissimos viros, ne hanc despiciatis periclitantem, sed adjuvetis tempestatibus laborantem, scientes in tempore tribulationis dilectionem, quæ in Spiritu sancto est, nasci. Et si possibile est, vos transire citius, quasi alia pro causa, ad senioris Romæ pios et firmos, ut petram, viros. Qui videlicet nobiscum tutores nostri sunt semper et propugnatores ferventissimi veritatis; obsecrantes hos supplicatoriis vocibus et lacrymis pro omnibus Christianis, quatenus mercedem a Domino sortiantur Omnibus similiter et sibimet absque novitate recens inventa servantes orthodoxam fidem, et nihil approbantes, præter quæ definita sunt a sanctissimis Patribus et synodis, ut boni studii sui æmulatione hoc maximum cum Dei auxilio directe prosequentes opus, cum illis sive nunc, sive in die judicii, Dominum habeant debitorem, quem nimirum habuerunt in talibus creditorem, non aliud qui præter se, sed ipsum totum, totis vobis atque illis in æternas delicias et refectionem donantem quem et nos habere adversus Arianos, qui continuantur hic, supplicate Deo, beati, cum simus egeni, pauperes et indigni servi vestri.

(a) Epist. 4, ad Caium.

(b) Leo papa, ep. ad Flavianum.

ΤΟΜΟΣ Β'

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Μαξίμου,

Περὶ τῶν πραχθέντων ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ ἐξορίᾳ, ἤτοι ἐν Βιζύῃ· τὰ παρὰ τοῦ Θεοδοσίου ἐπισκόπου Καισαρείας Βιθυνίας, καὶ αὐτοῦ διαλεχθέντα.

—

TOMUS ALTER

Sancti Patris nostri Maximi ac confessoris :

Quæ gesta sunt in primo ejus exsilio, id est, Bizyæ : quæ scilicet inter Theodosium Cæsareæ Bithyniæ episcopum ipsumque fuerunt disputata.

—

I. Quæ mota sunt de immaculata nostra Christianorum fide, ac de subintroducta contrariorum novitate, inter abbatem Maximum et Theodosium Cæsareæ Bithyniæ episcopum, necessarium duxi vobis omnibus nota facere, qui rectæ fidei sensum tenetis, ut cum hæc certius vos nosse contigerit, benignissimum Deum magis ac magis glorificetis, qui dat verbum in apertione oris timentium eum [17] :

D Α'. Τὰ κεκινημένα περὶ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ τῆς τῶν δι' ἐναντίας παρεισάκτου καινοτομίας, μεταξὺ τοῦ ἀββᾶ Μαξίμου, καὶ Θεοδοσίου ἐπισκόπου Καισαρείας Βιθυνίας ἀναγκαῖον ἡγησάμην κατάδηλον ποιῆσαι πᾶσιν ὑμῖν τοῖς ἐν ὀρθοδοξίᾳ διατελοῦσιν, ἵνα ἀκριβέστερον τὰ περὶ τούτων εἰδέναι ἔχοντες, δοξάζητε μᾶλλον τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, τὸν διδόντα λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στό-

[17] Ephes vi, 19.

A ματος τῶν φοβουμένων αὐτόν· μήπως συνήθως οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας, τἀναντία ταύτης διαφημίζοντες, ἐκταράξωσιν ὑμῶν τὰς καρδίας.

Β'. Τοιγαροῦν τῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς νυνὶ παρελθούσης τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐπινεμήσεως, ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν ἐν ᾗ παρεφυλάττετο ἐξορίᾳ, τουτέστιν ἐν κάστρῳ Βιζύης, ὁ προρηθεὶς ἐπίσκοπος Θεοδόσιος, ὡς εἶπεν, ἐκ προσώπου Πέτρου τοῦ προέδρου Κωνσταντινουπόλεως πεμφθείς· καὶ Παῦλος καὶ Θεοδόσιος οἱ ὕπατοι, ὡς εἶπον καὶ αὐτοί, ἐκ προσώπου βασιλέως πεμφθέντες· καὶ ἀνελθόντες πρὸς τὸν εἰρημένον μοναχὸν Μάξιμον, ἐν ᾧ τόπῳ ἀπεκέκλειστο, ἐκάθισαν, καὶ ἐπέτρεψαν καὶ αὐτὸν καθίσαι, συνόντος αὐτοῖς δηλονότι καὶ τοῦ ἐπισκόπου Βιζύης. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος· B Πῶς ἔχεις, κῦρι ἀββᾶ; ΜΑΞ. Ὡς προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων τὴν περὶ ἐμὲ προνοητικὴν διεξαγωγήν, οὕτως ἔχω. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; πρὸ παντὸς αἰῶνος περὶ ἑκάστου ἡμῶν ὥρισεν [προώρισεν] ὁ Θεός; ΜΑΞ. Εἴπερ προέγνω, πάντως καὶ προώρισε· ΘΕΟΔ. Τί ἐστιν αὐτὸ τὸ, Προέγνω, καὶ Προώρισεν; ΜΑΞ. Ἡ πρόγνωσις τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐννοιῶν καὶ λόγων καὶ ἔργων ἐστίν· ὁ προορισμὸς δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν συμβαινόντων ἐστί. ΘΕΟΔ. Ποῖά ἐστι τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ποῖα τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν; ΜΑΞ. Ὡς ἔοικε, πάντα γινώσκων ὁ δεσπότης μου, δοκιμαστικῶς διαλέγεται πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἀγνοῶν ἠρώτησα, καὶ μαθεῖν θέλων τὴν διαφορὰν τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· καὶ πῶς τὰ μὲν ὑπὸ τὴν πρόγνωσιν τοῦ Θεοῦ ὑπάρχουσι· τὰ δὲ, C ὑπὸ τὸν προορισμόν εἰσιν. ΜΑΞ. Ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὰ ἑκούσια πάντα, τουτέστιν ἀρεταὶ καὶ κακίαι· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, αἱ ἐπιφοραὶ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν κολαστικῶν τρόπων, ἢ τῶν ἐναντίων. Οὔτε γὰρ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἡ κολάζουσα νόσος, οὔτε ἡ εὐφραίνουσα ὑγεία· καὶ αἱ ποιότητες καὶ αἱ τούτων (a) αἰτίαι. Οἷον αἰτία νόσου ἀταξία, ὥσπερ καὶ ὑγείας εὐταξία· καὶ βασιλείας οὐρανῶν αἰτία, ἡ τῶν ἐντολῶν φυλακή, ὥσπερ καὶ πυρὸς αἰωνίου, ἡ τούτων παράβασις. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; διὰ τοῦτο θλίβῃ ἐν τῇ ἐξορίᾳ ταύτῃ, ἐπειδὴ ἄξιά τινα ἐποίησας ταύτης τῆς θλίψεως; ΜΑΞ. Παρακαλῶ ἵνα ὁ Θεὸς ταύτῃ τῇ θλίψει περιορίσῃ τὰς ἐκτίσεις ὧν ἥμαρτον αὐτῷ ἐν τῇ παραβάσει τῶν αὐτοῦ δικαιωτικῶν ἐντολῶν. ΘΕΟΔ. Οὐκ ἔστι δοκιμῆς ἕνεκεν ἐπαγομένη θλίψις πολλοῖς; ΜΑΞ. D Ἡ δοκιμὴ τῶν ἁγίων ἐστὶν, ἵνα φανερωθῶσι διὰ τῆς θλίψεως τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, αἱ περὶ τὸ φύσει καλὸν διαθέσεις αὐτῶν, αὐταῖς συνεκφαίνουσαι τὰς ἠγνοημένας πᾶσιν ἀρετὰς, ὡς ἐπὶ Ἰὼβ καὶ Ἰωσήφ. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ φανερώσει τῆς κεκρυμμένης ἀνδρείας ἐπειράζετο· ὁ δὲ, ἐπ' ἐκφωνήσει τῆς ἁγιαστικῆς σωφροσύνης ἐδοκιμάζετο· καὶ πᾶς τῶν ἁγίων ἀκουσίως ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ θλιβεὶς, ἐπὶ τισὶ τοιαύταις οἰκονομίαις ἐθλίβετο, ἵνα διὰ τῆς ἀσθενείας τῆς συγχωρουμένης αὐτοῖς ἐπαχθῆναι, τὸν ὑπερήφανον καὶ ἀποστάτην περιπατήσωσι δράκοντα, τουτέστι τὸν διά-

A ne forte veritatis inimici more solito huic contraria diffamantes, corda vestra conturbent.

II. Igitur nono Kalendas Septembris, ejus quæ jam lapsa est, indictionis, venit ad eum in exsilium, in quo positus servabatur (ad castrum scilicet Bizyæ) quem modo dicebam, Theodosius episcopus, ex persona (uti dicebat) Constantinopolitani præsulis [xlv] missus; Paulusque et Theodosius consules, ipsi quoque, ut fassi sunt, ex persona imperatoris directi. Ascendentesque ad eum, quem dixi, abbatem Maximum, quo loco reclusus erat, sederunt, eumque pariter sedere jusserunt. Aderat autem cum illis etiam episcopus Bizyæ. Et dicit ad eum Theodosius episcopus : Quomodo B habes, domne abba ? MAX. Sicut prædestinavit Deus ante omnia sæcula certa mihi providentia transigendam vitam, sic habeo. THEOD. Ergone prædestinavit Deus ante omne sæculum, quid cuique nostrum futurum sit? MAX. Si præscivit, omnino etiam prædestinavit [16]. THEOD. Quid sibi hoc ipsum vult, Præscivit et, Prædestinavit? MAX. Præscientia est cogitationum sermonumque et operum, quæ in nobis sunt; prædestinatio vero est eorum quæ non posita in nobis eveniunt. THEOD. Quænam sunt quæ in nobis, et quæ non in nobis posita sunt? MAX. Ut videtur, cum sciat omnia dominus meus, explorando cum servo suo disputans sermone congreditur. THEOD. Per Dei veritatem, ignorans in- C terrogavi, eoque animo ut noverim, quodnam sit discrimen eorum quæ in nobis, et quæ non in nobis posita sunt; et quomodo alia quidem sub Dei præscientiam, alia vero sub prædestinationem cadant. MAX. In nobis sunt omnia quæ voluntaria sunt, virtutes scilicet et vitia; non in nobis autem, quæ castigandis delictis mala eveniunt Deoque auctore inferuntur, atque his contraria. Non enim in nobis est, vel languor crucians, vel sanitas lætitiam præstans; tametsi in nobis sunt quibus illa conflantur. Puta, inordinata victus ratio causa est languoris; uti etiam eadem ordinata exque temperantiæ rationibus composita, est causa sanitatis. Regni item cœlorum causa, mandatorum custodia est; uti et ignis æterni, illorum transgressio. THEOD. Quid igitur? D Ea causa est cur in hoc exsilio malis conflictaris, quod ærumna hac digna quædam perpetraveris? MAX. Rogo ut Deus ærumna hac circumscribat pœnas eorum, quæ illi deliqui, in transgressione justificantium illius mandatorum. THEOD. Nunquid non multis probationis causa est, quod malis appetuntur? MAX. Probatio sanctorum est, ut per ærumnam illataque eis mala, eorum animus circa id quod natura bonum est, mortalium vitæ innotescat, ac cum eo virtutes cunctis ignotæ una elucescant : uti se res in Jobo et Josepho habuit. [xlvi] Alter namque tentatus est, ut quæ occulta erat fortitudo splen-

[16] Rom. viii, 29.

(a) Legit Anast., quem sequor, κἂν αἱ ποιητικαὶ τούτων.

desceret; alter vero probatus, ut sanctimoniæ castitatis celebrem laudem referret. Ac quisquis sanctorum in hoc sæculo iis malis, quæ non ex voluntate sunt, obnoxius fuit, ut iis esset obnoxius, ejusmodi aliqua dispensatio causa fuit; quo scilicet per infirmitatem quam illis evenire Deus permittebat, seu etiam cujus ipse eis auctor erat, superbum draconem ac desertorem conculcarent; nempe diabolum. Patientia enim probationis opus est in quolibet sanctorum [19]. THEOD. Per Dei veritatem bene dixisti : ac me commodo affectum confiteor; quærebamque semper in talibus vobiscum sermonem conferre. Quia tamen alia rei summa est ob quam ego pariter et domini mei futuri patricii (a) ad te venimus, tantaque locorum spatia peragravimus; rogamus te ut quæ a nobis proponenda sunt suscipias, orbique universo gaudium facias. MAX. Quænam hæc, domine, quisve ego sum, et unde, ut si his quæ mihi proponenda sunt assensum præbuero, gaudium facturus sim orbi universo? THEOD. Per veritatem Domini nostri Jesu Christi, quod tibi dicturus sum, ego et domini mei futuri patricii ex ore domini nostri patriarchæ audivimus, ac pii Dominatoris orbis. MAX. Amabo vos, domini mei, dicite quæ vultis, et quæ audistis.

βολον. Ἡ γὰρ ὑπομονὴ, δοκιμῆς ἔργον ἐστὶν ἐφ' ἑκάστου τῶν ἁγίων. ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, καλῶς εἶπας· καὶ ὁμολογῶ τὴν ὠφέλειαν· καὶ ἐζήτουν ἀεὶ ἐν τοῖς τοιούτοις συνδιαλέγεσθαι ὑμῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπ' ἄλλῳ κεφαλαίῳ κἀγὼ καὶ οἱ δεσπόται μου οἱ μελλοπατρίκιοι (a) πρὸς σὲ γεγόναμεν, καὶ τοσαῦτα διαστήματα ἤλθομεν, παρακαλοῦμέν σε τὰ παρ' ἡμῶν προτεινόμενα δέξασθαι, καὶ χαροποιῆσαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ΜΑΞ. Ποῖα ταῦτά εἰσι, δέσποτα, καὶ τίς ἐγὼ, καὶ πόθεν εἰμὶ, ἵνα ἡ ἐπὶ τοῖς προτεινομένοις μοι συγκατάθεσις χαροποιήσῃ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην; ΘΕΟΔ. Μὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἅπερ λέγω σοι, ἐγώ τε καὶ οἱ δεσπόται μου μελλοπατρίκιοι, ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ εὐσεβοῦς Δεσπότου τῆς οἰκουμένης ἠκούσαμεν. ΜΑΞ. Κελεύσατε, οἱ δεσπόται μου, εἰπεῖν ἅπερ βούλεσθε, καὶ ἅπερ ἠκούσατε.

III. THEOD. Rogat per nos imperator et patriarcha, ex te scire, quid causæ sit, cur non communices throno Constantinopolitano. MAX. Habetis super hoc procurationem in scriptis a piissimo imperatore vel a patriarcha? THEOD. Non debueras, domine, nobis fidem abnuere. Tametsi enim humilis sum atque tenuis, episcopus tamen audio, et isti domini mei pars senatus sunt : nec tui tentandi causa venimus; absit! MAX. Quovis tandem modo ac causa ad servum vestrum veneritis, ego nulla tergiversatione, causam vobis ob quam non communico throno Constantinopolitano, aperiam. Cæterum, quanquam aliorum erat ex me ejus rei percontari causam, at certe vestrum non est, qui me certius eam noveritis.

Γ'. ΘΕΟΔ. Παρακαλεῖ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης δι' ἡμῶν, μαθεῖν παρὰ σοῦ, διὰ ποίαν αἰτίαν οὐ κοινωνεῖς τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. ΜΑΞ. Ἔχετε περὶ τούτου ἐπιτροπὴν ἔγγραφον παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἢ παρὰ τοῦ πατριάρχου; ΘΕΟΔ. Οὐκ ὤφελες, δέσποτα, ἀπιστῆσαι ἡμῖν. Κἂν γὰρ ταπεινός εἰμι, ἐπίσκοπος ἀκούω· καὶ οἱ δεσπόται μου συγκλήτου μέρος τυγχάνουσι· καὶ οὐκ ἤλθομεν πειράσαι σε· μὴ δῴη Θεός. ΜΑΞ. Οἱῳδήποτε τρόπῳ ἤλθατε πρὸς τὸν δοῦλον ὑμῶν, ἐγὼ χωρὶς πάσης ὑποστολῆς λέγω τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὐ κοινωνῶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. Πλὴν κἂν ἄλλων ἦν τὸ ἐρωτᾷν με διὰ ποίαν αἰτίαν, ὑμῶν οὐκ ἔστι, τῶν γινωσκόντων ἀσφαλῶς πλεῖον ἐμοῦ τὴν αἰτίαν.

IV. Nostis quæ factæ sunt novitates a sexta indictione transacti circuli, cœptas ab Alexandria, per novem capitula a Cyro promulgata, qui nescio qua ratione ejus loci præsul exstitit; quæ ipsa a sede [xlvij] Constantinopolitana confirmata sunt : aliasque immutationes, necnon additamenta minuentiaque synodice a Sergio, Pyrrho, Paulo, Byzantinæ Ecclesiæ præsulibus, facta : quas videlicet novitates omnis orbis exploratas habet. Hæc causa est, cur ego servus vester non communicem Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Tollantur offendicula, a viris, quos dicebam, posita, una cum ipsis qui hæc posuerunt, quemadmodum ait Deus : *Et lapides e via disjicite* [20], planamque ac tritam, atque ab omni senticosæ hæreseos pravitate liberam Evangelii viam, qualem et inveneram, nullo hominum hortatore, ipseque ultro incedam. Quandiu autem de ipsis his offendiculis positis, iisque qui posuerunt, gloriantur Constantinopolitani præsules, nulla sit

Δ'. Γινώσκετε τὰς γενομένας καινοτομίας ἀπὸ τῆς ἕκτης ἐπινεμήσεως τοῦ διελθόντος κύκλου ἀρξαμένας ἀπὸ Ἀλεξανδρείας διὰ τῶν ἐκτεθέντων ἐννέα κεφαλαίων παρὰ Κύρου, τοῦ οὐκ οἶδα πῶς γεγονότος ἐκεῖσε προέδρου, τῶν βεβαιωθέντων ὑπὸ τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως· καὶ τὰς ἄλλας ἀλλοιώσεις, προσθήκας τε καὶ μειώσεις, τὰς γενομένας συνοδικῶς ὑπὸ τῶν προεδρευσάντων τῆς τῶν Βυζαντίων Ἐκκλησίας, Σεργίου λέγω, καὶ Πύῤῥου, καὶ Παύλου· ἅστινας καινοτομίας πᾶσα γινώσκει ἡ οἰκουμένη. Διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐ κοινωνῶ, ὁ δοῦλος ὑμῶν, τῇ Ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως. Ἀρθῶσι τὰ προσκόμματα τὰ τεθέντα ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, μετ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν θεμένων αὐτὰ, καθὼς εἶπεν ὁ Θεός· *Καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε*, καὶ τὴν λείαν καὶ τετριμμένην, καὶ πάσης ἀκανθώδους αἱρετικῆς κακίας ἐλευθέραν ὁδὸν τοῦ Εὐαγγελίου, καθάπερ καὶ ἣν εὑρίσκων, ὁδεύω πάσης δίχα προτροπῆς ἀνθρωπίνης. Ἕως δὲ ἂν τοῖς

[19] Rom. v, 4. [20] Jerem. L, 26.

(a) Sic quoque Anast., *futuri patricii;* Morinus, *magnificentissimi*, quasi μεγαλοπατρίκιοι, fallentibus, puto, oculis.

τεθεῖσι προσκόμμασι, καὶ τοῖς τεθεικόσιν αὐτὰ σεμνύνωνται οἱ πρόεδροι Κωνσταντινουπόλεως, οὐδείς ἐστιν ὁ πείθων με λόγος ἢ τρόπος κοινωνεῖν αὐτοῖς.

Ε'. ΘΕΟΔ. Τί γὰρ κακὸν ὁμολογοῦμεν, ἵνα χωρισθῇς τῆς κοινωνίας ἡμῶν; ΜΑΞ. Ὅτι μίαν ἐνέργειαν λέγοντες θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, συγχέετε τόν τε τῆς θεολογίας, καὶ τῆς οἰκονομίας λόγον. Εἰ γὰρ πεισθῆναι δεῖ τοῖς ἁγίοις Πατράσι, λέγουσιν, Ὧν ἡ ἐνέργεια μία, τούτων καὶ ἡ οὐσία μία· τετράδα ποιεῖτε τὴν ἁγίαν Τριάδα, ὡς ὁμοφυοῦς τῷ Λόγῳ γενομένης τῆς αὐτοῦ σαρκὸς, καὶ ἐκστάσης τῆς πρὸς ἡμᾶς καὶ τῆς αὐτὴν τεκούσης συγγενοῦς κατὰ φύσιν ταυτότητος.

Ϛ'. Καὶ πάλιν, ἀναιροῦντες τὰς ἐνεργείας, καὶ μίαν κυροῦντες θέλησιν θεότητος τοῦ αὐτοῦ καὶ ἀνθρωπότητος, ἀφαιρεῖσθε αὐτοῦ τὴν τῶν ἀγαθῶν διανομήν. Ἐὰν γὰρ ἐνέργειαν οὐδεμίαν ἔχῃ, κατὰ τοὺς τοῦτο θεσπίσαντας, δῆλον ὅτι, κἂν θέλῃ, ἐλεῆσαι οὐ δύναται, ἀφαιρεθείσης αὐτῷ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐνεργείας, εἴπερ ἐνεργείας ἀγαθῆς χωρὶς, οὐδὲν τῶν ὄντων ἐνεργεῖν ἢ πράττειν πέφυκεν.

Ζ'. Ἄλλως τε δὲ, καὶ τὴν σάρκα ποιεῖτε τῷ θελήματι συνδημιουργὸν πάντων τῶν αἰώνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς, Πατρί τε, καὶ Υἱῷ, καὶ Πνεύματι· τῇ δὲ φύσει κτιστὴν, ἢ τὸ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἄναρχον τῇ θελήσει, ἐπείπερ ἡ θεία θέλησις ἄναρχός ἐστιν, ὡς ἀνάρχου θεότητος· τῇ δὲ φύσει πρόσφατον, ὅπερ πᾶσαν οὐκ ἄνοιαν ὑπερβαίνει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσέβειαν. Οὐ γὰρ λέγετε ἁπλῶς μόνον ἓν θέλημα, ἀλλὰ καὶ τοῦτο θεϊκόν. Θείας δὲ θελήσεως, οὐδεὶς δύναται ἀρχὴν ἐπινοῆσαι χρονικὴν, ἢ τέλος, ἐπειδὴ μηδὲ τῆς θείας φύσεως, ἧς ἐστιν οὐσιώδης ἡ θέλησις.

Η'. Πάλιν δὲ ἑτέραν εἰσάγοντες καινοτομίαν, ἀφαιρεῖσθε παντάπασι πάντα τὰ γνωριστικὰ καὶ συστατικὰ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ, νόμοις καὶ τύποις θεσπίζοντες μήτε μίαν, μήτε δύο ἐπ' αὐτοῦ θελήσεις ἢ ἐνεργείας λέγεσθαι· ὅπερ ἐστὶ πράγματος ἀνυπάρκτου. Οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, εἴτε νοερόν ἐστιν ἀφῄρηται θελητικῆς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, εἴτε αἰσθητικὸν αἰσθητικῆς ἐνεργείας, εἴτε φυτικὸν, αὐξητικῆς καὶ θρεπτικῆς ἐνεργείας· εἴτε παντελῶς ἄψυχον, καὶ πάσης ἄμοιρον ζωῆς, τῆς καθ' ἕξιν λεγομένης ἐνεργείας καὶ ἐπιτηδειότητος. Καὶ δηλοῦσι πάντα τὰ οὕτως ὄντα, ἀντιληπτὰ τυγχάνοντα ταῖς τῶν αἰσθητικῶν αἰσθήσεσιν. Ἐνέργεια γὰρ τῶν τοιούτων, τὸ ὑποπίπτειν πάντως ὁράσεσι, διὰ τῆς ἰδίας ἐπιφανείας· ἀκοῇ, διὰ κτύπου· ὀσφρήσει, δι' ἀτμοῦ τινος προσφυοῦς· γεύσει, τισὶ χυμοῖς· καὶ ἁφῇ, διὰ τῆς ἀντιτυπίας. Ὥσπερ γὰρ ἐνέργειαν λέγομεν τῆς ὁράσεως τὸ ὁρᾷν, οὕτως καὶ τῶν ὁρωμένων τὸ ὁρᾶσθαι. Καὶ τὰ λοιπὰ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν θεωροῦμεν γινόμενα τρόπον. Εἰ τοίνυν οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶ πάσης ἔρημον παντελῶς φυσικῆς ἐνερ-

A ratio ac sermo, nullus modus, quo in consensum eorum communionis inducar.

V. THEOD. Quid enimvero mali confitemur, ut a nostra te communione abjunxeris? MAX. Quod nimirum dicendo unam deitatis et humanitatis Dei ac Domini nostri Jesu Christi operationem, theologiæ pariter ac dispensationis (Dei scilicet trini et Christi incarnati) doctrinam confunditis. Siquidem enim fides habenda Patribus est, dicentibus, Quorum una est operatio, eorum esse et unam substantiam; quaternitatem facitis sanctam Trinitatem, ut quod ejusdem ac Verbum naturæ ejus caro facta sit, atque a nostra ejusque Genitricis per naturam B cognata identitate excesserit.

VI. Et rursus: Qui operationes perimatis, unamque voluntatem deitatis et humanitatis statuatis, bonorum distributionem uni Christo aufertis. Nam si nullam habet operationem, juxta quod sanxerunt ejus auctores dogmatis, perspicuum est, vel si velit, non posse misereri, sublata illi bonorum operatione atque virtute; quippe cum citra illam, eaque desiderata, nulli rerum comparatum sit ut operetur aut agat.

VII. Præterea vero, etiam carnem una cum Patre et Filio, et Spiritu sancto, omnium sæculorum, et eorum quæ in eis sunt, creatricem facitis, eamdemque natura creatam statuitis, aut (quod dictu verius est) voluntate principii expertem (si qui- C dem divina voluntas ipsa principii expers, quippe cum deitatis exsistat, cujus nullum principium sit), eamdemque natura recentem; quod nedum omnem dementiam, verum etiam omnem impietatem excedit. [xlviij] Non enim unam quovis modo dicitis voluntatem, sed hanc quoque divinam. Divinæ autem voluntatis nemo unquam initium temporis finemve excogitaverit: nam neque divinæ hæc naturæ, cujus illa substantialis voluntas sit, quisquam sana mente ascripserit.

VIII. Rursus vero aliam novitatem inducitis: nempe, omnes prorsus notas insignientes ac constituentes seu exhibentes ac repræsentantes Christi deitatis ac humanitatis aufertis, qui legibus ac typis sanciatis, neque unam, neque duas in eo dicendas voluntates aut operationes: quod ejus D rei est, quæ nullam vere exsistentiam habeat. Nulla enim rerum, sive intelligens est, privata est voluntatis vi ac operandi; sive sentiens, sentiendi operatione; sive vegetabilis, augendi operatione et nutriendi; sive prorsus inanima est, omnisque vitæ expers, ea, quæ habitu dicitur, operatione ac aptitudine. Ostenduntque, quæ ita se habent omnia, ipsa ut percipiantur eorum sensibus quæ sensu vivunt, comparata. Talium namque operatio et virtus actusque in eo positus est, ut omnino subjiciantur: obtutibus, per externam speciem; auditui, per sonum; olfactui, per convenientem quamdam exspirationem et vaporem; gustui, per sapores quosdam; tactui, per qualitates obnitentiam quamdam facientes. Quemadmodum enim operationem

visus ejusque actum videre dicimus, sic et videri atque conspici, eorum quæ visu percipiuntur. Ac reliqua ad eumdem modum fieri conspicimus. Siquidem igitur nulla rerum omni prorsus operatione actuque deficitur; Dominus autem noster ac Deus (propitius esto, Domine) nulla præditus voluntate est aut operatione, in alterutro eorum ex quibus, et in quibus, et quæ ipse est, quomodo Dei cultores virique religiosi aut esse potestis, aut vocari, qui, quod colitis Numen, nullo modo volendi aut operandi facultate præditum dicatis? Clare enim ex sanctis Patribus didicimus, qui dicant (a): *Quod enim nullam virtutem habet, neque est, neque aliquid est, neque ulla ejus omnino affirmatio est.*

A γείας· ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς (ἱλάσθητι, Κύριε) οὐδεμίαν ἔχει φυσικὴν θέλησιν ἢ ἐνέργειαν καθ' ἑκάτερον τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστί· πῶς δύνασθε ἢ εἶναι ἢ καλεῖσθαι θεοσεβεῖς, κατ' οὐδένα τρόπον ὑπάρχοντα θελητικὸν ἢ ἐνεργητικὸν, παρ' ὑμῶν προσκυνούμενον λέγοντες; Τρανῶς γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκόμεθα, λεγόντων· *Τὸ γὰρ μηδεμίαν δύναμιν ἔχον, οὔτε ἔστιν, οὔτε τί ἐστιν, οὔτε ἔστι τις αὐτοῦ παντελῶς θέσις.*

IX. THEOD. Quod certa consilii ratione ac dispensando factum est, tu ne quasi ratum dogma acceperis. MAX. Si non est ratum dogma, eorum, qui recipiunt, qui sancit typus, lexque posita, ut nulla Domini dicatur voluntas aut operatio (quarum ablatio nihil esse nullaque substantia præditum indicat, cui hæc sublata sunt), quid causæ est cur me gentibus barbaris [xlix] et sine Deo absque honore tradideretis? Quamobrem decreto mihi exsilio Bizyam habitare damnatus sum, et conservorum meorum alter quidem Perberim, alter vero Mesembriam? THEOD. Per Deum qui me judicaturus est, et quando factus est, dixi, et nunc idipsum dico, male factum fuisse Typum et vulgi damno. Ut autem ederetur ratio fuit, alterna lis orthodoxorum altercantium super operationibus et voluntatibus: et ut omnes inter se pacem haberent, operæ pretium aliqui putaverunt, ut voces ejusmodi silerentur. MAX. Quisnam vero fidelis dispensationem recipiet, eas voces silentio damnantem, quas universorum Deus (b) per apostolos et prophetas atque doctores loquendas dispensavit? Ac videamus, magne domne, in quod malum exeat istud, quod tractamus, capitulum. Siquidem enim Deus in Ecclesia posuit, primum quidem apostolos, secundo prophetas, tertio doctores ad perfectionem sanctorum [21]; dicens in Evangelio apostolis, et per eos etiam iis qui illorum successores exsistunt: *Quod vobis dico, omnibus dico* [22]. Et iterum, *Qui recipit vos, me recipit* [23]; *et qui vos spernit, me spernit* [24]; manifestum est ac plane perspicuum, qui non recipit apostolos et prophetas atque doctores, sed spernit eorum voces, etiam Christum spernere.

Θ'. ΘΕΟΔ. Τὸ δι' οἰκονομίαν γενόμενον, μὴ λάβῃς ὡς κύριον δόγμα. ΜΑΞ. Εἰ μή ἐστι κύριον δόγμα B τῶν δεχομένων, ὁ θεσπίζων τύπος καὶ νόμος μηδεμίαν λέγεσθαι τοῦ Κυρίου θέλησιν ἢ ἐνέργειαν, ὧν ἡ ἀφαίρεσις τὴν ἀνυπαρξίαν δηλοῖ τοῦ ταύτας ἀφῃρημένου, διὰ ποίαν αἰτίαν βαρβάροις ἔθνεσι καὶ ἀθέοις ἀπέδοσθέ με ἄνευ τιμῆς; Διὰ ποίαν αἰτίαν κατεκρίθην οἰκῆσαι Βιζύην, καὶ οἱ σύνδουλοί μου, ὁ μὲν Πέρβεριν, ὁ δὲ Μεσημβρίαν; ΘΕΟΔ. Μὰ τὸν Θεὸν τὸν μέλλοντά με ἐτάσαι, καὶ ὅτε γέγονεν, εἶπον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγω, ὅτι κακῶς γέγονεν ὁ Τύπος, καὶ ἐπὶ βλάβῃ πολλῶν. Πρόφασις δὲ γέγονε τὸ ἐκτεθεῖναι αὐτὸν, ἡ πρὸς ἀλλήλους τῶν ὀρθοδόξων περὶ θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν ζυγομαχία· καὶ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνεῦσαι πάντας, συνεῖδόν τινες τὰς τοιαύτας κατασιγασθῆναι φωνάς. ΜΑΞ. Καὶ ποῖος πιστὸς δέχεται οἰκονομίαν κατασιγάζουσαν φωνὰς, C ἅσπερ λαλεῖσθαι δι' ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, καὶ διδασκάλων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ᾠκονόμησε; Καὶ σκοπήσωμεν, κῦρι ὁ μέγας, εἰς ποῖον κακὸν καταντᾷ ψηλαφούμενον τὸ κεφάλαιον τοῦτο. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Θεὸς ἔθετο ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον μὲν ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων· εἰρηκὼς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν καὶ τοῖς μετ' αὐτούς· *Ὃ ὑμῖν λέγω, πᾶσι λέγω.* Καὶ πάλιν· *Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ·* δῆλον ὅτι καὶ προφανὲς, ὡς ὁ μὴ δεχόμενος τοὺς ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ διδασκάλους, ἀλλ' ἀθετῶν αὐτῶν τὰς φωνὰς, αὐτὸν ἀθετεῖ τὸν Χριστόν.

D

X. Quin aliud quoque inspiciamus. Electos Deus apostolos et prophetas atque doctores suscitavit ad perfectionem sanctorum; diabolus vero pseudoapostolos et pseudoprophetas falsosque doctores contra pietatem electos excitavit, ut tum veterem legem tum evangelicam oppugnaret. Pseudoapostolos autem et pseudoprohetas ac falsos doctores hæreticos duntaxat intelligo, quorum doctrina, sermonesque ac rationes perversæ sunt. Quemadmodum igitur qui veros apostolos et prophetas atque

Ι'. Καὶ ἄλλο δὲ σκοπήσωμεν· Ὁ Θεὸς ἐκλεξάμενος, ἐξήγειρεν ἀποστόλους, καὶ προφήτας, καὶ διδασκάλους, πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων· ὁ δὲ διάβολος, ψευδαποστόλους καὶ ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδοδιδασκάλους κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐκλεξάμενος ἐξήγειρεν, ὥστε καὶ τὸν παλαιὸν πολεμηθῆναι νόμον, καὶ τὸν εὐαγγελικόν. Ψευδαποστόλους δὲ, καὶ ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδοδιδασκάλους μόνους νοῶ τοὺς αἱρετικούς· ὧν οἱ λόγοι καὶ οἱ λογισμοὶ διεστραμμένοι εἰσίν. Ὥσπερ οὖν ὁ τοὺς ἀληθεῖς ἀποστόλους, καὶ

[21] Ephes. iv, 11. [22] Marc. xiii, 37. [23] Matth. x, 40. [24] Luc. x, 16.

(a) Dionys. *De div. nom.*
(b) Morit., *quas magnus apostolus, Paulus*, etc., nihil apte.

προφήτας, καὶ διδασκάλους δεχόμενος, Θεὸν δέχεται· οὕτως καὶ ὁ τοὺς ψευδαποστόλους, καὶ ψευδοπροφήτας, καὶ ψευδοδιδασκάλους δεχόμενος, τὸν διάβολον δέχεται. Ὁ τοίνυν συνεκβαλὼν τοὺς ἁγίους τοῖς εναγέσι καὶ ἀκαθάρτοις αἱρετικοῖς (δέξασθε λέγοντα τὴν ἀλήθειαν), τῷ διαβόλῳ προφανῶς τὸν Θεὸν συγκατέκρινεν.

ΙΑ'. Εἰ τοίνυν γυμνάζοντες τὰς γενομένας καινοτομίας ἐν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις, εἰς τοῦτο καταντούσας αὐτὰς εὑρίσκομεν τὸ ἀκρότατον κακὸν, ὁρᾶτε μήπως εἰρήνην προφασιζόμενοι, τὴν ἀποστασίαν εὑρεθῶμεν νοσήσαντες, καὶ κηρύττοντες ἣν πρόδρομον εἶπεν ἔσεσθαι τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίας ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ταῦτα χωρὶς ὑποστολῆς εἶπον ὑμῖν, δεσπόταί μου, ἵνα φείσησθε ἑαυτῶν τε καὶ ἡμῶν. Κελεύετε ἵνα ταῦτα γεγραμμένα ἔχων ἐν τῇ βίβλῳ τῆς καρδίας, ἔλθω κοινωνήσων ἐν ᾗ ταῦτα κηρύττεται Ἐκκλησίᾳ· καὶ γένωμαι κοινωνὸς τῶν ἀληθῶς μὲν τὸν Θεὸν, δῆθεν δὲ τὸν διάβολον τῷ Θεῷ συνεκβαλλόντων; Μὴ γένοιτό μοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δι' ἐμὲ γενομένου χωρὶς ἁμαρτίας. Καὶ βαλὼν μετάνοιαν εἶπεν· Ἐγὼ, εἴ τι κελεύετε εἰς τὸν δοῦλον ἡμῶν ποιῆσαι, ποιήσατε· ἐγὼ τοῖς ταῦτα δεχομένοις, οὐδέποτε γένωμαι συγκοινωνός.

ΙΒ'. Καὶ ἀποπαγέντες ἐπὶ τοῖς λαληθεῖσι, κάτω βαλόντες τὰς κεφαλὰς ἐσίγησαν ἐπὶ ὥραν ἱκανήν· καὶ ἀνακύψας, καὶ τῷ ἀββᾷ Μαξίμῳ ἀτενίσας Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, εἶπεν· Ἡμεῖς ἀντιφωνοῦμέν σοι, τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν βασιλέα, ὅτι σοῦ κοινωνοῦντος κουφίζει τὸν Τύπον. ΜΑΞ. Πολὺ ἀπεχόμεθα ἀπ' ἀλλήλων ἀκμήν· τί ποιοῦμεν περὶ τῆς συνοδικῶς βεβαιωθείσης φωνῆς, τοῦ ἑνὸς θελήματος, ἐπ' ἐκβολῇ πάσης ἐνεργείας ὑπὸ Σεργίου καὶ Πύῤῥου; ΘΕΟΔ. Ἐκεῖνος ὁ χάρτης κατηνέχθη καὶ ἀπεβλήθη. ΜΑΞ. Κατηνέχθη ἐκ τῶν λιθίνων τοίχων, οὐ μὴν ἐκ τῶν νοερῶν ψυχῶν. Δέξωνται τὴν κατάκρισιν τούτων τὴν ἐν Ῥώμῃ συνοδικῶς ἐκτεθεῖσαν δι' εὐσεβῶν δογμάτων τε καὶ κανόνων, καὶ λέλυται τὸ μεσότοιχον, καὶ προτροπῆς οὐ δεόμεθα. ΘΕΟΔ. Οὐκ ἔῤῥωται ἡ σύνοδος ἡ ἐν Ῥώμῃ, ἐπειδὴ χωρὶς κελεύσεως γέγονε βασιλέως. ΜΑΞ. Εἰ τὰς γενομένας συνόδους αἱ κελεύσεις τῶν βασιλέων κυροῦσιν, ἀλλ' οὐχὶ εὐσεβὴς πίστις, δέξωνται καὶ τὰς κατὰ τοῦ ὁμοουσίου γενομένας συνόδους, ἐπειδὴ κελεύσει βασιλέων γεγόνασι· φημὶ δὲ, τὴν ἐν Τύρῳ, τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, τὴν ἐν Σελευκείᾳ, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Εὐδοξίου τοῦ Ἀρειανοῦ· τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θρᾴκης, τὴν ἐν τῷ Σιρμίῳ· καὶ μετὰ ταύτας πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, τὴν ἐν Ἐφέσῳ δεύτερον, ἧς ἐξῆρχε Διόσκορος· ὅλας γὰρ ταύτας, κέλευσις βασιλέων ἤθροισε, καὶ ὅμως πᾶσαι κατεκρίθησαν διὰ τὴν ἀθεΐαν τῶν κυρωθέντων ἀσεβῶς δογμάτων. Διὰ τί δὲ οὐκ ἐκβάλλετε τὴν καθελοῦσαν Παῦλον τὸν Σαμοσατέα ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων

doctores recipit, Deum recipit, sic et qui pseudoapostolos et pseudoprophetas falsosque doctores recipit, diabolum recipit. Igitur qui pariter cum scelestis et impuris hæreticis sanctos ejicit (suscipite me qui dicam veritatem) (*a*), iis liquido Deum pariter cum diabolo condemnavit.

XI. Cum igitur, examinando novitates quæ nostris temporibus factæ sunt, ad hoc eas summum malum evasisse inveniamus, videte, ne forte prætextæ pacis causa, defectione laborare inveniamur, [I] ac eam prædicare, quam beatus Apostolus dixit Antichristi adventui præire. Hæc confidentius vobis locutus [25] sum, ut vobis pariter nobisque pareatis. Vultis, ut qui ista in libro cordis scripta habeam, ei Ecclesiæ communicaturus veniam, in qua hæc prædicantur; fiamque eorum socius, qui vere scilicet Deum, ac cum Deo diabolum pariter ejiciunt? Ne mihi a Deo contigerit, qui propter me mei similis, uno duntaxat excepto peccato, factus est. Et genu flexo, dixit: Quidquid in servum vestrum libet facere, facite. Ad me quod attinet, his, qui hæc recipiunt, nunquam sum communicaturus.

XII. Obriguerunt ad hanc verborum constantiam, vultuque cernui ad longum satis tempus conticuerunt; levansque caput Theodosius episcopus, et oculis in Maximum abbatem intentis, dixit: Nos fide jubemus pro domino nostro imperatore, te communicante, sublatum iri (*b*) Typum. MAX. Multum adhuc distamus, nec parum inter nos refert. Quid faciemus de confirmata synodice unius voluntatis voce a Sergio et Pyrrho, ad eliminandam omnem operationem? THEOD. Charta deposita est et rejecta. MAX. Deposita est ex muris lapideis, non autem ex animis atque mentibus. Suscipiant horum damnationem, quæ Romæ per pia dogmata atque regulas synodice edita est (*c*), mediusque paries solutus est, nec ulla nobis opus erit exhortatione. THEOD. Non habuit robur, quæ Romæ celebrata synodus est, ut quæ injussu imperatoris habita est. MAX. Si habitas synodos imperatorum jussiones firmant, non autem pia fides, etiam synodos contra homoousion habitas suscipiant, quippe quæ principum jussione habitæ sint. Primam videlicet Tyri, secundam Antiochiæ, tertiam Seleuciæ, quartam Constantinopoli Eudoxio Ariano antistite, quintam Nicæ (*d*) Thraciæ, sextam Sirmii; et post has multo post secundam Ephesinam, cui Dioscorus præfuit. Omnes enim has, imperatorum jussio congregavit: omnes tamen damnatæ sunt, propterea quod impia dogmata irreligiose confirmarunt. Cur vero non eam abjicitis, quæ Paulum Samosa-

[25] II Thess. II, 3, 4.

(*a*) Mendosa, Morin.
(*b*) Non bene Morin., *leviorem factum iri;* Anast., *tollere*, qui verus sensus.

(*c*) Laterani Mart. I pontifice.
(*d*) Male Morin., *Nicææ*, quæ non Thraciæ, sed Bithyniæ.

tenum deposuit, sub sanctis ac beatis Patribus, Dionysio papa Romano et Dionysio Alexandrino atque Gregorio [lj] miraculorum effectore, qui eidem synodo præfuit, quod imperatoris injussu celebrata sit? Quis præterea canon illas duntaxat synodos probandas statuit, quæ imperatoris jussione coactæ fuerint, aut omnino synodos omnes imperatoris jussione cogendas fore? Illas sane sanctas probatasque synodos novit pia Ecclesiæ regula, quas rectitudo dogmatum approbavit (a). Quin et sicut novit dominus meus atque alios docet, bis in anno per omnem provinciam celebrandas synodos ecclesiastica sancit regula, nulla regiæ jussionis mentione, ad salutaris fidei nostræ munimentum, ac emendationem omnium capitulorum quæ divinæ Ecclesiæ legi non congruunt.

XIII. THEOD. Ita est, ut asseris; dogmatum rectitudo, synodos approbat eisque robur adjicit. Verumtamen non recipis libellum Menæ, in quo unam Christi voluntatem et unam operationem docuit? MAX. Non det Dominus Deus. Vos non recipitis, sed ejicitis omnes doctores qui post sanctum concilium Chalcedonense adversus exsecrabilem Severi hæresim concertarunt, et ego recipere habeo libellum Menæ, qui post concilium fuit? quo palam Severo patrocinatur, et Apollinario et Macedonio et Ario et omni hæresi, sugillatque synodum; quinimo omnino rejicit, per ea quæ dogmatizavit. TH. Quid igitur, nullo modo admittis unam operationem? MAX. Ecquis probatorum Patrum unam operationem dicit? Et attulit Theodosius quæ ab eis subdititiæ auctoritates feruntur sanctorum Julii Romani, Gregorii Thaumaturgi et Athanasii, easque legit. MAX. Timeamus, quæso, Deum, nec ad iracundiam eum provocare velimus, ea ratione quod hæreticorum testimonia adducimus. Nemo enim est qui nesciat esse hæc impii Apollinarii. Ergo, si alia forsan habes, ostende. Quippe hæc proferendo, laborare vos vere impii Apollinarii et sodalium errore pravaque opinione, magis omnibus persuadetis. Profertque idem Theodosius episcopus duo testimonia nomine Chrysostomi; quibus lectis abbas Maximus ait: Hæc Nestorii sunt, qui duas in Christo personas vesane dogmatizavit. Moxque ira effervescens Theodosius, dixit: Domne monache, Satanas locutus est per effrene os tuum (b). MAX. Ne tristetur [lij] dominus meus adversus servum suum. Sumensque statim ostendit ei easdem has voces esse Nestorii, et in quibus ejus libris positæ essent. THEOD. Deus novit, frater, hæc testimonia mihi patriarcha dedit: sed ecce, horum alia quidem dixisti Apollinarii esse, alia Nestorii. Productoque sancti Cyrilli testimonio, quod ait: *Unam et congenerem, per utramque demonstrans operationem*; dixit: Quid ad

(a) Conc. Antioch., c. 20, et Chalc., c. 19.
(b) Morin., *per frenum tuum*. Malui sequi. Anast., ac forte scriptum, ἀχαλινώτου στόματός σου.

A Πατέρων, Διονυσίου τοῦ πάπα Ῥώμης καὶ Διονυσίου τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ τῆς αὐτῆς ἄρξαντος συνόδου, ἐπειδὴ μὴ γέγονε κελεύσει βασιλέως; Ποῖος δὲ κανὼν διαγορεύει, μόνας ἐκείνας ἐγκρίνεσθαι συνόδους, τὰς κελεύσει βασιλέως ἀθροισθείσας, ἢ ὅλως κελεύσει βασιλέως πάντας τὰς συνόδους ἀθροίζεσθαι. Ἐκείνας οἶδεν ἁγίας καὶ ἐγκρίτους συνόδους ὁ εὐσεβὴς τῆς Ἐκκλησίας κανὼν, ἃς ὀρθότης δογμάτων ἔκρινεν. Ἀλλὰ, καθὼς οἶδεν ὁ δεσπότης μου, καὶ ἄλλους διδάσκει, δεύτερον γίνεσθαι σύνοδον κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν τοῦ ἔτους ὁ κανὼν διηγόρευσε, κελεύσεως βασιλικῆς μηδεμίαν μνήμην πεποιημένος, ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς σωτηριώδους ἡμῶν πίστεως, καὶ διορθώσει πάντων τῷ θείῳ τῆς Ἐκκλησίας νόμῳ μὴ συναινούντων κεφαλαίων.

B

ΙΓ'. ΘΕΟΔ. Ὡς λέγεις ἐστίν· ἡ τῶν δογμάτων ὀρθότης ἐγκρίνει τὰς συνόδους· πλὴν οὐ δέχῃ τὸν λίβελλον Μηνᾶ, ἐν ᾧ μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ ἐδογμάτισεν; ΜΑΞ. Μὴ δῷ Κύριος ὁ Θεός. Ὑμεῖς οὐ δέχεσθε, ἀλλ' ἐκβάλλεσθε πάντας τοὺς διδασκάλους, τοὺς μετὰ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, τοὺς ἀγωνισαμένους κατὰ τῆς τοῦ Σεβήρου μιαρίας· κἀγὼ ἔχω δέξασθαι τὸν λίβελλον Μηνᾶ, τοῦ γενομένου μετὰ τὴν σύνοδον; δι' οὗ συνηγορεῖ προφανῶς Σεβήρῳ, καὶ Ἀπολιναρίῳ καὶ Μακεδονίῳ καὶ Ἀρείῳ καὶ πάσῃ αἱρέσει, καὶ κατηγορεῖ τῆς συνόδου· μᾶλλον δὲ τελείως ἐκβάλλει, δι' ὧν ἐδογμάτισε. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; ὅλως οὐ δέχῃ μίαν

C ἐνέργειαν; ΜΑΞ. Καὶ τίς λέγει μίαν ἐνέργειαν τῶν ἐγκρίτων διδασκάλων; καὶ ἤγαγε Θεοδόσιος τὰς ψευδωνύμως παρ' αὐτῶν περιφερομένας Ἰουλίου τοῦ Ῥώμης, καὶ τοῦ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου, καὶ Ἀθανασίου τῶν ἁγίων χρήσεις, καὶ ἀνέγνω αὐτάς. ΜΑΞ. Φοβηθῶμεν δὴ τὸν Θεὸν, καὶ μὴ θελήσωμεν παροργίσαι αὐτὸν, ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τῶν αἱρετικῶν χρήσεων. Οὐδεὶς ἀγνοεῖ ταύτας εἶναι τοῦ δυσσεβοῦς Ἀπολιναρίου. Εἰ μὲν ἄλλας ἔχεις, δεῖξον· ἐπεὶ ταύτας προφέροντες, πλεῖον πείθετε πάντας, ὅτι κατ' ἀλήθειαν Ἀπολιναρίου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ κακοδοξίαν ἐνοσήσατε (c). Καὶ προφέρει ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος Θεοδόσιος, ἐπ' ὀνόματι τοῦ Χρυσοστόμου δύο χρήσεις, ἃς ἀναγνοὺς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος ἔφη· Αὗται Νεστορίου εἰσὶ τοῦ νοσήσαντος

D ἐπὶ Χριστοῦ τὴν προσωπικὴν δυάδα. Καὶ εὐθέως θυμῷ ζέσας ὁ ἐπίσκοπος εἶπε· Κῦρι μοναχὲ, ὁ Σατανᾶς ἐλάλησε διὰ τοῦ χαλινοῦ σου. ΜΑΞ. Μὴ λυπηθῇ ὁ δεσπότης μου πρὸς τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Καὶ λαβὼν, εὐθέως ἔδειξεν αὐτῷ τὰς αὐτὰς φωνὰς οὔσας Νεστορίου, καὶ ἐν ποίοις λόγοις αὐτοῦ κειμένας. ΘΕΟΔ. Ὁ Θεὸς οἶδεν, ἀδελφὲ, τὰς χρήσεις ταύτας ὁ πατριάρχης μοι δέδωκε· πλὴν ἰδοὺ, τὰς μὲν Ἀπολιναρίου εἶπας· τὰς δὲ, Νεστορίου. Καὶ παραγαγὼν τὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου χρῆσιν τὴν λέγουσαν· *Μίαν τε καὶ συγγενῆ, καὶ δι' ἀμφοῖν ἐπιδεικνὺς ἐνέρ-*

(c) Legit Anast., ἐκαινοτομήσατε. Morin. ex Rom. cod. *innovasse*.

γειαν, εἶπε· Τί πρὸς ταῦτα λέγεις; ΜΑΞ. Εἰσί τινες δείξαντες αὐτὴν κατ' ἀλήθειαν κατὰ προσθήκην τεθεῖσαν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ Εὐαγγελίου, τῇ γενομένῃ ἐκ τοῦ ἁγίου τούτου Πατρὸς, ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Ἐλούρου. Ἔστω δὲ καθ' ὑμᾶς αὐτοῦ. Ἐξετάσωμεν τοίνυν τὴν διάνοιαν τῶν πατρικῶν φωνῶν, καὶ γνωσόμεθα τὴν ἀλήθειαν. ΘΕΟΔ. Τοῦτο οὐ συγχωρῶ γενέσθαι· ἁπλᾶς γὰρ τὰς φωνὰς ἀνάγκην ἔχεις δέξασθαι. [(a) ΜΑΞ. Εἰπέ μοι τὴν διαφορὰν, ἱκέσιος γενόμενος, τῶν ἁπλῶν φωνῶν πρὸς τὰς ποικίλας. ΘΕΟΔ. Ἵνα ὡς ἔστι τὴν φωνὴν δέξῃ, καὶ μὴ ἐρευνήσῃς τὴν διάνοιαν αὐτῆς.] ΜΑΞ. Προφανῶς καινοὺς καὶ ξένους τῆς Ἐκκλησίας καὶ περὶ τῶν φωνῶν εἰσάγετε θεσμούς. Εἰ καθ' ὑμᾶς οὐ δεῖ ἐρευνᾷν τὰς φωνὰς τῶν Γραφῶν καὶ τῶν Πατέρων, ἐκβάλλομεν πᾶσαν τὴν Γραφὴν τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Καινήν. Ἠκούσαμεν γὰρ λέγοντος τοῦ Δαβίδ· *Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν*· ὡς μηδενὸς χωρὶς ἐρεύνης δυναμένου ἐκζητῆσαι τὸν Θεόν. Καὶ πάλιν· *Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου*· ὡς τῆς ἐρεύνης ἀγούσης ἐπὶ τὴν γνῶσιν τοῦ νόμου, καὶ τῆς γνώσεως πόθῳ πειθούσης τοὺς ἀξίους ἐν καρδίᾳ αὐτῶν φυλάξαι, διὰ τῆς πληρώσεως τῶν ἐν αὐτῷ κειμένων ἁγίων ἐντολῶν. Καὶ πάλιν· *Θαυμαστὰ τὰ μαρτύριά σου, διὰ τοῦτο ἐξηρεύνησεν αὐτὰ ἡ ψυχή μου*. Τί δὲ παραβολὰς καὶ αἰνίγματα καὶ σκοτεινοὺς λόγους ἐρευνᾷν ἡμᾶς βούλεται ὁ παροιμιακὸς λόγος; Τί δὲ ὁ Κύριος ἐν παραβολαῖς λαλῶν βούλεται νοεῖν τοὺς μαθητὰς, διδάσκων τῶν παραβολῶν τὴν διάνοιαν; Τί δὲ προστάσσων, *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς*, ὡς μαρτυρούσας περὶ αὐτοῦ; Τί δὲ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος διδάσκειν βούλεται, *Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται*, λέγων; Τί δὲ Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, λέγων· *Εἰ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ὧν ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας αὐτῶν, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ;* Ὡς ἔοικεν, ἐξομοιωθῆναι ἡμᾶς βούλεσθε τοῖς Ἰουδαίοις, οἵτινες ἁπλαῖς ταῖς φωναῖς, ὡς λέγετε, τουτέστι μόνῳ τῷ γράμματι ὥσπερ τινὶ φορυτῷ ἐγχώσαντες τὸν νοῦν, ἐξέπεσαν τῆς ἀληθείας, τὸ κάλυμμα ἔχοντες ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, τοῦ μὴ νοῆσαι τὸ κύριον πνεῦμα, τὸ ἐγκεκρυμμένον τῷ γράμματι, περὶ οὗ φησι· *Τὸ μὲν γράμμα ἀποκτένει· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Πληροφορηθῇ ὁ δεσπότης μου, ὅτι ἐγὼ οὐκ ἀνέχομαι δέξασθαι φωνὴν χωρὶς τῆς ἐγκειμένης αὐτῇ διανοίας, ἵνα μὴ γένωμαι προφανὴς Ἰουδαῖος.

A hæc dicis? MAX. Sunt qui ostendant, id revera per additionem positum esse a Timotheo Eluro, in expositione Evangelii, quæ ex hoc sancto Patre conflata est. Verum esto, quod vos ita existimatis, illius vere sententia sit. Excutiamus igitur sensum paternarum vocum, et veritatem sciemus. THEOD. Istud fieri, non sino; necesse enim habes simplices voces recipere. MAX. Dic mihi, quæso, quid differant simplices voces, ab his, quæ variæ sunt? THEOD. Ut, sicuti est, vocem accipias, et ne scruteris illius sensum. MAX. Novas perspicue et ab Ecclesia alienas, ad ipsas quoque quod attinet voces, inducitis leges. Si, ut vos auctores estis, non sunt scrutandæ Scripturarum voces Patrumque, omnem utriusque paginæ Scripturam rejicimus.
B Audivimus enim Davidem, dicentem: *Beati qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirunt eum* [26]. Quasi nemo nisi scrutando possit exquirere Deum: Et rursus: *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo* [27]. Tanquam nimirum, hoc, quod scrutamur, ad Legis scientiam ducat; scientiaque ex desiderio suadeat, auctorque sit, ut qui digni sunt, in corde suo eam custodiant, ea ratione, ut quæ in ea posita sunt, sancta mandata impleant. Et iterum: *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea* [28]. Quid nos parabolas et ænigmata atque obscuros sermones scrutari jubet proverbialis sermo [29]? Quid Dominus in parabolis loquens
C intelligere vult discipulos suos, ipse parabolarum edocens sensum [30]? Quid dum scrutari Scripturas admonet, ut quæ de ipso testimonium perhibeant [31]? Quid et summus apostolorum vertex Petrus docere vult, dum ait: *De qua salute exquisierunt graviterque scrutati sunt prophetæ* [32]? Quid vero Paulus divinus apostolus, dicens: *Si opertum est Evangelium, sed in his qui pereunt est opertum; quorum Deus hujus sæculi* [liij] *excæcavit oculos mentis, ut non fulgeat eis illuminatio scientiæ Christi* [33]. Ut videtur, similes nos vultis esse Judæis, qui simplicibus, ut dicitis, vocibus (sola nimirum littera) velut confusa quadam strue ac quisquiliis sensum obruentes, a veritate avulsi sunt, velamen habentes in cordibus suis, ut non intelligant Dominum Spiritum, qui
D in littera abditus est, de qua ait: *Littera quid* [illegible] *occidit, Spiritus autem vivificat* [34]. Certus sit dominus meus, nunquam me passurum, ut vocem recipiam absque sensu qui illi inest, ne manifestus Judæus videar.

ΙΔ'. Τοῦτο δὲ ἀκούσας Θεοδόσιος, εἶπεν· Μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ ὑποστατικὴν ὀφείλομεν λέγειν. ΜΑΞ. Σκοπήσωμεν τὸ τικτόμενον ἐκ τούτου κακὸν, καὶ φύγωμεν τὴν ξένην ταύτην φωνήν· μόνων γὰρ αἱρετικῶν πολυθεούντων ἐστίν. Εἰ γὰρ ὑποστατικὴν λέγομεν τοῦ Χριστοῦ τὴν μίαν ἐνέργειαν, οὐ

XIV. Quo audito, dixit Theodosius: Unam Christi voluntatem personalem debemus dicere. MAX. Consideremus quid inde mali eveniat, novamque hanc et peregrinam vocem fugiamus, quæ hæreticorum duntaxat sit; eorum scilicet qui plures deos invehant. Si enim unam Christi per-

[26] Psal. CXVIII, 2. [27] ibid. 34. [28] ibid., 129. [29] Prov. I, 6. [30] Matth. XIII, 18; Luc. VIII, 11. [31] Joan. V, 39. [32] I Petr. I, 10. [33] I Cor. IV, 3. [34] II Cor. III, 6.

(a) Ex Anast. petita.

sonalem operationem dixerimus, cum Filius in persona cum Patre et Spiritu sancto non conveniat; plane etiam non conveniet ejus operationis ratione, quæ personalis est; eritque necesse, ut sicut Filio, sic et Patri et Spiritui personales operationes tribuamus; vestroque adeo sensu beata Deitas quatuor habebit operationes; tres scilicet distinguentes personas, in quibus est; unamque communem, quæ naturalem trium personarum communitatem significet: atque adeo juxta Patres, si modo eorum doctrinam recipimus, in eo erimus errore, ut quaternam Deitatem (quatuor scilicet deos) sentiamus. Naturalem enim, non vero personalem statuunt omnem operationem. Quod si ita est, ut sane etiam est, quatuor naturas totidemque deos, inter se natura pariter personaque distinctos, dicere nos liquebit. Enimvero quis vidit autve animo intellexit, operationem propriam cujusvis eorum, quæ sub speciem aliquam rediguntur, ac sub communi speciei definitione natura collocantur? Nunquam enim quod natura commune est, unius cujusdam ac singularis proprium est. Personalia enim insignientia, puta nasi aduncitas ejusve simitas, aut quod oculis cæsis sis aut calvaster, ac si qua ejus generis sunt, accidentia sunt ea segregantia, quæ inter se numero distinguuntur. Omnis enim homo, ut quid natura, non ut quis persona, operari habet, secundum peculiarissimam, et quæ communiter intelligatur [liv] pariter atque dicatur, categoricam rationem; ut est animal, rationale, mortale, quæ nostra hominum universalis ac generica ratio est. Omnes enim ejusdem vitæ commercio gaudemus, eadem rationis facultate, eodem fluxu ac defluxu, quod sedemus et stamus, et loquimur et tacemus, et videmus et audimus et tangimus: quæ sunt communis ejus rationis, quæ in nobis intelligitur. Non igitur novæ invehendæ voces, quæ nec ex Scriptura, nec ex Patribus, nec ex natura robur habeant, sed peregrinum quid, ac perversis hominum studiis adinventum. Cæterum ostende mihi vocem hanc exstare apud ullum Patrum, ac rursus ejus qui dixit, sensum inquiremus.

A συμβαίνει δὲ κατὰ τὴν ὑπόστασιν τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι ὁ Υἱὸς, δῆλον ὅτι οὔτε κατὰ τὴν ὑποστατικὴν ἐνέργειαν· ἀναγκαζόμεθα δὲ ὥσπερ τῷ Υἱῷ, οὕτω καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι ὑποστατικὰς ἐνεργείας ἀπονεῖμαι· καὶ καθ' ὑμᾶς, τέσσαρας ἐνεργείας ἕξει μακαρία Θεότης· τρεῖς ἀφοριστικὰς τῶν ἐν οἷς ἔστι προσώπων, καὶ μίαν κοινὴν σημαντικὴν τῆς κατὰ φύσιν τῶν τριῶν ὑποστάσεων κοινότητος· καὶ κατὰ τοὺς Πατέρας, εἴπερ αὐτῶν δεχόμεθα τὴν διδασκαλίαν, τετραθεΐαν νοσήσομεν. Φυσικὴν γὰρ, ἀλλ' οὐχ ὑποστατικὴν πᾶσαν εἶναι διαγορεύουσιν ἐνέργειαν. Καὶ εἰ τοῦτό ἐστιν ἀληθῶς, ὡς οὖν καὶ ἔστι, τέσσαρας φύσεις, τέσσαρας θεοὺς, διαφέροντας ἀλλήλων ὑποστάσει τε καὶ φύσει δειχθησόμεθα λέγοντες. Πλὴν, τίς εἶδεν ἢ ἐθεώρησεν ἰδιάζουσαν ἐνέρ- B γειαν οἱανδήποτε τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἀγομένων, καὶ ὑπὸ τὸν κοινὸν ὁρισμὸν τοῦ εἴδους φύσει ταττομένων; Οὐδέποτε γὰρ γίνεται τὸ φύσει κοινὸν, ἑνὸς καὶ μόνου τινὸς ἴδιον. Τὰ γὰρ ὑποστατικὰ σήμαντρα, οἷον, γρυπότης, ἢ σιμότης, ἢ γλαυκότης, ἢ ψεδνότης, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀφοριστικά εἰσι συμβεβηκότα τῶν ἀριθμῷ ἀλλήλων διαφερόντων. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος, ὥς τι τὴν φύσιν ὢν, ἀλλ' οὐχ ὥς τις τὴν ὑπόστασιν, ἐνεργεῖν πέφυκε, κατά τε τὸν ἰδιαίτατα καὶ κοινῶς νοούμενόν τε καὶ λεγόμενον κατηγορικὸν λόγον, οἷον τὸ ζῶον, τὸ λογικὸν, τὸ θνητὸν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς γενικοῦ λόγου. Πάντες γὰρ τῆς αὐτῆς μετέχομεν ζωῆς, τῆς αὐτῆς λογικότητος, καὶ τῆς αὐτῆς ῥοῆς καὶ ἀποῤῥοῆς, καὶ τοῦ καθέζεσθαι καὶ ἵστασθαι, καὶ λαλεῖν καὶ σιγᾷν, καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν C καὶ ἅπτεσθαι· ἅπερ εἰσὶ τοῦ κοινοῦ ἐφ' ἡμῶν νοουμένου λόγου. Οὐ δεῖ οὖν καινοτομεῖν φωνὰς μὴ ἐχούσας ἰσχὺν ἢ Γραφικὴν, ἢ Πατρικὴν, ἢ φυσικήν· ἀλλὰ ξένην, καὶ διαστροφαῖς ἀνθρώπων ἐξηυρημένην. Πλὴν δεῖξόν μοι ταύτην κειμένην ἐν οἱῳδήποτε Πατρὶ, καὶ πάλιν τὸν νοῦν τοῦ ταύτην εἰρηκότος ἐπιζητοῦμεν.

XV. THEOD. Quid igitur? Non est omnino dicenda in Christo una operatio? MAX. Ex Scriptura sanctisque Patribus, et ut illis consentaneum est, nihil tale dicendum accepimus; sed sicut duas naturas Christum, ex quibus est, sic et naturales ejus voluntates et operationes, pro ejus ratione, qui simul natura Deus et homo in eodem sit, credere jussi sumus, ac confiteri. THEOD. Certe, domine, nos quoque cum naturas confitemur, tum distinctas operationes, divinam scilicet et humanam; ejusque deitatem voluntatis facultate præditam, itemque voluntate præditam ejus humanitatem. Quippe non absque voluntate ejus anima erat. Duas tamen non dicimus, ne ipsum secum pugnantem inducamus. MAX. Quid igitur? dicendo duas naturas, eas inter se pugnantes inducitis, ea ratione quod numero censentur? THEOD. Haud sane. MAX. Quid igitur? numerus de naturis prædicatus non dividit; de voluntatibus autem et

ΙΕ'. ΘΕΟΔ. Τί οὖν; Οὐ δεῖ παντελῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν μίαν ἐνέργειαν; ΜΑΞ. Κατὰ τὴν ἁγίαν Γραφὴν, καὶ τοὺς ἁγίους Πατέρας οὐδὲν τοιοῦτον λέγειν παρελάβομεν· ἀλλ' ὥσπερ δύο φύσεις τὸν Χριστὸν D τὰς ἐξ ὧν ἐστιν, οὕτως καὶ τὰς φυσικὰς αὐτοῦ θελήσεις καὶ ἐνεργείας καταλλήλως αὐτῷ, ὁμοῦ τε φύσει Θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ ὄντι τῷ αὐτῷ πιστεύειν καὶ ὁμολογεῖν ἐπετράπημεν. ΘΕΟΔ. Ὄντως, δέσποτα, καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν καὶ τὰς φύσεις καὶ διαφόρους ἐνεργείας, τουτέστι, θείαν τε καὶ ἀνθρωπίνην· καὶ θελητικὴν αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ θελητικὴν αὐτοῦ τὴν ἀνθρωπότητα· ἐπειδὴ οὐκ ἄνευ θελήσεως ἦν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Δύο δὲ οὐ λέγομεν, ἵνα μὴ μαχόμενον αὐτὸν αὐτῷ εἰσαγάγωμεν. ΜΑΞ. Τί οὖν; δύο φύσεις λέγοντες, μαχομένας αὐτὰς εἰσάγετε διὰ τὸν ἀριθμόν; ΘΕΟΔ. Οὔ. ΜΑΞ. Τί οὖν; φύσεσιν ἐπιφημιζόμενος ὁ ἀριθμὸς οὐ διαιρεῖ· ἀλλ' ἐπὶ θελήσεων καὶ ἐνεργειῶν λεγόμενος, διαιρέσεως ἔχει δύναμιν; ΘΕΟΔ. Πάντως καὶ οἱ Πατέρες ἐπὶ θελήσεων καὶ

ἐνεργειῶν οὐκ εἶπον, φεύγοντες τὴν διαίρεσιν, ἀλλ' **A** ἄλλην καὶ ἄλλην, καὶ θείαν, καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ διπλῆν, καὶ διττήν· καὶ ὡς εἶπαν λέγω, καὶ ὡς εἰρήκασι λέγω.

ΙϚʹ. ΜΑΞ. Διὰ τὸν Κύριον, ἐάν τίς σοι εἴπῃ· Ἄλλην καὶ ἄλλην, πόσας νοεῖς; ἢ, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, πόσας νοεῖς; ἢ, διπλῆν καὶ διττήν, πόσας νοεῖς; ΘΕΟΔ. Οἶδα πῶς νοῶ, δύο δὲ οὐ λέγω. Τότε στραφεὶς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος πρὸς τοὺς ἄρχοντας, εἶπε· Διὰ τὸν Κύριον, ἐὰν ἀκούσητε μίαν καὶ μίαν, ἢ ἄλλην καὶ ἄλλην· ἢ δὶς δύο, ἢ δὶς πέντε, τί νοοῦντες τοῖς λέγουσιν ἀποκρίνεσθε; καὶ εἶπαν· Ἐπειδὴ ὥρκισας ἡμᾶς, τὸ μίαν καὶ μίαν, δύο νοοῦμεν· καὶ ἄλλην καὶ ἄλλην, δύο νοοῦμεν· καὶ δὶς δύο, τέσσαρα νοοῦμεν. **B** Ὁμοίως καὶ δὶς πέντε, δέκα νοοῦμεν. Καὶ ὥσπερ αἰδεσθεὶς Θεοδόσιος τὴν ἀπόκρισιν ἐκείνων, εἶπε· Τὸ μὴ εἰρημένον τοῖς Πατράσιν, οὐ λέγω. Καὶ λαβὼν εὐθέως ὁ ἀββᾶς Μάξιμος τὴν βίβλον τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας ἀποστολικῆς συνόδου, ἔδειξε τοὺς ἁγίους Πατέρας τὰς δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ διαῤῥήδην λέγοντας· ἣν λαβὼν βίβλον τῶν πεπραγμένων ἐξ αὐτοῦ Θεοδόσιος ὁ ὕπατος, ἀνέγνω καὶ αὐτὸς πάσας τὰς χρήσεις τῶν Πατέρων. Καὶ τότε ἀποκριθεὶς Θεοδόσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὁ Θεὸς οἶδεν, εἰ μὴ προσωπικῶς τὰ ἀναθέματα ἔθηκεν ἡ σύνοδος αὕτη, πλεῖον παντὸς ἀνθρώπου ἐδεχόμην αὐτήν· ἀλλ' ἵνα μὴ χρονοτριβῶμεν ἐνταῦθα, εἴ τι εἶπαν οἱ Πατέρες, λέγω, καὶ ἐγγράφως εὐθέως ποιῶ, δύο **C** φύσεις, καὶ δύο θελήματα, καὶ δύο ἐνεργείας· καὶ εἴσελθε μεθ' ἡμῶν κοινωνήσων, καὶ γενέσθω ἕνωσις.

ΙΖʹ. ΜΑΞ. Δέσποτα, ἐγὼ οὐ τολμῶ δέξασθαι συγκατάθεσιν παρ' ὑμῶν ἔγγραφον περὶ τοιούτου πράγματος, ψιλὸς ὑπάρχων μοναχός· ἀλλ' ἐὰν κατένυξεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς, τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων δέξασθαι φωνὰς, καθὼς ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν, πρὸς τὸν Ῥώμης περὶ τούτου ἐγγράφως ἀποστείλατε· ἤγουν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν σύνοδος. Ἐγὼ γὰρ οὐδὲ τούτων γινομένων κοινωνῶ, ἀναφερομένων τῶν ἀναθεματισθέντων ἐπὶ τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς. Φοβοῦμαι γὰρ τὸ κατάκριμα τοῦ ἀναθέματος. ΘΕΟΔ. Ὁ Θεὸς οἶδεν, οὐ καταγινώσκω σου φοβουμένου· ἀλλ' οὔτε ἄλλος τις. Ἀλλὰ δὸς ἡμῖν βουλὴν διὰ τὸν Κύριον, ἐὰν ἐστι τοῦτο δυνατὸν γενέσθαι. ΜΑΞ. **D** Ποίαν βουλὴν ἔχω ὑμῖν περὶ τούτου δοῦναι; Ὑπάγετε, ψηλαφήσατε ἐάν τι τοιοῦτον γέγονέ ποτε, καὶ μετὰ θάνατον ἀπελύθη τις τοῦ περὶ τὴν πίστιν ἐγκλήματος, καὶ τοῦ ἐξενεχθέντος κατ' αὐτοῦ κατακρίματος· καὶ καταδέξηται ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης μιμήσασθαι τοῦ Θεοῦ τὴν συγκατάβασιν· καὶ ποιήσωσιν, ὁ μὲν κέλευσιν παρακλητικὴν, ὁ δὲ, συνοδικὴν δέησιν πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης· καὶ πάντως εἴπερ εὑρεθείη τρόπος ἐκκλησιαστικὸς, τοῦτο ἐπιτρέπων διὰ τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, συμβιβάζεται ὑμῖν περὶ τούτου.

operationibus si dicatur, vim habet dividendi? THEOD. Plane in his divisionem habet, et Patres in voluntatibus et operationibus non dixerunt, caventes divisionem, sed aliam et aliam, divinamque et humanam, duplicemque ac geminam : et ut dixerunt dico; sicque loquor ut ii locuti sunt.

XVI. MAX. Per Dominum, si quis tibi dixerit: Aliam et aliam, quot intelligis? aut, divinam et humanam, quot intelligis? aut, duplicem et geminam, quot intelligis? THEOD. Novi quomodo intelligam; duas tamen non dico. Tunc conversus abbas Maximus ad judices [lv] dixit : Per Dominum, cum audieritis unam et unam, aut aliam et aliam, aut bis duo, aut bis quinque, quid intelligentes respondetis his qui dicunt? Et reponderunt : Quia adjurasti nos, unam et unam duas intelligimus, aliamque et aliam, duas intelligimus : bisque duo, quatuor intelligimus : similiter etiam bis quinque, decem intelligimus. Velutque reveritus Theodosius, quod sic respondissent, ait : Quod non est dictum à Patribus, non dico. Sumptoque statim Maximus sanctæ apostolicæ synodi (*a*) actorum libro, ostendit sanctos Patres duas Salvatoris nostri ac Dei Jesu Christi voluntates et operationes diserte dicere. Tollensque ab illo Actorum librum Theodosius consul, legit et ipse omnes Patrum auctoritates; tuncque respondens Theodosius episcopus, dixit : Deus scit, nisi hæc synodus ex nomine personis anathema dixisset, propensiore cunctis animo eam recepissem; sed ne hic tempus teramus, si quid dixerunt Patres, dico, statimque scripta mihi schedula, duas naturas, duasque voluntates et duas operationes statuo : tu solum nobiscum communicaturus ingredere, et fiat unio.

XVII. MAX. Domine, non audeo ego assensum a vobis in scriptis super istiusmodi negotio, qui nudus monachus sim, accipere. Sed si vos Deus ad compunctionem permovit, ut sanctorum Patrum voces recipiatis, sicut exigit ecclesiastica regula ad Romanum antistitem super ea re scriptam suggestionem mittite, tum scilicet imperator, tum patriarcha ejusque synodus. Ego vero nec si hæc fiant communico, quandiu ii qui anathemate percussi sunt inter rem sacram fidelium ritu memorantur. Timeo enim anathematis condemnationem. THEOD. Deus scit, non reprehendo te quod timeas, sed neque alius quispiam. Verum da nobis consilium, per Dominum, si fieri potest ut hoc fiat. MAX. Quod vobis consilium super hoc dare possum? Ite, explorate, si tale quid unquam factum sit, ac post mortem solutus quispiam crimine est, quod fidei causa contraxit, et ea, quæ eo nomine inflicta damnatio fuit; ac quæso allubeat imperatori ac patriarchæ, ut divinam ambo in rem nostram usumque æmulando inclinationem, alter quidem jussionem rogatoriam, alter vero synodicam deprecationem (*b*), ad Romanum antistitem faciant; ac profecto si omnino occurrerit [lvj] ecclesiastica

(*a*) Anast., *Romanæ*, nempe Martini Later.
(*b*) Male Morin., *jussionem hortatoriam, Ecthesim vulgo dictam.*

consuetudo, qua hoc liceat, ob rectam fidei confessionem, dabit et ipse in rem manus, vobisque consentiet.

XVIII. THEOD. Omnino fiet, quod dicis: sed mihi obstringe fidem, venturum te mecum, si me mitti contigerit. MAX. Domine, expedit tibi ut potius conservum meum, qui est Mesembriæ, tecum accipias; nam et linguam novit, et eum merito reverebuntur, quod tot annos propter Deum et rectam fidem, quæ Romæ viget, ærumnas malaque pertulerit. THEOD. Diversa inter nos habemus jurgia, et ideo non libens cum eo iter suscipiam. MAX. Domine, quandoque placuit ut hoc fieret, quæ sic visa sunt, exitu compleantur, sequorque quocunque jusseritis. Atque his dictis, surrexerunt omnes cum gaudio et lacrymis, positisque genibus, ad orationem se prostraverunt; singulique sancta Evangelia et pretiosam crucem atque imaginem Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, sanctissimæque Dominæ nostræ, quæ illum peperit, Dei Genitricis osculo consalutavere, appositis etiam propriis manibus, ad eorum quæ dicta essent firmandam fidem.

A ΘΕΟΔ. Τοῦτο πάντως γίνεται· ἀλλὰ δός μοι λόγον, ὅτι, ἐὰν ἐμὲ πέμπωσιν, ἔρχῃ μετ' ἐμοῦ. ΜΑΞ. Δέσποτα, συμφέρει σοι τὸν σύνδουλόν μου τὸν ἐν Μεσημβρίᾳ λαβεῖν μεθ' ἑαυτοῦ, εἴπερ ἐμέ· ἐκεῖνος γὰρ καὶ τὴν γλῶσσαν οἶδε, καὶ αἰδοῦνται αὐτὸν ἀξίως, τοσούτους χρόνους κολαζόμενον, διά τε τὸν Θεὸν, καὶ τὴν κρατοῦσαν ὀρθὴν πίστιν ἐν τῷ κατ' αὐτοὺς θρόνῳ. ΘΕΟΔ. Ἀψιμαχίας διαφόρους πρὸς ἀλλήλους ἔχομεν, καὶ οὐχ ἡδέως ἔχω μετ' ἐκείνου ἀπελθεῖν. ΜΑΞ. Δέσποτα, ἐπὰν ἔδοξε τοῦτο γενέσθαι, ἔκβασις γένηται τῶν δοξάντων· καὶ ὅπου βούλεσθε, ἀκολουθῶ ὑμῖν. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀνέστησαν πάντες μετὰ χαρᾶς καὶ δακρύων· καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ εὐχὴ ἐγένετο· καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὰ ἅγια Εὐαγγέλια, καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν B Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν, τῆς αὐτὸν τεκούσης παναγίας Θεοτόκου ἠσπάσαντο, τεθεικότες καὶ τὰς ἰδίας χεῖρας ἐπὶ βεβαιώσει τῶν λαληθέντων.

XIX. Deinde ubi pauca inter se collocuti essent deque vita pie religioseque instituenda, ac de divinorum mandatorum observatione sermonem contulissent, conversus Theodosius episcopus ad Maximum abbatem, dixit: En omnia soluta sunt ac sublata scandala, factaque est pax Deo auspice, et fiet; sed per Deum, ne me celaveris, nullone tandem modo unam in Christo voluntatem unamque operationem dicis? MAX. Fieri non potest ut aliquando dicam. Et vero dico causam; quod nimirum vox est sanctis Patribus inaudita iisque peregrina, ut duplicis naturæ una voluntas atque operatio dicatur. Deinde, qui hoc dicit, recta sibi obviantem absurditatem offendit. Primo enim, si naturalem eam dixero, timeo confusionem. Secundo, si personalem appellavero, Filium a Patre et Spiritu divido, tresque voluntates, inter se non convenientes, haud secus ac personas, astruere videbor. Si unam tanquam unius voluntatem operationemque dixero, velim nolim necesse habeo, ut unam tanquam unius Patris, unamque tanquam unius Spiritus, voluntatem dicam ac operationem, eoque doctrina invenietur desciscere, ut plures deos impie statuam. Sin habitudinalem et in affectu [lvij] positam dixero, Nestorii personalem divisionem induco; sin denique innaturalem ac præter naturam, volentis exsistentiam interimo ac substantiam. Ejus enim quod natura est interitus ac corruptio est, quod est præter naturam, quemadmodum dixere Patres.

ΙΘ'. Εἶτα μικρὸν ὁμιλήσαντες πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, καὶ τῆς θείων ἐντολῶν τηρήσεως, στραφεὶς Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος πρὸς τὸν ἀββᾶν Μάξιμον, εἶπεν· Ἰδοὺ πάντα διαλέλυται τὰ σκάνδαλα, καὶ γέγονεν εἰρήνη διὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ γενήσεται· ἀλλὰ διὰ τὸν Κύριον, μὴ κρύψῃς με· οὐ λέγεις καθ' οἱονδήποτε τρόπον μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ; ΜΑΞ. Οὐκ ἐνδέχεταί με τοῦτο εἰπεῖν ποτε. Καὶ λέγω τὴν αἰτίαν· ἐπειδὴ ξένη ἐστὶν ἡ φωνὴ τοῖς ἁγίοις C Πατράσι, δύο φύσεων μίαν λέγειν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν. Εἶτα δὲ, διὰ παντὸς τρόπου ὁ τοῦτο λέγων, εὑρίσκει εὐθυβόλως ὑπαντῶσαν αὐτῷ τὴν ἀτοπίαν. Ἐὰν γὰρ εἴπω φυσικὴν, φοβοῦμαι τὴν σύγχυσιν· ἐὰν εἴπω ὑποστατικὴν, διαιρῶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν, καὶ τρεῖς θελήσεις εἰσάγων φανήσομαι, μὴ συμβαινούσας ἀλλήλαις, ὥσπερ καὶ τὰς ὑποστάσεις· ἐὰν εἴπω τὴν ὡς ἑνὸς μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ἀναγκάζομαι καὶ τὴν ὡς ἑνὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν ὡς ἑνὸς τοῦ Πνεύματος εἰπεῖν, κἂν μὴ θέλω, θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ εὑρεθήσεται εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτων ὁ λόγος· ἐὰν εἴπω σχετικὴν, τὴν Νεστορίου εἰσάγω προσωπικὴν διαίρεσιν· ἐὰν εἴπω παρὰ φύσιν, φθείρω τὴν ὕπαρξιν τοῦ θέλοντος· φθορὰ γὰρ τῇ φύσει, τὸ παρὰ φύσιν ἐστὶ, D καθὼς οἱ Πατέρες εἰρήκασι.

XX. THEOD. Unam propter unitionem Salvatoris nostri voluntatem plane omninoque dicere debemus, uti etiam Sergius et Pyrrhus, bene, ut reor, intelligentes scripserunt. MAX. Quæso, domine, duo verba mea super hoc suscipito. Si propter unitionem, una Dei ac Salvatoris nostri voluntas effecta est, quemadmodum Sergius, Pyrrhus et Paulus scripserunt, alterius diversæ voluntatis a Patre, *illorum sententia*, erit Filius; qui scilicet unam

Κ'. ΘΕΟΔ. Μίαν διὰ τὴν ἕνωσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θέλησιν, πάντῃ τε καὶ πάντως ὀφείλομεν λέγειν, καθάπερ Σέργιος καὶ Πύῤῥος, ὡς οἶμαι, καλῶς νενοηκότες γεγράφασι. ΜΑΞ. Εἰ κελεύεις, δέσποτα, δέξαι μου περὶ τούτου δύο ῥήματα. Εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, καθάπερ Σέργιος, καὶ Πύῤῥος, καὶ Παῦλος γεγράφασι, γέγονε θέλησις, ἑτεροθελὴς κατ' αὐτοὺς ἔσται ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί· διὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἕνωσιν, μίαν κατὰ τὸν

Ἰδίαν ἔχοντι θέλησιν, εἴπερ οὐ ταυτόν ἐστιν ἕνωσις καὶ φύσις. Εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία κατ' αὐτοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γέγονε θέλησις, αἰτίαν αὐτῆς ἕξει πάντως τὴν ἕνωσιν, ἀλλ' οὐδετέραν τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσιν· καὶ σχέσεως κατ' αὐτοὺς ἔσται προδήλως ἡ θέλησις, ἀλλ' οὐ φύσεως· σχέσιν γὰρ, ἀλλ' οὐ φύσιν ὁ τῆς ἀληθείας τὴν ἕνωσιν ἐπίσταται λόγος. Εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν, ὡς ἔφασαν, μία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεγένηται θέλησις, ποίᾳ θελήσει φασὶν αὐτὴν γεγενῆσθαι τὴν ἕνωσιν. Οὐ γὰρ δήπου τῇ δι' αὐτὴν γενομένῃ φαῖεν ἂν ἀληθείας φροντίζοντες, καὶ τὸ παράλογον φεύγοντες. Εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία τοῦ Σωτῆρος γεγένηται θέλησις, δῆλον ὅτι πρὸ τῆς ἑνώσεως, ἢ πολυθελὴς ἦν ἢ παντελῶς ἀθελής. Καὶ εἰ μὲν πολυθελὴς ἦν, μείωσιν τῶν πολλῶν, πρὸς μίαν σταλεὶς, ὑπέμεινε, θελήσιν, καὶ τροπῆς προφανῶς ἐδέξατο πάθος, τὴν τῶν προσουσῶν αὐτῷ φυσικῶς πολλῶν θελήσεων μείωσιν. Εἰ δὲ παντάπασιν ἦν ἀθελὴς, κρείττονα τῆς φύσεως ἀπέφηνεν οὖσαν τὴν ἕνωσιν, ἐξ ἧς ἐπορίσατο θέλησιν, ἣν ἡ φύσις ἠπόρησε· καὶ πάλιν τρεπτὸς ἀπέφηνε [ἐπέφηνε], τὸ μὴ τῇ φύσει προσὸν αὐτῷ, σχέσει κτησάμενος. Εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καθ' ἕτερον τῶν ἐξ ὧν ἐστι γέγονε θέλησις, πρόσφατος γέγονε θελήσει Θεὸς, ὁ αὐτὸς διὰ τὴν ἕνωσιν τῇ φύσει μένων ἀΐδιος, καὶ ἄναρχος ἄνθρωπος τῇ θελήσει, μένων τῇ φύσει πρόσφατος, ὅπερ ἀδύνατον, ἵνα μὴ λέγω δυσσεβές. Εἰ διὰ τὴν ἕνωσιν μία τῶν φύσεων γέγονε θέλησις, τί δήποτε διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν μία τῶν φύσεων οὐ γέγονε φύσις.

ΚΑ'. Καὶ διακόψας ἐπὶ τούτοις τὴν τοῦ λόγου φορὰν Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, εἶπε· Τί τοίνυν διὰ τὴν ἕνωσιν γέγονεν, εἰ μηδὲν τούτων γεγένηται δι' αὐτήν; ΜΑΞ. Ἔνσαρκον ἔδειξεν ἀψευδῶς γεγονότα τὸν ἄσαρκον αὐτὸν φύσει Θεόν· καὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, φύσει γενόμενον ἄνθρωπον ἀριδήλως παρέστησεν, οὐ τροπῇ φύσεως, ἢ μειώσει τινὸς τῶν τῆς φύσεως, ἀλλ' ἀληθεῖ προσλήψει νοερῶς ἐψυχωμένης σαρκὸς, ἤγουν ἀνελλιποῦς ἀνθρωπότητος, παντὸς προπατορικοῦ καθαρᾶς κατὰ φύσιν ἐγκλήματος. Καὶ τῷ κατ' ἐπαλλαγὴν λόγῳ, τὸ θαυμάσιον ὄντως καὶ πᾶσι κατάπληκτον, ὅλον ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις Θεὸν τὸν αὐτὸν ὁλοκλήρως μένοντα τῶν ἰδίων ἐντός· ὅλον ἐν τοῖς θείοις ἄνθρωπον, ὁλοκλήρως μένοντα τῶν ἰδίων ἀνέκπτωτον. Περιχώρησις γὰρ εἰς ἀλλήλας τῶν φύσεων καὶ τῶν αὐταῖς προσόντων φυσικῶν, κατὰ τὴν τῶν θεηγόρων Πατέρων ἡμῶν διδασκαλίαν· ἀλλ' οὐ μεταχώρησις, ἢ μείωσις (a) διὰ τὴν ἕνωσιν γέγονεν, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τῶν σύγχυσιν κακούργως ποιουμένων τὴν ἕνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς καινισμοῖς πολυτρόπως ἐμφυρομένων, καὶ δι' ἀπορίαν τοῦ κατ' αὐτοὺς λόγου σταθηρότητος διωκόντων τοὺς εὐσεβεῖς.

(a) Legit Anast., πτῶσις.

propter naturam, non autem propter unitionem, quemadmodum Filius, habeat voluntatem; neque enim unitio atque natura sunt idem. Secundo, si propter unitionem, una, ut ii auctores sunt, Salvatoris nostri voluntas effecta est, sui profecto causam unitionem habebit, non alterutram naturarum, ex quibus exsistit; eorumque palam sententia, voluntas, affectionis seu amoris e' necessitudinis, non quidquam naturæ, erit. Affectionem enim et relationem seu habitudinem, non naturam veritatis sermo adunationem novit. Tertio, si propter adunationem, ut fassi sunt, una Salvatoris nostri voluntas effecta est; qua, rogo, voluntate ipsam unitionem factam esse aiunt? Non enim ea, quæ per illam effecta est, dicant, si modo ulla veritatis cura ducantur, ac quod absurdum est cavere velint. Quarto, si propter unitionem una Salvatoris voluntas effecta est, liquet profecto ante unitionem aut multiplici præditum voluntate fuisse, aut ea prorsus caruisse. Ac siquidem multiplici præditus voluntate erat, ad unam contractus voluntatem, jacturam voluntatum fecit; ac plane mutationis labem incurrit, multiplicis, quæ natura inerat, jactura voluntatis. Sin autem omnino expers voluntatis erat, potiorem natura ostendit unitionem, ex qua voluntas, quæ ipsa naturæ desiderabatur, illi quæsita est. Rursusque mutationi obnoxius visus est, qui id quod natura non suppetebat, habitudine affectuque, seu relatione ac unitione adeptus sit. Quinto, si propter unitionem una Salvatoris nostri secundum utrumque eorum ex quibus est, voluntas effecta est, recens factus est voluntate Deus, idem ipse propter unitionem manens natura [lviij] æternus ac homo principii expers voluntate, manens natura recens, quod est impossibile, ne dixerim impium. Sexto, si propter unitionem una naturarum voluntas facta est, quid causæ est cur, ob eamdem causam, non una naturarum natura facta sit?

XXI. Inter hæc Theodosius episcopus, sermonis cursu inhibito, eoque interrupto, ait: Quid igitur factum est propter unitionem, si nihil horum ejus causa factum est? MAX. In carne vere factum ostendit, ipsum natura carnis expertem Deum; universorumque auctorem ac creatorem natura factum hominem, liquido repræsentavit, non naturæ mutatione, ullave alicujus eorum, quæ naturæ sunt, diminutione, sed vera carnis intelligentium more animatæ assumptione; totius scilicet, nullo desiderato, humanitatis, quæ ipsa, ab omni primi parentis (seu originalis) culpæ reatu natura pura sit. Eaque ratione quæ per commutationem est ac reciprocationem (rem vere miram ac cunctis stupendam!) totus in humanis Deus, qui idem ex toto atque integre in suis maneat; totusque in divinis homo, qui ipse idem integre maneat, nulla eorum jactura, quæ illius propria sunt. Circumincessio enim naturarum, et qua alia alii immeet, eaque quæ illis natura insunt, juxta divinorum Patrum nostrorum doctrinam per unitionem facta est, non alterius in alteram demutatio aut utriusvis dimi-

nutio seu exstinctio; quod eorum proprium est, qui perversa mente sensuque unitionem confusionem faciunt, eamque ob rem innovationibus multifariam confusionem inducunt, rationibusque ac mente instabiles atque doctrina nutante, pios persequuntur.

XXII. A His auditis, visus est Theodosius episcopus, cum reliquis qui una cum illo advenerant, recipere quod dictum erat. Rursusque idem episcopus ad abbatem Maximum: Quæso te, inquit, quid est quod nobis dixisti, neminem operari ut quis persona, sed ut quid natura? Occurrit enim mihi cogitanti ejus dicti vis. MAX. Nemo operatur ut quis persona, sed ut quid natura; exempli causa, Petrus et Paulus operantur; at non Petri ratione, aut Pauli, sed hominis (sunt enim ambo natura homines, communi, et qua definitio est, naturæ ratione): non vero personali differentia ejusque qualitate. Similiter Michael et Gabriel operantur, at non Michaelis autve Gabrielis ratione, sed angeli. Sunt enim ambo angeli. Et ita in B omni natura, quæ de multis [lix] numero prædicatur, communem, non vero propriam operationem conspicimus. Igitur, qui personalem operationem dicit, naturam ipsam, quæ una sit, infinitam operationibus inducit, et quæ pro individuorum, quæ sub ipsam reducuntur, multitudine, a semetipsa discreta sit. Quod si recte se habere admittemus, cum omni natura, qui in ea sic exsistendi propriusque modus est, corrumpemus.

ΚΒ'. Ὧν ἀκούσας Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, ἔδοξε μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ παραγενομένων, τὸ λεχθὲν ἀποδέχεσθαι. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐπίσκοπος πρὸς τὸν ἀββᾶν Μάξιμόν φησιν· Ποίησον ἀγάπην· τί ἐστιν ὅπερ εἶπας ἡμῖν, ὅτι οὐδεὶς ὥς τις τὴν ὑπόστασιν, ἀλλ' ὥς τι τὴν φύσιν ἐνεργεῖ; προΐεται γάρ μοι νοήσαντι τὸ λεχθέν. ΜΑΞ. Οὐδεὶς ὥς τις τὴν ὑπόστασιν ἐνεργεῖ, ἀλλ' ὥς τι τὴν φύσιν· οἷον, Πέτρος καὶ Παῦλος ἐνεργοῦσιν· ἀλλ' οὐ Πετρικῶς καὶ Παυλικῶς, ἀλλ' ἀνθρωπικῶς· ἄμφω γὰρ ἄνθρωποι φυσικῶς κατὰ τὸν κοινὸν καὶ ὁριστικὸν τῆς φύσεως λόγον (ἀλλὰ οὐχ ὑποστατικῶς κατὰ τὸν ἰδίως ποῖον. Ὡσαύτως Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ ἐνεργοῦσιν), ἀλλ' οὐχὶ Μιχαηλικῶς καὶ Γαβριηλικῶς, ἀλλὰ ἀγγελικῶς· ἄμφω γὰρ ἄγγελοι. Καὶ οὕτως B ἐπὶ πάσης φύσεως, πολλῶν τῷ ἀριθμῷ κατηγορουμένης, κοινὴν, ἀλλ' οὐχὶ μόνην τὴν ἐνέργειαν θεωροῦμεν. Οὐκοῦν ὁ λέγων ὑποστατικὴν ἐνέργειαν, αὐτὴν τὴν φύσιν μίαν οὖσαν, ἄπειρον ταῖς ἐνεργείαις εἰσάγει γεγενημένην· καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὑπ' αὐτὴν ἀγομένων ἀτόμων, ἑαυτῆς διαφέρουσαν· ὅπερ εἰ δεξόμεθα καλῶς ἔχειν, πάσῃ φύσει τὸν ἐπ' αὐτῇ τοῦ πῶς εἶναι λόγον συνδιαφθείρομεν.

XXIII. Atque his dictis, aliisque aliis salutes dantibus ac vale dicentibus, Theodosius consul dixit: En omnia bene gesta sunt; putasne consentiet imperator ut jussionem rogatoriam faciat? MAX. Omnino faciet, si modo Deum imitari velit, et cum eo pariter humiliari ob communem omnium no- C strum salutem; hoc animo reputans, quod si Deus, qui natura Salvator sit, donec sponte humiliatus est, salutem non attulit; quinam fiat ut homo ipse natura salutis inops, vel salutem consequatur, vel aliis præstet, nisi humilietur? Et dixit Theodosius consul: Spero, Deo mihi servante memoriam, hunc ipsum sermonem me illi dicturum, eumque ut acquiescat moremque gerat inducturum. In his, alii alios amplexati, abierunt cum pace, cum episcopus pecuniæ quantulam vim ac stipem ad se transmissam, abbati Maximo dedisset, et tunicam et camasum. Et tunicam quidem statim ipsaque hora tulit Bizyæ episcopus: in Rhegio autem, nedum datam eam pecuniæ vim, verum etiam quidquid aliud ex quorumdam beneficentia habere videbatur, una cum reliqua ejus vili supellectili abstulerunt.

ΚΓ'. Καὶ τούτων εἰρημένων, ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι ἀλλήλους, εἶπε Θεοδόσιος ὁ ὕπατος· Ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καλῶς· ἆρα καταδέχεται ὁ βασιλεὺς παρακλητικὴν ποιῆσαι κέλευσιν; ΜΑΞ. Πάντως ποιεῖ, ἐὰν θέλῃ μιμητὴς εἶναι τοῦ Θεοῦ, καὶ συνταπεινωθῆναι αὐτῷ, διὰ τὴν κοινὴν πάντων ἡμῶν σωτηρίαν· λογιζόμενος, ὡς εἴπερ ὁ φύσει σώζων Θεὸς, οὐκ ἔσωσεν ἕως ἐταπεινώθη θέλων· πῶς ὁ φύσει σωζόμενος ἄνθρωπος ἢ σωθήσεται, ἢ σώσει μὴ ταπεινούμενος; Καὶ εἶπε Θεοδόσιος ὁ ὕπατος, ὅτι Ἐλπίζω τοῦ Θεοῦ σώζοντός μοι τὴν μνήμην, τοῦτον αὐτῷ τὸν λόγον λέγω, καὶ πείθεται. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐπὶ τούτοις, ἀπῆλθον μετ' εἰρήνης, δεδωκότος τοῦ ἐπισκόπου τῷ ἀββᾷ Μαξίμῳ πεμφθὲν αὐτῷ ποσὸν μικρὸν (*a*), καὶ στιχάριν καὶ καμάσιν (*b*)· καὶ τὸ μὲν στιχάριν εὐθέως κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν Βιζύης ὁ ἐπίσκοπος· ἐν τῷ Ῥηγίῳ δὲ οὐ τὸ δοθὲν αὐτῷ ποσὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο εἴ τι δήποτε ἐξ εὐποιίας εἶχε, μετὰ τῶν λοιπῶν οἰκτρῶν αὐτοῦ πραγμάτων καὶ ἐσθημάτων, ἀφείλαντο.

XXIV. D Postquam autem, ii, quos dicebam, viri abiissent, sexto Idus Septembris, ejus, quæ jam agitur, quintæ decimæ indictionis, exivit rursus Paulus consul Bizyam ad abbatem Maximum, hujus fere tenoris jussionem ferens: *Jubemus gloriæ tuæ ut eas Bizyam, atque Maximum monachum magno honore et cultu, blandiusque adducas, tum propter senium viresque collabentes, tum quod amicus ac*

ΚΔ'. Μετὰ δὲ τὸ ἀπελθεῖν τοὺς εἰρημένους ἄνδρας, τῇ ὀγδόῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τῆς παρούσης πεντεκαιδεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἐξῆλθεν αὖθις Παῦλος ὁ ὕπατος ἐν Βιζύῃ πρὸς τὸν ἀββᾶν Μάξιμον, κέλευσιν ἐπιφερόμενος περιέχουσαν οὕτως· *Κελεύομεν τῇ σῇ ἐνδοξότητι ἀπελθεῖν ἐν Βιζύῃ, καὶ ἀγαγεῖν Μάξιμον τὸν μοναχὸν μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ κολακείας, διά τε τὸ γῆρας καὶ τὴν ἀσθε-*

(*a*) οἰκτρόν, ἐν ἄλλῳ.

(*b*) Vitæ auct. τριβώνιον, *pallium*.

νειαν καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν προγονικὸν ἡμῶν, καὶ γενόμενον αὐτοῖς τίμιον· καὶ θέσθαι τοῦτον ἐν τῷ εὐαγεῖ μοναστηρίῳ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, τῷ διακειμένῳ πλησίον τοῦ Ῥηγίου· καὶ ἐλθεῖν, καὶ μηνῦσαι ἡμῖν, καὶ πέμπομεν ἐκ προσώπου ἡμῶν δύο πατρικίους, ὀφείλοντας διαλεχθῆναι τὰ παραστάντα ἡμῖν, φιλοῦντας ἡμᾶς ψυχικῶς, καὶ φιλουμένους παρ' ἡμῶν· καὶ ἐλθεῖν, καὶ ἀναγγεῖλαι ἡμῖν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Ἀγαγὼν οὖν ὁ αὐτὸς ὕπατος, καὶ θεὶς ἐν τῷ προειρημένῳ μοναστηρίῳ, ἀπῆλθε ἀναγγεῖλαι.

ΚΕ'. Καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐξέρχονται πρὸς αὐτὸν Ἐπιφάνιος καὶ Τρῶϊλος οἱ πατρίκιοι μετὰ πολλῆς περιβολῆς καὶ φαντασίας, καὶ Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ἀνέρχονται πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ κατηχουμενίῳ τῆς ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς μονῆς· καὶ τοῦ συνήθους ἀσπασμοῦ γενομένου, ἐκάθισαν, βιασάμενοι καὶ αὐτὸν καθίσαι· καὶ ἀπαρξάμενος τοῦ πρὸς αὐτὸν λόγου Τρῶϊλος, εἶπεν· Ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐκέλευσεν ἡμᾶς πρὸς σὲ γενέσθαι, καὶ λαλῆσαι ὑμῖν τὰ δόξαντα τῷ αὐτοῦ θεοστηρίκτῳ κράτει. Ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν πρῶτον, ποιεῖς τὴν κέλευσιν τοῦ βασιλέως, ἢ οὐ ποιεῖς; Μάξιμος εἶπε· Δέσποτα, ἀκούσω τί ἐκέλευσε τὸ εὐσεβὲς αὐτοῦ κράτος, καὶ δεόντως ἀποκρίνομαι· ἐπεὶ πρὸς τὸ ἀγνοούμενον, ποίαν ἔχω ἀπόκρισιν δοῦναι; Τρῶϊλος ἐπέμενε λέγων· Οὐκ ἐνδέχεται ὅτι λέγομεν τί ποτε, ἐὰν μὴ πρῶτον εἴπῃς εἰ ποιεῖς, ἢ οὐ ποιεῖς τὴν κέλευσιν τοῦ βασιλέως. Καὶ ὡς οἶδεν αὐτοὺς ἐνισταμένους, καὶ ἐπὶ τῇ ἀναβολῇ αὐτοῦ πικρότερον βλέποντας, καὶ τραχύτερον ἀποκριναμένους μετὰ πάντων τῶν συνόντων αὐτοῖς, καὶ τῶν ἀξιωμάτων κόσμοις ἐπηρμένων, ἀποκριθεὶς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπεν· Ἐπὰν οὐκ ἀνέχεσθε εἰπεῖν τῷ δούλῳ ὑμῶν τὰ παραστάντα τῷ δεσπότῃ ἡμῶν καὶ βασιλεῖ, ἰδοὺ λέγω ἀκούοντος τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ πάντων ὑμῶν, ὅτιπερ εἴ τι δήποτε κελεύει μοι περὶ οἱουδήποτε πράγματος τῷ αἰῶνι τούτῳ συγκαταλυομένου καὶ συμφθειρομένου, προθύμως ποιῶ. Καὶ εὐθέως ἀναστὰς Τρῶϊλος, εἶπεν· Εὔξασθέ μοι, ἐγὼ ὑπάγω· οὗτος γὰρ οὐδὲν ποιεῖ. Καὶ πολλοῦ πάνυ γενομένου θορύβου, καὶ πολλῆς ταραχῆς καὶ συγχύσεως, εἶπεν αὐτοῖς Θεοδόσιος ὁ ἐπίσκοπος· Εἴπατε αὐτῷ τὴν ἀπόκρισιν, καὶ γνῶτε τί λέγει· ἐπεὶ τὸ οὕτως ἐξελθεῖν μηδὲν εἰρηκότας καὶ μηδὲν ἀκούσαντας, οὐκ ἔστιν εὔλογον. Τότε Ἐπιφάνιος ὁ πατρίκιος εἶπε· Τοῦτό σοι δηλοῖ δι' ἡμῶν ὁ βασιλεὺς, λέγων· Ἐπειδὴ πᾶσα ἡ Δύσις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἀνατολῇ διαστρέφοντες εἰς σὲ θεωροῦσι· καὶ ἅπαντες διὰ σὲ στασιάζουσι, μὴ θέλοντες συμβιβασθῆναι ἡμῖν διὰ τὴν πίστιν· κατανύξοι σε ὁ Θεὸς κοινωνῆσαι ἡμῖν ἐπὶ τῷ παρ' ἡμῖν ἐκτεθέντι Τύπῳ, καὶ ἐξερχόμεθα ἡμεῖς δι' ἑαυτῶν εἰς τὴν Χαλκῆν, καὶ ἀσπαζόμεθά σε, καὶ ὑποτιθέμεθα ὑμῖν τὴν χεῖρα ἡμῶν, καὶ μετὰ πάσης τιμῆς καὶ δόξης εἰσάγομεν ὑμᾶς εἰς τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἱστῶμεν ἐν ᾧ κατὰ συνήθειαν οἱ βασιλεῖς ἵστανται, καὶ ποιοῦμεν ἅμα τὴν σύναξιν, καὶ κοινωνοῦμεν ἅμα τῶν ἀχράντων καὶ

familiaris majoribus meis olim fuerit, iisque charus habitus sit, illumque in venerabili monasterio sancti Theodori, quod est prope Rhegium, ponas; veniasque ac nunties nobis : et mittemus ex persona nostra duos patricios, cum illo collaturos, quæ a nobis in mandatis acceperint; viros scilicet, qui ex animo nos ament, ac charissimi nobis exsistant : veniasque et nunties nobis ejus adventum. Igitur idem consul, adducto eo, ac collocato in [lx] monasterio, quod dicebam, certiorem facturus imperatorem profectus est.

XXV. In crastinum autem veniunt ad eum Epiphanius et Troilus patricii, multo cum apparatu ac fastu, itemque Theodosius episcopus : et ascendunt ad eum ad catechumenium ecclesiæ ipsius monasterii : factaque consueta salutatione, sederunt, cogentes Maximum ut et ipse sederet; orsusque ad eum sermonem Troilus, infit : Dominator noster jussit nos venire ad te, eaque ad vos loqui, quæ visa sunt Dei numine roborato ejus imperio : sed dicito nobis prius : Facturusne sis imperatoris jussionem, necne? Maximus dixit : Domine, audiam quid jusserit pium ejus imperium, exque officii munere et ut deceat respondebo. Ad id enim quod ignotum est, qualem possum responsionem dare? Contra Troilus insistebat, dicens : Fieri non potest ut quidquam loquamur, nisi prius dixeris, num facturus, an non facturus sis, quod imperator jussit. Ubi autem instantius urgere eos cognovit, atque ejus cunctatione offensos acerbius intueri graviusque respondere, cum illis omnibus qui simul erant (viris scilicet sæculari claris militia, et qui dignitatibus fulgerent) conspexit; respondens abbas Maximus, dixit : Quandoquidem non sustinetis dicere servo vestro quæ sint visa dominatori nostro et imperatori, ecce dico audiente Deo et sanctis angelis, cunctisque vobis, quidquid demum mihi ille jusserit, de quavis re cum hoc sæculo destruenda ac interitura, prompte me exque animo facturum. Et confestim surgens Troilus, dixit : Precamini mihi; ego vado : hic enim homo nihil facturus est. Multoque ac vehementi concito tumultu, multaque perturbatione ac confusione orta, dixit eis Theodosius episcopus : Dicite illi responsionem, et scitote quid dicturus sit. Nam sic egredi, nullo vel dato sermone vel accepto, haud congruum satis exque ratione sit. Tunc Epiphanius patricius dixit : Hoc tibi per nos mandat imperator, dicens : Quandoquidem Occidens omnis et qui in Oriente perversi sunt, ad te spectant, cunctique tui causa factionibus laborant dissidentque, nolentes ob negotium fidei nobiscum coire, compungat te Deus, ut in Typo, qui nobis editus est, una nobiscum communices : exibimusque nos ipsi ad Chalcem, et salutes dabimus (a), supponemusque vobis manum nostram, et cum omni honore ac claritate introducemus [lxj] in magnam Ecclesiam, et nobiscum statuemus, ubi ex

(a) Morin., *consultamus;* scripserit, consalutamus.

more imperatores stant; faciemusque pariter synaxim, et vivifica mysteria vivifici corporis ac sanguinis Christi percipiemus : teque Patrem nostrum proclamabimus, et fiet gaudium, nedum Christi pietate religiosæ regiæque nostræ civitati, sed et in universo orbe. Certissime enim compertum habemus, fore ut te communicante sanctæ huic sedi, cuncti nobis uniantur, qui tui causa, tuoque magisterio abducti, a nostra se communione absciderunt.

XXVI. Conversus autem ad episcopum abbas Maximus, cum lacrymis ad eum ait : Domine magne, judicii diem (a) exspectamus. Nosti quæ decreta sunt, visaque propositis sacris Evangeliis et vivifica cruce, nec non imagine Dei et Salvatoris nostri, sanctissimæque ejus Genitricis semper Virginis Matris. Vultuque in terram demisso, subtristiori (b) voce episcopus ad eum dicit : Ecquidnam ego possum facere, postquam aliud quid placuit piissimo imperatori? Ad quem abbas Maximus : Quid vero causæ erat, ut ipse pariter, et qui simul erant, tangeretis sancta Evangelia, cum penes vos non esset, ut quæ dicta fuerant rata forent, exitumque pacta haberent? Sane, ne omnes quidem cœlorum Virtutes in eam me mentem inducant, ut hoc præstem. Quam enim, nedum Deo, sed et meæ ipsius conscientiæ rationem reddidero, dum humanæ gloriæ causa (rei scilicet ejusmodi quæ nulla essendi vi, inane quid nulliusque frugis exsistat) fidem abnegavero, qua ejus cultores salutem consequuntur?

XXVII. Eo in sermone consurrexerunt; cunctique furore acti, vellendo, pulsando, cœstibus ac (c) pugnis debilitarunt, a capite ad ungues usque sputis obruentes, quorum sanie donec lota sunt vestimenta quibus indutus erat, fetor longius exhalabat. Surgensque episcopus, dixit : Non ita committendum erat; sed audienda duntaxat ex eo responsio, tumque ingrediendum, ac benignissimo dominatori nostro nuntiandum. Alia enim ratione res canonicæ tractantur. Vixque tandem episcopo suadente sedata tumultuaria illa grassatione ac cum rursus consedissent, sexcentisque procaci ore injuriis, dirisque ejusmodi lacesserent, quas nec animus capiat, cum furore asperiusque ad eum Epiphanius : Dic, malorum extreme, cane vorax, quasi nos nostramque civitatem, quin et imperatorem, in hæreticorum censu habeas, [lxij] hæc prolocutus es? Vere supra te majorique opera christiani ac orthodoxi sumus, Dominumque nostrum ac Deum confitemur, divina pariter humanaque voluntate, nec non anima intelligente, præditum : omnemque naturam intelligentem, omnino ex natura habere ut velit et operetur; eo quod motus vitæ proprium sit, voluntasque mentis exsistat proprium. Ejusque vim voluntatis, non ea solum ratione, qua Deus, sed qua etiam homo, novimus. Quin neque ejus duas voluntates atque operationes negamus.

A ζωοποιῶν μυστηρίων τοῦ ζωοποιοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀνακηρύττομέν σε Πατέρα ἡμῶν· καὶ γίνεται χαρὰ οὐ μόνον τῇ φιλοχρίστῳ καὶ βασιλίδι ἡμῶν πόλει, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Οἴδαμεν γὰρ ἀσφαλῶς, ὅτι σοῦ κοινωνοῦντος τῷ ἁγίῳ τῷ ἐνταῦθα θρόνῳ, πάντες ἑνοῦνται ἡμῖν, οἱ διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν διδασκαλίαν ἀποσχίσαντες τῆς κοινωνίας ἡμῶν.

ΚϚ'. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, μετὰ δακρύων εἶπεν αὐτῷ· Κύριε ὁ μέγας, ἡμέραν κρίσεως ἐκδεχόμεθα πάντες. Οἶδας τὰ τυπωθέντα, καὶ δόξαντα ἐπὶ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων καὶ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ καὶ B Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τῆς αὐτὸν τεκούσης παναγίας ἀειπαρθένου Μητρός. Καὶ βαλὼν κάτω τὸ πρόσωπον ὁ ἐπίσκοπος, στυγνοτέρᾳ τῇ φωνῇ λέγει πρὸς αὐτόν· Καὶ τί ἔχω ποιῆσαι ἐγὼ, ἐπὰν ἕτερόν τι παρέστη τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ; Καί φησι πρὸς αὐτὸν Μάξιμος· Καὶ διὰ τί ἥψω τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, καὶ οἱ μετὰ σοῦ, οὐκ οὔσης ἐφ' ὑμῖν τῆς τῶν λαληθέντων ἐκβάσεως; Ὄντως πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν τοῦτο οὐ πείθει με ποιῆσαι. Τί γὰρ ἀπολογήσομαι, οὐ λέγω τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τῷ ἐμῷ συνειδότι, ὅτι διὰ δόξαν ἀνθρώπων, τῷ κατ' αὐτὴν λόγῳ μηδεμίαν ἔχουσαν ὕπαρξιν, τὴν σώζουσαν τοὺς στέργοντας αὐτὴν πίστιν ἐξωμοσάμην;

C ΚΖ'. Καὶ ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ ἀναστάντες, θυμοῦ στρατηγήσαντος πᾶσιν αὐτοῖς, τιλμοῖς, καὶ ὠθισμοῖς, καὶ σφαιρισμοῖς (c) παρέλυσαν αὐτὸν, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ὀνύχων καταχλύσαντες αὐτὸν πτύσμασιν· ὧνπερ, μέχρις ἂν ἐπλύνθησαν ἅπερ ἐβέβλητο ἱμάτια, διεπνέετο ὁ βρόμος. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν· Οὕτως οὐκ ἔδει γενέσθαι, ἀλλ' ἀκοῦσαι μόνον παρ' αὐτοῦ τὴν ἀπόκρισιν, καὶ εἰσελθεῖν ἀναγγεῖλαι τῷ δεσπότῃ ἡμῶν τῷ ἀγαθῷ. Τὰ γὰρ κανονικὰ πράγματα, ἑτέρῳ διοικοῦνται τρόπῳ. Καὶ μόλις πείσας αὐτοὺς ὁ ἐπίσκοπος ἡσυχάσαι, πάλιν ἐκάθισαν, καὶ μυρίαις ὕβρεσι καὶ ἀραῖς ἀνεπινοήτοις μωμώσαντες αὐτὸν, μετὰ θυμοῦ καὶ τραχύτητος εἶπεν Ἐπιφάνιος· Εἰπὲ, κακέσχατε φαγοπόλιε, ὡς αἱρετικοὺς D ἔχων ἡμᾶς, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ τὸν βασιλέα, τούτους εἶπας τοὺς λόγους; Ὄντως πλεῖόν σου Χριστιανοί ἐσμεν καὶ ὀρθόδοξοι· καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν ἔχειν καὶ θεϊκὴν θέλησιν καὶ ἀνθρωπίνην θέλησιν, καὶ νοερὰν ψυχήν· καὶ ὅτι πᾶσα νοερὰ φύσις, πάντως ἔχει τὸ θέλειν ἐκ φύσεως καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ἐπειδὴ ζωῆς ἴδιον ἡ κίνησις, καὶ νοὸς ἴδιον ἡ θέλησις. Καὶ θελητικὸν αὐτὸν οἴδαμεν, οὐ θεότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπότητι. Ἀλλὰ καὶ τὰς δύο θελήσεις αὐτοῦ καὶ ἐνεργείας οὐκ ἀρνούμεθα.

(a) Morin., *magnum dicem*. Sed ita Græca et Anast.

(b) Anast., *mitiori*, mendose.

(c) Anast., *direptionibus*; ac si σπαραγμοῖς. Auct. Vitæ, ῥαπίσμασι, *cæstibus et pugnis*.

ΚΗ'. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπεν· Ἐὰν οὕτω πιστεύετε, καθὼς αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, πῶς με ἀναγκάζετε κοινωνῆσαι ἐπὶ τῷ Τύπῳ, τῷ μόνην τούτων ἔχοντι ἀναίρεσιν; ΕΠΙΦ. Δι' οἰκονομίαν τοῦτο γέγονεν, ἵνα μὴ βλαβῶσιν οἱ λαοὶ ταῖς τοιαύταις λεπτομερέσι φωναῖς. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπε· Τοὐναντίον πᾶς ἄνθρωπος ἁγιάζεται διὰ τῆς ἀκριβοῦς ὁμολογίας τῆς πίστεως, οὐ μὴν διὰ τῆς ἀναιρέσεως, τῆς ἐν τῷ Τύπῳ κειμένης. Καὶ εἶπε Τρώϊλος· Καὶ ἐν τῷ παλατίῳ εἶπόν σοι, ὅτι οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλὰ κατασιγασθῆναι ἐκέλευσεν, ἵνα εἰρηνεύωμεν πάντες. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπεν· Ἡ σιγὴ τῶν λόγων, ἀναίρεσις τῶν λόγων ἐστί. Διὰ γὰρ τοῦ Προφήτου λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· *Οὐκ εἰσὶ λαλιαί, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν*. Οὐκοῦν ὁ μὴ λαλούμενος λόγος, οὐδὲ λόγος ἐστί. Καὶ εἶπε Τρώϊλος· Ἔχε ἐν καρδίᾳ σου, ὡς θέλεις· οὐδείς σε κωλύει. Ὁ ἀββᾶς Μάξιμος εἶπεν. Ἀλλ' οὐ περιώρισεν ὁ Θεὸς τῇ καρδίᾳ τὴν ὅλην σωτηρίαν, εἰπών· *Ὁ ὁμολογῶν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς*. Καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκει, λέγων· *Καρδίᾳ μὲν πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν*. Εἰ οὖν ὁ Θεός, καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται καὶ ἀπόστολοι κελεύουσιν ὁμολογεῖσθαι τὸ μυστήριον φωναῖς ἁγίων, τὸ μέγα καὶ φρικτόν, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον, οὐκ ἔστι χρεία οἱῳδήποτε τρόπῳ κατασιγασθῆναι τὴν τοῦτο κηρύττουσαν φωνήν, ἵνα μὴ μειωθῇ τῶν σιγώντων ἡ σωτηρία.

ΚΘ'. Καὶ ἀποκριθεὶς τραχυτάτῳ λόγῳ Ἐπιφάνιος, εἶπεν· Ὑπέγραψας ἐν τῷ λιβέλλῳ; Καὶ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μάξιμος· Ναί, ὑπέγραψα. — Καὶ πῶς ἐτόλμησας, εἶπεν, ὑπογράψαι, καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς ὁμολογοῦντας καὶ πιστεύοντας ὡς αἱ νοεραὶ φύσεις, καὶ ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία; Ὄντως τῇ ἐμῇ κρίσει εἰσάγομέν σε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἱστῶμεν εἰς τὸν φόρον δεδεμένον, καὶ τοὺς μίμους καὶ τὰς μιμάδας, καὶ τὰς προϊσταμένας πόρνας, καὶ πάντα τὸν λαὸν φέρομεν, ἵνα ἕκαστος καὶ ἑκάστη, καὶ ῥαπίσῃ καὶ ἐμπτύσῃ τὸ πρόσωπόν σου. Πρὸς ταῦτα ἀποκριθεὶς ὁ ἀββᾶς Μάξιμος, εἶπεν· Ὡς εἴπατε, γένηται, ἐὰν τοὺς ὁμολογοῦντας δύο φύσεις ἐξ ὧν ὁ Κύριός ἐστι, καὶ τὰς καταλλήλας αὐτῷ δύο φυσικὰς θελήσεις καὶ ἐνεργείας, Θεῷ φύσει δι' ἀλήθειαν ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ, ἀνεθεματίσαμεν. Ἀνάγνωθι, δέσποτα, τὰ πεπραγμένα, καὶ τὸν λίβελλον, καὶ ἐάν, ὡς εἴπατε, εὕρητε, ποιήσατε ὅπερ βούλεσθε. Ἐγὼ γάρ, καὶ οἱ σύνδουλοί μου ὅσοι ὑπέγραψαν, τοὺς κατὰ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀπολινάριον μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν λέγοντας, ἀνεθεματίσαμεν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν καθ' ἕτερον τῶν ἐξ ὧν, ἐν οἷς τε καὶ ἅπερ ἐστί, φύσει νοερόν· καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἄμφω θελητικὸν καὶ ἐνεργητικὸν τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Καὶ λέγουσιν· Ἐὰν τούτῳ συνεπαχθῶμεν, οὐ τρώγομεν, οὐ πί[ν]ομεν· ἀλλ' ἀναστῶμεν, καὶ ἀριστήσωμεν, καὶ εἰσέλθωμεν. Εἴπωμεν δὲ

A XXVIII. Respondensque abbas Maximus, dixit: Si ita creditis, quemadmodum angelicæ mentes ac Dei Ecclesia, cur me cogitis Typo communicare, qui in hoc solum positus est, ut illa interimat? EPIPH. Indulgentiæ causa ac dispensatione factum est, quidquid istud actum est, ne ex ejusmodi subtilioribus vocibus damno aliquo populi afficiantur. Respondensque abbas Maximus, dixit: Contra vero omnis homo sanctificatur per accuratam fidei confessionem, non ea, quæ in Typo posita est, vocum ablatione. Ad quem Troilus: Etiam in palatio dixeram tibi, Typum non sustulisse voces, sed taceri jussisse, ut pace fruamur omnes. Respondensque abbas Maximus, dixit: Tacere voces seu supprimere, perimere est atque tollere. Dicit enim Spiritus
B sanctus per Prophetam: *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum voces non audiantur* [35]. Igitur sermo qui non voce effertur ac prædicatur, ne quidem sermo est. Ad quem Troilus: Habe in corde tuo, ut vis; qui prohibeat, nemo est. Abbas Maximus dixit: Verum non conclusit Deus quidquid salutis est hactenus ut in corde solum habeatur, cum dicat: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram Patre meo, qui est in cœlis* [36]. Sacer quoque Apostolus docet, dicens: *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* [37]. Cum ergo Deus et Dei prophetæ et apostoli, magnum ac tremendum mysterium totique mundo salutare, sanctorum vocibus confiteri jubeant, non est necesse
C quoquo modo taceri vocem hoc prædicantem, ne quid inde lædatur tacentium salus.

XXIX. Tum respondens asperrima voce Epiphanius: Subscripsisti libello? inquit. Ad quem abbas Maximus: Etiam, subscripsi. — Et quomodo, inquit, ausus es subscribere, et anathematizare eos, qui confitentur et credunt sicut intelligentes naturæ, et Ecclesia catholica? Vere, [lxiij] meo judicio ac sententia in urbem inducemus, et mimas et prostibula omneque vulgus adducemus, ut singuli singulæque et alapis cædant et in faciem conspuant. Ad hæc respondens abbas Maximus, dixit: Sicut dixistis, fiat, si quidem eos anathematizavimus, qui duas naturas, ex quibus Dominus est, duasque ei congruentes naturales voluntates ac operationes,
D qui vere natura Deus et homo sit, confitentur. Lege, domine, Actorum seriem et libellum; et si, ut dixistis, inveneritis, id facite quod vultis. Ego enim, et conservi mei quotquot subscripserunt, eos, qui ex Arii Apollinariique sententia unam voluntatem et unam operationem dicunt, anathematizavimus; non eos qui confitentur Dominum nostrum et Deum in utrisque ex quibus est, et in quibus ac quæ est, natura intelligentem: et ideo utriusque ratione, voluntatis facultate præditum ac operandi nostram salutem. Et dicunt: Si nos trahi siverimus, moremque verba danti gesserimus, nec manducabimus neque bibemus. Verum surgamus et

[35] Psal. xviii, 3. [36] Matth. x, 32. [37] Rom. x, 10.

prandeamus et ingrediamur. Quæ audivimus, hæc referamus. Hic enim Satanæ se venumdedit. Surgentesque pransi sunt : ingressique sunt cum ira in vigilia Exaltationis pretiosæ ac vivificæ crucis.

Ejusdem, ex eodem sermone 7.

XXIII. Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis; ne videatur inæqualem naturæ nec convenientem habere operationem, suisque omnibus a naturali sua æqualitate excessisse ac identitate: quod est impium.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου η'.

ΚΔ'. *Εἰς* ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατήχθησαν, κακῶς πεισθέντες ἰδίαν γενέσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ᾗ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας, καθὸ νοεῖται Θεὸς, συνέχει κρατούμενον. Οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδύνατον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἰδίωμα γενέσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ πάντως ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι' αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυσικῶς ἐκφυόμενον· καίτοι σαφοῦς αὐτοῖς οὔσης καὶ προφανοῦς τῆς ἀποδείξεως. Ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δι' ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικήν· μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης ἢ χειρὸς φυσικῶς ἐκφυομένην· μήτε μὴν γενομένην αὐτῶν ἢ λεγομένην διάνοιαν, διὰ τὴν δι' ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν. Γλῶσσαν γὰρ ἢ χεῖρα διανοητικὴν συνετὸς οἶδεν οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἐκφανθῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γενομένην κατ' αὐτὸν φύσει δημιουργόν· ἀλλ' εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρε-

Ejusdem, ex eodem sermone 8.

XXIV. In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ira condi-tum est tenet ac conservat. Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alte-D rius diversæ quæ substantiæ proprietas fiat, absque convertibilitate: neque intellexerunt haud utique carnis proprium esse, quod per eam quidem eluxit, non tamen ex ea naturaliter ortum est: tametsi clara eis et manifesta probatio est. Ego enim lingua loquens et manu scribens, unam et eamdem per utramque intelligentis animæ meæ profero cogitationem; naturalem ejus exsistentem operationem; nulla ratione ostendens, eam a lingua vel manu naturaliter proficisci, nec quæ earum facta [lxxvi] sit autve dicatur cogitatio, propter ejus per utramque manifestationem. Linguam enim vel manum cogitandi vi præditam, nemo sapiens novit: sicut nec sanctissimam Dei carnem, idcirco quod assumpta est, et per eam divina operatio manife-

sia est, velit ipse factam natura creatricem : sed A pie confitetur credens, propter nostram salutem, et ut rerum universitatem inconvertibilitate astringeret, universorum conditorem ex sanctissima semper Virgine Maria, per conceptionem inviolabilem sine ulla mutatione, condita sibi anima intelligente cum corpore perinde sentiente, hominem a malitia natura alienum, factum esse : eumdem totum Deum eumdemque ipsum totum hominem : totum, simul Deum natura, eumdemque ipsum hominem ; qui deitate quidem, per suam sanctissimam carnem, cum ipsa natura carnis non essent, divina operaretur ; humanitate vero humana, quæ nec ipsa deitatis essent, deitatis indulgentia pateretur. Nihil divinum nudum corpore operatus ; nihilque humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis ; B qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit nihilque vitii aut labis admittat, fidem ad astruendam. Itaque Bero quidem, qui sic habeat, uti dicebam, una operatione Christi pariter deitatem ac humanitatem natura confundens, ac personis dividens, vitam dissolvit ; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.

A ψίαν τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετ' αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος· ὅλος Θεὸς ὁ αὐτὸς, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ὅλος Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· θεότητι μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, ἀνοχῇ πάσχων θεότητος. Μηδὲν θεῖον γυμνὸν σώματος ἐνεργήσας· μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμοιρον δράσας θεότητος. Τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ' ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα καινοπρεπῆ (a) τρόπον, τὸ κατ' ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς αὐτοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄν- B τως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης φαυλότητος. Ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων, ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδι τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας, ὁμοῦ φυσικῶς καὶ προσωπικῶς μερίζων, καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

—

Syllogismi de suppositis divinitus sapientibus testimoniis, et aliis, ejusdemque sancti Anastasii.

XXV. Ecce nunc et sacratissimus hic et magnus doctor veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac apostolicæ Ecclesiæ institutoribus, duas secundum unitionem C inconfusam et impartibilem, quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates et operationes congruentes et convenientes naturis, divinam, ut dictum est, et humanam, increatam et creatam, non incœptam et cœptam, tanquam Dei simul et hominis unius et ejusdem Domini nostri Jesu Christi, magna voce confitetur et prædicat, et confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile definit, ut unam voluntatem et operationem, aut naturam unam deitatis et humanitatis ejus confiteantur hi, qui pie vivere volunt. Propter quod et tale quid in eo dogmatizantes, tanquam impios et alienos ab immaculata nostra Christianorum fide abjicit et condemnat, nosque hoc facere contestatur. De duabus enim D Salvatoris nostri Christi naturis et operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius eloquiis expediam, hæc evidenter effatur : *Utraque ostendens se, eo quod dupliciter* (*divine scilicet et humane*) *operatum est, secundum eamdemque veraciter vera et naturalis substantia est, Deum immensum simul, et circumscriptum exsistere ac intelligi hominem; utriusque perfecte* [lxxvii] *perfectam essentiam habentem, cum illius operatione, id est, naturali proprietate.* Et rursus : *Non enim caro facta est natura deitas, translata natura, facta videlicet secundum naturam divinitatis caro; sed quod erat, etiam deitati coapta, mansit, id est, caro infirma et passibilis natura et operatione, sicut ait Salvator :* « *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma* [47]. » Et rursus : *Quæ operatus et passus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis et carnis passionibus naturaliter confirmatam, probavit.* Et iterum : *Mysterium divinæ incarnationis, apostolis et prophetis atque doctoribus, duplam ac diversam in omnibus habere compertum est naturalem considerationem ; cum perfectæ deitatis, et plenæ vim habeat ostendendæ humanitatis.* Et iterum : *Quibus divine pariter et humane operatus est, perfecte utroque sui rationem natura servans incommutabilem.* Et iterum : *Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipse gerens quod expers esset deitatis : qua ipsa nova decentique ratione utraque operatus est, utriusque ratione immunem se a mutatione servans, ad perfectæ suæ humanationis, quæ plane vera sit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem astruendam.*

XXVI. De his vero, qui unam deitatis et humanitatis ejus operationem, et naturam unam dogmatizant, dicit : *Non enim circumscribi natura genita comparatum est, quod secundum naturam ingenitum est, tametsi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumscribit : ac nec unquam in eumdem naturam naturalemque virtutem seu opera-*

[47] Matth. xxvi, 42.

(a) Affiue istud τῷ, καινήν τινα ἐνέργειαν ἡμῖν πολιτεύσας. Dionys. ep. 4 Ad Caium.

tionem vertantur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. Et item : *Eorum enim duntaxat, quæ ejusdem naturæ sunt, motus ejusdem virtutis ac efficaciæ est, substantiam designans, cujus est naturalis virtus, cum substantia diversæ natura proprietatis nulla ratione esse possit aut fieri, absque convertibilitate.* Item : *Ea enim, quæ ejusdem inter se virtutis sunt et operationis, ejusdemque prorsus originis ac earumdem passionum, ea naturæ distinctionem non admittunt; confusisque secum naturis, erit Christus dualitas, personisque divinis fiet quaternitas : quod omnium maxime cavendum.* Et iterum : *Si quidem igitur, ut auctor Bero est, assumpta illi caro ejusdem ac ipse virtutis seu operationis facta est, plane etiam ejusdem facta est naturæ cum quibus omnibus natura est, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod sempiterna, quod incomprehensa, et si qua ejusmodi secundum excellentiam theologicus sermo eximie in deitate contemplatur : et vicissitudinem utraque passa sunt, neutro substantialem naturæ suæ rationem ultra incolumem servante.* Et rursus : *Qui enim eorum, quæ sunt diversæ naturæ, eamdem sentit operationem, confusionem pariter naturalem, divisionemque ipsorum inducit naturalem; ignota prorsus ac obscurata per idiomatum commutationem naturali eorum substantia exsistentiaque.* Item : *Si vero non ejusdem ac ille facta est naturæ, nec ejusdem unquam fiet operationis.* Et iterum : *In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus, rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat.* Et iterum : *Non enim cognoverunt, fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate.* Et iterum : *Quandiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla unquam ratione fiat, ut amborum motus cognoscatur.* Et iterum : *Itaque Bero, qui sic docet, ut dicebam, una operatione Christi pariter deitatem et humanitatem natura confundens ac personis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, eamdem operationem, personarum, quæ ejusdem naturæ sint, identitatem duntaxat designare.*

XXVII. His igitur ita et ab hoc quoque sacratissimo et magno doctore ac martyre veritatis (idipsum autem est, si dicamus a sanctissimo, qui in eo loquitur, Spiritu) manifestius dictis, diligenter intendant qui volunt, et maxime qui communicant his qui novitates nunc operati sunt et sciant certissime, quia qui duas Salvatoris nostri Christi voluntates naturales et operationes denegant et abjiciunt, et impiam ac alienam a Christianico nomine tam sacram et orthodoxam confessionem appellant unamque deitatis et humanitatis ejus voluntatem et operationem dogmatizant, eos qui sibi consone non confitentur anathematizantes, liquido, et absque ullo tegente velamine sanctos prophetas et apostolos atque doctores; vel etiam (ut verius dicatur) sanctissimum Spiritum, qui in illis locutus est, quinimo loquitur, anathematizant, et ab eo per illos traditam nobis sacram et orthodoxam confessionem abnegant et abjiciunt, atque impiam et alienam a Christianico dogmate esse asseverant, et æque ut prædictus hæreticus, quin potius ut omnes simul profani hæretici, qui in confusione ac phantasia et divisione decepti sunt, solum supersubstantialis theologiæ ac incarnatæ dispensationis non abnegant et subvertunt mysterium. Quaternitatem quidem personarum sanctam confitentes Trinitatem : at vero unum hujus, id est, Dominum nostrum Jesum Christum, inanimatum et sine intellectu [lxxviij] ac sine ratione, secundum quod propter nos factus est homo, introducentes; et convertibilitatem simul et conspersionem ac mutabilitatem, confusionemque ac phantasiam et divisionem utriusque naturæ ipsius pronuntiantes; et puri per hoc hominis, vel prodigii cujusdam matrem sanctam semper Virginem ac Dei Genitricem Mariam scribentes.

XXVIII. Deinde vero hanc, quæ videlicet in eo ab illis dogmatizata est, unam voluntatem et unam operationem respuentes, et neque unam neque duas, id est, divinam et humanam voluntatem vel operationem, vel quamdam ex omnibus confiteri volentes, non solum instabiles et tergiversatores, sed et hæreticis, qui in confusione et phantasia et divisione erraverunt, magis impios ipsi seipsos propriis verbis et dogmatibus monstrant. Nam illi quidem, vel unam; isti vero, nec unam voluntatem, vel operationem habere eum volunt; ac per hoc insubstantialem illum et inessentialem (minus enim est dicere sine voluntate ac impotentem) secundum utrasque naturas pronuntiant; cum juxta sacras definitiones et rationes, corruptio, id est, interemptio et inexsistentia naturæ, naturalium habitudinum et operationum atque virtutum infirmitas et defectus exsistat : et quod universaliter voluntate naturali ac substantiali operatione privatur, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus essentia.

XXIX. Et non ipsum tantum, sed et Patrem et Spiritum sanctum, insubstantivum astruunt et inexsistentem. Ejusdem enim utrisque illis substantiæ, id est, deitatis et voluntatis et operationis Salvator exsistit, secundum quod est et dicitur natura Deus : ita ut subsequenter et Dominam nostram vere sanctissimam super omnes sanctos venerandam scilicet et laudandam, ut proprie ac non fallaciter, sed veraciter Dei Genitricem semperque Virginem, non proprie ac veraciter Matrem Dei describant, sed ejus qui nullo modo secundum ipsos exsistit. Et isti quidem talibus ac tantis impietatibus capti, per sua ipsorum dogmata propalantur. Hi vero, qui simul cum duabus voluntatibus et operationibus, quæ a sanctis Ecclesiæ Catholicæ institutoribus pie in Salvatore nostro Christo

dicuntur, aliam unam nescio unde fingentes confiteri volunt; et anathematizant eos, qui non consone sibi unam et duas, id est, tres voluntates et operationes in eo confitentur. Nihilominus et isti sanctos prophetas et apostolos ac doctores, quin et super hos, qui in ipsis locutus est, imo et nunc per eos affatur, sanctissimum Spiritum anathematizant; et traditam per eos nobis ab illo sanctam et immaculatam fidem novis adulterantes adinventionibus abnegant, et aliam in Salvatore Christo naturam præter divinam et humanam, extraneam quamdam, et ab omnibus quæ sunt in rebus alienam, fingunt: cujus esse volunt a se fictam in illo unam voluntatem et operationem. Quoniam omnis voluntas naturalis et substantialis operatio, naturæ profecto quæ velit et operetur sunt proprietates. Et omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua procedit et cui inest. Operatio enim naturalis uniuscujusque naturæ index est et cognoscitur: omnisque natura, propriæ operationis substantiali noscitur ratione; et omnis natura convenientem sibi seque designantem operationem habet, hanc ab aliis discernentem; definitionesque substantiarum, naturales earum operationes vera ratio novit. Et ut compendiose dicatur, nec naturam sine operatione, quæ illam substantialiter characterizet, nec rursus voluntatem vel operationem constare sine quadam substantia, est possibile, quemadmodum divina prædicant eloquia, et ipsa rerum clamat natura.

XXX. Igitur voluntatem et operationem unam præter duas circa Salvatorem Christum fingentes, ex necessitate etiam aliam naturam præter divinam, ut dictum est, et humanam, extraneam quamdam ab iis omnibus quæ sunt in rebus alienam plasmantes, applicant ei, cujus velint esse jam dictam a se unam voluntatem; quæ inane figmentum fictæ cogitationis est, et germen quod ab idololatria nil penitus differt. Deus enim simul et homo Salvator exsistens, duas tantum congruentes sibi naturas et voluntates et operationes, id est, divinam et humanam habet, quemadmodum inclyti præceptores nostri ac doctores affirmant, non unam et duas, id est, tres, ut adversarii dogmatizant. Quo illud evidenter gerant, quod olim a Deo per Isaiam prophetam in calumniam dicitur, id est: *Caupones tui vinum aqua miscent* [47*]. Ut enim apparet, et isti verbum veritatis cauponum more adulterando, naturalem dualitatem voluntatum et operationum Salvatoris nostri Christi, una voluntate et operatione quæ in ipso ab hæreticis, qui in confusione et divisione seu phantasia decepti sunt, impie dogmatizata est, veluti vinum aqua miscentes, utrasque sectas confiteri compellunt. Quod impium veraciter est et alienum ab immaculata fide nostra Christianorum, qui ex diametro similiter ut præcessores [lxxix] sui etiam per hunc a veritate decidunt modum.

A XXXI. Æquale quippe ex diametro et simile malum est cum hæretica opinione, paternam projicere ac reprobare orthodoxiam, et e diverso cum hac, pariter et illam confiteri et approbare: *Quæ enim participatio justitiæ et iniquitati? aut quæ societas luci ad tenebras? aut quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem consensus templi Dei cum idolis?* divinus ait Apostolus [48]. Inquam vero et ipse. Quæ participatio vel communicatio aut conventio aut pars aut consensus paternæ orthodoxiæ, ad nequam hæreticorum opinionem, ut cum altera altera prædicetur, vel etiam respuatur.

XXXII. Et hoc quoque diligenter intendant, quia si quemadmodum Magnus ab immortalitate cognominatus (imo vero cunctus sanctorum chorus) B affirmat, quod pene fides Salvatoris nostri non admittat, cum hoc instabile quiddam secundum suam ipsius rationem sit (*a*). Quod si hoc fuerit passa, et quod huic est contrarium procul dubio sustinebit, additamentum scilicet. Et quomodo manebit ulterius fides defectibus ac profectibus immutata? *Dicant*, inquit, *nobis, qui per singulos dies fides creant, imo deos sibi diversos fingunt; quoniam cum fidei verbo, mutatur atque multiplicatur a talibus id quod creditur*. Ergo et adversarii fides sibi condentes diversas, absque omni contradictione secundum qualitatem et quantitatem atque immutationem dogmatum suorum, immutant simul et multiplicant id quod creditur; et quinque Christos eatenus C plasmasse monstrantur. Hunc quidem unam operationem, illum vero nec unam operationem; et alium unam voluntatem, et alterum nec unam voluntatem; porro quintum unam et duas, atque unam et duas, id est, tres operationes et tres voluntates, ut aiunt, habentem. Et dicant, si volunt, illi ipsi qui talia exponunt dogmata, et qui communicant eis, in quem talium ac tot Christorum a se futurum credentes baptizati sunt vel baptizantur: aut cujus eorum corpus et sanguinem sumunt atque distribuunt: utrum ejus qui unam, an qui nec unam operationem; ejus qui unam voluntatem, an ejus qui unam et duas, et unam et duas, id est, tres operationes et voluntates; et propterea jam ex D necessitate, tres etiam naturas habet? Sed *non erat vox, et non erat auditio*, quemadmodum ait propheta magnus Elias [49], scelestos sacerdotes et pseudoprophetas confusionis redarguens.

XXXIII. Nam quidquid horum dixerint, illinc cum impietate etiam redargutionem sermo eorum circumferet, quoniam, non in verum et veraciter exsistentem Christum credunt atque baptizant: nec illius corpus et sanguinem accipiunt et distribuunt. Illum enim, verum scilicet, et qui vere consistit, Christum Deum simul et hominem inclyti magistri nostri, et præceptores scientes, duas et

[47*] Isa. I, 22. [48] II Cor. VI, 14. [49] III Reg. XVIII, 26.

(*a*) Athan. *De synod. Seleuciæ et Arim*. Sed mendum in voce *pene*. Num *consules*, vel *tempus*, aut defectum.

tantum quemadmodum naturas, sic etiam et duas voluntates et totidem operationes congruentes sibi, divinam scilicet, ut jam dictum est et comprobatum, et humanam, increatam et creatam, sine inceptione et cum inceptione, in ipso confitentur et confiteri nobis præcipiunt. Non autem, ut hi nunc novitates fecerunt, unam et nec unam, nec duas, et rursus unam et duas, id est, tres voluntates et operationes habere illum fatentur.

XXXIV. Super hæc autem omnia quæ dicta sunt, et illud quoque certissime noverint, quoniam unam nec unam, neque duas, et iterum unam et duas voluntates et operationes, et omnia cum anathematibus et depositionibus ac excommunicatione dogmatizantes, aperte sibi et alterutris repugnare probantur. Et ipsi per seipsos et invicem subvertunt ac destruunt, alterna verba et dogmata, seque ipsos et alterutros, et eos qui sibi communicant, anathematizant, et ab omni sacra dignitate ac ministerio pellunt atque deponunt. Necnon et a perceptione illibatæ communionis vivifici corporis et sanguinis magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi sequestrant.

XXXV. Et hæc liquido nos, et nullo intuentes et scientes obstante velamine, non solum propter multiformem errorem, verum etiam et propter instabilitatem et absurditatem ac reciprocationem talium virorum et dogmatum, omni custodia nosmetipsos ab illorum impietate et communione servemus, quotquot in veritate esse ac dici Christiani volumus. Alienum quippe a Christianis est, cum orthodoxia etiam impietatem suscipere; aut confiteri quidem orthodoxam fidem, communicare vero his, qui hanc per novas inventiones abnegant et adulterant. Propter quod divina nobis lex simul et apostolica jubet, eos qui aliud præter quod a Christiferis viris accepimus, docere ac introducere conati fuerint, aversari et anathematizare, non tantum si homines fuerint, sed et licet angeli fortassis e cœlo descendentes extiterint [50]. Et si hoc fecerimus, et divinam sine prævaricatione adimpleverimus præceptionem, sacramque ac orthodoxam fidem absque adulteratione simul [lxx] et innovatione possederimus et confessi fuerimus, ad vitam salvi efficiemur æternam : in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Deo et Patri, una cum sanctissimo et bono ac vivifico Spiritu, gloria, honor, imperium et adoratio, nunc et semper, et in omnia nunquam finienda sæcula sæculorum. Amen

[50] Galat. I, 8.

SCHOLIUM, sive HYPOMNESTICUM, his qui desiderio ac zelo divino legere voluerint, breviter declarans, quæ paucis sunt agnita. Id est, una cum athleticis certaminibus, quot exsilia, et in quibus locis ac tempore pertulerint martyrium, diemque fide ad Deum profectionis et exhibitionis. sanctorum et deiferorum Patrum nostrorum ac magistrorum novorum revera confessorum et magnorum martyrum; præcipue illius, qui positam hic epistolam digito Dei scripsit. Eo quod ipse quidem eorum, qui ante se defuncti sunt (Maximi scilicet et Anastasii discipuli ejus) significaverit diem, ut prælatum est : de se autem et germanis fratribus ejus, Theodoreto scilicet et Euprepio, nemo. Insuper et Martini summi et apostolici papæ ac martyris, qui omni, quæ sub sole est, præcellit hieraticæ dignitati; atque quorumdam aliorum, quorum præsens epistola mentionem facit, nec quæcunque, ut reor, alia charta, vel homo.

1. Oportet eos, qui hæc legerint exemplaria præsentis illius sacræ illius sacri epistolæ, Deo parenti, qui scrutatur renes et corda [51], firmissime credere, quia in ea, Deo teste veritatis ex ipsa epistola, quæ propria manu ejus, imo ut verius propter miraculi dicamus insigne, digito Dei scripta est, sancti videlicet patris et magistri nostri domni abbatis Anastasii, presbyteri et apocrisiarii senioris et opinatissimæ urbis Romæ, multumque certantis magni et novi revera martyris veritatis, transcripta sunt, scripta ab eo (postquam passus est, quemadmodum dictum est, in Byzantio, una cum concertatore suo et vere philosopho, imo Deo sopho magnoque commartyre Christi veri Dei et Salvatoris nostri Maximo; id est, cum ab intus abscissæ fuerint pretiosæ ac sacræ, divinitusque veraciter mobiles linguæ ac manus, cum verberibus et tormentis amarissimis, ex quibus sanguinis fluorem et pompam per totam urbem perpessi sunt, quod nec malæ unquam vitæ revera quisquam sustinuit. Et nisi solus Deus, qui ex nihilo ut essent cuncta produxit et mortuos suscitat, ex hujuscemodi crudelitate ipsorum et tanto sanguinis fluxu, cauterio nullo modo illis indulto, vel constipatorio aliquo abscissionibus manuum atque linguarum ad cessationem sanguinis juxta morem imposito, hos conservasset ad verecundiam adversariorum, tradidissent ex tunc desiderato a se Deo suas ipsorum sanctas revera et beatas procul dubio animas. Hæc autem omnia ob nihil aliud in eos gesserunt vere profanissimi et miserrimi apostatæ veritatis, nisi propter pessimam veraciter et solam invidiam, quam antiquus hostis dæmon in eis seminavit, quemadmodum et in similibus suis Judæis, cum non potuissent saltem ad modicum quid resistere sapientiæ, quæ illis merito fuerat a Deo donata, pro vera scilicet veritate, et solum pro eo quod noluissent illi communicare cum his, in tam publica et sine Deo impietate ipsorum) cum ipsa sancta dextera manu sua, quæ abscissa fuerat, cujusque truncus tantum remanserat (id est, sine planta et digitis) inopinato argumento; cum videlicet duo sibimet parvissima ligna et tenuia colligasset; imo, ut verius dicam, virtute ac gratia divina, quemadmodum et lingua revera divina, et invisibili expedite penitus et sine prohibitione to-

[51] Psal. VII, 10.

quebatur, quanquam ab intus ex ipso fuerit fundamento rescisa, sicut Lebarnicius, patricius Lazicæ cum juramentis terribilibus enarravit nobis, dispensatione Dei in hoc ipso per semet inspector effectus, diffidens super hoc glorioso et ingenti miraculo. Quin et Theodorus protosecretarius prætorii præfecti Constantinopolitani ante hunc enarravit mihi, et ipse cum horribilibus juramentis, cum conscius fuisset sanctarum passionum ipsorum, tanquam dominus et magister hujuscemodi rerum, glorificans et laudans et gratias agens Deo super tali miraculo et tam fiduciali virtute ipsorum. Quoniam sicut canis vel cervus excursu multo vel siti vel caumate, ita laxaverunt et tradiderunt linguas suas, ut etiam manus, quanquam brevi valde statura sanctus, et infirmus corpore esset Maximus sicut cunctis est manifestum. Quocirca et abundantius adversarii sauciantes sensus suos super tanta et tali alacritate sanctorum, intrinsecus nequissimi et veraciter inhumani, ut revera feræ agrestes, has abscindebant.

II. Non solum ista sic ab eo scripta epistola, sed et aliis multis libris ac tomis studiorum ipsius. Quorum ipsi non solum inspectores divina providentia facti sumus, sed et partim in sortem gratia Dei ex eis accipere illius præceptione meruimus; et ipsis quoque simili argumento et manu; imo, ut [lxxxj] verius dictum est, digito scriptis Dei, sicut magni Moysi tempore legitur factum : providentia videlicet et cooperatione solius omnipotentis Dei, qui, cum sit amator bonitatis et hominum, facit mirabilia magna in sanctis suis, et glorificat vere glorificantes se, tam indeclinabili opere, quam verbo et veritate; cum adhuc degeret in ultimo, id est, tertio exsilio suo Lazicæ, in castro Thusumes nuncupato, sito supra villam Mochoes, climatis Apsiliæ termini, ad orientem Pontici maris, apud ipsum pedem Caucasiorum montium, juxta Christi amicorum regionem Abasgorum et gentem Alanorum, quasi signis quinque a prædio Zichachorio, id est, prima domo Gregorii veri amici Christi patricii et magistratus ejusdem regionis Alanorum. Cujus et optimam memoriam merito facit in hujusmodi epistola : translati videlicet vi et præceptione miserorum principum, qui illic ante ipsum usque ad ipsum præfuerunt, in eodem tertio exsilio septies, in difficilioribus locis et tribulatione multa, in prædicto castro Thusumes dormivit in Domino; cum et ipse certamine bono certasset, orthodoxam revera fidem servasset, et cursum martyrii consummasset, Octimbrii die undecima, feria prima, hora tertia, cum diceretur inter sancta Officia, *Sancta sanctis*, indictione decima; cum prædixisset et ipse diem sanctæ depositionis suæ quibusdam qui sibi aderant, ante menses tres; et aliis quoque pluribus miraculis sanctissimi et omnia efficientis Spiritus cooperatione, tam ibidem, quam in duobus exsiliis suis, Trapezunti videlicet et Mezembriæ patratis, plurimisque conversis ad fidem et illuminatis.

III. Qui cum conversati fuissent et perdurassent in hoc sancto et beatissimo et multorum sudorum certamine, id est, coronam ferente confessione ac testimonio, prædictus quidem sanctus Anastasius presbyter et apocrisiarius Romanus, a sexta indictione præteriti cycli usque ad decimam indictionem, in omnibus prædictis tribus exsiliis suis, traductionibus diversis affectus tribulationibusque et necessitatibus et angustiis non mediocribus nec modicis, permansit annis viginti. Discipulis vero ejus Theodoro et Euprepio germanis et sanctis fratribus, filiis Plutimi beatissimi imperatoris Pistoris, id est, qui super omnes pistores publicos est, eorum videlicet qui annonas scholarum omnium solvunt, quod appellatur *tetransiton*, divitiis pretiosis et dignitatibus diversis, divinisque virtutibus et virginitate, quæ his omnibus major est, adornatis : per quam scilicet, ut opinor, etiam sanctis pro Christo agonibus et coronis honorari meruerunt, ut casti et mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [31*]. Post primum magistri sui et nostri apud Trapezuntem exsilium, multis eleemosymis et oblationibus factis, volentibus Romam confugere, protinus in eadem persecutione prope Abydum comprehensis, propter eamdem et solam causam, et pro eo quod noluissent cum eis contaminari tam evidenti impietate in profano et penitus sine Deo imperatorio typo, qui ex submissione factus est eorum, qui erant Ecclesiæ Constantinopoleos, et publicatis, id est, denudatis omni substantia quæ inerat sibi, et dignitatibus quas habebant; flagellaque mortalia a præfecto suscipientibus, et Chersonem in exsilium missis, et illic vi sæpius ab invicem separatis, et in castris gentium ibidem adjacentium deputatis : junior quidem frater, qui, ut vere in cunctis pheronymus, Euprepes nominatus est, completo in hujuscemodi Dei amico agone anno nono, ad Dominum abiit, mense Octobrio, die vicesima, indictione quarta decima. Alter vero, qui et prior frater, quique Dei donum merito a Domino est vocatus, perdurans ab eadem sexta indictione usque ad jam dictam decimam indictionem instantis cycli, id est, usque ad sanctissimi patris et magistri eorum ac nostri Anastasii presbyteri (qui revera miserrimi et orphani propter tantam raritatem et inopiam verbi veritatis et omnis spiritualis escæ, ita ut nunc etiam adimpletum sit, quod a Domino de malis novissimorum temporum dicitur, Non famem panis mittendam neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini, sicut dictum est [32]); sanctam in Domino requietionem, annum vicesimum agit adhuc perseverans in athleticis sudoribus et agonibus, in eodem Chersonis exsilio, jam memoratus videlicet frater Theodorus, qui et propria manu multa sanctorum opuscula dignatus est nobis exhi-

[31*] Matth. v, 8. [32] Amos VIII, 11.

bere, qui pergebamus illuc ad visitationem et adorationem ejus, et pretiosæ memoriæ Martini summi et vere universalis papæ et magni martyris veritatis. Cujus et miracula nobis copiosa, quæ ibidem facta sunt, cum illatis quoque illi importabilibus tribulationibus retulit. Donata etiam particula sancti orarii, id est, facialis, quæ sibi fuerat ab eo dimissa, et uno ex compagis ejus, id est, caligis (a): quos nullus alius inter homines portat, nisi sanctus papa Romanus, eo quod et ipse illic fuerit exsilio relegatus, postquam omnia dira [lxxxij] passus est, cum abduceretur ab urbe Roma, qui seipsum tradiderat, gestiens atque desiderans admodum pro Christo subire martyrium, ut imitator et successor sancti et apostolorum principis Petri, tam in navigio quam in ipso Byzantio, ita ut palam alapis cæderetur ab inimicis Dei.

IV. Dignum autem patre suo diabolo perpetrantes opus in eum, tam veste illum sua exuerunt, quam ferreorum gravamina vinculorum et catenarum sancto ejus collo et pretiosis reliquis membris imposuerunt. Deinde, cum eisdem ferreis compedibus pompantes, per totam plateam traxerunt, a palatio usque ad prætorium præfecti, cum vigiliæ magistro, id est primo carnificum, colligatum; et cum gladio præcedebat eum quidam, ut membratim concideret, deliberante ac præcipiente Bucoleonte detestabili sacellario, et digne sanguinem devorantis bestiæ cognominato (tanquam qui et opera bestiali furore referta possideret, scientia et consilio Constantini imperatoris, qui et prædictum obscenum et pessimum typum condidit (b) Gregorio eunucho et præfecto miseræ illius urbis. Quod utique jam et factum fuisset, quantum ad temerariam ejus alacritatem et propositum pertineret, nisi misericordissimi et benignissimi Dei præsidium hos inhibuisset, et non hujus robustissimam fortitudinem *hostes erubuissent*. Noverunt enim hoc pati frequenter *etiam* tyranni truces et inhumani, licet nimis immisericordes sint et crudeles, secundum eum qui operatur in illis Satan: martyrio ejus forsitan invidentes, secundum similem sibi apostatam et idolorum vesaniæ deditum Julianum illum famosum et vere sapientem in malis. Aut certe Deo meliori quadam et sibi soli nota, qui nimirum ad utilitatem dispensat, immensa hunc et ineffabili providentia conservante; cum fecisset in duobus carceribus (in excubitu scilicet et custodia præfecti) in tribulatione et infirmitate gravissima dies centum octoginta. Omnem vero tribulationis suæ agonem in annis et ultra, sicuti ex his quæ de ipso conscripta sunt, et a Romanis militibus et propriis ejus hominibus, qui cum eo multis tormentis affecti per diversa loca exsilium pertulere, scire potuimus.

V. Porro dormivit et ipse in Domino, cum unam A semper et solam sanctam catholicam et apostolicam gloriosam Dei nostri Ecclesiam sacratissimis et veracibus dogmatibus synodice illustrasset, et tam sanctarum ac universalium quinque synodorum, Nicænæ videlicet, Constantinopolitanæ, Ephesinæ prioris, Chalcedonensis, et rursus Constantinopolitanæ sub Juliano imperatore, quam omnium sanctorum divinitus sapientium et probabilium Patrum nostrorum ac veracium magistrorum sacra et piissima dogmata roborasset. Quemadmodum hi, qui amore pio legere voluerint, in sacris gestis sanctæ ac apostolicæ piissimæque synodi, quæ ab eo Romæ celebrata est, invenient, cum in omnem locum et omnem regionem transmissa sint, et ardue veritatem manifestasset et prædicasset: bono multumque sibi amabili agone agonizans, et ad desideratum Dominum, B pro quo et proprium sanguinem, quantum in ipso fuit, effudit; in lætitia copiosa profectus mense Septembrio, die sextadecima, indictione quartadecima, qua et custodientis pietatem copiosæque certatricis et castæ virginis et martyris Euphemiæ honoranda memoria per singulos annos celebratur, reconditus inter tumulos sanctorum in domo percolenda sanctissimæ intemeratæ ac semper laudandæ gratiosæ vereque semper gloriosæ Dominæ nostræ, utpote quæ proprie natura et absque mendacio veraciter est Dei genitrix et semper Virgo Maria, quæ appellatur Blachernes, extra muros a stadio uno ipsius de cætero benedictæ urbis Chersonis. C In qua sancta domo etiam jam memoratus sanctus Euprepius requiescit, juxta eumdem perornatum ac vere magistrum, qui evangelicam vocem opere adimplevit, qua dicitur: *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis* [83].

VI. Porro sanctus et memorabilis ac optimus et per omnia sapiens, imo divinitus sapiens, magnusque veritatis propugnator et commartyr eorum Μέγιστος, qui et Maximus (hoc enim, ut antea indicavimus, dictione Latina Maximi nomen insinuat), cujus et sanctum monumentum per singulas noctes lampades exhibet, a die qua dormisse dignoscitur, usque in præsens, et in perpetuum omnibus illucescens et patefaciens confidentiam suam, quam obtinet apud Deum, sicuti præposita commendat D epistola: et nos ipsi per nosmet auditores a multis illius loci principibus et habitoribus, qui cum juramentis hujusmodi vere miraculum fiducialiter prædicabant, effecti sumus. Eorum vero, qui obtutu proprio viderunt has, unus etiam ipse comes ejusdem Chemareus castri nomine Mistrianus exsistit, qui et vigilans cum militibus, has non semel nec bis, sed et multoties contemplatus est, et primus patenter de his omnibus prædicavit, nobis illuc pergere non valentibus propter montis illius ascensum, id est, verticis Caucasiorum, [lxxxiij] quo excelsior

[83] Joan. x, 14.

(a) Compagi et caligæ singulares Romani pontificis. Hos ambigens Mich. Cerularius, sopitum schisma suscitavit.

(b) Hinc Synaxarii auctor Pogonato tribuit, cum sit Constans ejus pater.

mons super terram non est, difficultatem, et tempus hiemis, insuper et confusionem gentium quæ fit in partibus illis. Pariter et Anastasius discipulus ejus ab undecima indictione præteriti cycli per tria exsilia, Bizyes scilicet et Perberi Thracensium regionis, atque prædictum Lazicum, in multis contritionibus et intolerabilibus necessitatibus, atque hujuscemodi athleticis certaminibus, annis decem peractis, ad regnum migravere supernum. Sanctus quidem Maximus, sicut dictum est, mense Augusto, die tertiadecima, indictione quinta, cum prædixisset ex divina revelatione suam in Domino ante dies quintodecim dormitionem futuram, sicuti jam præmissum est; sanctum vero suum pro veritate in Christo Deo nostro martyrium ante non paucos annos. Discipulus vero ejus Anastasius mense Julio, die vicesima quarta, indictionis ejusdem.

VII. Igitur missa nobis est hujusmodi sacratissima et præposita propriæ manus, imo divinitus, exarata epistola, una cum suppositis tibi deiloquis testimoniis et syllogismis, ab eodem ipsorum exsilio, id est, Lazico, quam et habemus et conservamus, cum eodem quo scribat, tradito sibi divinitus argumento, id est, prædictis duobus exsilibus fusticulis, et aliis benedictionibus ac muneribus ejus, sanctisque ac venerabilibus, necnon et omnibus post Deum bonis, librorum videlicet ejus studiis, et propriæ manus compositionibus, tanquam revera sacro sanctis laudibus et reliquis. Data vero est nobis vere minimis, Theodosio scilicet et Theodoro, germanis et sine dolo fratribus humilibus et peccatoribus monachis, per Gregorium monachum et abbatem monasterii sancti Joannis Baptistæ regionis Albanorum, quod appellatur Batararu, mensis Augusti die vicesima, indictionis undecimæ, quo præteriit nos, qui revertebamur a regione sæpe dictorum Lazorum. Illuc enim profecti fueramus, licet valde infirmi et pauperes et indigni essemus, secundum consuetudinem ad visitationem eorum, non solum propter jam dictum creditum nobis pondus conscriptum, id est, præceptionem sæpe memorati sancti ac summi apostolici papæ Romani Martini, personaliter ad eum in eadem magni nominis urbe advenientibus, et certitudinem propriæ manus de his quæ ab eo synodice confirmata sunt, ex ipso sumentibus et audientibus papa, et alio ex his qui simul aderant. Sed et quoniam ore proprio mandaverat nobis de hoc, postquam passi sunt, cum adhuc essent Byzantii in custodia prætorii præfecti, quæ appellatur Diomedis, ex qua et præmisimus eos in jam sæpe dictum tertium eorum exsilium Lazicæ: mœrentes illis, et in reliquis eorum exsiliis et custodiis, laboribus et sollicitudinibus, angustiisque non mediocribus, secundum quod nobis possibile fuit per Deo acceptas eorum preces, nobis cooperante ipso, qui eripuit nos sæpius de iniquis manibus impiorum, marisque periculis ac diversis tempestatibus, ministrare de paupercula, quæ inerat nobis ex parentum benedictione sicut in Domino; ut autem verius dicamus, Dei munere, et non ex alienis. Sed et reliquis nil minus concertatoribus et commartyribus, et ut fieremus inspectores stigmatum ipsorum et passionum, quæ propter Christum verum Deum nostrum pertulerunt. Quinimo et auditores per nos effecti, divinitus quoque sapientis atque salvantis expertes eorum constitueremur doctrinæ, et Deo persuadibilibus et bene acceptis ipsorum orationibus frueremur, et quædam vestimentorum, quæ in passione sibi scissa sunt, propriis manibus ab eis accepta deferremus, una cum sanctificatis pannis pretiosoque sanguine rubricatis; qui circumpositi fuerant sanctis eorum, quæ abcisæ fuerant, manibus, causa sanguinem medicinaliter restringendi. Utrosque autem amplecti ac memorari, non sine consideratione, ut reor, perpendimus, pro eo quod unum et idem ipsum in certamine sanctæ revera et orthodoxæ fidei, et in vinculo pacis et charitatis dignoscantur effecti.

VIII. De cætero infinita multitudo eorum, qui in prædicta non ferenda et intolerabili persecutione diversis verberibus et tribulationibus palam et occulte martyrium inferebant, astuto ac versuto molimine, has illius aliter atque aliter, quasi non pro fide, sed sub prætextu aliarum ingerebant occasionum atque damnorum: adeo ut hæc simplicioribus quibusque, qui facile decipiuntur, ignorantibus, soli Deo, qui occultorum est cognitor, et his qui studiosiores erant, hos, et quamobrem passi sunt procul dubio deferentes. Pro quibus omnibus, universos qui in veritate quæ revera sunt veritatis relegitis, ac si præsentes et procidentes, tam cordis genu cum corporalibus genibus, quam cordis sensu cum lacrymis inclinati, et ante vestigia omnium vestrum provoluti, deprecamur et exoramus, quo primum quidem veniam in omnibus tribuatis exiguitati et indisciplinationi nostræ; qui ad certitudinem et satisfactionem tanquam vere fideles fideliter talia prorsus recipimus, et ne oblivio [lxxxiv] velet tantos et tales sacros agones, eo quod valde a paucis et raris hæc cum diligentia cognoscantur. Nos autem, ut dictum est, cum voluptate Dei, horum ipsis visibus conscii ex parte maxima facti fuissemus, et discrimen quod ex desidia generatur metuissemus, et non ob aliud, ut coram Deo dico, nisi propter hoc, quoquomodo hæc scribere præsumpsissemus, et vitam vel laudes depromere minime valuissemus, talium et tot pro pietate certaminum ac sudorum vere mirabilium et magnorum illorum in Domino sacratissimorum virorum, propter collactaneam scilicet et rudem rusticitatem nostram et omnimodam indisciplinationem, per quas nobis et sermonis inest inopia super omnes.

IX. Quibus sufficere arbitramur pro magnæ vitæ actibus et præconiis, si qui veritatis et studii amore legere voluerint divina illorum, et veraci-

ter sine fastidio contra impietatem et pro pietate labores plurimos et conscripta, quæ et cum omni solertia et diligentia una cum his etiam quæ sunt ex adversariorum exsecrabilibus scriptis, licet humiles et veraciter viles super omnes in omnibus simus, juxta virtutem tamen quæ inest nobis, in diversis libris ac tomis conscripsimus, et amatoribus veritatis tradidimus, in gloriam et indesinentem laudem et gratiarum actionem omnipotentis Dei et vere mirabilis in sanctis suis, ac zelum et alacritatem eorum, qui pro pietate certare voluerint, confusionemque ac inevitabile opprobrium inimicorum veritatis et ipsius Dei universorum, instantiasque ac oppositiones illatarum sibi falsarum calumniarum, et decretorum inanium ac instabilium, et absolute omnes eorum sacratissimos ac pios agones atque sudores, qui ab eis qui ex adverso erant diverso modo sunt acti, id est, a subintroducta nova, et hæretica omnia recipiente adinventione, Heracliano, Cyro, Sergio, Pyrrho, Paulo, Petritarum et involuntativo inoperatistarum, vel, ut verius dicam, novorum Epicureorum, id est, penitus carentium Deo, ut ipsa rerum et ipsa contrariorum conscripta demonstrant, his, qui hujuscemodi discernere norunt; quatenus hi, qui post nos studiosi et in verbo potentes fuerint, et his inventis, ex his occasionem acceperint, Deo ac sanctis ejus gratiarum actiones debitas reddant: *Da enim sapienti occasionem, et sapientior*, inquit, *erit* [84].

X. Secundo vero indesinentibus orationibus et supplicationibus cum operibus bonis ac lacrymis, benignissimum natura et misericordissimum placetis Deum, ut compatiatur infirmitatibus nostris; sedetque de cætero instantem adhuc dolosam et versutam et penitus argumentosam atque gravissimam *super omnes paganas* et hæreticas persecutiones, *cum sciat pulveris* nostri fragilitatem, et facilem lapsum, propter nimiam fraudem eorum atque nequitiam, et finis seditionis fiat et terminus hujuscemodi atrocissimi mali, pretiosum scilicet illorum sanguinem effundentium: velut sub impiis et Dei exsortibus Arianis, pro roseo sanguine sancti Petri Alexandrini patriarchæ ac martyris gestum est. Propter quod et prædicti sancti Patres nostri et veraciter pietatis doctores, præcipueque apostolicus et verticalis papa noster Martinus similiter semetipsum in sacrificium pro fideli populo tradidit, in omnibus agonothetam Christum Deum nostrum et verticem apostolorum Petrum imitatus, et in cunctis secutus, cujus et successor, ut revera dignus, effectus est, pacemque firmam et indissolubilem unitatem ubique sanctis suis donet Ecclesiis: nec permittat de reliquo usque in finem hæresim quamlibet suscitari, tam propter multitudinem miserationum suarum, quam ob infirmitatem et mobilitatem naturæ nostræ, quæ super omnes præteritas generationes excrevit.

XI. Tertio autem, ut immobiles usque in finem conservemur, non solum nos, sed et omnes pii, in sancta revera et orthodoxa atque immaculata nostra Christianorum sola catholica et vera fide, remissionemque peccatorum et salutem percipiamus, qui veraciter peccatores sumus servi omnium, qui vere orthodoxi et proprii adoratores sunt Christi veri Dei et Salvatoris nostri, qui revera glorificantes se magnifice et in veritate glorificat, cuique decora est omnis gloria, honor, imperium, magnificentia in cœlo et in terra, adoratio et gratiarum actio in sensu cordis et ipsa veritate, timoreque ac tremore pariter et exsultatione, secundum propheticum eloquium, una cum immortali et miserationum amatore, compatientissimo ac misericordissimo super naturam Patre, atque sanctissimo et consubstantiali, vivificoque ac omnipotente divino Spiritu, nunc et semper, et in universa et infinita sæcula sæculorum. Amen.

[84] Prov. IX, 9.

ΚΑΤΑ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΙΤΩΝ,

Ὑπὲρ τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου, στηλιτευτικὸν ὑπό τινος μοναχοῦ, ἐκ δριμύξεως καρδίας συγγραφέν (a).

[LXXXV] ADVERSUS CONSTANTINOPOLITANOS,

Pro sancto Patre nostro Maximo, invectiva a quodam monacho, diri facinoris exsecratio amaro corde conscripta.

Οἱ μὴ τὴν ἀλήθειαν συνιέντες, ὡς θέμις, τὸ ψεῦδος δήπουθεν ἀντὶ τῆς εἰρημένης ἀσπάζονται. Ὅταν γὰρ ψυχὴ ἀναξία ᾖ τῆς τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν οἰκείαν ῥᾳθυμίαν ἐλλάμψεως, ἀγνωσίας πληροῦται καὶ σκότους·

Qui veritatem, ut par est, non intelligunt, ii nimirum pro veritate, quam dicebam, mendacium amplectuntur. Postquam enim animus, sua ipse segnitie divina illustratione indignus exstiterit, igno-

(a) Ex Seguieriano codice.

rantia repletur ac tenebris; lucemque tenebras, ac tenebras lucem cernit. Ac sicut sagittarius a scopo devius, etsi ad illum ac metam, facilem funem tendit, errore nullaque artis solertia sagittam mittit; ita hic quoque sermones operaque proferens, intorta hæc pravaque et inconcinna profert objectatque: ac vel maxime iis, qui cœlesti stilla impartiri meruere. Quod sane ita evenit ab omni ratione sanoque sensu alienissimo stupidissimoque imperatori, itemque Epiphanio, imo Apophanio (homini scilicet non illustri, sed obscuro) flammis devoto, non patricio; necnon Theodosio hyposcopo, non episcopo (terrena scilicet spectanti, non vere custodi ac vigili), qui sanctum Maximum, tertium illud in theologis lumen, lingua dextraque multarunt, binosque Anastasios, illius geminos pridem discipulos, pari sententia damnarunt.

A καὶ βλέπει τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς. Καὶ ὃν τρόπον τοξότης ἄσκοπος, καὶ πρὸς τούτῳ καὶ νευρὰν τείνων εὔεικτον, τὴν βολὴν ἀστόχως βάλλει καὶ ἀτέχνως· οὕτως καὶ αὐτὴ λόγους καὶ ἔργα προβαλλομένη, καμπύλα καὶ λοξώδη καὶ ἀσυνάρτητα ταῦτα προτείνεται· καὶ μάλιστα τοῖς σταγόνα οὐράνιον καταξιωθεῖσιν ὑποδέξασθαι. Ὕπερ δὴ πέπονθεν ὁ ἀλογιώτατος καὶ ἐννεώτατος βασιλεὺς, καὶ οἱ περὶ Ἐπιφάνιον, μᾶλλον δὲ Ἀποφάνιον τὸν πυρίκαον, ἀλλ' οὐ πατρίκιον· καὶ Θεοδόσιον τὸν ὑπόσκοπον, ἀλλ' οὐκ ἐπίσκοπον, τῶν τὸν ἅγιον Μάξιμον καὶ τρίτον θεολόγον γλωσσοδεξιότμητον δρασάντων· καὶ τοῖν δυοῖν Ἀναστασίοιν τῶν αὐτοῦ ἄνωθεν φοιτητῶν, τῷ αὐτῷ κρίματι ψηφισάντων.

Nam quæso vos (ut tantisper vobiscum animi mœstitudine gravique ejus anxietate disceptem) quidnam abhorrens a pietate in probatis ac theologicis, inque rem animorum perutilibus eorum decretis atque doctrinis, necnon mores spectantibus spiritalisque scientiæ atque divinis augustisque sensis invenistis, quod scripto absonum, ut diro ejuscemodi supplicio in virum justum, tanquam Christo iniquum deque illo male sentientem, animadvertendum statueretis? Vos, inquam, semen nequam, abortiva imperfecta, nocturnæ volucres, terræ intestina (id est lumbrici), ventres pigri, potentes ganeones, accipitres mulierum libidine salaces earumque pudicitiæ raptores. En ejus dubiorum librorum in manibus, quem genus omne hominum admiratum est et admiratur, adhucque ac futuris in ævum temporibus admirationi habebit. En ducenta supra quadringenta ejus capita, non vobis dico, qui indigni estis, sed his quoque qui valde probati ac eximii sunt, præstantia visa plurisque facienda. Porro sententiarum codex, seu decretorum, silentio colatur. Iis [lxxxvi] enim quæ vim omnem ac facultatem naturæ superant, etiam cum laudantur, injuriæ aliquid inolescit ac prope deteruntur. Vestra magis amputanda dextera, ut quæ tactu, ut quæ scelere rabida sit, ac (proh nefas!) omnino polluta dicam, secundæ scilicet novæque idololatriæ opportuna atque expansa. Vestri effodiendi oculi, velut expeditissimum diaboli organum, velut impudicitiæ nuntii, velut rabidæ nutus lasciviæ. Vestram a radicibus par erat exscindi linguam, ut quæ sublata in cœlum, inde projecta sit, ut quæ laborem ac dolorem nutriat, libidinemque ad fauces protrudat ac blasphemiam concipiat, vanaque ac egenis noxia interituque mergentia pariat. Dorsum vestrum dilaniari decebat, pectusque illud furore plenum, tanquam vehiculum dæmonum, tanquam serpenti incessum lustrum, tanquam dæmonum umbraculum, tanquam impietatis tabularium.

B Τί γὰρ, ὦ οὗτοι, ἵνα μικρὰ πρὸς ὑμᾶς διαλέξωμαι ἐξ ἀνίας [λύπης.], καὶ ἀλύκης οὐ τῆς τυχούσης, ἀσεβὲς ἐν τοῖς ἐγκρίτοις καὶ θεολογικοῖς καὶ ψυχωφελέσιν αὐτοῖς [αὐτῶν] δόγμασι, καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, καὶ γνωστικοῖς, καὶ θεοπρεπέσι νοήμασιν ἐξηύρατε, ὡς γραφῆς ἄτοπον, ἵνα τοιαύτῃ ἀπανθρώπῳ τιμωρίᾳ τὸν δίκαιον ὡς δύσχριστον ἀποκόψητε; Σπέρματα πονηρὰ, ἀμβλωθρίδια ἀτέλεστα, πτηνὰ νυκτοπορινὰ, γῆς ἔντερα, κοιλίαι ἀργαὶ, τραπεζογίγαντες καὶ γυναικοϊέρακες. Ἰδοὺ μετὰ χεῖρας τῶν ἀπόρων ἡ βίβλος αὐτοῦ, ἣν πᾶσα φύσις ἐθαύμασε καὶ θαυμάζει, καὶ ἔτι θαυματωθήσεται. Ἴδε αἱ δύο πρὸς ταῖς τέσαρσιν ἑκατοντάδες, ἃς οὐ λέγω τοὺς ἀναξίους ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄγαν ἐγκρίτοις ἐφάνησαν τίμιαι. Ὁ δὲ τῶν ψήφων κώδηξ σιγῇ τιμάσθω. C Τὰ γὰρ ὑπὲρ τὴν ἐνοῦσαν τῇ φύσει δύναμιν καθιστάμενα, ὕβριν ὑπομένει καὶ ἐπαινούμενα. Ἡ ὑμῶν ὤφειλε τμηθῆναι δεξιὰ, ὡς ἀφῇ λυσσῶσα, ὡς ἄγει, ἵνα μὴ λέγω διὰ τὸ δύσφημον, πάντῃ μεμολυσμένη, ὡς ὑπόδοχος τῆς δευτέρας εἰδωλολατρείας. Ἐχρῆν τοὺς ὑμῶν ἐξορύξαι ὀφθαλμοὺς, ὡς προχειρότατον τοῦ διαβόλου ὄργανον, ὡς ἀσελγείας πρόδρομον, ὡς λυσσώδους λαγνείας διανεύματα. Τὴν ὑμῶν καθῆκεν ἔνδοθεν γλῶτταν τεμεῖν, ὡς εἰς οὐρανὸν ἀναχθεῖσαν, κἀκεῖθεν ἀποῤῥιφεῖσαν, ὡς τρέφουσαν πόνον καὶ κόπον καὶ ἡδονὴν ἐν λάρυγγι διωθοῦσαν, καὶ βλασφημίαν ἐγκισσῶσαν· καὶ ἀργὰ καὶ πτωχοκτόνα διαλοχοῦσαν. Τὸν νῶτον ὑμῶν ἐχρῆν διασπαραχθῆναι, καὶ τὸ θυμοῦ γέμον στηθήνιον, ὡς ὄχημα δαιμόνων, ὡς ὄφεως ἑρπιστήριον, ὡς δαιμόνων σκιρήντριον [σκιρτητήριον], ὡς ἀσεβείας χαρτοφυλακεῖον.

Talis tua, septemplici colle superba Babylon, gloriatio; sic sceleratos mundum helluantes lactas filios. Sanctorum te cædibus effers, eorum cruore gestis. Justum omnem sanguinem, injuriæ liberalis exinanasti, nec prorsus formidabis? Nemo justorum in quem persequendo non sævieris, nec erubescis? Superbis, neque agnoscis? Claudicas, nec contremiscis? Insidias struis, et fucis rhetoricis

D Τοιαῦτά σου, ἑπτάλοφε Βαβυλὼν, τὰ αὐχήματα· τηλικαῦτα ἀνόσια καὶ κοσμοβόρα θηλάζεις ἔγγονα. Αἵμασιν ἁγίοις κομᾷς· τῷ λύθρῳ τῶν ὁσίων ἀνασκιρτᾷς. Πᾶν αἷμα δίκαιον ἀδίκως ἐκένωσας, καὶ οὐ καταπτήσεις; πᾶς ὅστις δίκαιος παρὰ σοῦ ἐδιώχθη, καὶ οὐκ ἐρυθριᾷς; ἀλαζονεύῃ, καὶ οὐκ ἐπιγινώσκεις; Σκάζεις, καὶ οὐ τρομεῖς; Λοχᾷς, καὶ ῥητορεύεις; Σφάζεις, καὶ φιλοσοφεῖς; Γλωττοτομεῖς, καὶ κοινωνεῖς;

Δεξιὰν, Θεοῦ ἀλήθειαν λέγω, ἐκτέμνεις, καὶ *Τὰ ἅγια* A *τοῖς ἁγίοις* ἀνεπαισθήτως κράζεις; Ἀλλὰ σὲ μὲν, καὶ τοὺς σοὺς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀδιάδραστος διδάσκει δίκη· τοὺς δὲ ὁμολογητὰς καὶ οὐκ ἔλαττον μάρτυρας ἡ αἰώνιος Χριστοῦ ὑποδέξεται βασιλεία· ἧς καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, ἐπιτύχοιμεν διὰ τῶν εὐπροσδέκτων αὐτῶν παρακλήσεων. Ἀμήν.

ludis? Jugulas, et philosopharis? Linguam putas, et communicas? Dexteram (Dei nempe veritatem) exscindis, nimioque stupore et sine sensu clamas, *Sancta sanctis?* Enimvero, te quidem tuosque inevitabilis divina ultio docebit; sanctos autem confessores (perinde dicam martyres) æternum Christi regnum suscipiet; cujus utinam et nobis (etsi paulo audacius votum) præstetur fieri compotes, placidis Deoque placitis eorum intercessionibus. Amen.

S. MAXIMI OFFICIUM.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ α'.

Τοῦ ὁσίου Μαξίμου, Ἀναστασίου καὶ Μακαρίου [Ἀναστασίου]. Στιχ. Ἦχος πλάγ. δ'. Προσόμοια. Μάρτυρες Κυρίου, ἱκετεύσατε (a).

Ὅσιοι Πατέρες, πᾶσαν πόλιν ἡγιάσατε, καὶ πάντα τόπον ἐφωτίσατε· καὶ νῦν πρεσβεύσατε οἰκῆσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Χριστοῦ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, δεόμεθα.

Ὅσιοι Πατέρες, ἐβδελύξασθε πᾶσαν αἵρεσιν· ἐκηρύξατε τὴν εὐσέβειαν· διὸ πρεσβεύσατε οἰκῆσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Χριστοῦ ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, δεόμεθα.

Ὅσιοι Πατέρες, μετὰ τὴν ἐκτομὴν τῶν μελῶν ὑμῶν ὡς οὐδὲν πεπονθότες ἐνειργήσατε, λαλοῦντες στόμασιν ἀγλώσσοις, καὶ γράφοντες χερσὶ τὰ θεῖα δόγματα

B [lxxxvij] OFFICIUM PRIMUM.

Sancti Maximi, Anastasii et Anastasii versiculi. Tonus 4 obliquus. Similares. Martyres, Domino supplicate.

Sancti Patres, nullam non urbem sanctificastis, omnemque locum illuminastis; et nunc, quæsumus, intercedite, ut Christi illustratio habitet in animis nostris.

Sancti Patres, nullam non exsecrati estis hæresim; prædicastis pietatem: quamobrem intercedite, quæsumus, ut Christi illustratio habitet in animis nostris.

Sancti Patres, post exsecta membra vestra, quasi nulla corpori illata labe operabamini, elingui ore loquentes ac manibus divina decreta scribentes.

C

CANON.

Ἦχος πλ. δ'. ᾠδ. α'. Τὸν Ἰσραὴλ ἐκ δουλείας.

Τῆς ἀνωτάτω σοφίας τοὺς θησαυροὺς κτησάμενος ἐν τῇ καρδίᾳ, ὅσιε, δι' αὐτῆς ἐπλούτισας τὸν κόσμον τοῖς σοῖς δόγμασιν.

Ἀγγελικὴν ἀπεδείξω διαγωγὴν ἐν γῇ κατοικῶν, καὶ γέγονας ταμεῖον Θεοῦ, Χριστοκήρυξ ὅσιε, διὸ καὶ ἀνεκράθης αὐτῷ.

Αἱρετικῶν γλωσσαλγείας τῇ φλογιφόρῳ γλώσσῃ σου κατέφλεξας, μακάριε, τὸν Σωτῆρα ἕνα Υἱὸν κηρύξας ἐν δυάδι μορφῶν.

Θεοτ.

Χαῖρε, ἁγνὴ Θεοτόκε, ἡ τὸν προόντα Λόγον Θεοῦ τεκοῦσα ἐπ' ἐσχάτων σαρκί· χαῖρε, τεῖχος πάντων ἡμῶν καὶ σκέπη τῶν τιμώντων σε.

Tonus obliquus 4. Ode 1. Israelem ex servitute.

Supernæ sapientiæ thesauros in corde nactus, sancte, per eam mundum ditasti tuis doctrinis.

Angelicam exhibuisti vitæ rationem in terra degens, Deique thalamus effectus es, sancte Christi præco; hincque adeo illi conjunctus es.

Hæreticorum prurientem lingua blasphemias flammante lingua tua, vir beate, incendisti, Salvatorem unum Filium prædicando in duabus naturis.

In Deip.

Gaude, casta Deipara, quæ Dei Verbum olim D exsistens extremis temporibus carne peperisti. Gaude omnium nostrum murus et protectio eorum, qui te venerantur.

ᾨδὴ γ'. Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὁ Κύριος;

Τὰ αἵματα στάζουσι τῆς τιμίας σου χειρὸς, καὶ τὰ δόγματα ῥύουσι τῆς σώφρονος γλώσσης σου, τῆς ἐνάρθρως βοώσης μετὰ τὴν ἐκτομὴν αὐτῆς, Χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν.

Ἡ χείρ σου τοῖς γράμμασιν οὐκ ἐπαύσατο βοῶν, καὶ ἡ γλῶσσα τοῖς δόγμασι σαλπίζει τὴν πίστιν σου,

Ode 3. Nonne sanctus Dominus?

Stillant cruoris rivi ex pretiosa dextera tua, manantque doctrinæ ex casta lingua tua, ubi etiam exsecta fuerat, clare ac distincte Christum clamante in duabus naturis.

Manus tua non cessavit litteris clamare, tuaque lingua tuam fidem doctrinis tubæ clangore insonat,

(a) Ex Tiliano antiquo cod. 13 Aug.

ter beate theologe; Deus enim erat qui utraque novebat, et vim loquendi efficacem præbebat.

Vitæ rationibus e terra in cœlos spiritaliter [lxxxviij] translatis, viri sancti, illic versamini in luce sempiterna; quamobrem etiam cœlestem coronam retulistis.

In Deip.

Mulieres pariunt quidem, casta Mater virgo, non tamen adhuc virgines, velut tu, permanent. Nulla enim harum Deum utero gestavit, præter te unam, casta Deipara.

Ode 4. Ex monte umbroso.

Tu Mosen æmulatus, divino sensu vir, doctrinæ tabulas mente accepisti. Quippe ingressus in sensorum caliginem, scientiæ lumen copiose hausisti.

Tu Abrahamum imitatus, vir divine, alterum Isaac Domino obtulisti, cor tuum, Pater, immolando, conscientiæ igne.

Hos merito Trinitas claros fecit: hos Deus fidei coaptavit, alios aliis confitentes, pietate ejus, quæ certa veritate nititur, nostræ confessionis.

In Deip.

Filium omnis temporis expertem in tempore genuisti: incorrupta, casta, perseverasti, post ejus partum, Dei Genitrix semper virgo, qui in tuo utero propter nos carnem sumpsit.

Ode 5. Mane surgentes clamamus.

Non exsecuit, Pater, gladius tuam dicendi libertatem; non exstinxit, vir sancte, tuam exsilium fidem.

Prædicat Roma, vir Deo plene, tuam æmulationem; tubæque clangore sermones tuos, vir sancte, Ecclesia effert.

Fidem tuam animo inconcussam servasti, mentemque in cœlum sublimem, vir magni nominis, sustulisti.

In Deip.

Immortalitatis fontem, te, Dei Genitrix, collaudamus; tu enim perennem mundo vitam fonte effudisti.

Ode 6. De ventre inferi audisti clamorem meum, vocem meam, et liberasti a corruptione vitam meam, ut qui summe misericors ac benignus es [89].

Mirificavit tuam, vir ter beate, confessionem, qui in te locutus est, Jesus, qui tibi socius certaminis fuit.

Non superbiam judicium, non gladium, non minitantem ignem, vir sancte, expavisti, quippe qui fide firmus eras.

[lxxxix] Post vitæ finem, Patres, miracula præstatis, vestrorum miraculorum invicta argumenta præbentes.

In Deip.

Supra mentem ac rationem, Virgo, uberibus

A θεορῆμον τρισμάκαρ. Θεὸς γὰρ ἦν ἑκάτερα κινῶν καὶ συμβιβάζων λαλά.

Ἐκ γῆς τὸ πολίτευμα νοητῶς εἰς οὐρανοὺς καταλάξαντες, ὅσιοι, ἐκεῖ αὐλιζόμενοι ἐν φωτὶ αἰωνίῳ, διὸ καὶ οὐράνιον τὸ στέφος ἐκομίσατε.

Θεοτ.

Γυναῖκες μὲν τίκτουσι, Μητροπάρθενε ἁγνή, ἀλλ' οὐχ ἔτι παρθένοι, ὡς σύ, διαμένουσιν· οὐδεμία γὰρ τούτων Θεὸν ἀπεκύησεν, εἰ μὴ σύ, Θεοτόκε σεμνή.

Ὠδὴ δ'. Ἐξ ὄρους κατασκίου.

Σὺ τὸν Μωϋσῆν μιμούμενος, θεόφρον, πλάκας νοερὰς ἐδέξω τῶν δογμάτων. Ἐν γὰρ τῷ γνόφῳ εἰσέδυς [εἰσδὺς] τῶν νοημάτων, κατεπλούτησας τὸ τῆς
B γνώσεως φῶς.

Σὺ τὸν Ἀβραὰμ ζηλώσας, θεοφόρε, ἄλλον Ἰσαὰκ προσῆξας τῷ Κυρίῳ, τὴν σεαυτοῦ θυσιάσας, Πάτερ, καρδίαν, ἐν τῷ πυρὶ τῆς συνειδήσεως.

Τούτους ἡ Τριὰς ἐδόξασεν ἀξίως· τούτους ὁ Θεὸς συνήρμοσε τῇ πίστει, ὁμολογοῦντας ἀλλήλοις τῇ εὐσεβείᾳ τῆς ἀπλανοῦς ὁμολογίας ἡμῶν.

Θεοτ.

Ἄχρονον Υἱὸν ἐγέννησας ἐν χρόνῳ· ἄφθαρτος, ἁγνή, διέμεινας τεκοῦσα τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα ἐν τῇ γαστρί σου, Θεογεννῆτορ ἀειπάρθενε.

C *Ὠδὴ ε'. Ὀρθρίζοντες βοῶμεν.*

Οὐκ ἔτεμέν σου, Πάτερ, τὸ ξίφος τὴν παῤῥησίαν· οὐκ ἔσβεσεν, ὅσιε, ἡ ἐξορία τὴν πίστιν σου.

Κηρύττει μὲν ἡ Ῥώμη τὸν ζῆλόν σου, θεοφόρε· σαλπίζει δὲ, ὅσιε, ἡ Ἐκκλησία τοὺς λόγους σου.

Τὴν πίστιν σου ἀσάλευτον ἔστερξας ἐν καρδίᾳ, καὶ νοῦν ἀνεπτέρωσας πρὸς οὐρανὸν, μεγαλώνυμε.

Θεοτ.

Πηγὴν ἀθανασίας ὑμνοῦμέν σε Θεοτόκε· σὺ γὰρ τὴν ἀέναον ζωὴν τῷ κόσμῳ ἐπήγασας.

D *Ὠδ. ς'. Ἐκ κοιλίας ᾅδου κραυγῆς μου ἤκουσας, φωνῆς μου, καὶ ἐῤῥύσω ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν μου, ὡς φιλάνθρωπος.*

Ἐθαυμάστωσέν σου, τρισμάκαρ, τὴν ὁμολογίαν, ὁ ἐν σοὶ φθεγξάμενος Ἰησοῦς, ὁ συναθλήσας σοι.

Οὐκ ἀρχόντων τῦφον, οὐ ξίφος, οὐ πῦρ ἀπειλοῦν σοι κατεπλάγης, ὅσιε· τῇ γὰρ πίστει ἦσθα πάγιος.

Μετὰ βίου τέλος, Πατέρες, θαύματα τελεῖτε, ἐνεργεῖς παρέχοντες ἀποδείξεις τῶν θαυμάτων ὑμῶν.

Θεοτ.

Ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, Παρθένε, τὸν τροφέα

[89] Joan. II, 3, 7.

πάντων ἐκ μαζῶν θηλάζουσα, τὰ μητέρων οὐχ ὑφ- A ίστασαι.

Κάθισμα. Ἦχ. γ' πλ. Θείας πίστεως.

Δόγμα ἔνθεον ἐπικρατύνων, στῦλος γέγονας ὀρθοδοξίας, καὶ κραταίωμα, θεόφρον, τῆς πίστεως, δυσὶν οὐσίαις καὶ δυσὶ θελήσεσιν ἀνακηρύξας Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, Πάτερ Μάξιμε, ὃν νῦν ἐκτενῶς ἱκέτευε δωρήσασθαι ἡμῖν τὸ μέγα ἔλεος.

Συναξάριον.

Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, ὃς ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ ἐπιλεγομένου Πωγωνάτου, ἐγγόνου Ἡρακλείου, ταῖς μεγίσταις τιμαῖς ὑπὸ τῶν πρώην βασιλέων δεξιωθεὶς, καὶ ἱκανὸς ἐν ταῖς πολιτικαῖς διοικήσεσι τὰ B πρακτέα ὑφηγεῖσθαι, διὰ λόγον καὶ τρόπον καὶ τὴν ἀπὸ χρόνου σύνεσιν, εἰς τὸ τοῦ πρωτοασηκρήτις προεβιβάσθη ἀξίωμα, καὶ βουλῆς τοῖς βασιλεῦσιν γέγονεν κοινωνός. Ἐπεὶ δὲ ἡ πονηρὰ καὶ ἔκφυλος δόξα, τῶν μίαν θέλησιν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ τὴν διὰ σαρκὸς εἰσαγόντων ἐπεκράτει ληρωδοῦσα, καὶ διατάγματά τινα τὴν τοιαύτην περιέχοντα βλασφημίαν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐπόμπευεν, καὶ ἐπὶ τῆς μεγάλης προὔκειτο Ἐκκλησίας, οὗτος οὐκ ἀνεχόμενος τῇ τῶν ἀσεβῶν κοινωνίᾳ συνασεβεῖν, ἀφεὶς τὰς κοσμικὰς ἀρχὰς καὶ τιμὰς, εἵλετο μᾶλλον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ παρεῤῥίφθαι, ἢ ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν κατοικεῖν. Καὶ καταλαβὼν τὸ ἐν Χρυσοπόλει μοναστήριον, τὴν κόμην ἀπέθετο· οὗ καὶ καθηγητὴς ὕστερον γέγονεν. Εἶτα θείῳ ζήλῳ ὥσπερ ὑπὸ πυρὸς C ἐξαφθεὶς, τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην κατέλαβεν, καὶ Μαρτῖνον τὸν μακάριον πάπαν παρεσκεύασεν, τοπικὴν ἀθροίσαντα σύνοδον, ἀναθεματίσαι τοὺς εἰσηγητὰς τοῦ ἀνοσίου δόγματος, τῶν μίαν ἐπὶ Χριστοῦ βλασφημούντων θέλησιν· καὶ εἰς ἔλεγχον τῶν οὕτως φρονούντων λόγους συγγράψας, καὶ ἐπιστολὰς λογικαῖς ἀποδείξεσι καὶ γραφικαῖς τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως συστατικὰς, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐξέπεμψεν. Ἀναζεύξας δὲ ἀπὸ Ῥώμης μετὰ τῶν δύο Ἀναστασίων τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἰς εὐθύνας παρὰ τῆς συγκλήτου καθίσταται, ὁμοδοξούσης τῇ τοῦ βασιλέως αἱρέσει· ὅτι πάντων ὑπεικόντων τῷ βασιλεῖ, αὐτός τε μόνος ἀνθίσταται, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς ἀποστασίαν κινεῖ, ἐναντία διὰ τῶν ἐπιστολῶν φρονεῖν D μεταπείθων αὐτούς. Ἐπὶ τούτῳ πέμπεται ἐν φρουρᾷ κατὰ τὴν Θρᾴκην· καὶ ἐπιμένων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, τὴν χεῖρα καὶ τὴν γλῶτταν ἀκρωτηριάζεται, κἀκεῖθεν εἰς τὴν ὑπερορίαν κατὰ τὴν Λαζικὴν πέμπεται· ἔνθα ἐπὶ τρισὶ χρόνοις διαγαγὼν, καὶ ταῖς οἰκείαις τοῦ σώματος χρείαις αὐτὸς ὑπηρετησάμενος, καὶ πλήρης ἡμερῶν ὢν, μικρὸν νοσήσας, ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ· καὶ κατετέθη ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Ἀρσενίου ἐν αὐτῇ χώρᾳ τῶν Λαζῶν, πολλὰς θαυμάτων ἐνεργείας καθ' ἑκάστην τελῶν.

(a) Λέγεται δὲ μετὰ τὴν ἐκτομὴν, αὖθις ὑπὸ Θεοῦ

lactans eum, qui cunctis alimenta sufficit, quæ sunt matrum non sustinuisti.

Cathisma. Tonus 3. Obliquus. Divinæ fidei.

Divinam confirmando doctrinam, rectæ fidei columna exstitisti, fideique columen, vir divino sensu, qui Christum Deum nostrum, Pater Maxime, duplici natura duplicique voluntate prædicasti. Huic tu nunc instanter supplica, ut magnam nobis misericordiam largiatur.

Synaxarium.

Certamen sancti Patris nostri Maximi confessoris, qui imperatore Constantino Pogonato (*b*), Heraclii nepote, maximis honoribus a superioribus imperatoribus acceptus, idoneusque civilibus administrationibus quæ agenda essent perscribere atque dictare, qua eruditione, morum probitate, longaque rerum experientia mentis solertia pollebat, primi a secretis dignitate auctus est, secretiorumque consiliorum imperatoribus socius allectus. Quia vero prava extraneaque illorum opinio, qui unam in Christi per carnem dispensatione inducunt voluntatem, delira vigebat, decretaque quædam et constituta ejuscemodi blasphemiam continentia in foro vulgabantur, prostabantque in majori Ecclesia, non sustinens vir Dei, pari impiis impietatis commercio fœdari, magis elegit abjectus esse in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum [56]; veniensque ad monasterium, quod est Chrysopoli, comam posuit; cujus etiam postea monasterii præfectus fuit. Deinde divino zelo velut igne succensus, Romam eam in rem venit, beatoque papæ Martino, coacta locali synodo, anathemate feriendi sceleratæ doctrinæ magistros, qui unam in Christo voluntatem blasphemia docerent, auctor fuit; eosque confutaturus, qui ita sentirent, scriptis libris ac epistolis, quibus rationum pondere ac Scripturæ locis nostra fides astrueretur, in omnes orbis partes misit. Reversusque Roma cum duobus Anastasiis suis discipulis, a senatu, qui pari cum imperatore, hæretici sensus impietate laboraret, ad pœnas deposcitur, quod cunctis imperatori cedentibus, unus ipse obsisteret, ac reliquos ad discessionem, contrario [xc] sensu per epistolas eos imbuens, permoveret. Interim in carcerem in Thracia mittitur; dumque in orthodoxa fide constans perseverat, manu linguaque truncatur, ac inde in exsilium in Lazicam mittitur. Ibique annos tres vitam tolerans, suisque ipse corporis usibus, etsi provecta adeo fractaque ætate, subministrans, brevi morbo absumptus, requievit in Domino: conditusque est in sancti Arsenii monasterio in eadem Lazorum provincia, multas quotidie miraculorum virtutes præstans.

Porro aiunt, postquam exsecta erat, inaudito

[56] Psal. LXXXIII, 11.

(a) Ex edit.

(b) Imo Constante ejus patre.

portento ei rursus divinitus restitutam linguam, eaque clare locutum, quoad vitæ superstes fuit. Ejus discipulorum senior Anastasius, pari cum magistro supplicio, lingua manuque truncatus procul exsilio relegatus est : junior vero in Thraciæ castrum quoddam missus, vitam finivit.

Ode 7. *Qui tuum in principio.*

Naturalis stolam dignitatis, cruore tuo, vir divino sensu, conspersisti, tacentem hanc atque loquentem, tuis, Pater, doctrinis ac sermonibus probationem præbens.

Ignis instar tentationum illarum igne, vos tres probati, puriorem fidem vestram, venerandi Patres, Christo obtulistis.

Venite jam, Patres Deo pleni, clamat Christus, laborum fructus ac victoriæ præmia recepturi, ut in gaudio in æternis tabernaculis habitetis.

In Deip.

Qui mysticum Virginis simulacrum, rubum in Sina ardentem, et non conflagrantem, præfigurasti, tu, Christe Deus Patrum, es benedictus.

Ode 8. *Qui in monte sancto.*

Divinæ lucis radio in corde suscepto, vir divino sensu, scientiæ fulgoribus magnifice splenduisti; ac sapientiæ thesaurum in corde tuo, Pater, recondidisti.

Religiosæ vitæ tuæ tunicam, martyrii simulacrum fecisti eique, vir divine, sacris tuis certaminibus varium cultum indidisti, cruoribus pro veritate rubricans.

Vita castis moribus peracta, fideque ornatis operibus, cœlestem gloriam, venerandi Patres, consequi meruistis, eamque ob rem Christum in sæcula laudatis.

[xci] *In Deip.*

Salve, porta et animata nubes; salve, mons et rubus et candelabrum; salve, templum, et thronus, et paradisus; salve, benedicta, quæ rerum universitatis Conditorem peperisti.

Ode 9. *Qui ante monstratus est.*

Præclare, vir ter beate, per imperturbationem ac contemplationem, vitæ æternæ verba nos docuisti, qui nempe rectæ fidei spirantem titulum tuam mundo confessionem reliquisti.

Vere clarificati estis, divi Patres, dehonestamentis et verberibus, persecutionibusque et periculis, inque vinculis et carceribus ferrique ponderibus et mucrone ac exsiliis concertantes.

Sancti Patres nostri, qui æmulatione atque amore martyrii cursum absolvistis, Deum ac Dominum, ut servos vestros ab omni errore eruat, supplices exorate.

In Deip.

Rubum ardentem, non conflagrantem prævidit

A παραδόξως ἀποκαταστῆναι τὴν γλῶτταν, καὶ τρανῶς φθέγγεσθαι, μέχρις ἂν ἐν τῷ βίῳ ὑπῆρχεν. Τῶν δὲ δύο αὐτοῦ μαθητῶν, ὁ μὲν πρεσβύτερος Ἀναστάσιος, ἴσα τῷ διδασκάλῳ τὴν γλῶτταν καὶ τὴν χεῖρα τμηθεὶς, μακρὰν ἐξωρίσθη· ὁ δὲ νεώτερος, ἔν τινι τῶν κατὰ Θρᾴκην φρουρίων πεμφθεὶς, τὸν βίον κατέλυσεν.

Ὠδ. ζ'. Ὁ ἐν ἀρχῇ τὴν σήν.

Σὺ τὴν στολὴν τῆς φυσικῆς ἀξίας, αἵματι σῷ κατέστιξας, θεόφρον· σιγῶσαν, Πάτερ, καὶ φθεγγομένην ἀπόδειξιν παρασχὼν ταύτην τοῖς λόγοις σου.

Ὥσπερ χρυσὸς οἱ τρεῖς δοκιμασθέντες ἐν τῷ πυρὶ τῶν πειρασμῶν ἐκείνων, καθαρωτέραν τὴν πίστιν
B ὑμῶν προσήξατε τῷ Χριστῷ, Πατέρες τίμιοι.

Δεῦτε λοιπὸν, Πατέρες θεοφόροι, κράζει Χριστὸς, τοὺς πόνους τῶν καμάτων ἀπολαβόντες καὶ τὰ βραβεῖα, αὐλίζεσθαι ἐν χαρᾷ εἰς αἰωνίους σκηνάς.

Θεοτ.

Ὁ μυστικὴν εἰκόνα τῆς Παρθένου τὴν ἐν Σινᾶ σὺ προτυπώσας βάτον, τὴν καιομένην, οὐ φλεγομένην, εὐλογητὸς εἶ, Χριστὲ, ὁ τῶν Πατέρων.

Ὠδ. η'. Τὸν ἐν ὄρει ἁγίῳ.

Τὴν ἀκτῖνα τῆς θείας δᾳδουχίας ἐν καρδίᾳ δεξάμενος, θεόφρον, τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως ἐπλούτησας· καὶ τὸν τῆς σοφίας θησαυρὸν ἀπέθου ἐν τῇ ψυχῇ σου, Πάτερ.

C Τὸν χιτῶνα τὸν τῆς ἀσκήσεώς σου, μαρτυρίου κατέστησας εἰκόνα, καὶ ἱεροῖς σου τοῦτον κατεποίκιλας ἄθλοις, θεοφόρε, αἵμασι φοινίξας τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας.

Ἐν ἁγνείᾳ τηρήσαντες τὸν βίον, καὶ τῇ πίστει κοσμήσαντες τὰ ἔργα, τῆς οὐρανίου δόξης ἠξιώθητε, τίμιοι Πατέρες, ὅθεν ἀνυμνεῖτε Χριστὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Θεοτ.

Χαῖρε, πύλη καὶ ἔμψυχε νεφέλη· χαῖρε, ὄρος, καὶ βάτος, καὶ λυχνία· χαῖρε, ναὲ, καὶ θρόνε, καὶ παράδεισε· χαῖρε, ἡ τεκοῦσα τὸν Δημιουργὸν τοῦ παντὸς, εὐλογημένη.

Ὠδ. θ'. Τὸν προδηλωθέντα.

D Εὖ δι' ἀπαθείας καὶ θεωρίας, τρισμάκαρ, ἐδίδαξας λόγους ἡμᾶς ζωῆς τῆς αἰωνίου, στήλην ἔμπνουν ὀρθοδοξίας τῷ κόσμῳ τὴν ὁμολογίαν σου καταλείψας.

Ὄντως ἐδοξάσθητε, θεοφόροι Πατέρες, αἰκισμοῖς καὶ μάστιξι, διωγμοῖς καὶ κινδύνοις, ἐν δεσμοῖς τε καὶ φυλακαῖς, καὶ σιδήροις, καὶ ὑπερορίαις ἐναθλήσαντες.

Ὅσιοι Πατέρες ἡμῶν, οἱ ζήλῳ καὶ πόθῳ τὸν τοῦ μαρτυρίου συνδιανύσαντες δρόμον, ἱκετεύσατε τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην, πάσης πλάνης ῥύσασθαι τοὺς δούλους ὑμῶν.

Θεοτ.

Βάτον καιομένην πυρὶ καὶ μὴ φλεγομένην προεώρα

πάλαι Μωσῆς, Θεομῆτερ Παρθένε, τὴν θεόδεκτον προτυποῦσαν γαστέρα ὑποδεχομένην τὸ ἀκήρατον πῦρ.

A quondam Moses, qui tuum, Dei Mater Virgo, Dei capacem uterum quo susceptus ignis immortalis est, præeunte figura designaret [37].

Ἐξαποστειλάριον. Φῶς ἀναλλοίωτον.

Ἐξαποστειλάριον. *Ignis invariabilis.*

Σάλπιγξ ἐδείχθης σοφίας, εὐήχῳ γλώττῃ σου πλήττων τῶν ἐναντίων τὰ στίφη, Μάξιμε, φῶς μοναζόντων· διὸ τοῖς σοῖς ἐντρυφῶντες λόγοις τὴν γνῶσιν κατανοοῦμεν τῶν ὄντων.

(b) Sapientiæ tuba enituisti, sonora lingua tua, adversariorum agmina, Maxime, monachorum lumen, percellens: quamobrem libris, quos scripsisti, deliciantes, scientiam rerum perspicimus.

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ Β' (a).

Εἰς τὸ « Κύριε, ἐκέκραξα. »

Στιχ. Ἦχος δ'. Προσόμοια. Ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν.

Τὸν δι' οἶκτον γενόμενον, ὡς εὐδόκησεν, ἄνθρωπον, ἐν δυσὶ θελήσεσιν ἐνεργείαις τε κατανοούμενον, ὅσιε, ἐκήρυξας, Μάξιμε, ἀποφράττων μιαρῶν τὰ ἀπύλωτα στόματα, μονοθέλητον, μονοενέργητον πλάνην δοξαζόντων, ἐπηρείᾳ διαβόλου, τοῦ τὴν κακίαν τεκτήναντος.

Ταῖς νευραῖς τῶν δογμάτων σου, Πύῤῥον, Πάτερ, ἀπέπνιξας, ληρωδοῦντα, Μάξιμε, τὸν κακόφρονα· καὶ διωγμοὺς ἐκαρτέρησας καὶ θλίψεις, ἀοίδιμε, μαστιζόμενος σφοδρῶς, καὶ τὴν γλῶτταν τεμνόμενος, καὶ τὴν πάντοτε πρὸς Θεὸν αἰρομένην θείαν χεῖρα, δι' ἧς γράφων διετέλεις τὰ ὑψηλότατα δόγματα.

Ὀξυγράφου ὡς κάλαμος τεθηγμένη τῷ Πνεύματι ἡ ἁγία γέγονε, Μάκαρ, γλῶσσά σου καλλιγραφοῦσα ἐν Πνεύματι πλαξὶ καρδιῶν ἡμῶν νόμον θείων ἀρετῶν καὶ δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ τὴν σάρκωσιν, τοῦ ἐν δύο οὐσίαις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μιᾷ τῇ ὑποστάσει ἐμφανισθῆναι θελήσαντος.

OFFICIUM II.

AD VESPERAS.

Versiculi. Tonus 4. Similares. Quam strenuum inter martyres.

Eum, qui miserantis affectu, ut visum illi fuit, B homo factus est, duplici voluntate atque operatione, sancte Maxime, prædicasti, obstruens præfracta impurorum ora, unius voluntatis uniusque operationis errorem docentium, diaboli strue ac nequitia, qui mali est artifex.

Doctrinarum tuarum chordis, Pater Maxime, Pyrrhum pravo sensu hominem (vanum scilicet ac nugacem) præfocasti; [xcii] persecutionesque ac ærumnas, vir inclyte, fortiter sustinuisti, verberibus dire cæsus, linguaque exsectus, necnon divina dextera, quam ad Deum semper tolleres, cujus organo altissima decreta conscripsisti.

Ut calamus scribæ velociter scribentis Spiritu exacuta [38], sancta tua, vir beate, lingua fuit, pulchre in Spiritu tabulis cordis nostri divinarum legem C virtutum exactamque dogmatum notitiam exarans, atque ejus incarnationem, qui in duplici substantia unaque persona hominibus voluit apparere.

Δόξα. Ἦχος πλ. δ'.

Τῶν μοναστῶν τὰ πλήθη τὸν καθηγητήν σε τιμῶμεν, Πάτερ ἡμῶν Μάξιμε· διὰ γάρ σου τὴν τρίβον τὴν ὄντως εὐθεῖαν πορεύεσθαι ἔγνωμεν. Μακάριος εἶ, τῷ Χριστῷ δουλεύσας, καὶ ἐχθροῦ θριαμβεύσας τὴν δύναμιν, ἀγγέλων συνόμιλε, ὁσίων συμμέτοχε καὶ δικαίων, μεθ' ὧν πρέσβευε τῷ Κυρίῳ ἐλεηθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Gloria. Ton. obliquus 4.

Monachorum agmina, te præceptorem, Pater noster Maxime, colimus; te enim auctore rectam vere semitam incedere novimus. Beatus es, qui Christo ministrasti, ac inimici virtutem triumpho egisti, angelorum consorte choris, sanctorumque atque justorum cœtibus consociate, quibuscum intercede ad Dominum, ut animarum nostrarum misereatur.

Ὅσιε Πάτερ, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν κατορθωμάτων σου· διὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς εὗρες μισθὸν τῶν καμάτων σου· τῶν δαιμόνων ἔτρεψας τὰς φάλαγγας· τῶν ἀγγέλων ἔφθασας τὰ τάγματα, ὧν τὸν βίον ἀμέμπτως ἐζήλωσας. Παῤῥησίαν ἔχων ἐν τῇ μνήμῃ σου, εἰρήνην αἴτησαι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Sancte Pater, in omnem terram exivit sonus tuarum virtutum atque operum: idcirco in cœlis D mercedem invenisti tuorum laborum. Dæmonum turmas fudisti; ad angelorum evasisti ordines, quorum vitam sine querela æmulatus es. Qui favore polles in tua memoria, animabus nostris pacem exora.

Ἀπολυτίκιον τῆς ἑορτῆς καὶ τοῦ ἁγίου. Ἦχος πλ. δ'.

Ὀρθοδοξίας ὁδηγὲ, εὐσεβείας διδάσκαλε καὶ σεμνότητος, τῆς οἰκουμένης ὁ φωστήρ· τῶν μοναζόντων θεόπνευστον ἐγκαλλώπισμα, Μάξιμε σοφὲ, λύρα τοῦ

Apolyticum solemnitatis et sancti. Tonus obliquus 4.

Recte fidei dux, pietatis doctor ac honestatis, orbis terrarum lumen, monachorum afflata divinitus gloria, Maxime sapiens, lyra Spiritus, Pater

[37] Exod. III, 2. [38] Psal. XLIV, 2.

(a) Menæa edita 13 Augusti et 21 Januarii, qua perinde agunt festum sancti Maximi.
(b) Ex cod. Em. card. Maz. 21 Januar.

sancte, intercede apud Christum Deum, ut nostrarum animarum salutem consequamur.

Canon, cujus Græce acrostichis, « longe maximus Maximus laudatur. »

Od. I. Ton. obl. 4. Cantemus Domino. Joannis monachi.

Totam mihi Deum spirantem ex mellifiua suavique lingua tua gratiam Spiritus, dive Maxime, instilla.

Ignis urentis adversus hæreses speciem prætulisti, vir beate; velut namque stipulam Spiritus æmulatione eas absumpsisti.

[xciij] Omni carens ratione impiissima mente ac voluntate, unius voluntatis dogma promulgatum est, tuis vero, Pater, doctrinis elisum ac confutatum.

In Deip.

Intemerata Dei Genitrix, quæ sempiternum supraque Deum Verbum, altiori quam pro naturæ modis ratione peperisti, te laudamus.

Ode 3. Hirmus: Tu es firmamentum, Domine, eorum qui tibi animum attendunt: tu lumen eorum qui tenebris obcæcati sunt, laudatque te spiritus meus.

Maximus plane Maximus piæ Christi fidei verissimus præco testisque sanguine claruisti.

Vir beate Maxime, religiosa palæstra exercens divinum augustumque ac castum philosophiæ sacrarium exstitisti.

Lingua tua largo flumine piissima Christi dogmata, beate prorsus Maxime, scaturiit, qui sapientiæ alumnus exsistis.

In Deip.

Te omnes Christiani perfugium nostrum murumque habemus. Te omni prosequenda laude incessabili voce laudamus.

Contacium solemnitatis ac sancti. Tonus obliq. 4. Quæ pro nobis.

Trine splendens lumen in tuo habitans animo te vas electionis, vir beatissime, fecit. Divina enim orbis finibus dilucidas, sensaque longe animo ardua clare explicas, vir beate, dum cunctis, Maxime, Trinitatem superessentialem, æternam aperte prædicas.

OEcus.

Sacerdotum crepido, dogmatum basis, sapientiæ tuba, summus martyrum vertex, fideliumque firmamentum, admirandus Maximus sua hodie memoria mundo præoritur. Ad ejus ergo cuncti fulgores assurgite, libertatem dicendi ac æmulationem laudantes, qua fulsit tuenda pietate; qua nempe vere pastor pro grege adversus lupos fortiter dimicando, stratis illis ac fusis, victoriæ palmam coronamque recepit, dum cunctis Trinitatem superessentialem, æternam aperte prædicavit.

A Πνεύματος, Πάτερ ὅσιε, πρέσβευε Χριστῷ τῷ Θεῷ σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Κανὼν οὗ ἡ ἀκροστιχίς, « Ὁ παμμέγιστος Μάξιμος δοξάζεται. »

Ὠδὴ α'. Ἦχος πλαγ. δ'. Ἄισωμεν τῷ Κυρίῳ Ἰωάννου μοναχοῦ (a).

Ὅλην μοι τὴν θεόπνουν ἐκ τῆς μελιῤῥύτου καὶ ἡδείας σου ἐναπόσταζον γλώττης, θεῖε Μάξιμε, χάριν τοῦ Πνεύματος.

Πῦρ καιόμενον ὤφθης κατὰ τῶν αἱρέσεων, μακάριε· ὡς καλάμην γὰρ ταύτας κατηνάλωσας ζήλῳ τοῦ Πνεύματος.

Ἄλογον προετέθη ἐκ δυσσεβεστάτης προαιρέσεως μονοθέλητον δόγμα· τοῖς δὲ λόγοις σου, Πάτερ, διήB λεγκται.

Θεοτ.

Ἄχραντε Θεοτόκε, ἡ σεσαρκωμένον τὸν ἀΐδιον καὶ ὑπέρθεον Λόγον ὑπὲρ φύσιν τεκοῦσα, ὑμνοῦμέν σε.

Ὠδὴ γ'. Ὁ εἱρμός. Σὺ εἶ τὸ στερέωμα τῶν προσεχόντων σοι, Κύριε· σὺ εἶ τὸ φῶς τῶν ἐσκοτισμένων, καὶ ὑμνεῖ σε τὸ πνεῦμά μου·

Μέγιστος ὁ Μάξιμος τῆς εὐσεβοῦς Χριστοῦ πίστεως παναληθὴς κήρυξ τε καὶ μάρτυς ἀνεδείχθης δι' αἵματος.

Μάξιμε μακάριε, σὺ δι' ἀσκήσεως γέγονας θεοπρεπὲς τῆς φιλοσοφίας καὶ σῶφρον ἐνδιαίτημα.

C Ἔβλυσεν ἡ γλῶσσά σου ποταμηδὸν Χριστοῦ δόγματα πανευσεβῆ, Μάξιμε παμμάκαρ, τῆς σοφίας ὁ τρόφιμος.

Θεοτ.

Σὲ πάντες κεκτήμεθα καταφυγὴν καὶ τεῖχος ἡμῶν, Χριστιανοί. Σὲ δοξολογοῦμεν ἀσιγήτως, πανύμνητε.

Κοντάκιον τῆς ἑορτῆς καὶ τοῦ ὁσίου. Ἦχος πλ. β'. Τὴν ὑπὲρ ἡμῶν.

Φῶς τὸ τριλαμπὲς οἰκῆσαν ἐν τῇ ψυχῇ σου, σκεῦος ἐκλεκτὸν ἀνέδειξέ σε, παμμάκαρ. Σαφηνίζεις γὰρ τὰ θεῖα τοῖς πέρασι, δυσεφίκτων τε νοημάτων τὴν δήλωσιν, μακάριε, Τριάδα πᾶσι, Μάξιμε, ἀνακηρύττων D τρανῶς ὑπερούσιον, ἄναρχον.

Ὁ οἶκος.

Τῶν ἱερέων ἡ κρηπὶς, ἡ βάσις τῶν δογμάτων, ἡ σάλπιγξ τῆς σοφίας, μαρτύρων ἡ ἀκρότης καὶ τῶν πιστῶν ὁ στηριγμὸς κόσμῳ προανίσχει, Μάξιμος ὁ θαυμαστὸς διὰ τῆς θείας αὐτοῦ μνήμης σήμερον. Τούτου οὖν πρὸς τὴν λάμψιν ἀνάστητε πάντες, τὴν παῤῥησίαν καὶ τὸν ζῆλον εὐφημοῦντες, ὃν ἔδειξεν ὑπὲρ εὐσεβείας, δι' ἣν ἀληθῶς ποιμὴν ὑπὲρ ποίμνης παρετάξατο στεῤῥῶς κατὰ τῶν λύκων, οὓς καταβαλὼν, βραβείοις νίκης ἐστέφθη· Τριάδα πᾶσιν ἀνακηρύττων τρανῶς ὑπερούσιον, ἄναρχον.

(a) Jun. 21 Ποίημα Ἰωάννου ὡς Δαμασκηνοῦ. Sed non videtur.

Δόξα. Ἦχος γ'. Τὴν ὡραιότητα. A

Τὰ κατορθώματα τῆς πολιτείας σου, πάντων φωτίζουσι τὰ διαβήματα, Μάξιμε, πάτερ ἀληθῶς τῶν πίστει μιμουμένων σε· ὅθεν τοὺς ἐκ πόθου σε μακαρίζοντας πάντοτε σῶζε ταῖς πρεσβείαις σου ἀπὸ πάσης στενώσεως, Χριστὸν τὸν ἀγαθὸν ἱκετεύων, μάκαρ ἀξιοθαύμαστε.

Ὠδ. δ'. Εἰσακήκοα, Κύριε.

Γηγενεῖς σε γεραίρουσι, καὶ τῶν οὐρανίων τάξεις θαυμάζουσι· τῇ φιλίᾳ τῆς σοφίας γὰρ ἀνεδείχθης, Πάτερ, ὥσπερ ἄσαρκος.

Ἰταμὸς μὲν ὁ τύραννος· ἀλλ' ἡ καρτερία σου ἀκατάπληκτος· ὅθεν σὺ μὲν μεμακάρισαι· ἐκεῖνος δὲ, Πάτερ, ἐξωστράκισται.

Συναθλοῦσί σοι, Μάξιμε, ἡ τῶν μαθητῶν δυὰς ἡ πανόλβιος, σοὶ τῶν ἄθλων κοινωνήσαντες· διὸ καὶ ἐπάθλων ἴσων ἔτυχον. B

Τῇ ῥοῇ σου τοῦ αἵματος καταρδευομένη ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ, ἐξανθεῖ πατροπαράδοτον τοῦ θείου σου σπόρου δόγμα, ὅσιε.

Θεοτ.

Ἡ τὸν στάχυν βλαστήσασα τὸν ζωοποιὸν ἀνήρωτος ἄρουρα, τὸν παρέχοντα τῷ κόσμῳ ζωὴν, Θεοτόκε, σῶζε τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Ὠδ. ε'. Ὀρθρίζοντες βοῶμέν σοι.

Ὁ γνῶσιν τῶν γηΐνων ἀθροίσας καὶ οὐρανίων, ἐνδίκως φιλόσοφος κατονομάζεται Μάξιμος.

Σοφίας τῆς ἀμείνονος τῷ ἔρωτι, τοῦ Χριστοῦ σου μιμητὴς πανάριστος ὤφθης, ἀοίδιμε Μάξιμε. C

Μανίᾳ ὑπερόριος γέγονας τοῦ τυράννου· εὗρες δὲ, Μακάριε, τὸν Ἰησοῦν παραμύθιον.

Θεοτ.

Κατεύνασον τὸν ἄστατον κλύδωνα τῶν παθῶν μου, ἡ Θεὸν κυήσασα τὸν κυβερνήτην καὶ Κύριον.

Ὠδ. ς'. Ὁ εἱρμός. Χιτῶνά μοι παράσχου φωτεινὸν, ὁ ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, πολυέλεε Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ἀνένδοτον προσφέρων τῷ Θεῷ, θεοφόρε, δέησιν, ψυχῆς τε καὶ σώματος τῶν παθῶν καὶ τῆς φθορᾶς ἡμᾶς λύτρωσαι.

Ξηραίνεται αἱρέσεως πηγὴ βορβορώδους ἅπασα, ἀοίδιμε Μάξιμε, φραττομένη τῇ ἡδύτητι τῆς γλώττης σου. D

Ἱλάσθητί μοι, μόνε ἀγαθὲ, καὶ πηγὴν τῆς χάριτος, Χριστὲ, τῇ καρδίᾳ μου ταῖς λιταῖς τοῦ σοῦ ὁσίου ἀνάβλυσον.

Θεοτ.

Ἡ μόνη διὰ λόγου ἐν σαρκὶ τὸν Λόγον κυήσασα, ῥῦσαι, δεόμεθα, τῶν παγίδων τοῦ ἐχθροῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὠδὴ ζ'. Οἱ ἐκ τῆς Ἰουδαίας.

Μίαν φύσιν Τριάδος, μίαν θέλησιν ἔφης, μίαν ἐνέρ-

Gloria. Tonus 3. Pulchritudinem.

Religiosæ vitæ tuæ præclara facta, cunctorum gressus illuminant, Maxime, vere [xciv] pater eorum qui te fide imitantur. Quamobrem eos qui amore te beatum prædicant, ab omni semper angustia serva tuis intercessionibus, Christo, qui bonus est, supplicans, vir beate, omni digne prosequende admiratione.

Ode 4. Exaudivi, Domine.

Te terrigenæ celebrant, cœlestiumque ordines admirantur, quippe qui sapientiæ amore, velut carnis expers, Pater, effulseris.

Ferox quidem tyrannus, sed imperterrita mentis tuæ constantia; quapropter, ipse quidem, Pater, beatitatis laudem assecutus, ille vero eliminatus est.

Una tecum certamine funguntur, Maxime, beatissimi ambo discipuli, lucta tibi socii effecti; quamobrem etiam paria consecuti sunt præmia.

Cruoris tui rivis affatim ebria Christi Ecclesia, divinæ tuæ sementis, paterna traditione acceptum, vir sancte, dogma effloret.

In Deip.

Quæ spicam vivificam incorrupta tellus germinasti, præbentem mundo vitam, Dei Genitrix, serva laudantes te.

Ode 5. Mane surgentes clamamus tibi.

Qui terrenorum cœlestiumque scientiam acervavit Maximus, philosophi nomen merito est consecutus.

Præstantioris sapientiæ amore, Christi tui perfectissimus imitator, inclyte Maxime, eluxisti.

Tyranni insania in exsilium relegatus es; at invenisti Jesum, vir beate, solantem.

In Deip.

Seda æstuosum meorum affectuum ac vitiorum fluctum, quæ Deum peperisti gubernatorem et Dominum.

Ode 6. Hirmus. Lucidam mihi præbe tunicam, qui indutus es lumine sicut vestimento, multarum miserationum, Christe Deus noster [80].

Irremissam, vir beate, Deo precem offerens ac supplicationem, ab animi nos ac corporis vitiis morbisque ac corruptione liberato.

Arescit cœnosæ omnis hæresis fons, inclyte Maxime, suavissimo eloquio tuo linguaque obstruente.

Propitius mihi esto, qui solus bonus es, fontemque gratiæ, Christe, sancti tui precibus cordi meo infunde.

[xcv] *In Deip.*

Quæ sola verbo Verbum in carne peperisti, rogamus ut ab inimici laqueis liberes animas nostras.

Ode 7. Qui ex Judæa.

Unam Trinitatis naturam, unam voluntatem

[80] Psal. CIII, 2.

dixisti, unam operationem : Dei vero incarnati duplicem naturam, voluntatem, operationem prædicasti. Deus patrum nostrorum benedictus es.

Non duas voluntates mentis contrarietate divisas, sed naturali magis qualitate distinctas, Pater, prædicasti, clamans, Deus Patrum, benedictus es.

Qui divinos tuos sermones, Pater, rectæ fidei titulum habeamus, unum e Trinitate in duabus substantiis et voluntatibus colimus. Deus patrum nostrorum es benedictus.

Qui duas, Pater, Dei, qui misericordia carnem induit, operationes sciamus, duas liberas voluntates ex te docti canimus : Deus patrum nostrorum, es benedictus.

In Deiparam.

Ex virginali utero incarnatus es, ut salutem nobis præstares : idcirco qui tuam matrem Deiparam sciamus, gratiarum actione clamamus : *Benedictus es, Deus patrum nostrorum* [60].

Ode 8. Hirmus. Tyranni flammæque victores tua gratia effecti pueri, mandatorum observatione etiam atque etiam seduli, clamabant : « Benedicite, omnia opera, Dominum, et superexaltate in omnia sæcula [61]. »

Toto animo eum desiderans, qui nimio humanum genus desiderio, amoreque prosecutus est, tuam tulisti crucem, ac cum illo, vir beate, cruci confixus es. *Benedicite, omnia opera, Dominum.*

A lethali omni extraneus factus voluptate, vir beate, te totum divinum sine macula speculum præbuisti, canens : *Benedicite, omnia opera, Dominum.*

Immanis impii tyranni crudelitatem nihil extimuisti ; sed velut immobilis inconcussa rectæ fidei columna stetisti, canens : *Benedicite, opera, Dominum.*

Vitalem splendorem una ex Deitate trine subsistente, sentire agnitus es ; sol nimirum, his qui in tenebris erroreque versentur, canens : *Benedicite, opera, Dominum.*

[xcvi] *In Deip.*

Adami, Virgo, ejus qui lapsus est, filia visa es, Dei vero mater, qui instauravit meam substantiam ; quem omnia opera Dominum laudamus.

Ode 9. Hirmus. Qui in monte legislatori in igne et rubo præmonstratus est semper Virginis partus, in nostram fidelium salutem, jugibus canticis magnificamus.

Tuus adhuc velut Abelis sanguis, inque sæcula divino afflatu accepta dogmata, Maxime, quam beate reque maxime, clara voce Christi prædicat Ecclesia.

Cæsa tua manus est : scribit tamen divino digito, velut calamo et atramento, exsecta lingua sancto cruore tuo, o quam beate, orthodoxam in animis fidem.

[60] Dan. III, 50. [61] ibid. 57.

A γειαν· Θεοῦ δὲ σαρκωθέντος, δύο φύσεις, θελήσεις ἐνεργείας ἐκήρυξας· ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Οὐ θελήματα δύο διαιρούμενα γνώμης ἐναντιότητι, πιότητι δὲ μᾶλλον, ἀνεκήρυξας, Πάτερ, φυσικῇ διαφέροντα· Ὁ τῶν πατέρων, βοῶν, Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Στήλην ὀρθοδοξίας τοὺς ἐνθέους σου λόγους, Πάτερ, κατέχοντες, τὸν ἕνα τῆς Τριάδος ἐν δυσὶ ταῖς οὐσίαις καὶ θελήσεσι σέβομεν· Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Δύο, Πάτερ, εἰδότες ἐνεργείας τοῦ οἴκτῳ σεσαρκωμένου Θεοῦ, δισσὰς αὐτεξουσίους θελήσεις διδαχθέντες ὑπό σου, ἀναμέλπομεν· Ὁ τῶν πατέρων

B ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Θεοτ.

Παρθενικῆς ἐκ νηδύος σαρκωθεὶς ἐπεφάνης εἰς σωτηρίαν ἡμῶν· διό σου τὴν μητέρα εἰδότες Θεοτόκον, εὐχαρίστως κραυγάζομεν· *Ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.*

ᾨδὴ η'. Ὁ εἱρμός. Νικηταὶ τυράννου καὶ φλογὸς τῇ χάριτί σου γεγονότες οἱ τῶν ἐντολῶν σου σφόδρα ἀντεχόμενοι παῖδες, ἐβόων· « Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. »

Ὁλικῶς ποθήσας τὸν ὑπερποθήσαντα γένος ἀνθρώπων, τὸν σταυρόν σου ἦρας, καὶ αὐτῷ, μακάριε, συνεσταυρώθης. *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

C Ξενωθεὶς ἁπάσης ἡδονῆς, μακάριε, θανατηφόρου, σεαυτὸν εἰργάσω ὅλον ἀκηλίδωτα ἔσοπτρον θεῖον· *Εὐλογεῖτε, μέλπων, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Ἀπηνοῦς τυράννου δυσσεβοῦς ὠμότητα οὐ κατεπλάγης· ἀλλ' ὡς πύργος ἔστης ἀκλινὴς ἀκλόνητος ὀρθοδοξίας· *Εὐλογεῖτε, μέλπων, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Ζωηφόρον αἴγλην ἐκ μιᾶς Θεότητος τρισυποστάτου δεδεγμένος ὤφθης τοῖς ἐν σκότει ἥλιος καὶ πλανωμένοις· *Εὐλογεῖτε, μέλπων, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.*

Θεοτ.

Τοῦ Ἀδὰμ, Παρθένε, τοῦ παραπεσόντος μὲν ὤφθης θυγάτηρ, τοῦ Θεοῦ δὲ μήτηρ, τοῦ ἀνακαινί-

D σαντός μου τὴν οὐσίαν, ὃν ὑμνοῦμεν πάντα τὰ ἔργα τὸν Κύριον.

ᾨδὴ θ'. Ὁ εἱρμός. Τὸν προδηλωθέντα ἐν ὄρει τῷ νομοθέτῃ ἐν πυρὶ καὶ βάτῳ τόκον τῆς Ἀειπαρθένου, εἰς ἡμῶν τῶν πιστῶν σωτηρίαν, ὕμνοις ἀσιγήτοις μεγαλύνομεν.

Ἔτι σου ὡς Ἄβελ τὸ αἷμα, καὶ εἰς αἰῶνας τὰ θεόπνευστα δόγματα φωνῇ διαπρυσίῳ ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία κηρύττει, Μάξιμε παμμάκαρ καὶ παμμέγιστε.

Τέτμηται ἡ χείρ σου· γράφει δὲ θείῳ δακτύλῳ, ὡς καλάμῳ καὶ μέλανι, τετμημένῃ τῇ γλώσσῃ τῷ σῷ αἵματι τῷ ὁσίῳ, παμμάκαρ, πίστιν ἐν καρδίαις τὴν ὀρθόδοξον.

Αἴδεται ἐν κόσμῳ ἡ ἔνθεος παῤῥησία καὶ τὸ πῦρ τὸ ἐγκάρδιον τῆς ἐνθέου ἀγάπης, δι' ἣν, ὅσιε, τὴν τοῦ αἵματος χύσιν, Μάξιμε, ὑπέστης προθυμότατα.

Ἵστασο πρὸ βήματος θείου μετὰ μαρτύρων, οἷς τοῦ ζήλου τῆς πίστεως ἐκοινώνησας, Πάτερ, καὶ ἡμᾶς οἰκειῶν τῷ Δεσπότῃ, καὶ σοῦ μιμητὰς ἐργαζόμενος.

Θεοτ.

Σὺ εἶ, Θεοτόκε, τὰ ὅπλα ἡμῶν καὶ τεῖχος· σὺ εἶ ἡ ἀντίληψις τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων. Σὲ καὶ νῦν εἰς πρεσβείαν κινοῦμεν, ἵνα λυτρωθῶμεν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.

ΕΞΑΠΟΣΤΕΙΛΑΡΙΟΝ.

Γυναῖκες, ἀκουτίσθητε.

Τὰ βάθη τῶν κριμάτων σου ἠρεύνηται τῷ Πνεύματι· τὰ δὲ τοῦ Πνεύματος, Σῶτερ, ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Μάξιμος ἐξηρεύνησεν, ὡς ἔνδικος Φιλόσοφος, θελήσεις ἐνεργείας τε ἀνακηρύττων σου δύο. Διὸ λαμπρῶς νῦν τιμᾶται.

Τῷ αὐτῷ μηνὶ ιγ'. Ἡ μετάθεσις τοῦ λειψάνου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Κινοῦσί σου, Μάξιμε, πιστοὶ τὴν κόνιν,
Δηλοῦντες ὡς γῆς ἐξαμείβοντος τόπους.

Μαξίμου, ἀμφὶ τὴν τρισκαιδεκάτην μετετέθης·

Celebri laude in mundo habetur divina libertas, ignisque visceribus conceptus divinæ charitatis, quo, vir sancte Maxime, fundere sanguinem summa alacritate sustinuisti.

Stas pro divino tribunali cum martyribus, quibus fidei æmulatione socius exstitisti, Pater, ut nos Domino concilies, tuique æmulos esse præstes.

In Deip.

Tu, Deipara, armatura nostra ac murus es : tu refugium illorum et defensio, qui ad te accurrunt. Te nunc quoque ut intercedas rogamus, quo ab inimicis nostris liberemur.

EXAPOSTILARIUM.

Mulieres, auribus percipite.

Alta judiciorum tuorum perscrutanti nota Spiritui sunt : Spiritus vero profunda, o Salvator, Maximus in spiritu et virtute scrutatus est, velut nimirum justo nomine Philosophus, prædicans duas tuas voluntates et operationes. Quamobrem splendide nunc colitur ac honoratur.

Mensis Augusti 13. Translatio corporis sancti Maximi confessoris.

Movent tuos, Maxime, fideles cineres ;
Nempe monstrantes alia ex aliis, te loca mutantem.

Tertia decima circiter humanis migrasse.

[XCVII] *AD SANCTI MAXIMI VITAM.*

Sancti Maximi Vitam, post ejus lacinias, illustrissimo *Annalium* Patri, anno Christi 640 et sequentibus ex Petri Marini versione ac Vaticanis codd. jam productas, integram ex Regio codice repræsentans, operæ pretium me facturum putavi, si, ad pleniorem ac certiorem rerum Maximi notitiam, pauca quædam ad eam annotavero ; exceptis illis, quæ ad eam spectantia, ad ejus ambas Collationes seu Auditiones strictim ad marginem sunt animadversa, seu etiam notis ad eas plenioribus discussa. Nec enim illius satis exacta omnia, ac quibus integra omnino fides debeatur, nullo ampliori examine, ut ex dictis Collationibus seu Actis publicis, luce clarius liquet. Magna passim τῶν Βιογράφων licentia ; eorum maxime qui laudationis specie, non prorsus suppares aut æquales, hanc sibi usurpant provinciam non ut presse sanctis dicta gestaque conscribant, sed ut laudando placeant, indeque eis venerationem, arte quadam composita narratione ac fucis rhetoricis, augeant.

Quæ auctor de ejus patria, natalibus, educatione, studiis, opera in aula, primique a secretis officio, seu notarii, imperatore Heraclio, omni majora exceptione videantur, ac vel scripto, vel certa traditione auctori accepta, quandiu nulla his contraria occurrerint, quorum major fides exsistat. Adolescentiæ ea sedulitate, sicque acri ingenio litterarum studiis impensæ, argumento est, tanta illi parta eruditio omnigenaque scientia, quantam prodit ejus scriptorum seges longe maxima, exceptis si quæ nobis abstulit temporis injuria, aut etiam celant, qui tineis ac blattis repositos etiamnum ejus codices servant. Meruisse in aula Heraclii, ejus nepos Constans aperte asserit, cum jubet Bizya Constantinopolim adduci, μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ κολακείας, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν προγονικὸν ἡμῶν, καὶ γενόμενον αὐτοῖς τίμιον. Anast. *Eo quod sit a progenitoribus noster, fueritque illis honorabilis.* Quod ipsum reddo clarius : *Quod amicus et familiaris majorum meorum exstiterit, ac illis charus habitus sit.* Quod plane in notarium primumque a secretis, rite congruit, cujus muneris esset non avelli a latere imperatoris, ac illi semper adesse. Exstant Michaelis Pselli pulcherrimæ epistolæ, cum ad alios viros primores omnis ordinis, tum præcipue ad notarios cum imperatore agentes in ταξειδίῳ, cum is scilicet provincias lustraret, sive etiam exercitum circumduclaret, omninoque extra regiam urbemque ageret : ut cum ad Comneni notarios, velut ejus asseclas eique adhærentes, ac consiliorum laborumque ac expeditionis socios, sic blande scribit : Τῷ κορυφαίῳ καὶ τῷ χορῷ· ἢν δὲ βούλησθε, τῷ μυσταγωγῷ καὶ τοῖς μύσταις. Pari nobis fere cultu in aula, ipsi regi a secretioribus intimisque consiliis, et quasi administri regenda republica, quos in eam *secretarios* vocamus. Eo ipso munere functus sanctus Nicephorus patriarcha, Nicephoro imperatore, et antequam illi sedi præficeretur : ex qua aulæ familiaritate, tanta illi styli suavitas et elegantia, quantam in ejus Antirrheticis miramur, quibus licuit salutare, cum pari eruditione rerumque ecclesiasticarum peritia conjunctam, dolemusque non produci in communem Ecclesiæ usum, ejusque clypeum, cum præsertim luculenti exstent codices in Regia, Seguier. Colbert. celebribus Parisiis bibliothecis ;

nec vel ipsa eadem, vel etiam alia Romæ desint : pluris scilicet majoribus habita, quod sic ambitiose describenda curarunt; nobis, quibus typorum non deest facultas, ex quibus tanta in dies nulla fruge prodeunt, sic spreta.

Tanto in principis aula favore fultum, ejusque dignitatis auctum munere, illius pertæsum novitatis, cui Heraclius studeret, et quæ aulam jam invaderet, cunctis abdicatis nuntium sæculo remisisse, causæ aliquid fuerit : sic quippe etiam Vitæ auctor in appendicis partem ponit : Ἄλλως τε καὶ πίστιν τότε καινοτομουμένην ὁρῶν· *Videns fidem tunc temporis novis decretis maculari*. Potueritque in monasterio, etsi urbi vicino (quod nempe κατὰ τὴν ἀντιπέραν ἠϊόνα situm esset; in adverso littore ad Chrysopolim in Bithynia prope Chalcedonem situm esset : *Scutarim* vocant, teste Gillio), ab eo tutam salo æstuque stationem quærere, ac animæ κοίνωσιν, ut vocat auctor (ejus scilicet commaculationem ac contagiem), ex aulicorum convictu ac consuetudine, loci secessu defugere : id cum primis illo consecutus, ut Heraclii secretioribus consiliis, pro officii munere, haud cogeretur favere. Hanc tamen meram, sic Vitam scribentis, conjecturam existimo. Nec enim sic palam Heraclius novitati studebat, jamque Monothelitarum dogma in aula percrebuerat, cum Maximus monachum induit; aut Heraclii aulæque ea potissimum factio erat, et non magis cleri et episcoporum, Athanasii Jacobitæ, Theodori Pharan, Cyri, Sergii, etc., a qua proinde ut se tutum præstaret Maximus, non aula solum ac urbe, quam novator episcopus regeret, exire debebat, sed ejus tota diœcesi, aut certe paulo remotius latebras quærere.

Incertum quo is tempore aulæ togam, monachi [xcviij] lacerna ac cilicio commutarit : diu tamen ante Sergii obitum et Heracli extrema, quibus ea sic flamma in aula urbeque erupit, commutasse, argumento est epistola ejusdem ad Pyrrhum Hegumenum, cum ille eum jam monachum ad suæ assensum novitatis, ac quam Sergio auctore haustam scriptis firmandam susceperat, invitasset; tuente se Maximo, non arrepti instituti tyrocinio nuperque salutata theologia, postquam sæculo aulaque emerserat, sed tum suæ ruditatis conscientia (verius, summa modestia, pro ipsa status ratione), tum facinoris temeritate, ne sententiam præcipitaret : Νεάζειν σε ἔτι πάθεσιν, ait is quidem, *vigentibus adhuc se jactari affectibus atque vitiis* : quod nusquam non dixit; ita nimirum de se sentiens, vel cum summam tum ἀπαθείας καὶ θεωρίας arcem, τρίτος vere Θεολόγος, vir maximus invasisset. Quamobrem etiam, velut aliis, quæ excusat, Pyrrhi judicio levioribus, qui viri præclara ornamenta divinamque scientiam noverat, unum illud postremum, ausi scilicet temeritatem, pro monachi conditione, gravissime obtendit. Τίς οὕτω θρασὺς ὑπάρχει καὶ τολμηρὸς, ὥστε τοῖς οὕτω κατὰ θείαν ψῆφον ἱεραρχικῶς θεσπισθεῖσιν ἐπιδιατάττεσθαι; *Quis sic audax ac temerarius, ut in eum modum divina episcoporum sententia judicio sancita, superordinanda usurpet?* Profusior Maximus ea epistola in Pyrrhi laudibus, cui etiam monachos Byzantium profectos amici licentia commendat : unde et offensi in Maximum monachi Siculi, ipsi rectæ fidei tenaces cum toto ferme Occidente atque Africa: quo ipse nomine ad eos excusat, luculentissima, quam repræsento cum aliis, sua epistola.

Siquidem igitur diu ante vulgatam Byzantii Ecthesim, cujus ipsius crimen Maximus in Sergium et senatum confert, depellitque ab Heraclii capite, qui Sergii clerique Constantinopolitani victus precibus, necnon senatus indulgentia inclinatus, suo eam nomine publicari permiserit; quo nec tunc forte edita erat, cum sic amicas Pyrrho adhuc monachorum præfecto, pridem ipse monachus, dedit litteras; cum hæc Pyrrhi Maximo oblata, illius videantur fuisse præludia ac velut prodromus, mussitante hactenus inter clericos novæ hæresis hydra, ac imperatoris præstolante adventum e Syria (unde ejus origo ac initia), sub quo publice in urbe erumperet; haud satis vero simile, eam jam in aula provectam, ejusque tædium ea Maximum excussisse, ac monasterio, ex quo illi majores ejus procellæ extimendæ erant, ex cleri Constantinopolitani Sergiique patriarchæ novatoris vicinia, addixisse.

Sergii versatile ingenium ac inconstantiam, semper sibi exosam fuisse, profitetur Maximus in *Dialogo cum Pyrrho;* tametsi is ita latuit, eaque egit solertia, ut spectatus inter præsules catholicos, quoad vixit, audierit : ab ipso Joanne IV, jam vivis sublatus, *Reverendæ memoriæ patriarcha* vocatus; ubi ille pro Honorio decessore excusat, Pyrrho jam illius successore.

Unam igitur putem Maximo rationem fuisse, ut ita aula excederet sicque clarum in ea munus πρώτου a secretis abdicaret; nempe, ut chara solitudine frueretur, ac sæculi turbis curisque expeditus liberius Deo divinæque contemplationi (ad quam maxime monastica ἄσκησις provehit, sanctioreque instituto palæstra ac disciplinæ cultus) totus impenderetur. Amor hic sapientiæ et ἡσυχίας Nilum, perinde Constantinopoli nobilissimum ejusque urbis præfectura functum, cum Theodulo filio, Ægypti montisque Sina solitudini addixit, ubi et sanctorum monachorum cædis spectator fuit, nihil ea deterritus a proposito : quorum et certamen graphice litteris consignavit.

Maximi Romam inque Africam profectionem, sic auctor describit, quasi toto jam Oriente et Occidente nova hæresi infectis, nec nisi Romæ inque Africa, seu etiam insulis vicinis, vigente saniore doctrina ac fide antiqua, quin vel in illis nutante, et cum periculum esset, ne flamma hæc cuncta brevi absumeret, is illi suppetias venerit. Sic quidem Deus singulari providentia ac consilio venire eum destinaverit : solam tamen ipsum Africam cogitasse, quod Asiæ loca et Bithyniam ipsamque Constantinopolim reliquit, nec eo fidei zelo, quem auctor comminiscitur, sed barbarorum metu (Persarum scilicet, sic tota illa grassantium, et ut ne ipsa quidem urbs Augusta ab eis tuta esse videretur) ipse sibi Maximus non uno loco testis gravissimus est. Epistola altera ad Jordanem presbyterum, ubi multis spiritalem ejus doctrinam laudavit, ac quanto illius desiderio teneretur, luculentissime declaravit, cupere se plurimum in patriam reverti, solitoque ejus magisterio, dum, tantisper discussa illa barbarorum nebula, tranquillitas aliqua ac securitas partibus illis affulserit, liquido ostendit. Καὶ κάλεσον πρὸς ἑαυτὸν, inquit, καὶ ὑπὸ τὰς σὰς πτέρυγας, εἴπερ ἀληθῶς ἀπέστη πᾶς φόβος βαρβάρων αἰσθητῶν, δι' οὓς τοσαῦτα διαστήματα θαλάσσης, ὡς φιλόζωος ἦλθον· *Voca me ad te ipse, et sub alas tuas, si modo, vere abscessit metus omnis barbarorum sensilium, quorum causa, tanquam vitæ amantior, tanta maris spatia superavi*. Rogat omnem illic rerum statum diligenter exponi. Ἀσθενὴς γὰρ, inquit, ὢν τὸν λογισμὸν, καὶ πάνυ σαθρὸς, καὶ μόλις, κἂν ἐν εἰρήνῃ, νήφειν μικρομερῶς δυνάμενος, καὶ περὶ πολλὰ σκεδαννύμενον ἐκ δειλίας συνάγειν τὸν νοῦν, θέλω σὺν ἀσφαλείᾳ ποιήσασθαι τὸν πλοῦν· ὡς ἀτελὴς τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς λόγοις τῆς σοφῶς τὸ πᾶν διεξαγούσης προνοίας ἐμβατεύειν οὐχ οἷός τε ὤν· *Qui enim mente infirmus sim ac valde debilis, quique vel alta pace vix tantisper sapere valeam, atque animum circa multa dissipatum colligere, cupio tuto navigationem instituere, ut qui nimirum animi sensibus atque genio imperfectior sim, quam ut Providentiæ rationes, rerum hanc universitatem sapientissime administrantis, satis assequi queam*. Hæc Maximus aliaque pro sua modestia. Quæ hanc antecedit ad eumdem Jordanem epistola, data scribitur exeunte prima indictione, nempe Augusti mensis die secunda, anno

Christi 642, qua vir sanctus, non Monothelitas, sed alium, de anima errorem deque resurrectione Constantinopoli percrebrescentem, serio exagitat atque deplorat. Utra antecesserit, non satis liquet. Perinde tamen illa etiam, sua in illum atque patriam vota exprimit. Διὸ καὶ μᾶλλον στένω τὸν ἀφ' ὑμῶν χωρισμὸν, τὴν ἐγγύθεν φρουροῦσάν με καὶ ἐξαιρουμένην τῶν βλαβερῶν πανσθενῆ τῆς ὑμῶν πατρικῆς ἁγιωσύνης ἐπισκοπὴν οὐκ ἔχων, συχνότερον τῷ λόγῳ τὰ πολλά μου ἐρείδουσαν ὀλισθήματα· *Quapropter etiam me magis a vobis sejunctum lugeo; cui paternæ vestræ sanctitatis potentissima desit inspectio, e propinquo tutans exque noxiis liberans, quæ nimirum crebriore doctrina ac admonitione labantem sæpius gressum erigat.* Epistola [xcix] ad Cyrisicium episcopum (ni malgis Cyzicenum) suos ille ut revocet hortatur, εἴπερ μέντοι ἀπέδρα, καὶ παντελῶς ἐξηφάνισται ἡ τῶν ἐχθρῶν προσδοκία, δι' ἣν τοσοῦτον τῆς ἐνεργούσης ἀπεξενώθησαν. Alteraque ad eumdem suam deplorat solitudinem, quod, ipso in Africa relicto, alii, in quibus Georgius presbyter et Hegumenus, jam rediissent. Mera itaque Βιογράφου somnia, quod jam tum conclamato Constantinopoli totoque Oriente (quin et Occidente) fidei negotio, ea Maximus ratione, Romam cogitans, Byzantio in Africam venerit. Οὕτω τοῦ κακοῦ εἰς ἄμετρον ἐκχυθέντος, καὶ Ἑώαν μικροῦ πᾶσαν καταλαβόντος καὶ Ἑσπέριον· *Sic malo in immensum effuso, totumque propemodum Orientem et Occidentem complexo.* Ultimam vocem vel desiderarunt Vaticani codices, vel Morino excidit, aut etiam Baronius sustulit, ne forte inde fidem sibi adimere auctor clarius videretur, dum sic immeritos ea labe Occidentales aspergit, quos liquet ab ea plurimum hæresi abhorruisse, paucissimosque ex illis, in eam manus dedisse. Unam Africam cogitasse, et in ea præsidium quæsiisse, ut sibi tutum a grassante milite foret ac Persarum illuvie, satis ostendunt quæ dicta sunt, nec necesse plura in eam rem congerere.

In Africa fidei causam egisse Maximum, ac, quam Pyrrhus jam patriarcha Monothelitarum hæresim ubique datis libellis submissisque devotis sibi capitibus spargebat (exceptis iis, qui pari Maximo sorte profugi, ipsi sponte illa imbuti, per eam occasionem, vias Domini rectas depravantes incendium augebant, inque Africam delecto in ea incolatu, flammam producebant), strenue aggressum esse, Afrosque, Joannis Romani antistitis æmulatione ad eam proscribendam vel maxime animasse, compertissimum est. Joannes ipse Apologia ad Constantinum imperatorem Heraclii successorem, cum is sibi Honorium patronum blandiretur, Pyrrhi ea molimina clare declarat, dum sic ait : *Quantum enim ex diversis suggestionibus, quæ ad nos catervatim venerunt (quinimo et ex ipso quoque auditu) didicimus, omnes Occidentales partes scandalizatæ turbantur, fratre nostro Pyrrho patriarcha, per litteras suas huc atque illuc transmissas, nova quædam, et præter regulam fidei prædicante, et ad proprium sensum quasi sanctæ memoriæ Honorium papam decessorem nostrum attrahere festinante, quod a mente catholici Patris erat penitus alienum.* Videtur tantisper compressa hæresis conticuisse, Heraclio excusante Joanni Romano pontifici, non esse suam Ecthesim; nec Sergio procacius defendente, quo vel sic versutus homo catholici nomen ac communionem retineret. Eo autem sublato, ac paulo post Heraclio, videtur Pyrrhus calentius egisse, ac qualem eum Joannes significat relatis verbis Apologiæ; nactus scilicet ex sedis summa dignitate licentiam promovendi dogma, cujus condendi lateque producendi, adhuc in minoribus agens, maximus Sergio adjutor exstitisset.

Verum cum brevi sublato Constantino, ipse Pyrrhus cum Martina exstincti noverca, in suspicionem venisset propinati ei veneni, reique indignitate motus senatus, alterum sede, alteram aula ejecisset,

A etiam Pyrrhus Africam cogitare cogitur, sive eo amandatus erat, quasi exsilii loco, sive ipse sponte eam sibi provinciam delegerat, in qua tutius sibi fore arbitrabatur, necdum Gregorii præfecti tyrannide detecta, quæ postmodum erupit. Agnovit Pyrrhus, ubi in Africam venisset, quantæ in ipsum Sergiumque decessorem, fuissent Maximi in Africa partes, quantumque is unius voluntatis errori detraxisset ac detraheret : quo nomine queritur quasi pro antiquo amicitiæ jure, ipso statim dialogi, seu disputationis cum illo habitæ, exordio : Τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν, κῦρι Μάξιμε, κ. τ. ἑ. Ea disputatione vir sanctus Pyrrhum ad palinodiam coegit, induxitque ad iter Romam capessendum, ubi dato libello, summæ sedis antistiti conciliaretur : in quam rem, sibi ille Maximum voluerit comitem; haud secus ac postea Theodosius Cæsareæ Bithyniæ episcopus, cum pari ratione erroris convicto Maximus suasisset, unum id remedii esse, ut supplex ac
B libellaticus Romam proficisceretur, eo mittentibus patriarcha et imperatore, suo quisque suorumque nomine. Noverat Pyrrhus quanta jam Romæ esset Maximi nominis, ex fidei patrocinio, claritas; qua fretus, fore sperabat, ut fauste omnia cederent, nec Romani duntaxat antistitis communionem mereretur, sed et illo auctore sedem reciperet : necdum satis Romæ probata Pauli invasione, et quod viventis hominis, nec canonice depositi thronum conscendisset. Vero enim fidei zelo Pyrrhum Romam adiisse, et ut vere catholicum profiteretur, vix sinit existimare, quæ secuta brevi Ravennæ iterum fidei ejuratio est. Ubi scilicet ex exarcho Olympio hæretico fore didicit, ut non tam Romani antistitis jussio valeret ad sedem recuperandam, quam libellus datus officeret : jam scilicet vigente Constantinopoli nova hæresi, inque ea hæreticorum more sedis Petri cassa auctoritate, nec obscura defectione, ipso præsertim imperatore (Constans is erat) qui
C ipse hæresi, laborabat, indigne ferente quod ita gestum erat, et Theodorus papa adnixus erat. Quidquid sit, hoc sane spolio Maximus victor Romam ingressus; nec itineris ulla ei causa potior aut præsentior fuerit. Nisi etiam forte sanctissimus papa Theodorus, qui et ipse Græcus erat, tanta ejus doctrinæ ac intemeratæ fidei, cum pari vitæ sanctimonia, fama permotus, Romam invitaverat, ejus maxime rationum vi et argumentis jugulum petiturus succrescentis hydræ : quibus etiam plurimum adjutus Martinus, celeberrima illa synodo Lateranensi, qua plene proscripti atque excisi Monothelitæ, cum decessores Romani pontifices tantisper οἰκονομεῖν visi essent ac leniora tentare : aut certe solummodo singulares personas privatasque, velut Theodorus Pyrrhum, non universim hæresis capita omnia, petere : atque damnare quidem Ecthesim, ac sub anathemate etiam deponendam sancire, sugillato Pyrrho qui ei studeret, nec Joanni monitis
D de ea abolenda morem gessisset, at non solemni adeo cognitione, eaque judicii pompa, qua totus Occidens cum antistite suo consederit, uti factum a Martino est.

Epistola Maximi ad Joannem cubicularium, consignata quintadecima indictione, mense Novembri, qua communis domina patricia (ut ipse loquitur) juberet Severi sectæ moniales, libere agere, Aquæam fuissent in ordinem redactæ ac [c] coercitæ, ex quo magna Afrorum orta offensio, ad breve illud paucorum mensium Martinæ cum Heracleone filio imperium videtur spectare : ut si qua tunc graviora passa Ecclesia, non tam ad Constantis Heraclii nepotis initia, ut statuit illustrissimus *Annalium* Pater, videantur spectare, quam ad Martinam. Proclivius sane ut Pyrrho hæretico addictissima mulier, hæresim, cui maritum studuisse noverat, potestatem nacta fovere voluerit, ejusque, dictis monialibus et in Africa facultatem facere, quam ut Constans tum primum imperium iniens, Paulo jam in

A Pyrrhi locum suffecto, qui licet hæreticus, catholicum tamen initio præferret; ut et ejus ordinatores ad Theodorum Romanum antistitem retulerint, ipseque collectæ per eum episcoporum synodo Pyrrhi causam committendam putaverit, cujus vulgata esset hæresis, ac in ea pertinacia, obtinendo Joannis Romani pontificis monitis de Ecthesi deponenda: quo scilicet illo, eo nomine canonica cognitione deposito, ipse verus antistes sederet : sede jam viduata, non Pyrrhi morte, sed abdicatione. Nec aliud Paulum, ut primus ipse sæviret in orthodoxos, impulerit, quam Romani antistitis obnitentia, ne verus ille episcopus sederet, Pyrrhi causa necdum canonice cognita, illoque vere adhuc Constantinopolitanæ urbis episcopo, eoque Romæ honore habito, ubi præsertim libellum dedisset; de quo Anastasius : *Fecit eum pontifex munera erogare in populo, et cathedram ei poni juxta altare, honorans eum ut sacerdotem regiæ civitatis*. Ac clarius Martinus, cum de illo iterum Paulo sufficiendo ageretur, uti episcopum fuisse eum susceptum ait a Theodoro : neque id mirum esse, cum suis jam litteris ad Paulum, intrusum illum et incubatorem palam professus esset. His Theodori initiis, colophonem imposuit Martini e synodo Lateranensi sententia : cui ipsi typi reprobatio, ipsiusque Pauli condemnatio per Theodorum præiverat.

Quam bene illustrissimus *Annalium* scriptor, Maximi in urbem adventum ac auditionem in secreto seu aula palatii, τὸν Βιογράφον secutus, ipso anno ponit, quo Martinus captus ac Byzantium adductus est, anno scilicet 650, cum tamen Martinus longiori fatigatus itinere, ac annum in Naxo insula detentus (quod ipse epistola ad Theodorum profitetur) non nisi sequenti anno pene exeunte eo appulerit; tam inconsone eadem ad annum 657 refert, exque Actis mala antiquarii concinnatione ac συνδεσμῷ illi confusis, ibi repetit, atque ejusdem certaminum initia, illorum extrema facit. Theophanes Maximi res consignat anno superiori. De Martino C sic ibi sobrie : Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐξωρίσθη Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος πάπας Ῥώμης, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας γενναίως ἀγωνισάμενος, καὶ ὁμολογητὴς γενόμενος, ἐν τοῖς κλίμασι τῆς ἀνατολῆς τελευτήσας· *Eodem anno sanctissimus papa Martinus in exsilium pulsus est. Hic strenue decertans ac confessor effectus, in partibus Orientis vita functus est*. Sobrius eo videtur, quod Martini res chronographi brevitate, consentanee omnino iis quæ scripta ab ipso Martino sunt, ac relationi de ejus exsilio, ita perstringat, nec, quod superius fecerat, de episcoporum Occidentalium persecutione, ejus vix impari, admisceat. Jam enim anno Christi 621, quo totam fere Monothelitarum hæresis tragœdiam compendio recenset (ex quo pleraque sua, iis exceptis quæ in Actis habentur, Βιογράφος αὐτολεξεὶ mutuatus; homo scilicet Baronio auctore, *qui ab iis, qui Maximi adhærebant lateri, audierat*) ita scripserat : Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἑσπερίων ἐπισκόπων ἐτιμωρήσατο· *Quin plures quoque Occidentales episcopos tormentis subegit*. Vitæ auctor, descriptis atrocissimis Martini dehonestamentis, verborum procacitate, verberumque ac plagarum sævitia, nec non exsilio Chersonem, id est, durissimo : Τὰ ἴσα δηλαδὴ κἂν τοῖς ἑαυτοῦ δράσας ἐπισκόποις· *Pari scilicet immanitate in ejus usus episcopos*. Pauloque superius, Μαρτῖνον τὸν θειότατον, σὺν ἐπισκόποις τῶν ἑσπερίων πλείοσι, θᾶττον ἐν Βυζαντίδι παρίστησι· *Sanctissimum Martinum cum plerisque episcopis Occiduarum partium quamprimum sibi Byzantium sistit*. At Martinus solum se adductum dicit, etsi comites episcopos, presbyteros ac diaconos poposcerat, nec Calliopas abnuerat : *Sinite mecum venire ex clero, qui necessarii mihi sunt : episcopos videlicet, presbyteros et diaconos; et absolute qui mihi videntur*. Respondit Calliopas : *Quotquot voluerint venire, cum bono veniant : nos cuiquam necessitatem non facimus*. Nempe petebat sanctissimus sacerdos, sic imperialibus litteris, quibus ejus καθαίρεσις, *depositio*, continebatur (id enim velit illa Anastasii vox paulo durior, *abjectio*), presbyteris et diaconibus porrectis, sede extrusus, non ad pompam itineris socios, sed strenuos commilitones, quibus cum pari opera communibusque consiliis, sancitam nuper Laterani orthodoxam fidem defenderet. Quamobrem etiam cum pro tribunali causam ageret, cœpissetque de typo sermonem movere : *Quando factus est typus et directus Romam ab imperatore* (in ipsum scilicet referens, quod ita vexaretur ac sede pulsus esset) *aliud quid non est concessum loqui*. Ad quem Troilus continuo : *Non inferas nobis hic de fide : et nos Christiani sumus et orthodoxi*. Itaque intelligebat vir sanctus ea sibi mala inferri, quod cum typo, Sergium, Pyrrhum, Paulum hæreticos condemnaverat : aliud tamen Constans prætexebat, qui ea Martini persecutione sic fidei causa illata (episcopo scilicet primæ B sedis omniumque magistræ) non abstergendam sciebat, quam sibi ascivisset, hæresis notam, sed augendam. Majestatis igitur crimen intendit, ac conspirationis cum Olympio, ut illius specie ipso amoto, datoque successore, rescindenda quæ Martinus severiori disciplina sanxisse videretur, facilius impetraret. Unde et nova edita fides, seu concordiæ inita ratio, de qua Maximus ad Anastasium, ipseque Anastasius ad monachos Calaritanos, in quam ipsi consenserant Romanæ sedis apocrisiarii, Eugenio Romæ Martini vicario; quin Constantis sensu ac voluntate, illius pro Martino adhuc in itinere constituto, jam vero episcopo Romano. Sic namque ipse Martinus ait tyrannum jussisse, ut ipso in regiam urbem transmisso, ejus loco alius episcopus constitueretur; quod merito pontifex : *Necdum aliquando factum* asserit, *nec aliquando fieri habere*. De Liberio et Felice alia ratio est; et quod Felix ut vere Romanus pontifex receptus est, quasi Liberius Arianorum communione pollutus jam desiisset esse Romanus pontifex, non ut Martinus, ejus constantia ad extremum [ci] usque ærumnas fortiter pertulisset.

Ad hæc, si tanta episcoporum Occidentalium fidei causa persecutio, cur nullius proditi agones, nullius eo titulo consignata in ecclesiasticis tabulis Romæ aliisve locis memoria ? Certe qui de Martini exsilio scripsit, præsensque omnibus illius laboribus fuit, hoc solum refert, quod, cum in Naxo insula moraretur, qui erant per loca sacerdotes ac reliqui fideles, ad eum munuscula mitterent ; quorum latores, custodes submoverent, direptisque muneribus, injuriis ac verberibus affectos dimitterent, inimicos reipublicæ ac perduelles vocantes quicunque ipsum diligerent : quod ipsum auctor longe molestissimum Martino significat, non taciturus quæ longe molestiora forent, episcoporum ac cleri Romanæ diœceseos paria exsilia ac persecutiones fidei causa, si quidem nota hæc habuisset. D Denique extrema Maximi Collatione, seu ejus postremis Actis, comminantur quidem duo patricii Troilus et Epiphanius, se papam quoque tunc Romæ sedentem ac reliquos Occidentis fideles, perinde ac Martinum, quemque sibi convenienti loco conflaturos, dummodo remissio aliqua a barbarorum confusione foret. Erat hic Vitalianus, tertium sacerdotii annum agens, nisi jam quartum inierat; is autem tantum abest ut gravius aliquid a Constante passus sit, ut ejus etiam fuerit muneribus donatus ; ac ubi humanis excessisset, Constantini ipsius filii studio in Ecclesia Byzantina tabulis ecclesiasticis ascriptus ; nimirum sedentibus in ea Ecclesia a Petro ipso hæretico, quos VI synodus orthodoxos probavit. Etsi rem Theodorus patriarcha ferendam non putavit, donec compositum esset Ecclesiarum negotium ; cui forte se ipse imparem agnoscens, tantisper secessit, sedemque Georgio reliquit. Postremo Audoenus diligens ejus

ætatis scriptor, qui tanta de Martino, de ejus episcopis seu clericis eadem ac ille passis, ne verbum quidem : quod argumentum etsi negans, re sic proclivi, non potest non magnæ esse auctoritatis. Solum auctor Hypomnestici, Martini homines, haud pene aliter habitos ait, ac ipse Martinus ; quos velim ejus domesticos, in quos ipsos conceptas in Martinum iras expleverint. Diram quoque idem auctor eam deplorat persecutionem, omni paganica ac hæretica deteriorem, qua variis prætextis rationibus ac criminibus, fideles ad pœnas vocarentur, ita ut fere vulgo lateret ipsam in eis peti fidem, velut fere Juliano imperatore, et ut confessionis gloria carerent, qui ea firmi, nollent hæreticorum communione fœdari ; ipsique hæretici et clerici Constantinopolitani, omnium incentores, persecutorum a se nomen depellerent. Sed hoc maxime per Orientem, locisque throno Constantinopolitano subjectis ; ac quibus Romam cogitare crimen erat quasi majestatis, ut in Theodoro et Euprepio ibi relatis accidit, per eam captis occasionem, duroque exsilio multatis.

Forte vero fuerint etiam Vitaliani initia ipsa nubila, infenso Romanæ sedi Constante, quo studio a novitate nuper inducta Constantinopoli, abhorrebat, ac cui is studeret ; sicque loqui potuerint patricii ex mente principis, destinata ea universali persecutione, si per tempus licuisset : sed amolitus est Deus barbarorum multa grassatione, et Vitaliano imperatoris sibi gratiam demerente, qua propensione in ipsum remque imperii fuit, ut testis est Constantinus Constantis filius in Actis VI synodi, quo loco, moveri ejus nomen e diptychis renuit, Theodoro hoc satagente usque dum Ecclesiarum unio facta esset. Utque Romæ Vitalianum sanctissimum pontificem tulit Constans, et amicum voluit, sic Thomam ferre potuit Constantinopoli catholicum : etsi ejus forte non ita illi nota fides, nec satis prodita, qua brevi sede patriarcha fuit, nec destinatas Romano pontifici synodicas mittere, vel ab illo recipere, ei licuit : quibus freto licuisset. Non jam οἰκονομεῖν, per principis potentiam, sed palam fidem tueri, proscripta novitate quam decessores patriarchæ invexerant : nec Maximus, vel si ad ejus tempora vixisset, summeque is catholicus fuisset, aliter ei ac Ecclesiæ Constantinopolitanæ post tanta certamina, communicare poterat, quam prius unio Ecclesiarum publice facta esset. Ex quibus, non satis e re argutari illustrissimum *Annalium patrem*, atque hinc elevare Acta VI synodi, liquet. Meminit ipse Anastasius apocrisiarius divina illa sua epistola ad Theodosium presbyterum Gangrensem unionis Ecclesiarum, quæ illis facta esset (incertum an Constantinopoli) quam et ratam fore optat atque durare, cum ipse exsul ageret, ac vel mitius vel acerbius haberetur, pro Ethnarcharum, quibus creditus esset, genio atque indole : id forte cum Constans, vel jam catholicus, vel catholicum agens in Occidentem profectus est, venitque Romam, ubi a Vitaliano omni honore susceptus est.

Auctor Hypomnestici ; ipse nimirum cum fratre Theodoro Theodosius Gangrensis presbyter, cum ad se directam egregiam illam Anastasii apocrisiarii epistolam, cum Hippolyti auctoritatibus et syllogismis, ipse in eo auctor sit ; quod alias per Βιογράφον obscurum erat (nisi et ipse nescierat) palam facit : fuisse scilicet ipsi Anastasio apocrisiario perinde ac Maximo ejusque discipulo alteri Anastasio, amputatam manum dextram, qua ipsa amputata, aptatis trunco tenuibus lignis, miro artificio eam ipsam epistolam exaraverit. Nec aliter invectivæ auctor ex Seguer. cod. ipsaque extrema nobis producta in Maximum ambosque Anastasios una eademque lata sententia, ab ipsoque Anastasio apocrisiario, quo fulgebat presbyteri honore, quasi degradationis forma, inchoata. Dignus venia Baronius, quem illa monumenta et Anastasiana collectio latuerint; divinatio autem pepercisse scilicet ejus dexteræ truces bestias, reverentia sedis apostolicæ, et quod ejus apocrisiarium egisset, ipsa frivola est. Quæ enim in eis ejus sedis reverentia, qui sic in Martinum summum ejus antistitem bacchati essent, huncque Anastasium exosissimum haberent, virum scilicet strenuum, utriusque linguæ peritum, Romanæque fidei vindicem acerrimum, ut et Theodosius Cæsareæ Bithynæ episcopus, homo alias humanior, eo duce ac comite Romam proficisci recusaverit, ob multas cum eo olim contentiones ac rixas, sibique Maximum itineris socium ac negotii adjutorem maluerit. Fuerat is clarus in aula, Augustæ notarius Heraclio imperatore, [cii] quando forte Maximo, pari munere merenti ipsi Heraclio, amicitia junctus est ; utque sæculari, sic religiosa ac Christiana militia ambo quasi sodales exstiterint, non alter alterius discipulus. Major scientiæ luce Maximus, eaque orbis magister, etsi purus monachus, quod se ipse dicit Collatione cum Theodosio, cum Anastasius præsbyter esset, ac, si monachus fuit, hieromonachus : nec enim hoc satis ex monumentis notum, extra quæ quidvis fingere, non satis mihi liberale aut ex fide historica cautum est. Auctor tamen invectivæ ἄνωθεν Maximi discipulum scribit, ut et alterum Anastasium, quasi et ipse ita pridem illi adhæserit ; nunquam tamen ipse Maximus discipulum vocat, quemadmodum alterum Anastasium, sed honorificentiori nomine, *dominum meum*, aut quid simile. Nempe homo Romanus erat, quod sic linguam Latinam callebat, cujus se rudem agnoscit Maximus ; diuque in Oriente ipsaque aula versatus, Græcam perinde sibi familiarem reddiderat : qua utraque Maximo socius, proque Romanæ Ecclesiæ apocrisiarii munere, ejus ipsius forte presbyter, fidem strenue propugnabat ; cujus tuendæ constantia tantam sibi Monothelitarum invidiam conflavit.

Βιογράφος, quod tacuit excisam Anastasii apocrisiarii dextram, possit esse, quod ejus oratio non eo spectaret, ut Anastasios, præsertim apocrisiarium, sed ut Maximum, laudaret. Sic quoque auctor Hypomnestici, qui præcipue de Anastasio apocrisiario agat ejusque epistola, industria miraculo proxima scripta, trunco scilicet brachio, lignisque tenuissimis et assulis illi aptatis, ad litteras utcunque exarandas, non refert alterum Anastasium id supplicii pertulisse, sed solius Maximi meminit ac Anastasii apocrisiarii. Theophanes chronolog. brevitate, duntaxat Maximi, quasi re in eo magis spectabili et *Annalibus* digniore. Inciderit forsitan idem βιογράφος, in Acta, in quibus desideraretur repetitum Anastasii nomen, ut in ipsis quæ repræsento ex Seguier. cod. in quibus supplendum suadet omnis series, ut et Maximi, quod semel deerat : nec mihi religio, sed mera ineptia, sic sponte ac nullo judicio cæcutire, antiquarii oscitantia.

AD SANCTI MAXIMI ACTA ET COLLATIONES.

Sancti Maximi duplicem Collationem reddidit Anastasius bibliothecarius in gratiam Joannis diaconi, cum is historiam meditaretur. Anastasii hanc versionem, aliaque ad Martinum Maximumque spe-

ctantia edidit P. Jac. Sirm. ὁ μακαρίτης, subducta etiam accurate quorumcunque gestorum temporum ratione, longe certe a Baronianis calculis, ex Romanis codicibus male confusis. Utramque Collationem singularis cod. Maximi Operum Seguieranæ bibliothecæ, distincte suoque ordine, et qualis Anastasii est, servavit, ex quo exscribere licuit. Vir cl. Lucas Holst. quibus scripserat, notavit exstare in cod. Vat. n. 1646, quo forte ditior facta Vaticana bibliotheca, post Baronium, qui has Collationes Vitæ Maximi intextas, nec satis digestas, vix tandem in ea offendit, et Petro Morino interpr. *Annalibus* suis, confuse satis inseruit. Quem ex regia produco βιογράφον, ipse ex eis quædam deflorat, refertque compendio, laudationis ritu, etiam servato illarum ordine; non ut Vaticanus ille Baronii, eo interturbato; quisquis tandem is auctor est, parum certe accuratus, et cujus laciniis potuit nulla viro docto fraus fieri, inspectis attentius ipsis Collationibus; quarum altera, quædam refert ac respicit, quæ dicta gestaque sunt in prima. Ut quod Troilus ait, jam dixisse in palatio (id est, scilicet Collatione in secreto) typum non sustulisse voces, sed sileri jussisse, ad pacem omnium componendam; ita nempe ibi: Οὐχ ἐπ' ἀναιρέσει τινὸς τῶν ἐπὶ Χριστοῦ νοουμένων, ἀλλ' ἐπὶ εἰρήνῃ· *Non ut tollatur aliquid eorum quæ in Christo intelliguntur, sed pacis causa*, etc.

Inepta ergo lacinia, quæ illi Vaticano, sivè ex illo, Morino, aut Baronio, præmittitur Collationi in secreto, his verbis: *Postquam vero multum temporis præteriisset, ac sanctus esset in exsilio, rursum misit imperator, eumque accersivit*. Liquet enim ante Bizyense, nullum præcessisse Maximi exsilium, quod demum decretum est post illam in palatio Collationem, seu Auditionem, quæ facta est, statim atque Maximus et discipuli adducti sunt Constantinopolim; non ab exsilio reduces, sed unde capti fuerunt, eo advecti, ad eorum cognoscendam causam, uti etiam factum est in Martino. Sic auctor Hypomnestici. Sic noster et Anastasii codex, dum ita absolute incipiunt, Τῇ ἡμέρᾳ ᾗ προσωρμίσθησαν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει ὅ τε κύριος Μάξιμος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· *Qua die ad hanc urbem regiam appulerunt, tum dominus Maximus, tum ejus discipuli*. Inde igitur, quasi mitiore pœna Bizyam relegatus est, qua tamen exspectaretur frangenda ejus constantia: ad quam tentandam, post longum illud tempus aliquod annorum, missus Bizyam Theodosius Cæsareæ Bithyniæ episcopus, cum consulibus ac patriciæ dignitatis candidatis, uti sæpe in ejusmodi fit. Eaque secunda Maximi Collatio est; qua ipse Theodosius, Maximi rationum vi superatus, satisfacturum se jurejurando pollicitus est, tametsi humani favoris aulæque mancipium, obnitente imperatore, hincque gravius in Maximum commoto, nedum non emersit, sed ut judex etiam contra Maximum iterum in urbem revocatum sedit: homo scilicet non omnino humanitatis rectique sensus expers, sed nulla constantia nimisque ἀνθρωπάρεσκος. Imperitum pene satisque rudem arguunt disputata illi cum Maximo; nec video qua veritate *omnium ejus sectæ doctissimum*, vir doctus pronuntiaverit, eoque ipsum elogio ornandum putaverit.

Placet P. Jac. Sirmondi conjectura, quam, præter dicta, alia plura confirmant, esse habitam primum hanc in palatio Collationem, Martino adhuc superstite, ac Eugenio Ecclesiam Romanam administrante, cujus legati in Actis significentur, non [ciii] successoris Vitaliani. Proinde non Christi anno juxta Baronium 657, sed 654, vel certe 655, nisi forte aliquanto ante. Nec refert quod de Saracenica Ægypti invasione refert card. Baronius ex Theophane Heraclii anno 26, ex quo additis annis 22, qui in Actis significantur, pervenitur ad Christi annum 657. Longe enim ante Saraceni Ægyptum vectigalem fecerant, stipulante cum eis Cyro patriarcha: majoresque Heraclii copias ad jugum illud excutiendum necessarias habebat; quibus destituta, ac negato censu sub quo Saraceni pacti erant, in eorum statim potestatem venit. Adde Theophanem perturbate nimis res referre, nec raro plurium annorum res unius angustiis cogere; cui nec ubique consentit illustr. *Annalium* pater, ac ne tunc quidem, cum is rite (perinde ac sanctus Nicephorus aliique) annos 12 sedis Petro assignat, intra quos lusa tota Maximi et sociorum tragœdia; duorum ipse annorum angustiis concludens, ut sequentes Thomam, Joannem et Constantinum, VI synodi suffragio Catholicos, nihilque fidei adversum molitos, hæreticos habeat ac Maximi persecutores. Sic itaque liberius et quasi ex tripode: *Corrigenda hæc omnia, cum duobus*, inquit, *tantum annis ei Ecclesiæ præfuisse legatur*. Ego, pro mea hebetudine ingeniique crassitie, certiores istis tabulas et Baronianis, quibus legam, anquiro.

Proclivius fuisse ut Maximus simplex monachus caperetur, ac quo adversariis collibitum esset abduceretur, quam ut ipse summus antistes Martinus, levis conjectura est, ut illo prior captus sit, aut ante illum longiori addictus exsilio. Potuit persecutor ipsum primo caput petere, quo submoto, facile erat minores alios, aperta etiam vi, invadere: cum, ea præeunte, inutiles pene in Martino, cujus erat par causa, futuræ essent insidiæ. Sic, majori specie probabilitatis, Theophanes nosterque biographus multos cum eo Occidentis episcopos Constantis tyrannidem aiunt expertos; velut scilicet quadam appendice illatæ eidem persecutionis, cujus pro sedis prima dignitate potiores partes exstitissent in Romana synodo. Etsi ipsa hæc persecutio Occidentalium episcoporum conjectura magis niti videtur, quam certis ullis æqualium monumentis, ut ad Vitam fusius probavimus et excepimus. De Maximo, ut citius caperetur, ac vel statim atque Martinus aut illo prior, peculiarior illa ratio, quod is peregrinus monachus et Constantinopolitanus totum Occidentem, ipsumque Martinum, in suos Constantinopolitanos commovisse ac commovere putaretur; ac vel maxime in causa fuisse illatæ eis notæ hæreseos, synodi Lateranensis decreto. Quamobrem gloriabantur, illo ablato, statim Romanos illis visos consentire; viso scilicet paulo mollius agere Eugenio (in quem eo nomine aliquando incanduisse Romanos, auctor Anastasius) ac qui sub id tempus Constantinopolim (absque communicatoriis tamen) apocrisiarii missi fuere, quorum mentio in Actis est.

Ad Petrum ut sequentia, Theodosii scilicet Bizyam missio, revocatio Maximi in urbem, subindeque gesta omnia in ipsum ac discipulos, sic ad Paulum spectent, prima ad eam adductio, collatio sive auditio in palatio, decretumque exsilium Bizyense, nempe Pauli genio proximum, quod ita gestum in Maximo, ut exsilio duntaxat, eoque paulo mitiori multaretur. Sic enim in Martino, durius eum habitum a Constante questus, a morte aliisque ultro cruciatibus inferendis deterruit. Auctoris verba sunt, qui de ejus exsilio ad Occidentis et Africæ orthodoxos graviter scripsit: *Sequenti die abiens imperator ad patriarchium visendi gratia patriarcham (proximus enim erat morti), narravit ei quæ consummata sunt in sanctissimum virum. Ingemiscens vero Paulus, et conversus ad parietem, dixit: Hei mihi! et hoc ad abundantiam meorum judiciorum actum est. Percontatus autem ab imperatore quamobrem hoc dixerit, respondit: Numquidnam, Domine, non est mirabile talia pati pontifices? Tunc attentius adjuravit imperatorem, sufficere ei in his quæ passus est, nihilque amplius sustinere*. Sunt hæc nonnulla ad conjecturam, ut credatur Maximi illa prima auditio facta, Paulo adhuc patriarcha, atque adeo ante Martini exsilium, siquidem ante illud jam Paulus extreme laborabat; sive ante, sive post Martinum, in urbem

addnctus est, haud tamen firma, cum liqueat primum Paulum in orthodoxos aperte desæviisse; nec tam lenitatis studio, quam depellendæ a se infamiæ causa ex cœpta persecutione, qua tantus antistes sic indigne habitus esset, illata ei sic atrocia supplicia moleste habuisse, ac sequentia mortemque inferendum deprecatum esse.

Firmum vero, ni me fallit conjectura, quod sequenti Sabbato, repetita in palatio Collatione, de duobus patriarchis semel et iterum ab auctore insertum est, qui præsentes exstiterint, ac, ecclesiasticæ gravitatis simulacro, nihil sibi ut loquerentur indulserint. Ipsum enim hoc, quod nullo addito, duo patriarchæ dicantur, plane significatur fuisse ambos loci patriarchas et episcopos; ac præsertim liquet ex articuli adjectione, συνελθόντων καὶ τῶν δύο Πατριαρχῶν. Nostris, quorum lingua, in articulis maxime, Græcis affinis, *Les deux patriarches s'y étant aussi trouvés*, ut certos auctor velit : sitque valde rudis, quod cætera minime præferunt, si cum urbis patriarcha, alterius sedis patriarcham, puta Alexandrinæ aut Antiochenæ, ea loquendi forma subnotavit. Nec Morinus phrasim Græcam satis expressit, dum reddit : *Cum duo tunc patriarchæ adessent.* Ita enim dicas, vel si nullus Constantinopolitanus, sed quivis alii duo patriarchæ fuerunt. Videor mihi paulo pressius reddidisse : *Convenientibus etiam ambobus patriarchis;* magis enim vox illa certos duos significat. Duos autem ejusmodi patriarchas nullos ea ætate aspexit Byzantium, præter Paulum et Pyrrhum; quorum alter sedem obtinebat, alter non satis canonice amiserat, ac Romæ patriarchæ honore a Theodoro papa exceptus fuerat; cum ipsi aliisque Romanis pontificibus, Paulus potius incubator alienæ sedis, quam ejus vere antistes audiret. Sustinebat tamen Pyrrhus, ut saltem. Paulo exstincto, præter dignitatem quam retinuerat, aliorum more sic vi ejectorum, velut Germani, Nicephori, Ignatii, etc., etiam sedem usumque potestatis reciperet; quod ita factum, ubi Paulus brevi post vivis excessisset.

Baronius haud apte satis : *Quorum alter Constantinopolitanus episcopus Thomas fuit, qui hoc tempore illi Ecclesiæ præerat.* At longo post tempore præfuit, vel si ultro, quintadecima illa indict. habitam [civ] hanc Maximi extremam auditionem daremus, producta Petri sede, probatorum omnium auctorum testimonio, ad annos duodecim, ut tactum modo, atque in meo Monothelitarum hæresis *syntagmate*, accuratius deductum; excepto absurdo jam enucleato, quod nullus Thomæ collega patriarcha Constantinopolitanus assignari possit, cum sic binos textus ille petat. Clamor ille cujusdam clerici in Maximum, Ἀπέδωκέ σοι Κύριος, ὅσα ἐποίησας τῷ μακαρίῳ Πύῤῥῳ, cum adjuncta postmodum observatione, Τοσούτων δὲ λαληθέντων ἐν τῷ σεκρέτῳ οὐδεὶς οὐδὲν τῶν Πατριαρχῶν ἐφθέγξατο, *Reddidit tibi Dominus omnia quæ fecisti beato Pyrrho. Cumque tam multa in secreto* (seu aula palatii) *dicta fuerint, neuter quidquam patriarcha locutus est;* non levi indicio sit, ipsum ibi consedisse Pyrrhum, cui ut adblandiretur, verba hæc clericus extulerit, ac cujus modestiæ et velut ἀπαθείας larvam, silentii hac notatione, auctor insinuare voluerit. Unum certe ex præcipuis accusationis Maximi capitibus, erat illa putata Pyrrhi vexatio, de qua ipsa inquisitus Maximi discipulus Anastasius, et quidem eo nomine cæsus duriusque habitus, quod sedata, pro monachi ratione, voce *magistri* in Pyrrhum observantiæ ac officiorum testis exstitisset, non injuriæ quam ex illo exquirebant sycophantæ. Nimirum in Maximum ac illatam vim rejiciebat canis ad vomitum reversus, quod Romam adiisset, ac Theodoro pontifici libellum obtulisset. Sic auctor auditione quæ ante dies paucos præcesserat; adeoque nihil hic quidquam inconsone dictum, cum mirantis specie neutrum quidquam patriarcham dixisse perhibetur.

Denique illa Troili patricii verba (qui ipse unus ex præcipuis Maximi judicibus fuit, nedum prima hac illius auditione in secreto, sed et altera, cum is iterum Bizya in urbem reductus esset; quique in Martino vix quidquam sacellario impar exstitisset, atque ex illo Romæ gesta omnia in damnatione typi certo certius nosse potuisset, Ποῦ ἀνεθεματίσθη; *Quonam loco typus anathemati subjectus est?* exque subjecta Martini responsione, Ὑπὸ τῆς συνόδου Ῥώμης, εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Σωτῆρος καὶ εἰς τὴν Θεοτόκου· *A synodo Romana id factum, in ecclesia Salvatoris ac sanctæ Dei Genitricis :* haud levi indicio sunt, præcessisse hanc auditionem Martini judicium; uti etiam quæ paulo ante in superiorum dierum collatione exstant, Ἀκούσας δὲ ὁ κῦρις Τρώϊλος ὅτι ὁ Τύπος ἀναθεματίζεται εἰς πᾶσαν δύσιν· *Audito typum anathemati subjici in toto Occidente.* Plane enim novam hæc auditionem indicant, nec ita, Martini causa plene discussa Constantinopoli, vel judicibus ipsis pervulgatam; tametsi jam ille Roma abreptus fuerat, διωχθείς, ut bene Maximus, non καθαιρεθείς. Anastasius reddit, *Expulsus, non depositus :* vi scilicet ac tyrannide oppressus ac sede exturbatus, non legitime exque canonum ritu exauctoratus.

Ab iis Troili verbis ad Maximum, *Nescis, abba, quid dicas*, etc., Baronii antiquarius haud apte satis, Maximi vere extrema, seu extremum illius secuta judicium, latamque in eos mutilationis, supremique exsilii sententiam, castiganda licentia subnectit; si modo ipse sic habuit, ac viro erudito imposuit. Noster Βιογράφος, Actis inhærens, rite ordinem servavit; ipsamque Maximi ad Anastasium epistolam, de novitate tunc facta, inserit, quam et codex Seguier habuit. Pergitque idem ac recto ordine, Καὶ δὴ ἡμερῶν συχνῶν διαγενομένων· qui illud exsilium Bizyam explicaverit, ac sententiam, qua illi Maximus addictus fuit Baronii codex, prave, qui nullo præmisso, narrationem his prosequendam sic ann. 656 inchoaverit : *Plurimis autem diebus interpositis*, etc., uti Morin. reddidit. Acta ipsa omnium optime, quibus indictio ipsa consignata, nempe quartadecima exiens, mensisque Augusti dies vicesima tertia. Cumque plurimi illi dies exsilii a prima illa in secreto auditione ad hunc terminum intercesserint, nedum non Christi 657, Baroniano computo accidisse illam fateamur necesse est, sed et annos aliquot excuntem illam quartamdecimam indictionem et Christi annum 656 antecessisse, nec longe eam a tempore quo capti Martinus et Maximus, Romaque abducti, excurrisse. Ac certe Actorum verba ipsam primam Constantinopolim nave evectionem non obscure indicant; quam tamen non necesse statim secutam Maximi Roma abductionem. Baronius ipso jam anno 650 isthæc omnia consignat, ex ipso nostro Βιογράφῳ, quem vult ab illis ipsis accepisse, qui Maximi lateri inhærebant. Secus ego, ex eorum scriptis, aut etiam vulgata fama, qui longe Maximo supparem, aut etiam aliquanto remotiorem certis indiciis deprehenderim, ac vero probaverim. Nec hæc pluribus vexanda, ne quasi insultatio videatur, clara adeo rerum gestorumque serie.

Quæ castiganda videbatur Baroniana Morini versione plura omissa, ne modum chartæ excederem, et quod nova ipsa versio, paucaque velut digito marginalibus notulis indicata, sagaci lectori prope sufficiant; ut quod κέλευσιν παρακλητικὴν cum Ἐκθέσει confundit; quod δέησιν omisit illud, Καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, καὶ εὐχὴ ἐγένετο : quod ita reddit, *Et humi reverentia inclinaverunt se invicem*, addita circumstantia orationis, non placet; quæ indicat eam reverentiam ibi ad Deum referri, non ad civilitatis officium spectare : beneque expressit Anastasius, *positisque in terra genibus*, τὸ, ἠσπάσαντο, de cruce sacrisque Libris et imaginibus honoris osculum indicat, piaque veneratione, Græ-

cis admodum consueta; qua τιμητικῇ διαθέσει (ut loquitur Tarasius in VII synodo) res in ordine ad sua prototypa honorant ac colunt. Sic itaque se res habuit. Procubuerunt omnes in oratione; Evangelia, cruces, sanctæque Deiparæ imagines pie osculando venerati sunt; pari scilicet veneratione sacras imagines, ac reliqua sacra pignora habentes: ἰσοδυναμούσας, ut loquitur Joannes presbyter ac sedium Orientalium vicarius. Postremo, ad dictorum fidem, illis manus apposuerunt. Nec aliter feria VI in Parasceve μετάνοια nobis juncta ἀσπασμῷ est, in adoratione venerandæ crucis : cujus omnis honor nobis σχετικὸς est, ad ipsum scilicet qui cruci affixus est; et in ea nostram salutem eo die operatus, relatus Rite itaque Constantinus Cypri episc., VII illa synodo, Patrem (auctorem scilicet Collationis) accepisse ait τὸ ἠσπάσαντο, ἐπὶ προσκυνήσεως· quam Calvinianus candor, nec suæ Eucharisticæ, suoque sensu (ac quod illi non veritas, sed Christi figura est) negare potest. Nec quod episcopus Corinthius,[CV] sic explicata in mundo linteo divina particula, τρὶς γόνυ κλῖναι (quæ est προσκύνησις) Lucam Thaumaturgum jubet, eaque veneratione habere, ut nec manu audeat contingere, quod ritus Latini est perantiqui, nullum ejus cultum divinissimique sacramenti insinuasse, videri debet : quod maxime verum Christi corpus Latina Græcaque traditione, ipse Romanæ ditionis in Græcia non nesciret. Sed hæc alii, aliaque occasione.

Paulo durius videtur, quod reddit Petrus Morinus apud Baronium, de Christo : *Omni perpurgans contracto secundum naturam crimine primorum parentum;* ac quasi illud sic contractum in se natura Christus depulerit : qui sensus esset falsus. Verba Maximi sunt, παντὸς προπατορικοῦ καθάρας κατὰ φύσιν ἐγκλήματος : *Assumpta humanitate, quam ab omni per naturam primorum parentum crimine mundarit.* Quod sic illi a natura debitum esset, quod erat Adami caro : nisi quod, eo ipso quod est Christi, munda est et mundificans et nova creatura, novi Adæ caro, qua abstergatur reatus carnis Adæ veteris, in quibus vitium pro natura inolevit, ut est auctor Augustinus. Anast. pro καθάρας, καθαρεύσας legerit, dum sic reddit : *Ab omni progenitorio secundum naturam crimine munda :* sed et ipse *mundans* scripserit, quod ita in illo depravatum sit : alioqui deberet esse *mundus*. Sed in istis minusculis non libet tempus terere. Sit sua laus viro studioso et erudito, cujus et Epistolæ aliaque Opuscula ac reliquiæ, ex cimeliis nostris ad S. Honorati FF. Prædicatorum vulgat ac repræsentat Mabre Cramoisius.

Postrema auditione facta Rhegii, ubi dicuntur Patritii ascendisse ad Maximum ἐν τῷ κατηχουμενείῳ τῆς Ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς μονῆς· non satis ecclesiastice Morin. *In illius mansionis catechumenio*: Sic passim Calviniani, qui sibi parum Græcari videntur, si communi voce reddant, κατὰ τὸ πρόχειρον, quod omnis retro antiquitas ecclesiastica consecravit, ut μονὴν, quo ibi sensu usurpatur, peculiarius monasterium diceret. Quodque ibi μονὴν, paulo superius τὸ εὐαγὲς μοναστήριον· in cujus Ecclesia erat illud catechumeneum, non bene illustr. *Annalium* Patri intellectum; dum glossat : *Nempe ubi catechumeni instrui solerent.* Nulli apud monachos catechumeni, qui instruendi essent, quorum cura monachis non attinebat, sed Ecclesiarum, quæ communes essent (i. parochiales) presbyteris et præpositis. Quorum etiam locus, non illa catechumenea erant, sed narthex et πρόναος, seu inferior templi pars, extra septum communium fidelium et laicorum, ubi divinas lectiones audiebant, donec dimitterentur ante missam fidelium. Errant igitur κατηχουμενεῖα et κατηχούμενα, quædam velut cœnacula vastum ecclesiæ sinum exterius circumjacentia, et in illum fenestris clathrisque interpositis undequaque prospectum habentia, mulieribus maxime addicta, iis in ecclesiis, quæ erant communes; hinc Latinis dicta Matronea. Leon. Novel. 73 : Φημὶ δὲ τὸ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ὅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος *κατηχούμενα* καλεῖν ἔγνω, συνοικεῖν τινὰς γυναιξίν : *Quosdam nimirum in ecclesiarum cœnaculis, quæ vulgo* catechumena *vocant, cum mulieribus commisceri.* Exstat locus egregius in Vita S. Basilii Amphilochii nomine, de diacono ventilante, illo sacris operante, qui in mulierem κατακυπτούσῃ ἐκ τῶν ἄνω, *e superioribus prospicientem*, oculum lascive defixerat : quo deprehenso, sanctus Antistes confestim βῆλα κρεμασθῆναι ἐκέλευσεν ἐν τοῖς κατηχουμένοις, διαστειλάμενος ταῖς γυναιξὶν, ὡς ἄν τις ἔξω τῶν βήλων ὀφθῇ διακύπτουσα, τῆς θείας λειτουργίας γινομένης, ἐξωθεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας καὶ ἀκοινώνητον μένειν· *Vela appendi jussit in catechumenis; interminatus mulieribus, si qua extra vela prospectare intra rem sacram deprehensa esset, ecclesia expellendam esse ac excommunicandam.* In virorum monasteriis, hæc catechumena ipsis monachis erant addicta, vel etiam si qui ad illos amici confluerent, vellentque inde divina quietius audire, sive alia secretius tractare, velut fere in diaconico locisque aliis ecclesiæ adjacentibus, quibus sua sanctitas erat, non tamen tanta, quanta ipsius ecclesiæ ; ut et quidam in communium ædium usum verterent, quod tamen interdictum, ac præcipue congressus maritalis, ut liquet ex Leon. Novella citata. Joan. episcopus Citri in Resp. Κολάζει καὶ τοὺς ἐπιτρέποντας τὴν εἰς τὰ κατηχουμενεῖα κατοίκησιν. Meursius perinde lapsus, quod putavit locum sic dictum, *quod illic catechumeni starent, et quod tabulæ catecheticæ illic asservarentur :* quanquam non inficiandum extremis temporibus, antiqua illa Ecclesiarum disciplina mutata ac pene abolita, ipsa catechumenea narthecis loco habita esse. Sic refert Leo All. de narthece ecclesiæ veteris ex Simeone Thessalonicensi, *Opusc. contra hæreses :* Ἐξάγονται μὲν οὖν οἱ κατηχούμενοι, ἀλλὰ καὶ οἱ παραπεπτωκότες μετὰ τὸ βάπτισμα. οἱ Θεοῦ ἀρνήσει περιπεσόντες, ἢ αἵματι χρανθέντες ἀδελφικῷ, φόνον ἐργασάμενοι, ἢ καὶ ἕτερά τινα πεπραχότες τῆς κοινωνίας ἀπείργοντα· οἱ δὴ πάντες ἐξωθοῦντο πρότερον, τῶν κατηχουμένων ἐξερχομένων. Νῦν δὲ διὰ τοὺς διωγμοὺς καὶ συνεχεῖς περιστάσεις, οὕτω τῶν πατέρων καλὸν εἶναι λογισαμένων, κατηχούμενοι μὲν καὶ ἀρνησάμενοι καὶ φονεύσαντες ἐξωθοῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ βάπτισμα μόνον κεκτημένοι, ἀφίενται, ἰδίᾳ τῆς μετανοίας αὐτῶν παρὰ τῶν Πνευματικῶν Πατέρων ἐνεργουμένης. Οὗτοι οὖν οἱ ἐξωθούμενοι περὶ τοὺς νάρθηκας ἵστανται, ἢ καὶ ἐν τοῖς κατηχουμένοις, τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐκτελουμένων. Νάρθηκες δὲ λέγονται, ἤτοι τῶν ναῶν ἀρχαὶ καὶ κατηχουμενεῖα. ἤτοι τῶν κατηχουμένων ὁ οἶκος. Ἃ καὶ διὰ τοῦτο ἐπενοήθη, ἵνα καὶ οὗτοι δι᾽ ἀκοῆς καὶ ὁράσεως μόνης μετέχωσι τῶν θείων· καὶ διὰ τῶν χειλέων δὲ καὶ τῆς γλώττης ὁμολογῶσι τὴν πίστιν, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα ᾄδωσιν· οὐ κοινωνοῦσι δὲ τῆς στάσεως τοῖς πιστοῖς, οὐδὲ τῆς εὐχῆς· ἀκοινώνητοι γὰρ καὶ διϊστάμενοι ἔτι. Εἰ οὖν τῆς ἐν τῇ λειτουργίᾳ στάσεως καὶ εὐχῆς ἀνάξιοι, πολλῷ γε μᾶλλον τῆς φρικωτάτης κοινωνίας. *Educuntur itaque catechumeni; sed et ii, qui post baptismum lapsi sunt, qui nimirum divinam fidem ejurarunt, vel qui fraterna cæde, homicidii rei, impiati sunt, sive etiam qui alia quædam perpetrarunt, quorum multa qui sunt de Ecclesia, a communione arcentur. Hi scilicet omnes prius ejiciebantur, exeuntibus catechumenis : nunc vero propter persecutiones et frequentes rerum turbas, id ita Patribus commodum judicatum, ut catechumeni, apostatæ et sicarii expelluntur; reliqui autem, baptismi duntaxat munus consecuti, dimittuntur, Patribus spiritalibus eorum seorsim pœnitentiam procurantibus. Igitur qui expelluntur, in narthecibus consistunt aut etiam in catechumenis, dum tremenda mysteria peraguntur. Nartheces porro dicuntur sive templorum aditus et catechumenea,*

sive catechumenorum domus. Quæ et ideo excogitata [cvj] *sunt, ut et hi auditu tantum et aspectu divinorum fiant participes : sed et labiis et lingua fidem confiteantur, et pietatis verba concinant ; nec tamen pariter cum fidelibus stent aut orationem habeant; quippe qui adhuc a communione semoti ac separati exsistunt. Igitur qui indigni sint ut inter rem sacram stent ac orent, potiori longe ratione ut summe tremendam communionem percipiant.* Sed hæc omnia novæ disciplinæ, nominumque distractio : *Sic omnia temporis ludibrio cesserunt*, ait graviter Allat.

Τοὺς προβεβηκότας τῶν βάνδων. Anast. *Primores bandorum*, quod æque obscurum Morin. *Primores e clero*, cui non assentior. *Banda* enim teste Suid. signa militaria sunt, ipsique ordines sub illis militares. Miserit itaque prætor sive legatus, provectæ militiæ viros, inque ordinibus primos et centuriones, adjunctis presbyteris et diaconis, religiosisque signorum custodibus, συγνοφύλακας· qui ipsi ad ecclesiasticum ordinem attinere videntur. Explicatis fortasse vexillis solemnique Ecclesiæ pompa ad eum itum. Tametsi enim vinctus erat et imperatoris potentia oppressus, maxima tamen erat ejus nominis claritas ; nec minoris res erat, depulsio criminis blasphemiæ in sanctam Deiparam, quæ non depulsa, tum Maximo præsens esset vitæ discrimen, tum vulgo fidelium gravis offensio et animorum labes.

Fuisse catholicos hosce clericos, indicio sunt illa eorum in Maximum confessorem officia, ubi sanam ejus fidem erga sanctissimam Deiparam deprehendissent; verbaque illa quibus illi bene precati sunt, et ut Deus vires in certamine præberet, ac cursum sine offensione concederet. Quin et legatum catholicum arguit, illa ejus ad Maximum, hominem iterum exsilio damnatum aulæque exosum honoris specie tanta pompa legatio; cujus, ut par est, nec nomen nec merita eum laterent : ejusque forte invidia, domesticus ille prætoris, procul e castris Maximum abripi jussit, non solum metu, ne aliqua militum coitio fieret propter ipsum, cujus verbis libenter animum auresque accommodarent. Erant orthodoxi hi ipsi, qui Martini res, qui Maximi scripsere, qui Anastasii Apocrisiarii ; ne dicam Euprepium, Theodosium et Theodorum, etiam martyrio consecratos : ne item episcopos atque monachos, ad quos Maximus Anastasiique e carcere (extremo etiam exsilio) scribebant; ac quorum fidem operamque laudabant, ut non facile acquiescam ill. *Annalium* Patri, dum ex reliquorum silentio vel ignota persecutione, unicum hoc semen Maximum ambosque Anastasios relictum Orienti auguratur ; *quibus tantum, et non aliis* (*quod sciatur*) *fides tunc splendere visa sit*. Magistros sane et omnium duces, in quos præcipue cuncti per Orientem fideles aspicerent, ac quorum constantia firmarentur; haud eam inficias ; quos Epiphanius patricius paulo ante διαστρέφοντας vocavit; *perversitate ductos*, seu qui pervertcrent ac depravarent, quam sibi aula clerusque Constantinopolitanus novam fidem hæretico spiritu fecerant; id est, qui avitæ orthodoxæ fidei tenaces essent; quos non ita paucos (imo nullos, veluti Baronius) existimabat, sed Orientalium Græcæque Ecclesiæ partem non contemnendam, quos, totumque Occidentem uniendos Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Maximi unius cedentis exemplo, ariolabatur. Nec aliter tyranni paulo mitiore usuque frequente persecutione gentilium, unum alterumve fidelium omni tormentorum genere a fidei constantia dimovere conabantur, cum innumeri fideles essent; nulli Baroniano calculo ; puta Mediolani, cum ibi passi Gervasius et Protasius, tandiu ante fundata Ecclesia Mediolanensi Barnaba apostolo; nulli Aginni ac Nitiobrigibus meis, cum vel Vincentius, vel Capralius aut Fides, virgo, Diocletianeis ipsis temporibus nobile certamen gesserunt. Nec aliter Valentiæ, Emeritæ, Barcinone, cum Vincentius (facta etiam vitæ indulgentia seni Valerio urbis episcopo) cum una alteraque Eulalia, Daciano præside martyrium fecerunt. Aliter igitur solers, acrique ingenio historicus inde conjiciat; summos esse ac quasi gregis arietes, quos ita singulares, vel certe paucos, furor tyrannicus petat; quibus desideratis, omnes magistri ac duces videantur sublati, quantumvis plures supersint eorum æmuli, non tanta claritate aut illis comparandi. Quo et spectat luctus ille auctoris Hypomnestici, sublato postremum Anastasio Apocrisiario, velut jam omnibus ablatis magistris; qui scilicet ea libertate aut etiam vi, orthodoxam fidem per Orientem vindicarent. Cujus etiam illa claritas erat, ut exsecta lingua expedite loquens, fidei lumen ab extremitate qua exsul agebat, late spargeret, ejusque scintillam in fidelium per Orientem reliquiis conforeret.

—

AD MAXIMUM PRO ELOGIO.

—

Sancti Maximi Elogia hic loci colligenda forent, sive etiam notis aliis præmittenda, si illa essent quæ pauci certoque aliquo numero auctores prosecuti essent. Quod vero, qui deinceps a Maximo viri laudati (præsertim Græci) de Christo, aut Deo scripserunt, vel etiam ascetica, et quibus ad pietatem mores formentur, sive etiam quibus per alta speculationum mens diffundatur, Deoque proxime atque divinis uniatur, Maximum aut diserte laudaverunt, aut sibi patronum asciverunt, suaque divinis illius sensis ac sententiis locupletarunt atque firmarunt, unamque illum ac maximam amussim dogmatum habuerunt; nec privati duntaxat, sed ipsi Ecclesiæ universæ cœtus ; superfluum pene videretur atque molestum hic in eum præstare, quod in aliis, qui minoris sint claritatis, nec tantæ auctoritatis, necessariæ atque proclivis, in rem lectoris, insinuationis exsistit. Nec forte aliud voluerit antiquarius ille CL. V. ac eruditissimo Emerico Bigotio nuper in Italia visus, dum in rem maxime litterariam instituta eo profectione, quidquid in urbe, aliisque Italiæ locis librorum supellectilis est, sagaci indagine rimatur ; quibus ita loquitur : *Id nimirum Græcis esse Maximum in theologicis, quod Thomas Aquinas Latinis*. Addam ego nullo præjudicio, majus aliquid, quo et antiquior aliquot sæculis est (nec ita paucis) minoresque æmulos intra ipsa Ecclesiæ septa passus est ac domesticos fidei ; nam hæretici et allophyli perinde utrumque dejectum, iri, aut sibi conciliatum voluerunt. Ut enim Bucerus : *Tolle Thomam, et dissipabo Ecclesiam ;* sic judices in Maximi [cvij] Actis, quæ repræsento, robur omne Catholicorum in uno Maximo ita statuerunt, ut eo communicante throno Constantinopolitano (Monothelitis scilicet hæreticis) fore neminem, qui non ei communicaret, serio profiteantur ac sibi augurentur; nec in Græcia modo Byzantiique throno subjecta diœcesi, sed et Romæ, sed et toto orbe Christiano.

Sed nec quod ludit alter antiquarius Regio cod., n. 2962, libet omittere. Ejus copiam fecit vir perinde eruditus ac scriptis notissimus D. Du Cange Quæstor Regius Ambian. Est Lexicon Græcum ms. ubi sic : Φιλαυτία, ἡ τοῦ σώματος ἄλογος φιλία· τὸ φίλαυτος καὶ ἡ φιλαυτία, παρ' οὐδενὶ τῶν ἐλλογίμων. Οὐκ οἶδας τί λέγεις, ἄνθρωπε. Τίς γὰρ ἐλλογι-

μώτερος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἢ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Φιλαυτία, *corporis amor extra rationem. Hæ voces. φίλαυτος καὶ φιλαυτία apud nullum exstant purioris linguæ eruditum. Nescis, homo quid dicas. Quis cum purioris linguæ magisque eruditus magno Basilio, aut sancto Maximo?* Vocis explicatio, tota Maximi est, illique frequens, in quo nuper ludebam cum R. P. M. Nicolai ejus me vitii insimulante, ac quod φίλαυτος essem, retinendo quod in exemplari S. Thomæ magis placeret, quam quod in Hilarii textu edito; rogabam, num Maximi sensu, an magis Suidæ, cui φιλαυτία, ὑπερηφανία; quod proclive superbi, qui sui amantes. Basil. *Regul. brevior.* inter. 54, φίλαυτος est, qui ita se animo vel corpore diligit, ut proximo indigenti officio desit: ex quo Maximus acceperit, alterique membro (quod est notius) peculiarius addixerit, ut quasi amorem pecuinum velit. Potuit, qui sic vellicat Lexicographum, etiam Arist. adducere, qui ipse utraque voce utitur *Rhet.*, l. I, et *Eth.* IX. Quod vero ad Maximi laudem facit, hoc est, quod is magno Basilio adjungit, parique auctoritatis gradu ad vocem Græcia donandam ejus suffragium arcessit. Basilium autem ac Gregorium ipsi quoque admirati sophistæ, et qui sæcularis eloquentiæ gloria primi essent.

Ipse Maximus, quandoque etiam quæ sunt aliorum sua facit, suisque inserit. Sic Marci, eremitæ, capita aliquot νηπτικὰ, ejus inserta theologicis, ut et Diadochi. Scholia etiam in Dionysium non ejus unius sunt; sed quandoque unus et alter illorum auctor, quod et alii operam contulerant (velut Dionysius, rhetor Alexandrinus) aut etiam eum subsecuti sunt: tanta tamen Maximi in eo opere gloria, ut ejus unius nomine vetustis omnibus codicibus librisque consignatum sit. Sic autem Maximus in iis quæ a se promit, veteres consectatur, ut illorum spiritu plenus, non ex illis quasi centones, ut pene scholastici, faciat, ac quasi electa referat, sed vere se ipse auctorem magistrumque ostendat, sententiasque velut oracula elimate omnino certissimaque veritate ac summa subtilitate suæ fabricæ proferat; ubi etiam planior, nec stylus perplexi aliquid habere videtur, aut sententia ardui: ut et ipse admonet in Prooemio ad capita de charitate ad Elpidium, quæ illius omnium purissima Photio existimantur; ac quibus plane gemina, quæ repræsento alia, ex Vaticana bibl. accepta, in quibus perinde nihil allegoriarum (quibus alias non raro molestior Maximus) nullæ verborum ambages aut hyperbata, sed puro simplicique stylo altissima sententia. Sic ubique depurgatissimum attentumque animum ac sagacem exigit Maximi lectio: utque in se, plane etiam interprete; ac si quis ipse a se illius Græca adire non potest: in quibus me consenuisse, haud grave habeo, ascriboque Providentiæ, ut paulatim mihi tantum fetus adolesceret, nec præcox videri posset ac immaturus: quod certe futurus erat, si vel mihi, vel illustrissimo Galliæ clero, bonæque memoriæ Carolo de Monchal archiepiscopo Tolosano, prima vota favissent. Nunc, Deo auspice, favebunt, sic aucta, sic cumulata, ut amplissimi ordinis nullus gradus, nulla dignitas desit, faveantque eximie, ut prospere satis Græcorum theologo Romani Latinique ditentur, quos ipse homo Græcus Maximus fatetur diligere Collatione hic cum principibus ὡς ὁμοπίστοις.

Eodem sensu de altissima Maximi sapientia, Anna Comnena Alexiad., l. V, ita disserit, ejusque studiosissimam Irenen Matrem deprædicat; qua, viroque auctoribus, sic Byzantii litteræ refloruerint: Μέμνημαι τῆς μητρὸς καὶ βασιλίδος, πολλάκις ἀρίστου προκειμένου βιβλίον ἐν χερσὶν φερούσης, καὶ τοὺς λόγους διερευνωμένης τῶν δογματικῶν ἁγίων Πατέρων, μάλιστα δὲ τοῦ φιλοσόφου Μαξίμου καὶ A μάρτυρος. Ἐσπουδάκει γὰρ οὐ τοσοῦτον περὶ τὰς φυσικὰς συζητήσεις, ὁπόσον περὶ τὰ δόγματα, τὴν ὄντως σοφίαν καρποῦσθαι βουλομένη· καί μοι πολλάκις θαυμάζειν ἐπῄει, καὶ θαυμάζουσα ἔφην ποτὲ πρὸς αὐτήν· Πῶς αὐτόθεν πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἐπέβλεψας; Ἔγωγε τρέμω. καὶ οὐδ' ἄκροις ὠσὶν ἀποτολμῶ τούτων ἐπαΐειν. Τὸ γὰρ πάνυ θεωρητικόν τε καὶ νοερὸν τοῦ ἀνδρὸς, ὥς φασιν, ἴλιγγον παρέχεται τοῖς ἀναγινώσκουσιν. Ἡ δὲ μειδιάσασα ἔφη· Ἐπαινετὴν οἶδα τὴν δειλίαν ταύτην· καὶ οὐδ' αὐτὴ ἀτρέμας ταῖς βίβλοις ταύταις πρόσειμι· ἀλλ' ὅμως ἀποσπᾶσθαι τούτων οὐ δύναμαι. Σὺ δέ μοι μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐγκύψασα βίβλοις πρότερον, καὶ τῆς τούτων ἀπογεύσῃ ἡδύτητος. Ἔτρωσέ μου τὴν καρδίαν ἡ τῶν ῥηθέντων μνήμη, καὶ ὥσπερ εἰς πέλαγος ἄλλο διηγημάτων ἐμπέπτωκα. Ἀλλά με θεσμὸς ἱστορίας ἀπείργει· *Memini matris atque Augustæ, cum sæpe mensa posita, librum manibus teneret, sanctorumque Patrum tractatus dogmaticos diligentius rimaretur,* B *ac potissimum quæ nobis Maximi philosophi atque martyris monumenta exstant ac lucubrationes. Studebat enim, non tam ut naturalium quæstionum intelligentiam assequeretur, quam ut dogmatis animum excoleret, cui constitutum esset, ut veræ sapientiæ fructum perciperet. Subiitque mihi sæpius mirari; ac mirans quandoque ad eam dixi; quomodo sexu hoc ac ingenio in tantam altitudinem oculos sustulisset? Ad me sane, aiebam, quod attinet, tremore afficior, nec vel summis auribus isthæc audire audeo. Maximi enim contemplationum sensorumque vis immensa ac subtilitas, vertiginem quamdam, ut aiunt, legentibus affert. Ad hæc illa leni risu: Hunc, inquit, metum haud laudis expertem novi; ac nec ipsa nullo succussa metu sicque æquabilis hosce libros adeo: nec ab eis tamen avelli sustineo. Quin tu mihi paulisper exspecta, et ubi prius libris aliis operam navaveris, horum quoque suavitatem gustabis. Percussit mihi cor dictorum memoria, et quasi in* C *aliud narrandarum rerum pelagus incidi. Sed cohibet ac revocat me lex historiæ.* Hæc mihi ipse ex Anna, mea vena, ludebam; ex qua, matreque velim Maximum adire discant, qui ejus pridem desiderio anhelant, tandiuque dilati moras increpant, ne si ἀνίπτοις ποσί, quod aiunt, sordidisque auribus adeuntes, ejus satis lumina non tulerint aut ad illa assurrexerint, non magis ejus corusco, aut etiam interpretis offusæ nubi, quam mentis suæ non satis excultæ atque purgatæ ac exercitatæ (cviii) divinioribus sensis aciei dederint.

Qui feliciore nisu Maximum adierit, altaque contemplationum, illo duce ac auspice, felicius tutiusque pervolaverit, Joanne Cyparissiota (qui inde Sapientis appellationem traxit) neminem novi. Exstant illius Decades, Francisco Turriano S. I. interprete, etsi Latine solum editæ: quibus divinissime, secundum Maximum, Dionysii doctrinam enucleat, libro de *Divinis nominibus*, cavetque barathra atque aperit, in quæ illius vocum D affectata majestas propeque Platonica, vel maxime Gregorium Palamam impulit; et ut inde Deum sibi compositum, in quo aliud reipsa substantia et natura, aliud ἐνέργεια, et quæ nostri Operationem vocant et Attributa: quem ipsum errorem alia idem egregia spissaque lucubratione elisit: exstatque in biblioth. Regia: cujus ipsius unum et alterum λόγον, ut vocat, et in quos partitur quæ vocat βιβλία (id est libros) Auctarii mei novi tomo altero repræsento, quasi suppetias meo Calecæ adversus impurissimam Palamitarum hæresim; quo suum lector quovis modo interim soletur desiderium dum cui aliquando facultas sit ac voluntas, ut omni illa lucubratione (quæ una grande volumen repleret) rem litterariam ac Christianam ditet.

MONITUM

IN QUÆSTIONES AD THALASSIUM.

Ut primum hunc locum, inter Maximi opera, his ad Thalassium Quæstionibus in Scripturam darem, fecit ipsa majestas operis, in quo sic desudavit Maximi opera, ut non satis habuerit, rem semel exsecutum esse, sed et secundis curis, scholiorum longa serie ac pene continua, a se semel dictata, illustranda putaverit; quæ ipsa ubique jungi, et e regione poni, eorum, quibus illustrandis edita sunt, ut simul utraque legantur, vir sanctus serio monet et obtestatur Præfatione sua ad dicta scholia, ipsa post prolixam ad Thalassium præfationem, p. 13, a me repræsentata; cujus voto partim facio satis, dum hæc scholia non longius traho, sed ad finem cujusque quæstionis appono, adjectis etiam ad margines (inter parentheses) notis numeralibus, quibus lector statim advertat, quo quodque scholium spectet, quidve ejus quod textus rationem habet, potissimum explicet. Fecit hæc scholiorum frequentia et prolixitas, ut pene a notis supersedendum duxerim, ne frustra scholia scholiis cumulare viderer, eoque actum agere : quod præcipue Maximi hic methodus longiores notas non poscat, cum vix unquam Scripturam ad litteram explicet, sed mystico et spiritali sensu, qui proprius Maximo est, ipse illi plerumque lepidus pro ipsius ingenii solertia cum pari pietate conjuncta : quo eum nomine laudat Photius, harum omnium Quæstionum titulos exacte referens ; sed bene actum nobiscum, quod multi probatique codices ipsum nobis integrum opus servaverint; præter Regium, ipsum satis accuratum, etsi minutissimis ei sæpe breviatis ac pene fugientibus litteris exaratum, et quo primum descripserat Aubertus, plerisque ac præcipuis partibus mutilum, nullisque scholiis illustratum, quale et edere ipsum puduit, cum et rem animo destinasset, et urgeret illustrissimus ac reverendissimus archiepiscopus Tolosanus Carolus de Monchal, ipse eruditus eruditorumque pius fautor ac Mecænas; per quem primum in manus meas venerunt, quæ is Maximi ex codicibus Regiis (quorum duntaxat habuerat copiam) describenda curaverat : mea unius in eam rem futuri vaticinio quodam ac tandiu mihi producendæ ætatis Dei munere, electa industria; cujus ipsius in me voti testandi reus, hocce libens, quo licet (velimque ære perennius) testor monumento.

Non hic ergo fusiores a me quærendæ notæ, sed ipse Maximi textus, ejusque scholia, diligenti versanda opera; nec semel, sed et iterum sæpiusque legenda, si quis ejus altos sensus assequi velit, ac viri ingenio delectari. Qui enim ipse in se subtilia etiam Græcorum ingenia, ac multiplici eruditione conferta hyperbatis implexaque oratione fatigat (cujus rei testis locupletissimus, in ejus censura, Photius) quid non fecerit in interprete, si modo fidei, quam quæsitæ claritatis (quæ nec claritas fit, elabente per eam sæpius auctoris sensu, alioque et peregrino, nulla fruge, illi substituto, dum unam periodum magni theologi in multas partiuntur ἀμύητοι homines, aliaque in eo sibi indulgent velut explicandi causa, non satis ex interpretis munere) majorem rationem habuerit? Magna ubique Maximi ἀκρίβεια ac exactitudo, sive dogmata tradit, sive spiritales sensus suos prosequitur, et θεωρίας, quas vocat, quibus non sic ἀλληγορεῖ, ut hunc unum velit Scripturæ sensum, ipsamque ejus litteram (quo nomine passim ἀλληγορῶν reprehensus Origenes), sed quo probati plerique Patres Græci et Latini, integra littera ejusque nativo sensu, sic feliciter in Scripturis ludunt, et, ut auctor est August, quasi ex favis mella exsculpunt. Videndus Severianus *Περὶ κοσμοποιΐας*, ubi eleganter, quæ utriusque allegoriæ sunt, exponit, alteramque a se amolitur, altera sermones suos locupletat, usumque ejus ex pulpito non infelici conatu ostendit; ut ipse melius lector advertet, si jam mihi Latine redditas eas Severiani orationes, preloque expressas, cum aliis ejus generis lectis Patrum tractatibus, uno et altero novi mei secundi Auctarii tomis, quod pene absolutum, ante Maximum publici juris futu-

rum est, legere licuerit. Erit in istis, non inutilis hæc Maximi opera, magisque religiosa palæstra exercentibus, seu etiam piis meditationibus vitæ hujus exsilium solantibus virisque spiritalibus, quos Græci γνωστικοὺς vocant, quibus certe magnus doctor erit Maximus, ut et theologis reliquis in dogmaticis. Auget in Maximi interprete difficultatem, quod voces theologicæ, non ea facilitate et copia Latinis suppetunt ac Græcis, et in eis Maximo, qui vel maxime earum ἀκριβείᾳ, magnus Græcis et κατ' ἐξοχὴν theologus, utraque audit theologia. Multus erit Maximus, ei, qui ipse non penitus Græcis peregrinus, quas mihi licuit interpretando adhibere voces, cum ipsis Maximi componere poterit : cui non licebit per linguæ Græcæ ignorantiam, vel nostris contentus, in eis Maximum legat, nec forte per meam operam longamque cum Maximo Græcisque aliis theologis, familiaritatem ac necessitudinem, legisse pigebit.

Reddit ergo Maximus, quod Thalassius presbyter, idemque hegumenus (nos monachorum præpositum dicamus, seu etiam strictiore sensu abbatem) vir ipse spiritalis (cui plures Maximus epistolas de diversis, eruditas, ipsi erudito scripsit) postulaverat ἀναγωγικῆς expositionis locorum difficilium Scripturæ opus istud, in quo proinde non aliud quærendum, quod nec aliud ipsi destinatum: quo ipso ἀκριβὴς est, nihil excedens, quas sibi ipse ex Thalassii voto metas libens posuit. Est paulo simile Hesychii opus Quæstionum et Solutionum in Scripturam, quem libens repræsentaverim, ut theologus theologo cluat : nam et Hesychius Græcis θεολόγος, qua forte ita ζητηματικὸς est, quomodo memini me repræsentasse ex Græco cod. t. I mei Auctarii, ubi is εὐαγγελικὴν διαφωνίαν de Christi resurrectione multis conciliare studet, oratione, quæ etiam Greg. Nysseno perperam tribuitur, cujus nulla lumina, nullos characteres habet.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΠΡΟΣ

ΘΑΛΑΣΣΙΟΝ ΤΟΝ ΟΣΙΩΤΑΤΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ ΚΑΙ ΗΓΟΥΜΕΝΟΝ

ΠΕΡΙ

ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΑΠΟΡΩΝ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ.

MAXIMI HUMILIS MONACHI

AD SANCTISSIMUM PRESBYTERUM AC PRÆPOSITUM THALASSIUM

DE VARIIS

SCRIPTURÆ SACRÆ QUÆSTIONIBUS AC DUBIIS.

Sanctissimo Dei servo, domino Thalassio presbytero ac præposito, Maximus humilis monachus, salutem.

Qui a carnis affectione animum ratione abjunxeris, ac per spiritum mentem omnino a sensu, vir Dei, abstraxeris : alteram quidem (id est, carnem) præclaram virtutum parentem effecisti; alteram vero (sensum scilicet) jugem scientiæ divinæ fontem reddidisti : qui hactenus animi cum carne commer-

* *Τῷ ὁσιωτάτῳ δούλῳ τοῦ Θεοῦ, κυρίῳ Θαλασσίῳ πρεσβυτέρῳ καὶ ἡγουμένῳ, Μάξιμος ταπεινὸς μονάζων, χαίρειν.*

Τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν σχέσιν λογικῶς τὴν ψυχὴν ἀποχωρήσας, καὶ τῆς αἰσθήσεως ὁλικῶς διὰ τοῦ πνεύματος ἐκσπάσας τὸν νοῦν, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ· τὴν μὲν, ἀρετῶν κατέστησας μητέρα πολύτιμον [Fr. πολύγονον] τὴν δὲ, θείας πηγὴν ἀέννασν ἀνέδειξας γνώσεως, εἰς χρῆσιν μόνον τῆς τῶν κρειττόνων

* Ex excellentissimi viri Petri Seguieriani Franciæ cancellarii codice emendato ex viri cl. Raphaelis Dufrenii τοῦ μακαρίτου altero meliori : cui tamen fere scholia desunt.

οἰκονομίας, τὴν πρὸς τὴν σάρκα τῆς ψυχῆς συζυγίαν A ποιούμενος, καὶ πρὸς κατανόησιν τῆς τῶν ὁρωμένων μεγαλουργίας ὄργανον κεκτημένος τὴν αἴσθησιν. (1) Τὴν μὲν πρακτικῶς διὰ τοῦ ἤθους πρὸς εἶδος τυπούμενον τὸ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς δεχομένην κλέος, καὶ τοῖς ἔξω προφαίνουσαν, ἵνα ἔχωμεν ἀρετῆς εἰκόνα, πρὸς μίμησιν προϐεϐλημένον τὸν ὑμέτερον βίον· (2) τὴν δὲ, τοῖς τῶν ὁρωμένων σχήμασι τοὺς λόγους τῶν νοητῶν συμϐολικῶς ἐγχαράττουσαν, καὶ δι' αὐτῶν πρὸς τὴν ἁπλότητα τῶν νοητῶν θεαμάτων τὸν νοῦν ἀναϐιϐάζουσαν, πάσης καθαρῶς ἀπολυθέντα τῆς ἐν τοῖς ὁρωμένοις ποικιλίας τε καὶ συνθέσεως· ἵν' ἔχωμεν ἀληθείας ὁδὸν ἀπλανῆ τὴν ὑμετέραν γνῶσιν τῆς πρὸς τὰ νοητὰ διαϐάσεως. Ἐντεῦθεν μετὰ τὴν τελείαν τῆς πρὸς αἴσθησίν τε καὶ σάρκα σχετικῆς προσπαθείας ἀπόθεσιν, τῷ ἀπείρῳ πελάγει τῶν B λογίων τοῦ πνεύματος μετ' ἐπιστήμης κατὰ νοῦν εὐτόνως διανηχόμενος, ἐρευνᾷς μετὰ τοῦ πνεύματος τὰ τοῦ Πνεύματος· παρ' οὗ δεξάμενος τὴν τῶν κεκρυμμένων μυστηρίων φανέρωσιν, διὰ πολλήν, ὡς ἔοικεν, ταπεινοφροσύνην, πολλῶν τῆς ἁγίας Γραφῆς ἀπορουμένων κεφαλαίων χάρτην πληρώσας ἀπέστειλας, ζητῶν καὶ παρ' ἐμοῦ τοῦ πάσης ἀρετῆς ἐρήμου καὶ γνώσεως, ἑκάστου κεφαλαίου κατὰ τὴν ἀναγωγικὴν θεωρίαν τὴν ἀπόκρισιν ἔγγραφον.

Ὃν δεξάμενος, καὶ ἀναγνοὺς, καταπλαγεὶς καὶ νοῦν καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, ᾔτουν ὑμᾶς ἐκλιπαρῶν περὶ τούτου συγγνώμην τῆς παραιτήσεως· μόλις εἶναι C λέγων προσιτὰ τὰ ζητούμενα, καὶ τοῖς ἄγαν ἐπὶ πλεῖστον ἐν θεωρίᾳ διαϐεϐηκόσι, καὶ περὶ τὸ τέλος που τῆς ὑψηλοτάτης καὶ ἀνεφίκτου τοῖς ἄλλοις ἐφθακόσι γνώσεως· μὴ ὅτι γε ἐμοὶ τῷ κατὰ γῆν ἐῤῥιμμένῳ καὶ κατὰ τὸν ὄφιν, ἄλλην, ὡς ἡ παλαιὰ κατάρα, μετὰ τὴν γῆν τῶν παθῶν βρῶσιν οὐκ ἔχοντι, καὶ σκώληκος δίκην ἰλυσπωμένῳ τῇ σήψει τῶν ἡδονῶν. Καὶ τοῦτο πολλάκις καὶ ἐπὶ πολὺ ποιήσας, ὡς εὗρον μὴ δεχομένους ὑμᾶς τὴν ἐμὴν περὶ τούτου παράκλησιν, δείσας μή τι πάθῃ τὸ χρῆμα τῆς ἀγάπης, καθ' ἣν ἀλλήλοις συγκραθέντες, μίαν ἔχομεν ψυχὴν, κἂν δύο σώματα φέρωμεν, εἰς πρόφασιν ἀπειθείας ὡς εἰκὸς νομισθείσης ὑμῖν τῆς παραιτήσεως, κατετόλμησα καὶ μὴ θέλων τῶν ὑπὲρ δύναμιν· κατηγορηθῆναι μᾶλλον προπέτειαν, καὶ γελᾶσθαι D κρεῖττον ἡγούμενος παρὰ τῶν βουλομένων, ἢ τὴν ἀγάπην κατά τι δέξασθαι σάλον καὶ μείωσιν· ἧς οὐδὲν τῶν μετὰ Θεὸν ἐστὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι τιμιώτερον· μᾶλλον δὲ, τῷ Θεῷ προσφιλέστερον· (3) ὡς τοὺς διῃρημένους, εἰς ἓν συναγούσης, καὶ μίαν ἐν τοῖς πολλοῖς, ἢ τοῖς πᾶσιν ἀστασίαστον κατὰ τὴν γνώμην δημιουργῆσαι δυναμένης ταυτότητα.

Καί μοι σύγγνωθι πρῶτος αὐτὸς, τίμιε Πάτερ, τῆς ἐγχειρήσεως, καὶ τοὺς ἄλλους αἴτει προπετείας

cium, amborumque copulationem admittas, quatenus solum ad virtutem præstandam potioraque officia adhibeas : ac qui sensum, ad rerum in aspectum cadentium considerandam magnitudinem organum nactus sis : illam utique (id est, carnem) quæ revera ipso habitu atque indole, speciei luce formatum virtutis animi decus capiat cultuque exteriori prælucеat : ut quam imitemur virtutis imaginem, vestra se nobis vita ingerat : hunc autem (id est, sensum) ut rerum aspectabilium figuris, intellectilium rationes per symbola eorumque involucra insculpat, atque 2 horum vi, ad spiritalium intellectiliumque contemplationum simplicitatem, omni jam ea seu varietate, seu compositione quæ in rebus in aspectum cadentibus occurrit, exsolutam mentem provehat; ut certa omnique vacans errore veritatis via, qua ad intellectilia spiritaliaque transeamus, vestra nobis illa scientia præsto sit. Hinc procliviore illa in sensum carnemque illiciente affectione perfecte posita, immensum eloquiorum spiritus æquor cum scientia intelligentis animi contentioso conatu tranans, quæ sunt spiritus, spiritu scrutaris : cujus munere ob multam, ut par est, animi sensusque modestiam, reconditiorum mysteriorum manifestationem adeptus, multis Scripturæ sacræ capitibus implexiorem dubiumque sensum habentibus schedam implens, misisti, a me quoque, qui omni virtute ac scientia caream, reconditiori sensu ac spiritali cujusque capitis ac quæstionis scripto consignatam expositionem efflagitans.

Accepta itaque lectaque scheda, animo, audituque ac mentis sensu gravius stupens, hujus a vobis supplex muneris veniam rogabam : istiusmodi prorsus ea dubia professus, ut ne vix quidem, iis etiam qui contemplandi cultu longe plurimum provecti sint, sublimiorisque fere jam scientiæ ac vulgo inconcessæ metas attigerint, adire concessum sit ; nedum mihi qui humi projectus soloque affixus sim ; nec, serpentis more [1], pro antiqua illa maledictione, aliam præter vitiorum ac perturbationum terram, escam habeam ; ac qui velut vermis in voluptatum libidinumque sanie lubricos orbes traham. Id vero cum sæpe diuque enixus, surda vos aure obsecrantis vota audire comperissem, veritus ne quid inde damni dilectio acciperet, per quam alter alteri commisti, etsi duo corpora gestamus, animam unam habemus; cum scilicet mea forsitan hæc detrectatio atque operis fuga, inobedientiæ quid præ ferre vobis videretur, tandem vel invitus, quod longe vires meas superet, in me onus recepi : qui nimirum temeritatis nota aspergi malim , minorisque ducam vulgi risu excipi, quam ut dilectio quidquam nutet, aut decrementi aliquid patiatur : qua videlicet, ex iis quæ a Deo secunda sunt, viris sana mente præditis, charius nihil, quin neque Deo acceptius, habeatur : velut cujus partium sit, ut eos qui divisi sunt atque discreti, in 3 unum cogat, unamque in multis, atque adeo omnibus, tranquillissimam animorum concordiam identitatemque (ut sic loquar) efficere valeat.

Tu vero, cum primis, venerande Pater, ejus quod te auctore temere aggressus sum, veniam indulge :

[1] Gen. III, 14.

idque ipsum ut alii præstent, votis obtine : Deum item, tuis ad eum precibus, mihi propitium redde ; et ut dicendis benignus aspiret (seu potius ut totam ipsam rectoque sensui hærentem cujusque quæsiti responsionem ipse subministret) exora : *Ab ipso enim omne datum optimum et omne donum perfectum* [1] ceu a fonte atque parente illustrantium omnium scientiarum atque virtutum, quæ sanctis ac justis pro cujusque meriti ratione præstantur. Bene enim de vobis fretus, quod injunctum munus erat, suscepi ; fore scilicet ratus, ut obsequentis animi præmio, divina per vos indulgentia ac favor mihi concedatur.

A ἀφίεσθαί με· καὶ ἵλεών μοι τὸν Θεὸν ταῖς εὐχαῖς κατάστησον, καὶ τῶν λεγομένων συλλήπτορα· μᾶλλον δὲ τῆς ὅλης καὶ ὀρθῆς γενέσθαι περὶ ἑκάστου κεφαλαίου χορηγὸν ἀποκρίσεως. *Παρ' αὐτοῦ γάρ ἐστιν πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον*, ὡς πηγῆς καὶ πατρὸς τῶν ἀναλόγως τοῖς ἀξίοις χορηγουμένων πασῶν φωτιστικῶν γνώσεών τε καὶ δυνάμεων. Ὑμῖν γὰρ θαῤῥῶν, τὸ ὑμέτερον κατεδεξάμην ἐπίταγμα· τῆς εὐπειθείας μισθὸν ἐκδεχόμενος, τὴν δι' ὑμῶν θείαν εὐμένειαν.

Singulis autem capitibus, ordine atque serie, prout a vobis fuerant conscripta, propositis, pro eo ac licebit, paucis ad verbum responsionem subjungam, eamque certam ac definitam, quoad facultas erit ; divinaque gratia ad pie intelligendum atque loquendum donaverit : ne scilicet productiore sermone auditorem gravemus : ac quod præsertim ad vos nobis oratio sit, qui spiritali vere scientia instructi, divinorumque acres speculatores sitis : superataque vitiorum affectuumque molestia, ac omni retro relicta naturæ illecebra, æqui justique ducem, æquissimumque judicem, rationem obtineatis : mentemque, potiori illo cogitandi otio, in divini silentii abditissimo sinu statueritis ubi ignota ratione solam divinam jucunditatem licet percipere, cujus magnitudinem eorum duntaxat experientia docere possit, qui ejus periculum facere meruerunt : quique adeo levi quadam dubiorum indicatione solum egeant ; ejusmodi scilicet, ut speculabilium rerum, quas divina complectuntur eloquia, omni luce rutilantem nitorem, spiritalisque in eis sensus magnificentiam, velut quodammodo accensa face, præmonstret. Si tamen hoc ipso me sermone ad vos uti fas est, qui jam sal terræ ac mundi lumen, juxta Dominicam sententiam [2] præ virtutum opulentia, copiosaque scientiæ affusione, evasistis : qui nimirum virtutum dotibus, vitiorum in aliis putorem emundetis ; ac, quæ animi cæcitas est, ignorantiam scientiæ luce collustretis.

Ἕκαστον δὲ τῶν κεφαλαίων, εἱρμῷ τε καὶ τάξει καθὼς παρ' ὑμῶν ἐγράφη προθεὶς, πρὸς ἔπος ποιήσομαι τὴν ἀπόκρισιν, ὡς οἷόν τε σύντομον, καὶ ὁριστικὴν καθ' ὅσον οἷός τε ὦ· καὶ τὴν πρὸς τὸ νοεῖν τε
B καὶ λέγειν εὐσεβῶς, θεόθεν χορηγοῦμαι χάριν καὶ δύναμιν· ἵνα μὴ πλήθει λόγων βαρήσωμεν τῶν ἐντευξομένων τὴν ἀκοήν· καὶ μάλιστα πρὸς ὑμᾶς γε τῶν λόγων ποιούμενος τὴν ἀκοὴν, τοὺς γνωστικοὺς ὄντως καὶ ἀκριβεῖς τῶν θείων θεάμονας· καὶ τῶν παθῶν διαβάντας τὴν ὄχλησιν, καὶ τὴν ὅλην παρελθόντας σχέσιν τῆς φύσεως, καὶ τῶν καθηκόντων κεκτημένους τὸν λόγον ἡγεμόνα καὶ δικαστὴν δικαιότατον· (4) καὶ τὸν νοῦν διὰ τῆς κατὰ τὸ κρεῖττον ἀνοησίας, εἰς τὸ ἐνδότατον τῆς θείας ἀφθεγξίας καταστήσαντας τόπον· ἔνθα μόνης ἐστὶν ἀγνώστως εὐφροσύνης θείας ἀντιλαμβάνεσθαι, τῆς τῶν ἀξιουμένων αὐτῆς πεῖραν μόνην ἐχούσης τοῦ οἰκείου μεγέθους διδάσκαλον· καὶ διὰ τοῦτο, μόνης χρήζοντας
C μικρᾶς περὶ τῶν ζητουμένων ἐμφάσεως, προδεικτικῆς τοῦ παμφαοῦς κάλλους, τῶν ἐμφερομένων τοῖς θείοις λογίοις μυστικῶν θεαμάτων, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς πνευματικῆς μεγαλονοίας· εἴπερ καὶ τοῦτο θεμιτὸν ἐμοὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, τοὺς ἅλας ἤδη τῆς γῆς, καὶ φῶς τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Κυριακὸν λόγον, διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν πολλὴν χύσιν τῆς γνώσεως γεγεννημένους καὶ τὴν ἐν ἄλλοις σηπεδόνα τῶν παθῶν, τρόποις ἀρετῶν ἐκκαθαίροντας· καὶ τὴν ἄγνοιαν, ψυχῆς ὑπάρχουσαν τύφλωσιν, τῷ τῆς γνώσεως φωτὶ καταυγάζοντας.

4 Rogo autem vos sanctissimos, ac quotquot hanc meam lucubrationem, ut par est, lecturi estis ; ne, quæ a me dicentur, spiritalis capitum explicationis terminum statuatis. Longe enim a divinorum eloquiorum intelligentia absum, inque eam rem aliorum doctrina indigeo : sed si quid et a vobis ipsi, et ab aliis conjicere, seu discere poteritis, illud potius juste probate, sublimioremque ac veram intelligentiam tenete : cujus opus ac effectus est, certa animi persuasio, eorum qui spiritalis quæstionum intelligentiæ desiderio afficiuntur.

Παρακαλῶ δὲ τοὺς ἁγιωτάτους ὑμᾶς, καὶ πάντας τοὺς ὡς εἰκὸς ἐντευξομένους τῷδε γράμματι, μὴ τοῦτο ὅρον ποιεῖσθαι τῆς τῶν κεφαλαίων πνευματικῆς ἑρμηνείας τὰ λεγόμενα παρ' ἐμοῦ· πολὺ γὰρ τῆς
D τῶν θείων λογίων ἀπολιμπάνομαι διανοίας, καὶ τῆς ἄλλων πρὸς τοῦτο χρήζω διδασκαλίας· ἀλλ' εἴ τι καὶ παρ' ἑαυτῶν, ἢ παρ' ἄλλων ἐπιβάλλειν, ἢ μαθεῖν δυνηθῆτε, μᾶλλον ἐκεῖνο δικαίως ἐκκρίνατε, καὶ τῆς ὑψηλοτέρας καὶ ἀληθοῦς γενέσθαι διανοίας· ἧς ἔργον ἐστὶν, ἡ τῆς καρδίας πληροφορία, τῶν ἐφιεμένων τῆς ἀπορηθέντων πνευματικῆς διαγνώσεως.

Aquæ enim indolem refert divinus sermo ; velut omnis generis plantis ac germinibus, diversisque animantibus, (his inquam, qui illo potantur), pro ipsorum modo ac captu, scientiæ fulgoribus illucens, ac per virtutes actionis cultu velut fructus,

Ὕδατι γὰρ ὁ θεῖος ἔοικεν λόγος, ὥσπερ φυτοῖς παντοδαποῖς καὶ βλαστήμασιν, καὶ διαφόροις ζώοις, τοῖς αὐτόν φημι τὸν λόγον ποτιζομένοις, ἀναλόγως αὐτοῖς ἐκφαινόμενός τε γνωστικῶς καὶ πρακτικῶς διὰ τῶν ἀρετῶν ὡς καρπὸς προδεικνύμενος, (5) κατὰ

[1] Jac. I, 17. [2] Matth. v, 13.

τὴν ἑκάστῳ ποιότητα τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, καὶ γινόμενος δι' ἄλλων ἄλλοις ἐπίδημος [Fr. ἐπίδηλος]· ἑνὶ γὰρ οὐδέ ποτε περιγράφεται· καὶ μιᾶς ἐντὸς οὐκ ἀνέχεται διανοίας γενέσθαι, διὰ τὴν φυσικὴν ἀπειρίαν κατάκλειστος. A

Ἐπειδὴ δὲ περὶ τῶν διοχλούντων ἡμῖν παθῶν πρῶτον εἰπεῖν ἐκελεύσατε, πόσα τε καὶ ποῖα. Τυγχάνει, καὶ ἐκ ποίας ἀρχῆς, καὶ εἰς οἷον διὰ τῆς οἰκείας μεσότητος καταντᾷ πέρας· καὶ ποίας ἕκαστον δυνάμεως ψυχῆς, ἢ μέλους σώματος ἐκφυόμενον, πρὸς ἑαυτὸ ἀοράτως μορφοῖ τὸν νοῦν, καὶ τὸ σῶμα ποιεῖ βαφῆς δίκην, ὅλην διὰ τῶν λογισμῶν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν χρῶσαν τὴν ἀθλίαν ψυχήν· τῆς τε προσηγορίας ἑκάστου τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· τούς τε καιροὺς καὶ τὰ σχήματα, καὶ τοὺς δι' αὐτῶν δόλους τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων· καὶ τὰς ἀοράτους B συμπλοκάς, καὶ τὰς ὑποκρίσεις· καὶ πῶς δι' ἄλλων ἄλλα λεληθότως προβάλλονται· καὶ ἐπ' ἄλλα δι' ἄλλων πιθανῶς ἐπισύρουσιν [Fr. ὑποσύρ.]· τάς τε λεπτότητας, καὶ τὰς σμικρότητας, καὶ τὰ μεγέθη, καὶ τοὺς ὄγκους αὐτῶν· ὑφέσεις τε καὶ ὑποχωρήσεις καὶ συστολάς, ἐπιμονάς τε καὶ προσεδρείας ταχυτέρας ἢ βραδυτέρας· καὶ οἷον τὰς ὡς ἐν δικαστηρίῳ πρὸς τὴν ψυχὴν δικαιολογίας καὶ τὰς δῆθεν κατὰ διάνοιαν γινομένας ψήφους· τάς τε φαινομένας ἥττας ἢ νίκας· τίς τε ἡ ἐφ' ἑκάστῳ διάθεσις· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἑνὶ πολλὰ πάθη τῇ ψυχῇ συγχωροῦνται προσβάλλειν, καὶ τοῦτο ἢ καθ' ἑαυτοὺς ἢ σὺν ἀλλήλοις (6) καὶ ποίῳ λογισμῷ [Fr. λόγῳ] ἀναφέρουσιν ἑαυτοῖς ἀχρόνως τὰς οἰκείας ὕλας, δι' ὧν κεκρυμμένως πρὸς ἡμᾶς τὸν πικρὸν συμπλέκουσι πόλεμον· C ὡς ἐπὶ παροῦσιν ἐργωδῶς τοῖς μηδαμῶς οὖσιν διαπονουμένους, καὶ οἷον ὁρμῶντας ταῖς ὕλαις, ἢ φεύγοντας. (7) Τὸ μὲν, δι' ἡδονήν· τὸ δὲ, δι' ὀδύνην πάσχοντας. Τόν τε τρόπον τῆς ἐν ἡμῖν ὑπάρξεως αὐτῶν, καὶ τῆς πολυπλόκου καὶ διαφόρου κατὰ τὸν ὕπνον αὐτῶν ἐν ὀνείροις φαντασίας· καὶ εἰ ἔν τινι μέρει καθείργνυνται τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος· ἢ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι· καὶ εἰ ἐντὸς ὄντες, διὰ τῶν ψυχικῶν παθῶν τὰ ἐκτὸς ἐπισπᾶσθαι πείθουσι τὴν ψυχὴν διὰ μέσου τοῦ σώματος, καὶ πλανῶσι, τῆς αἰσθήσεως μόνης ὅλην γενέσθαι, τῶν κατὰ φύσιν οἰκείων ἀφεμένην· ἢ ἐκτὸς ὄντες, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐπαφῆς τοῦ σώματος, τὴν ἀόρατον ψυχὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ σχηματίζουσιν, σύνθετον αὐτῇ D μορφὴν ἐπιτιθέντες, τῆς ἀναλειφθείσης [Fr. ἀναληφθείσης] κατὰ τὴν φαντασίαν ὕλης τὸ εἶδος, προσπλάττοντες· καὶ εἰ τάξις ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, καὶ εἱρμὸς κακούργως ἐπινενοημένος, διὰ τῶνδε τῶν παθῶν πρότερον ἀπόπειραν λαβεῖν τῆς ψυχῆς, καὶ οὕτως διὰ τῶν ἄλλων ἀκολούθως αὐτῇ μάχεσθαι· καὶ τίνες τίνων προηγοῦνται, τίνες τε τίσιν συνέπονται πάλιν, ἢ παρέπονται, ἢ φύρδην ἀτάκτως, ὡς ἔτυχεν, δι' οἵων δήποτε παθῶν τὴν ψυχὴν ἐκταράττουσιν· καὶ εἰ προνοίας δίχα τὰ τοιαῦτα πάσχειν ὑπ' αὐτῶν ἡ ψυχὴ συγχωρεῖται, ἢ κατὰ πρόνοιαν· καὶ τίς ὁ τῆς προνοίας ἐφ' ἑκάστῳ πάθει τῆς ἐγκαταλείψεως τῆς ψυχῆς λόγος· τίς τε τῆς ἑκάστου τῶν ἀπηριθμημένων παθῶν ἀναιρέσεως ὁ τρόπος· καὶ ποίοις ἔργοις,

pro cujusque virtutis ac scientiæ qualitate, promicans, ac per alios aliis conspicuus evadens. Nusquam enim unius angustiis circumscribitur : ac, qua nativa infinitate pollet, una in mente concludi, haud patitur.

Quia vero de affectibus ac passionibus nobis moleste ingruentibus primum dicere præcepistis; quotnam scilicet ac quales sint; ex quo item principio originem trahant, ac in quem finem per ipsorum medium proprium incurrant. Qua ex animi facultate aut corporis membro affectus singuli enascentes, ad seipsos inaspecta ratione, animum intelligentem informent, instarque tincturæ totam vitiosis cogitationibus peccati illecebra miseram inficientes animam, corpus afficiant : cujusque item vim appellationis et efficaciam; occasiones etiam et prætextus; quosque per illos impuri dæmones dolos struant : invisibiles congressiones et simulationes; ac quemadmodum ex aliis alia occulte obtrudant, exque aliis ad alia probabili fraude imprudentes inducant. Horum subtilia, parva, magna, mole grandia : remissiores conatus ac acriores : abactiones incursionesque; sese subducentium astus, atque refugas cautiones; morasque, ac velut obsidentium specie celeriora tardioraque molimina : velutque pro tribunali cum animo causæ defensiones : quæque hinc animo tenus feruntur sententiæ; conspicuas clades aut victorias; quæ in singulis affectio ac dispositio; quam ob causam uni animæ plures affectus sinantur admovere, idque vel sua ipsorum, vel cum aliis communicata opera. Qua ratione una secum, nulla
5 temporis mora, suas sibi inferant materias, quarum illecebris acerbam illam in nos oculte pugnam instaurant; qui nimirum velut rebus coram positis, cum illæ nusquam adsint, labore fatigemur, ac tum appetamus materias, tum eas fugiamus : quorum alterum voluptatis ergo patimur, alterum a dolore molestiaque proficiscitur : modum item quo illi in nobis sunt; implexæque ac variæ illius imaginum figurationis, quam in somnis et per soporem efficiunt; ac, num animi, vel corporis parte aliqua coerceantur, vel in toto animo, totoque resideant corpore : num intus exsistentes, per animi affectus, ut ea quæ foris sunt medio corpore sibi ille attrahat, auctores sint; an, cum foris obsideant, exteriori corporis tactu, animum, qui aspectari nequit, rerum in materia figuris imbuant, compositamque formam ei adhibeant; ejus scilicet terrenæ rei speciem ei affingentes, quæ in facultatem animi cogitantem assumpta est (id est, in imaginationem) : num etiam ordo quidam rataque agendi series illis maligne excogitata, ut aliis prius affectibus atque vitiis tentent animum, tumque aliorum ascito cuneo, cum eo deinceps pugnam conserant : quinam etiam alii aliis præeant, ac quinam rursus sequantur, vel iis comites hæreant; an promiscue nullo ordine velutque casu quibusvis affectibus interturbent animum, atque illi ingruant. Num item, citra

providentiam talia ab eis animus pati sinatur; an vero ex ejus hæc accidant rationibus. Quæ etiam in singulis affectibus atque vitiis derelictionis animi providentiæ ratio : quis modus evertendi quodque ex enumeratis vitiis et affectibus : quibus operibus, rationibus, cogitationibus animus his liberandus sit ; ac quibus ille, conscientiæ sordes sit discussurus : cui vitio quam virtutem opponens, fuso fugatoque nequissimo dæmone, victoria sit potiturus, ipso vitiosi affectus ac libidinis motu, una penitus exciso : qua futurum ratione ut a vitiis liberatus, quæ sibi propria sunt et ex natura, rite dispiciat ; quibus item rationibus, modisque ac moribus, naturalis rationis vi, nihil libidinosas vitioque hærentes rerum in sensum cadentium erga sensus habitudines sibi asciscens atque vindicans, formabit ut sibi in virtutes cedant, haud secus ac ipse prius, iis libidinosis vitioque hærentibus ad peccatum informabatur. Quo item modo his rursum liberatus rerum conditarum rationes, naturalis in spiritu contemplationis vi ; **6** sensilibus in eis symbolis exsolutus, ex scientiæ ratione collecturus sit : qua etiam ratione his quoque rursus superatis, spiritalia attingens, pura jam mente ab eo cogitatu qui sensuum officio præstatur, simplices notiones accepturus sit ; eaque demum, quæ cuncta sibi ipsa mutuo secundum primariam sapientiæ rationem nectit, simplici imbuendus scientia : quam adeptus, velut iis quæ sunt omnibus superatis, cum genuinis exque eorum ratione cogitatibus atque sensibus, omni prorsus, ipsaque adeo propria intelligendi solutus facultate, omni superiorem cogitatu ac intellectu unionem cum ipso Deo patiatur ; vi cujus, qua nemo verbis explicet ratione, ejus quæ vere est, sementis instar, veritatis doctrinam accipiens, haud ultra in peccatum mutandus sit : cum jam nullus diabolo locus superet, ut ad vitium malumque, ejus ignoratione quod est vere bonum ac cuncta ornat, quæ illius gaudere commercio possunt, probabili fuco larvaque seductos illiciat.

A ἢ λόγοις, ἢ λογισμοῖς ἡ ψυχὴ τούτων ἐλευθεροῦται, καὶ τῆς συνειδήσεως τὸν μολυσμὸν ἐκτινάσσεται· ποίῳ δὲ πάθει ποίαν ἀρετὴν ἀντιθεῖσα νικήσει, τὸν πονηρὸν φυγαδεύσασα δαίμονα, συναφανίσασα παντελῶς αὐτῷ καὶ αὐτὴν τοῦ πάθους κίνησιν· καὶ πῶς μετὰ τὴν τῶν παθῶν ἀπαλλαγὴν, τὰ οἰκεῖα καλῶς διασκοπῆσαι δυνήσεται· καὶ διὰ ποίων λόγων ἢ τρόπων τὰς ἀπαθεῖς τῶν αἰσθητῶν πρὸς τὰς αἰσθήσεις οἰκειωσαμένη (8) διὰ τοῦ κατὰ φύσιν λόγου σχέσεις, μορφώσει πρὸς ἀρετὰς, ὡς διὰ τῶν παθῶν αὐτὴ πρότερον ἐμορφοῦτο πρὸς ἁμαρτίαν· καὶ πῶς τὴν καλλὴν ποιήσεται δὴ δεόντως ἀντιστροφὴν, τοῖς δι' ὧν τὸ πρὶν ἐπλημμέλει, χρωμένη πρὸς γένεσιν ἀρετῶν καὶ ὑπόστασιν· πῶς δὲ τούτων πάλιν ἀπαλλαγεῖσα τῶν σχέσεων, (9) τοὺς τῶν γεγονότων λόγους B διὰ τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς θεωρίας, ἀφέτους τῶν ἐν αὐτοῖς αἰσθητῶν συμβόλων γενομένους, ἐπιστημονικῶς ἀναλέξεται· πῶς τε αὖ μετὰ τούτους πάλιν τοῖς νοητοῖς προσβαλοῦσα, καθαρῷ τῆς ἐπ' αἰσθήσεσιν διανοίας γενομένῳ τῷ νῷ, τὰς ἁπλᾶς δέξεται νοήσεις, καὶ τὴν τὰ πάντα συνδέουσαν ἀλλήλοις κατὰ τὸν ἀρχικὸν τῆς σοφίας λόγον, ἁπλῆν ἀναλήψεται γνῶσιν· μεθ' ἣν, ὡς πάντα τὰ ὄντα περάσασα, μετὰ τῶν αὐτοῖς προσφυῶν νοημάτων, πάσης ὑπολελυμένη καθαρῶς, καὶ αὐτῆς πρὸς τὸ νοεῖν οἰκείας δυνάμεως, πρὸς αὐτὸν πάθῃ τὸν Θεὸν τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν· (10) καθ' ἣν ἀφράστως παρ' αὐτοῦ δεχομένη τῆς ὄντως ἀληθείας, σπέρματος δίκην, τὴν μάθησιν, πρὸς ἁμαρτίαν οὐκέτι τραπήσεται· χώρας οὐκ οὔσης ἔτι τῷ διαβόλῳ πρὸς κακίαν αὐτὴν πιθανῶς ὑποσύ- C ρεσθαι, διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ φύσει καλοῦ, καὶ πάντα τὰ μετέχειν αὐτοῦ δυνάμενα καλλωπίζοντος.

Quando igitur horum, rerumque ejusmodi rationes modosque exquisiistis, eorumque causas edito commentario me exponere jussistis *; tantisper hactenus in suspenso maneat, his de rebus habenda tractatio, quandoque favente Numine, ac per aliam opportunius exsequenda occasionem, operiosiusque ad examen vocanda; dum prorsus vim talem compunctionis animo sensero, quæ et ingens istud altumque pelagus tentare sustineat. Non enim fateri pudet, necdum me pene insolubiles impurorum dæmonum fallacias artesque pernovisse, quippe cui terrenorum pulvis mentis oculis objectus caliginem obducat, nec rerum conditarum naturam atque indolem clare contueri sinat; eaque a rerum cœtu segregare, quæ res apparent, unumque id munii habent, ut sensum ratione carentem deludant. Ejuscemodi enim scrutari ac eloqui, eorum procul dubio duntaxat partium sit, qui contemplationis cultu valde provecti ac mente sublimes sint; multaque experientia quæ honesta sunt, et quæ non ejusmodi, dignoverint : quodque adeo cunctis præ-

Ἐπειδὴ τούτων, καὶ τῶν τοιούτων ἐζητήσατε τοὺς λόγους καὶ τοὺς τρόπους, καὶ τὰς αἰτίας ἐγγράφως ὑμῖν καταθέσθαι, κελευόντων ὑμῶν, ἀναμεινάτω μικρὸν τέως ὁ περὶ τούτων λόγος· ἂν διδῷ Θεὸς, ἐν ἄλλοις εὐκαιρότερον ἐξετασθησόμενος καὶ φιλοπονώτερον βασανισθησόμενος, εἴπερ ὅλως αἴσθωμαι δυνά- D μεως κατὰ νοῦν νυκτικῆς, καὶ τούτου τοῦ μεγάλου καὶ βαθέως κατατολμῆσαι πελάγους ἀνεχομένης· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι λέγειν, ὡς οὐδέπω τὰς δυσεκλύτους ἔγνων τῶν ἀκαθάρτων δαιμόνων μεθοδείας τε καὶ τέχνας, ἅτε δὴ τὸν τῆς ὕλης κονιορτὸν ἔχων ἐπισκοτοῦντα τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς, (11) καὶ οὐκ ἐῶντα καθαρῶς θεωρῆσαι τὴν τῶν γεγονότων φύσιν· καὶ διακρῖναι τῶν ὄντων συλλόγου τὰ εἶναι δοκοῦντα, καὶ μόνην φενακίζοντα τὴν ἄλογον αἴσθησιν· ὅτι μόνων ὡς ἀληθῶς ἐστιν τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι καὶ εἰπεῖν, τῶν ἄγαν θεωρητικῶν καὶ ὑψηλῶν τὴν διάνοιαν· καὶ διὰ πείρας πολλῆς εἰληφότων, τήν τε τῶν καλῶν καὶ μὴ τοιούτων διάγνωσιν· καὶ τὸ δὴ τῶν ἄλλων ἁπάντων κρεῖττον καὶ τιμιώτερον, τὴν πρὸς τὸ νοεῖν τε καλῶς, καὶ λέγειν σαφῶς τὰ νοηθέντα

* Non liquet hæcne tanta de virtutibus et vitii peculiari tractatu Maximus exsecutus sit.

παρὰ τοῦ Θεοῦ δεξαμένων χάριν καὶ δύναμιν· πλὴν A ὡς ἂν μὴ παντελῶς ἀπαραμύθητος κατὰ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ὁ περὶ τούτων λόγος καταλειφθῇ, μικρὰ περὶ τῆς γενέσεως τῶν παθῶν εἰπὼν, καὶ ὅσον παραδεῖξαι τοῖς καθ' ὑμᾶς γνωστικοῖς τὸ τέλος ἐκ τῆς ἀρχῆς, τῶν ἐφ' ἑξῆς ἀκολούθως ποιοῦμαι κεφαλαίων τὴν ἐξήγησιν.

stantius est ac nobilius, hoc a Deo munus ac facultatem consecuti sint, ut et probe intelligere, et intellecta clare verbis efferre sufficiant. Cæterum ne prorsus intacta nihilque delibata, quæ de his rebus est, doctrina, in hac lucubratione remaneat, ubi pauca de vitiorum affectuumque origine dixero, ac quantum satis **7** videatur ut vos atque vobis similes viri spiritales ex principio finem percipiatis, capitum deinceps sequentium expositionem aggrediar.

Ὅρος κακοῦ.

Τὸ κακὸν οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται κατ' οἰκείαν φύσιν ὑφεστώς· οὔτε γὰρ ἔχει καθ' ὁτιοῦν οὐσίαν, ἢ φύσιν, ἢ ὑπόστασιν, ἢ δύναμιν, ἢ ἐνέργειαν ἐν τοῖς οὖσιν· οὔτε ποιότης ἐστὶν, οὔτε ποσότης, οὔτε σχέσις, οὔτε τόπος, οὔτε χρόνος, οὔτε θέσις, οὔτε ποίησις, οὔτε B κίνησις, οὔτε ἕξις, οὔτε πάθος, φυσικῶς τινι τῶν ὄντων ἐνθεωρούμενον, οὔτε μὴν ἐν τούτοις πᾶσιν τὸ παράπαν κατ' οἰκείωσιν φυσικὴν ὑφέστηκεν· οὔτε ἀρχὴ, οὔτε μεσότης, οὔτε τέλος ἐστίν· ἀλλ' ἵνα ὡς ἐν ὅρῳ περιλαβὼν εἴπω, τὸ κακὸν τῆς πρὸς τὸ τέλος τῶν ἐγκειμένων τῇ φύσει δυνάμεων ἐνεργείας ἐστὶν ἔλλειψις, καὶ ἄλλο καθάπαξ οὐδέν· ἢ πάλιν, τὸ κακὸν, τῶν φυσικῶν δυνάμεων κατ' ἐσφαλμένην κρίσιν ἐστὶν, ἐπ' ἄλλο παρὰ τὸ τέλος ἀλόγιστος κίνησις· τέλος δέ φημι, τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν, ἧς φυσικῶς ἐφίεται πάντα, κἂν εἰ τὰ μάλιστα τὸν φθόνον εὐνοίας πλάσματι καλύψας ὁ πονηρὸς, πρὸς ἄλλο τι τῶν ὄντων παρὰ τὴν αἰτίαν κινῆσαι τὴν ἔφεσιν παραπείσας δόλῳ τὸν ἄνθρωπον, τὴν τῆς αἰτίας ἐδημιούργησεν ἄγνοιαν. C

Mali definitio.

Malum neque erat, neque secundum suam naturam vere unquam exsistens erit: nam neque ullo modo in rebus essentiam, habet, aut naturam, aut substantiam seu subsistentiam, aut potentiam, aut operationem: neque qualitas est, neque quantitas, nec relatio, nec locus, nec tempus, nec situs, nec actio, nec motus, nec habitus, nec passio seu affectio, quæ ex natura alicui inesse intelligatur: at neque in his prorsus omnibus naturali ulla necessitudine vere exsistit; neque principium, neque medium, neque finis est *; sed ut velut definiendo complexus dicam: Malum, facultatum est, quæ natura insunt, operationis a fine defectio, nec præterea omnino quidquam aliud. Aut rursum: Malum est naturalium facultatum errante judicio inconsideratus motus, in aliud quam in finem tendens. Finem autem dico, ipsum rerum auctorem, quem naturaliter omnia appetunt, quanquam maxime ficta benevolentiæ specie nequissimus livorem obtegens, dum hominem dolo inducit, ut alio quam in auctorem desiderio moveatur, ignorandi auctoris illi auctor effectus est.

Τῆς οὖν πρὸς τὸ τέλος ἐνεργείας τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐλλείψας τὴν κίνησιν, τὴν τῆς οἰκείας αἰτίας ἐνόσησεν ἄγνοιαν· ἐκεῖνον νομίσας εἶναι Θεὸν, διὰ τῆς συμβουλῆς τοῦ ὄφεως, ὅνπερ ἔχειν ἀπόμοτον ὁ τῆς θείας ἐντολῆς διετάξατο λόγος. Οὕτω δὲ παραβάτης γενόμενος, καὶ τὸν Θεὸν ἀγνοήσας, πρὸς ὅλην τὴν αἴσθησιν, ὅλην ἀπρὶξ ἀναμίξας τὴν νοερὰν δύναμιν (13), τὴν σύνθετον καὶ ὀλέθριον πρὸς πάθος ἐνεργουμένην τῶν αἰσθητῶν ἐπεσπάσατο γνῶσιν, καὶ παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, τὰ αὐτὰ αὐτοῖς κατὰ πάντα τρόπον καὶ ἐνεργῶν καὶ ζητῶν καὶ βουλόμενος· D καὶ πλέον εἰς ἀλογίαν ἔχων, τοῦ κατὰ φύσιν λόγου πρὸς τὸ παρὰ φύσιν τὴν ἄμειψιν. Ὅσον οὖν κατὰ μόνην τὴν αἴσθησιν, τῆς τῶν ὁρωμένων ἐπεμελεῖτο γνώσεως ὁ ἄνθρωπος, τοσοῦτον ἐπέσφιγγεν ἑαυτῷ τοῦ Θεοῦ τὴν ἄγνοιαν· ὅσον δὲ ταύτης τῆς ἀγνοίας συνέσφιγγε τὸν δεσμὸν, τοσοῦτο τῆς πείρας ἀντείχετο τῆς τῶν γνωσθέντων ὑλικῶν αἰσθητικῆς ἀπολαύσεως· ὅσον δὲ ταύτης ἐνεφορεῖτο, τοσοῦτον τῆς ἐκ ταύτης γεννωμένης φιλαυτίας ἐξῆπτε τὸν ἔρωτα· ὅσον δὲ πεφροντισμένως περιεποιεῖτο τῆς φιλαυτίας τὸν ἔρωτα, τοσοῦτον τῆς ἡδονῆς, ὡς τῆς φιλαυτίας οὔσης καὶ γεννήματος καὶ τέλους, πολλοὺς ἐπενόει τρόπους συστάσεως. Καὶ ἐπειδὴ πᾶσα κακία πέφυκε τοῖς συνιστῶσιν αὐτὴν συμφθείρεσθαι τρό-

* Ubi igitur primum hominem, naturalium facultatum in finem motus defecerat, auctoris sui ignorantia laboravit: ipsum, serpentis consilio, ratus Deum esse, quem divina lex perduellem hostemque habendum præceperat. Sic igitur transgressionis reus effectus, Deique ignorantia laborans, toti sensui totam mordicus intelligendi vim permiscendo, compositam illam noxiamque libidinum usu infectam rerum in sensum cadentium notitiam invexit: *Comparatusque est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* *; eadem prorsus ac illa agens, quærensque ac expetens: majori denique hæc insipientia superans, quod quæ ex natura est, rationem, in id quod est contra naturam, illique adversum, mutaverit. Quantum igitur homo sola sensus agitatione, rerum in aspectum cadentium noscendarum sollicitus erat, tantum Dei sibi ignorantiam arctius astringebat. Quantum vero ejusce ignorantiæ astringebat vinculum, tantum cognitarum rerum terrenarum experiundæ sensu delectationi ac voluptati studebat; quantoque se ea licentius **8** ingurgitabat, tantum cæcæ libidinis (φιλαυτίαν vocant) quæ ejus soboles est, amorem incendebat; quantoque sollicitius cæcæ libidinis amorem hunc confovebat, tanto plures conflandæ voluptatis modos excogitabat, quæ ejus et proles et finis est.

* Psal. XLVIII, 13

* Sic fere Dionysius cap. *De malo* : quem libens assectatur Maximus.

Quodque malum omne comparatum habet, ut cum iis quibus conflatur modis, una ipsum intereat; cum rei ipso periculo intelligeret omni voluptati omnino dolorem succedere, in voluptatem quidem, omnem animi aggressionem; adversus autem dolorem, fugam omnem instruxerat; pro altera quidem, omni virtute pugnans, adversus autem alterum, omni studio decertans: fore scilicet ratus, ut (quod nunquam contingat) sagaciori hæc solertia a se mutuo dispungeret; atque libido (cæcus ille carnis amor, φιλαυτία) solam voluptatem omnis prorsus doloris sensus expertem conjunctam haberet; ignorans scilicet ex animi perturbatione ejusque caligantis vitio ac labe, nunquam fieri posse, quin dolor sit voluptati comes. Est enim voluptati contemperatus doloris labor, etsi quibus inest, latere videatur, ob voluptatis ex libidine animique perturbatione victoriam. Quod enim vincit ac prævalet sic semper elucere solet, ut ejus quod e vicino est atque adjacet, sensum obtundat atque occultet.

A ποις· εὑρίσκων δι' αὐτῆς τῆς πείρας, πάσης ἡδονῆς εἶναι πάντως τὴν ὀδύνην διάδοχον, πρὸς μὲν τὴν ἡδονήν, τὴν ὅλην ἔσχεν ὁρμήν· πρὸς δὲ τὴν ὀδύνην, τὴν ὅλην ἀποφυγήν· τῆς μὲν, κατὰ πᾶσαν ὑπεραγωνιζόμενος δύναμιν, τὴν δὲ, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν καταγωνιζόμενος· οἰόμενος, ὅπερ ἀμήχανον ἦν, διὰ τῆς τοιαύτης μεθοδείας, ἀλλήλων ταύτας διαστῆσαι, καὶ μόνην τὴν ἡδονὴν συνημμένην τὴν φιλαυτίαν ἔχειν, παντελῶς ὀδύνης ἀπείραστον· ἀγνοήσας ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡς ἔοικεν, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί ποτε χωρὶς ὀδύνης εἶναι τὴν ἡδονήν. Ἐγκέκραται γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς ὀδύνης ὁ πόνος, κἂν λανθάνειν δοκεῖ τοὺς ἔχοντας διὰ τὴν κατὰ τὸ πάθος τῆς ἡδονῆς ἐπικράτειαν· ἐπειδὴ τὸ ἐπικρατοῦν ἀεὶ διαφαίνεσθαι πέφυκεν, καλύ-
B πτον τοῦ παρακειμένου τὴν αἴσθησιν.

Hinc ingens illa numeroque superior in humanam vitam obrepsit, affectuum seu vitiorum turba. Hinc longe lamentabilis nobis vita obvenit, quæ sui ipsa interitus causas colat, imprudensque corruptionis sibi segetem ac fomenta, solers eorum inventrix, asciscat. Hinc natura, ipsa una exsistens, in innumeras partes dissecta; ac qui ejusdem simus consortes naturæ, ipsi alii alios ferarum more ac reptilium nosmet consumimus. Qui enim ex cæca illa libidine voluptatem consectemur, ob camdemque rursus causam dolorem omni conatu cavere studeamus, exitiosorum affectuum ac vitiorum infinitam nobis segetem adinvenimus; puta, si per voluptatem cæcæ libidini (amori scilicet carnali) damus operam, gulositatem progignimus, superbiam, inanem gloriam, tumorem, avaritiam, rapacitatem, violentiam, audaciam, arrogantiam, contumaciam, insaniam, jactantiam, elationem, contemptum, injuriarum procaciam, profanos mores atque impuros, scurrilitatem, prodigalitatem, luxuriam, insolentiam, animi fastum, mollitiem ac inertiam, injuriam, subsannationem, loquacitatem, importune turpiaque fandi licentiam, ac **9** si qua alia ejus generis sunt. Sin autem potius cæca libido φιλαυτία (carnalis amor) dolore violatur, iram gignimus, invidiam, odium, inimicitias, simultates, convitia; detractionem, calumniam, mœrorem, desperationem, diffidentiam, Providentiæ vituperationem, tædium, negligentiam, animi mœstitudinem, languorem animi, pusillanimitatem, luctum importunum, fletum, vultuositatem, ejulatus, livorem, æmulationem, æmuli animi provocationem, ac si qua alia ad eam spectant affectionem, quam voluptatis adminicula ac causæ deficiant. Ex ea denique doloris ac voluptatis commistione, quæ ex aliis causis (nempe ex improbitate, τῆς μοχθηρίας, sic enim quidam compositionem ex contrariis malorum partibus vocant) consurgit, simulationem parimus, irrisionem, dolum, dissimulationem, adulationem, assentationem, ac si qua alia mista illaudabilis solertiæ commenta exsistunt. Ut enim cuncta in præ-

Ἐντεῦθεν ὁ πολὺς ὄχλος, τῶν παθῶν καὶ ἀναρίθμητος εἰσεφθάρη τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. Ἐντεῦθεν πολυστένακτος γέγονεν ἡμῖν ἡ ζωή, τῆς οἰκείας ἀναιρέσεως τιμῶσα τὰς ἀφορμάς, καὶ τῆς φθορᾶς τὰς προφάσεις ἑαυτῇ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἐξευρίσκουσά τε καὶ περιέπουσα. Ἐντεῦθεν ἡ μία φύσις, εἰς μυρία κατεμερίσθη τμήματα· καὶ οἱ τῆς αὐτῆς φύσεως, ἀλλήλων ἐσμὲν δίκην ἑρπετῶν θηρίων παραναλώματα. Ἡδονῆς γὰρ διὰ τὴν φιλαυτίαν ἀντιποιούμενοι, καὶ ὀδύνην διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πάλιν φεύγειν σπουδάζοντες, τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν
C παθῶν ἐπινοοῦμεν γενέσεις· οἷον, εἰ μὲν δι' ἡδονῆς τῆς φιλαυτίας φροντίζομεν, γεννῶμεν τὴν γαστριμαργίαν, τὴν ὑπερηφανίαν, τὴν κενοδοξίαν, τὴν φυσίωσιν, τὴν φιλαργυρίαν, τὴν πλεονεξίαν, τὴν τυραννίδα, τὸν γαῦρον, τὴν ἀλαζονείαν, τὴν ἀπόνοιαν, τὴν μανίαν, τὴν οἴησιν, τὸν τῦφον, τὴν καταφρόνησιν, τὴν ὕβριν, τὸ βέβηλον, τὸ εὐτράπελον, τὴν ἀσωτείαν, τὴν ἀκολασίαν, τὴν περπερείαν, τὸν μετεωρισμὸν, τὴν βλακείαν, τὸν αἰκισμὸν, τὸν ἐκμυκτηρισμὸν, τὴν πολυλογίαν, τὴν ἀκαιρολογίαν, τὴν αἰσχρολογίαν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιούτου γένους ἐστίν· εἰ δὲ μᾶλλον δι' ὀδύνης ὁ τῆς φιλαυτίας αἰκίζεται τρόπος, γεννῶμεν τὸν θυμὸν, τὸν φθόνον, τὸ μῖσος, τὴν ἔχθραν, τὴν μνησικακίαν, τὴν λοιδορίαν, τὴν καταλαλιάν, τὴν συκοφαντίαν, τὴν λύπην, τὴν ἀνελπιστίαν, τὴν
D ἀπόγνωσιν, τὴν τῆς προνοίας διαβολὴν, τὴν ἀκηδίαν, τὴν ὀλιγωρίαν, τὴν ἀθυμίαν, τὴν δυσθυμίαν, τὴν ὀλιγοψυχίαν, τὸ ἄκαιρον πένθος, τὸν κλαυθμὸν, τὴν κατήφειαν, τὸν ὀλοφυρμὸν, τὸν ζῆλον, τὴν ζηλοτυπίαν, τὴν παραζήλωσιν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς τῶν καθ' ἡδονὴν ἀφορμῶν ἐστερημένης ἐστὶν διαθέσεως. Ἐκ δὲ τῆς γινομένης δι' ἄλλας τινὰς αἰτίας καθ' ἡδονὴν [Fr. καὶ ὀδύνην] ὀδύνης μίξεως ἤγουν μοχθηρίας· οὕτω γὰρ καλοῦσί τινες τὴν ἐκ τῶν ἐναντίων μερῶν τῆς κακίας σύνθεσιν, γεννῶμεν τὴν ὑπόκρισιν, τὴν εἰρωνείαν, τὸν δόλον, τὴν προσποίησιν, τὴν κολακείαν, τὴν ἀνθρωπαρεσκίαν, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς μικτῆς εἰσι πανουργίας ἐπινοήματα [Phot. al. ἐπινοσήματα]. Πάντα γὰρ ἀπαριθμεῖσθαι τανῦν, καὶ λέγειν μετὰ τῶν οἰκείων σχημάτων τε, καὶ τρόπων, καὶ αἰτιῶν, καὶ καιρῶν,

οὐκ ἀνεκτόν· τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐξετάσεως Θεοῦ χαριζομένου δύναμιν, κατ' ἰδίαν ὑπόθεσιν ἐρευνηθησομένης. A

Omnis igitur mens actioni studens, orans aut prophetans : hoc est virtutum rationes efflagitans, sic enim intelligendum quod dicitur *orans;* aut earum modos operibus manifestans; sic enim accipiendum illud, *prophetans*, nudum solum fidei verbum debet aspicere, nihil intelligens aut cogitans sive faciens, propensione nutuque animi caput obvelando. Omnisque mulier, hoc est, mentis actioni impensæ habitus, orans aut prophetans, hoc est, affectu animi occultis rationibus motu incitatus, sive exteriori gestu actuque, **54** absque rationis discretione, virtutem informans; caput suum deturpat, libidinis causa bonum colens, quippe cum perornante ratione tanquam operimento careat. Omnisque mens naturalem colens speculationem, orans aut prophetans, super caput habens, hoc est, spiritaliter et ut scientiæ comparatum est, rerum rationes inquirens, aut pro magistri munere eas aliis tradens, in aliud quodvis ullo modo, absque pietatis scopo ac proposito, propendens, caput suum deturpat; quod fluxarum aliquid rerum rectæ secundum pietatem scientiæ superimponat. Omnisque mulier, id est, sensus, naturaliter sensilia attingens ac percipiens; super caput non habens, spiritales dictorum rationes ipsum obtegentes; deturpat caput suum, libidinis causa ob naturalem necessitudinem, res in aspectum cadentes obtuens. Omnisque mens mysticæ theologiæ amore plusculum incensa, orans aut prophetans obtecto capite, hoc est, penitiores abstrusioresque contemplationes ignote hauriens, vel docens instituensque alios ad theologiam; si quam cogitationis formam habuerit, dum Verbum docetur aut docet, quod omnem excedit cogitatum, caput suum deturpat; quod simplex est, omnemque superat cogitatum, earum rerum quæ sunt ac cognoscuntur alicui supponens : cum par esset, ut omni nuda cogitatu ac notione, vacantibus animi oculis, verum Deum Verbum conspiceret, palam sciens veras esse quæ in Deo per excellentiam dicuntur privationes; divinam scilicet quovis modo affirmationem, per omnimodam rerum ablationem significantes. Omnisque mulier, talis scilicet mentis cogitatio, orans vel prophetans non velato capite, hoc est, mentis facultate, quæ illi superior pluribus mysticis considerationibus stipatur, soluta, deturpat caput suum, divinam atque arcanam scientiam, velut caput mentem operientem, abjiciens.

Πᾶς οὖν ἀνὴρ, ἤγουν νοῦς πρακτικὸς, ἢ φυσικὸς,

Omnis igitur vir, id est, animus actioni studens,

* Fr. τὴν γνῶσιν· τὴν ἕξιν· τὴν ὥσπερ οὐσίαν τῆς ἀρετῆς. *Nempe scientiam, habitum; qui velut virtutis habitus sit.*

** Fr. τὴν πρᾶξιν· τὴν ἐνέργειαν· τοῦ γνωσθέντος καλοῦ τὴν ὑπόστασιν. *Id est actionem*, operationem; *boni cogniti substantiam basimque.*

vel naturalem vel divinam speculationem colens, orans aut prophetans, hoc est, sive doceatur sive doceat, caveat ne Christum (id est, caput) opertum habeat : qui quidem actioni deditus est, sic comparatus, ut fidei ac virtuti nihil anteponat : **55** qui naturali speculationi, ut nullam prima superiorem rationem inducat : qui divinæ scientiæ, ei qui omnem cogitatum ac notitiam excellit, nullam prorsus ex rebus conceptis figuram tribuat. Omnisque mulier, hoc est, habitûs colentis actionem, aut sensus naturalia speculantis, vel sapiens intelligentia mentis divinis rebus studentis, caput obtegat : actioni quidem deditus habitus, agendorum et non agendorum per rationem discretionem impositam habens : sensusque, scientificam iis in rebus, quæ visu percipiuntur, rationis vim. Mentis intelligentia ac cogitatus, eorum quæ omnem cogitatum sensumque superant, indemonstrabilem prorsus scientiam. Omnis enim habitus aut sensus aut mentis cogitatio, non eo, quem dixi, modo obnupta, nihil ab ea differt quæ rasa ac decalvata sit : hoc est, quæ nullam virtutis, aut religiositatis, aut scientiæ mysticæ, necnon divinæ dilectionis, rationem habeat.

A ἢ θεολογικὸς, προσευχόμενος ἢ προφητεύων, τουτέστι διδασκόμενος, ἢ διδάσκων, ἀκατακάλυπτον ἐχέτω τὴν κεφαλὴν, τὸν Χριστόν· ὁ μὲν πρακτικὸς, μηδὲν πίστεως καὶ ἀρετῆς προκρίνων· ὁ δὲ φυσικὸς, μηδένα τοῦ πρώτου λόγου ποιούμενος ἄλλον ἀνώτερον· ὁ δὲ θεολογικὸς, τὸν ὑπὲρ νόησιν καὶ γνῶσιν καθοτιοῦν μὴ σχηματίζων ταῖς διὰ τῶν ὄντων νοήσεσι. Καὶ πᾶσα γυνὴ, τουτέστιν ἕξις πρακτικοῦ, ἢ αἴσθησις φυσικοῦ, ἢ σοφὴ διάνοια θεολογικοῦ νοὸς, κατακαλυπτέσθω τὴν κεφαλήν· ἡ μὲν πρακτικὴ ἕξις, τῶν ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων ἐπικειμένην ἔχουσα τὴν τοῦ λόγου διάκρισιν· ἡ δὲ αἴσθησις, τὴν ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ἐπιστημονικὴν τοῦ λόγου δύναμιν· ἡ δὲ διάνοια, τὴν παντελῶς ἀναπόδεικτον τῶν ὑπὲρ νόησιν γνῶσιν. Πᾶσα γὰρ ἕξις, ἢ αἴσθησις, ἢ διάνοια, B μὴ καλυπτομένη κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τρόπον, οὐδὲν διαφέρει τῆς ἐξυρημένης, τουτέστι, τῆς μηδένα λόγον ἐχούσης ἀρετῆς, ἢ θεοσεβείας, ἢ γνώσεως μυστικῆς καὶ θείας ἀγάπης.

Debet igitur, atque id merito, omnis talis mulier habere super caput rationis semper potestatem : ejus scilicet inspectionem et curam ; idque maxime propter angelos, qui nostros tum manifestos, tum occultos motus contuentur, omnemque cogitatum ac actum perscribunt, unde vel laudi vel vituperio in tremenda judicii cognitione vertatur : propter etiam conscientiæ rationes [36], quæ ipsæ angeli moraliter intelliguntur, accusantque pro iis quæ a nobis aguntur ; sive etiam excusant nunc pariter ac postea in die judicii : sed et propter malos angelos, qui nostrum semper et habitum observant et sensum mentisque cogitatum, ut ubi hæc nudata viderint rationis ac mentis discretione, aut pietate ac scientia, aggrediantur, his contraria illis procreando ; nempe indiscretionem et impietatem et ignorantiam ; quarum munere ac compendio nequissimi dæmones, malitiam et errorem Deique negationem operari solent. Dictus vero est Deus Christi caput, quippe mens natura principium et auctor Verbi exsistens.

Ὀφείλει οὖν ἔχειν, καὶ διὰ τὸ εἰκὸς, πᾶσα τοιαύτη γυνὴ, τὴν ἐξουσίαν τοῦ λόγου διὰ παντὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, λέγω δὲ τὴν λογικὴν ἐπιστασίαν, καὶ μάλιστα διὰ τοὺς ἀγγέλους, τοὺς θεωμένους ἡμῶν τά τε φανερὰ καὶ ἀφανῆ κινήματα, καὶ ἀπογραφομένους πᾶν νόημα καὶ ποίημα πρὸς ἔπαινον ἢ ἔλεγχον ἡμῶν, ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως· καὶ διὰ τοὺς κατὰ C συνείδησιν λογισμοὺς, καὶ αὐτοὺς ἀγγέλους τροπικῶς νοουμένους, ἐπὶ τοῖς γινομένοις παρ' ἡμῶν κατηγοροῦντας, ἢ καὶ ἀπολογουμένους νῦν τε καὶ ὕστερον κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως· καὶ διὰ τοὺς πονηροὺς ἀγγέλους, τοὺς φυλαττομένους ἡμῶν καὶ ἕξιν καὶ αἴσθησιν καὶ διάνοιαν· ἵνα ἐπὰν εἴδωσι γυμνωθέντας τῆς λογικῆς τε καὶ νοερᾶς διακρίσεώς τε καὶ εὐσεβείας καὶ γνώσεως, ἐπιθῶνται, τὴν τῶν ἐναντίων αὐταῖς δημιουργοῦντες γένεσιν· ἀδιακρισίαν λέγω, καὶ ἀσέβειαν καὶ ἄγνοιαν· δι' ὧν κακίαν καὶ πλάνην καὶ ἀθεΐαν ἐνεργεῖν οἱ πονηροὶ πεφύκασι δαίμονες. Κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεὸς εἴρηται, ὡς Λόγου φύσει νοῦς κατ' αἰτίαν ἀρχή.

SCHOLIA.

1. Vir est, et qui philosophiam studentem actioni colit.

2. **56** Caput dixit Christum, velut substantiam ac basim futurorum bonorum. *Fides* enim, juxta divinum Apostolum, *futurorum substantia est, et rerum quæ non videntur, argumentum* [37]; quod ipse est, *in quo sunt thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi* [38].

3. Vere exsistens fides (ἐνυπόστατος) efficax ac actuosa est, per quam Dei Verbum in iis qui student actioni, mandatis corporatum monstratur : quorum vi, ut Verbum, ad eum in quo est per naturam (id est ad Patrem) actionis cultores provehit.

ΣΧΟΛΙΑ.

D α'. Ἀνήρ ἐστι καὶ ὁ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν μετερχόμενος.

β'. Κεφαλὴν εἶπεν τὸν Χριστὸν, ὡς ὑπόστασιν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Ἡ γὰρ *πίστις*, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, *μελλόντων ἐστὶν ὑπόστασις*, καὶ *πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων*· ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς, *ἐν ᾧπερ εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ἀπόκρυφοι, καὶ τῆς γνώσεως*.

γ'. Ἐνυπόστατος πίστις ἐστὶν, ἡ ἐνεργὴς καὶ ἔμπρακτος, καθ' ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν τοῖς πρακτικοῖς δείκνυται ταῖς ἐντολαῖς σωματούμενος· δι' ὧν ὡς Λόγος πρὸς τὸν ἐν ᾧ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀνάγει Πατέρα τοὺς πράττοντας.

[36] Rom. II, 15. [37] Hebr. XI, 1. [38] Coloss. II, 3.

δ'. Ὅτι ἀνήρ ἐστιν καὶ ὁ τὴν φυσικὴν θεωρίαν εὐσεβῶς ἀσκούμενος νοῦς, τὸν κατὰ πίστιν τῇ διανοίᾳ θεωρητὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον κεφαλὴν ἔχων, ὡς αἰτίαν τῆς τῶν ὁρωμένων γενέσεως. A

ε'. Fr. Τὴν κτίσιν εἴ τις ἐθέλει καλῶς ὁρᾷν (ἔχει γὰρ δύναμιν ἄνθρωπος φυσικὴν τοῦ καλῶς ὁρᾷν, καὶ διακρίνειν τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος), πρὸς τὸ τῆς ζωῆς χειραγωγηθήσεται ξύλον, ὅπερ ἐστὶν, ὁ παντὸς ξύλου δημιουργὸς Θεός· *Ἐν ᾧ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι.* Εἰ δὲ τῇ φυσικῇ δυνάμει παραχρησάμενος, κακῶς ὁρᾷν τὴν κτίσιν βουληθῇ, πόῤῥω τε στήσεται τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ξύλον φάγεται τὸ διάκρισιν ἔχον καλοῦ καὶ κακοῦ· τῇ αἰσθήσει καὶ ἀλογίᾳ τὸν νοῦν ὑποτάξας ἀλόγως καὶ τὸν λόγον. Καὶ καλὸν μὲν τὴν ἡδονὴν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἡγούμενος σύστασιν· κακὸν δὲ, τὴν ὀδύνην, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καὶ τοὺς πόνους τοῦ σώματος, καὶ εἰς Θεὸν τὴν κτίσιν παραγνωρίζων, ὡς δι' αὐτῆς τὰς ἀφορμὰς τῆς σωματικῆς ἡδονῆς πορίζόμενος. B

ς'. Ἐπειδὴ, φησὶν, συνεπινοεῖται πάντως τῷ γενεσιουργῷ τῶν ὄντων Λόγῳ καὶ ὁ Νοῦς, πρὸς ὃν ἔχει κατ' αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ὁ Λόγος· κεφαλὴν τοῦ Χριστοῦ τὸν Πατέρα κέκληκεν ὡς Νοῦν Λόγου κατὰ φύσιν γεννήτορα.

ζ'. Fr. Ἐκ γὰρ τῆς οὐσίας τῶν ὁρατῶν καὶ τῆς κινήσεως καὶ τῆς διαφορᾶς, τὴν τρισυπόστατον ἁγίαν μονάδα γινώσκομεν. Ὡς ἀλλαχοῦ ἐν τῷ . . . . . ᾧ τινι μὲν ἐξάγεται, φησὶν ὁ διδάσκαλος. C

η'. Ὅτι ἀνήρ ἐστι, καὶ ὁ τὴν μυστικὴν διδασκόμενος θεολογίαν.

θ'. Καθ' ὑπεροχὴν ἐκδέχου τὸ ἀνοήτως. Ὑπὲρ νόησιν γὰρ τὸ πιστευόμενον, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεός.

ι'. Ὁ τὴν ἄμεσον τῇ καθ' ὑπεροχὴν στερήσει τῶν γενητῶν πρὸς τὸν ἐπέκεινα παντὸς λόγου Λόγον ἀγνώστως λαβὼν, φησὶν, αὐτοψίαν, αὐτὸν ἔχει κεφαλὴν τὸν πάντη μονώτατον Λόγον· ὑπὲρ ὃν ἢ μεθ' οὗ, ἢ μεθ' ὃν ἕτερος φύσει καθάπαξ οὐχ ὑφέστηκε λόγος, οὗ ὁ εἷς φύσει Νοῦς ὑπάρχει γεννήτωρ· πρὸς ὃν ὡς κεφαλὴν ἀνάγων διὰ τοῦ συμφυοῦς κατ' οὐσίαν Πνεύματος τὸν ἑπόμενον συνίστησι νοῦν. D

ια'. Τοῦ μὲν πρακτικοῦ γυναῖκά φησιν εἶναι τὴν ἕξιν, ὡς τῶν κατ' ἀρετὴν τρόπων γεννητικήν· τοῦ δὲ φυσικοῦ, τὴν ἐξευγενισθεῖσαν τοῖς λόγοις τοῦ πνεύματος αἴσθησιν, ὡς τίκτουσαν τὰς τῶν ὄντων ἀπαθεῖς φαντασίας· τοῦ δὲ θεολογικοῦ τὴν καθαρὰν διάνοιαν τοῦ ἑνὸς τρισφαοῦς φωτὸς μοναδικῶς δεκτικήν.

ιβ'. Χριστὸν λέγει τὸν ὑπερούσιον, καὶ ὑπερουσίως σαρκωθέντα Λόγον, ὅτι μηδὲ τὴν σάρκωσιν αὐτοῦ λόγῳ φυσικῷ κατέλαβε νοῦς. Τούτου δὲ κεφαλὴν

4. Vir est, et quæ naturalem speculationem pie mens obit, Dei Verbum per fidem, mentis intelligentia objectum speculabile caput habens, ut quod eorum, quæ creata sunt, auctor sit.

5. Creaturam si quis rite contueri velit (præditus enim est homo naturali facultate ut rite videat, virtutemque, ac quod potius est, a vitio, et eo quod est deterius, discernat), ad lignum vitæ manuducetur, quod est Deus, omnis ligni atque arboris conditor : *In quo sunt thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi* [19]. Sin autem naturali facultate abusus, male creaturam videre voluerit, procul a vita consistet, vesceturque ligno quod discretionem habet boni et mali. sensui brutæque affectioni, alieno a ratione conatu mancipata mente et ratione : ac bonum quidem voluptatem existimans, ob corporis incolumitatem : malum autem, dolorem, eamdem ob causam, et propter corporis ærumnas atque labores; Deique loco, creaturam sibi errore constituit, quod per illam corporalis compos voluptatis fiat.

6. Quia, inquit, una cum Verbo rerum auctore, mens quoque omnino intelligitur, ad quam Verbum velut auctorem relationem habet; Christi caput Patrem vocavit, velut Mentem, quæ Verbi per naturam parens sit.

7. Ex substantia enim et motu et distinctione rerum quæ in aspectum cadunt, sanctam unitatem trine subsistentem cognoscimus : ut alio loco in...

8. Vir est, et qui mysticam theologiam docetur.

9. Secundum excellentiam accipe quod dicitur ἀνοήτως, velut dicas, *sine mentis sensu ac intellectu.* Omnem enim intelligendi vim superat quod credimus, nempe Deus.

10. Qui, inquit, creatorum secundum excellentiam privatione, ipsum Verbi, quod omni verbo et ratione superius est, immediatum ignote conspectum nactus est, ipsum omnino singularissimum Verbum caput habet : supra quod, aut cui comes, vel ipsum sequens aliud prorsus verbum vere natura exsistens nullum est : cujus una mens, natura exsistit parens, apud quam ut caput, per ejusdem secum naturæ Spiritum, quæ sequatur mentem subvehendo constituit.

11. Ejus quidem qui actionem colit, mulierem (seu uxorem) habitum esse dicit, ut qui modorum virtutis morumque mitiorum parens sit. Ejus vero qui naturalem speculationem, sensum spiritus rationibus ad ingenuitatem traductum; ut qui illibidinosas cogitationes pariat animique rationes. Ejus autem qui scientiam divinam, puram mentem quæ unius trine fulgentis lucis singulariter capax exsistat.

12. Christum dicit, superessentiale ac superessentiali ratione incarnatum Verbum, quod ne ejus quidem incarnationem mens naturali ratione com-

[19] Coloss. II, 3.

prehendit. Ejus autem caput esse dicit Mentem, quæ per naturam nullo auctore exsistit, et quæ auctoris ratione Verbo cointelligatur. Qui enim fidei luminibus Verbum vidit, sine tempore, una cum Verbo Verbi parentem Mentem, in eo secundum essentiam exsistentem, mystice vidit [40]. Sunt vero qui Christum, humanam Christi naturam, quasi rerum universitatis, id est naturæ universæ, caput, appellari dicant; cujus videlicet humanæ Christi naturæ, deitas caput est. Totius enim nomine membra vocitantes, rectam intelligentiam ac sententiam edidere.

A φησι, τὸν κατὰ φύσιν ἀναίτιον Νοῦν, κατ' αἰτίαν φύσει τῷ Λόγῳ συνεπινοούμενον. Ὁ γὰρ τῇ πίστει τὸν Λόγον ἑωρακὼς, ἀχρόνως αὐτῷ Λόγῳ τὸν τοῦ Λόγου γεννήτορα Νοῦν, ὡς ἐν αὐτῷ κατ' οὐσίαν ὄντα, μυστικῶς συνεώρακεν. Φασὶ δέ τινες Χριστὸν μὲν λέγεσθαι τοῦ Χριστοῦ τὸν ἀνθρώπινον, ὡς τοῦ παντὸς, ἤγουν τῆς ὅλης φύσεως κεφαλήν. Οὗπερ ἀνθρωπίνου δῆλον, ἡ τοῦ Χριστοῦ θεότης καθέστηκε κεφαλή. Τῇ γὰρ ὀνομασίᾳ τοῦ ὅλου τὰ μέλη καλέσαντες, ὀρθὴν ἐκδεδώκασιν ἔννοιαν.

13. Consummatæ mentis cum Deo per gratiam (ut ita loquar) identitas, est, circa id quod natura unum idemque est, simplex indivisaque motus agitatio : circa quam non est rerum spiritalium comprehensio, quæ et quantitate secundum essentiam, et qualitate secundum facultatem viresque, differant : sed nullis verbis explicanda jucunditas, cujus sensum nulla mens assequi queat.

ιγ'. Πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ τελειωθέντος νοῦς κατὰ χάριν ταυτότης, ἐστὶν ἡ περὶ τὸ φύσει ταυτὸν B ἁπλῆ καὶ ἀδιαίρετος κίνησις, περὶ ἣν νοητῶν ἀνάληψις οὐκ ἔστι, ποσῷ τε τῷ κατ' οὐσίαν καὶ τῷ κατὰ δύναμιν ποιῷ διαφερόντων· ἀλλ' ἀπόλαυσις ἄῤῥητος αἴσθησιν ἔχουσα τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν.

14. Orationem vocat, ejus qui actioni studet, qua virtutes petit : prophetiam vero, rationum in eis veram doctrinam. Ejus vero qui naturalem speculationem colit, orationem dicit esse, solertis de rebus cognitionis ac scientiæ petitionem : prophetiam vero, ejus per veram doctrinam ad alios derivationem. Ejus denique qui divinam scientiam, orationem esse dicit, arcanum silentium, quo mens rerum secundum excellentiam privatione, unione cogitatum omnem ac scientiam excedente, dignus efficitur : prophetiam vero, aliorum de his sacratiorem doctrinam. Nam oratio, orantis cum Deo unionem
57 facit : prophetia vero, ut propter Deum concessa bona hominibus impartiat, prophetantem inducit.

ιδ'. Προσευχὴν λέγει τοῦ μὲν πρακτικοῦ, τὴν τῶν ἀρετῶν αἴτησιν· προφητείαν δὲ, τῶν ἐν αὐταῖς λόγων τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν· τοῦ δὲ φυσικοῦ προσευχὴν φησιν εἶναι, τῆς περὶ τῶν ὄντων ἐπιστημονικῆς γνώσεως αἴτησιν· προφητείαν δὲ, τὴν ταύτης κατὰ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν εἰς ἀλλήλους μετάδοσιν· τοῦ δὲ θεολογικοῦ προσευχὴν εἶναι λέγει, τὴν ἀπόῤῥητον σιγήν· καθ' ἣν ὁ νοῦς ὑπεροχικῶς τῇ στερήσει τῶν ὄντων ἄξιος γίνεται τῆς ὑπὲρ νόησιν καὶ γνῶσιν C ἑνώσεως· προφητείαν δὲ, τὴν ἄλλων περὶ τούτων μυσταγωγίαν. Ἡ γὰρ προσευχὴ πρὸς Θεὸν ποιεῖται τοῦ προσευχομένου τὴν ἕνωσιν· ἡ δὲ προφητεία διὰ Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις κοινωνῆσαι τῶν δοθέντων καλῶν πείθει τὸν προφητεύοντα.

15. Cum Deus de rebus prædicatur, una cum rebus ipsum intelligimus; verum ut auctorem ac opificem. Cum vero de rebus omnino negamus, ne quidem ratione causæ, et ut auctor est, cum rebus a nobis intelligitur; quod revera omni ad res relatione careat, qua nobis comparatum, ut se mutuo inferre, unaque concipi relata intelligamus. Probus igitur theologus, quæ per excellentiam est, cognitionis absentiam veræ cognitionis affirmationem facit, omnem prorsus cogitatum fugientem Dei eminentiam.

ιε'. Ὅταν τὸ Θεῖον καταφάσκωμεν τῶν ὄντων, φησὶ, συνεπινοοῦμεν αὐτὸ τοῖς οὖσιν· ἀλλ' ὡς αἰτίαν ποιητικήν. Ὕταν δὲ τῶν ὄντων αὐτὸ παντελῶς ἀποφάσκωμεν, οὔτε κατ' αἰτίαν αὐτὸ συνεπινοοῦμεν τοῖς οὖσιν· ὅτι μηδεμίαν, ἀληθῶς εἰπεῖν, ἔχει πρὸς τὰ ὄντα σχέσιν· καθ' ἣν τὴν ἐπ' ἀμφοῖν ὧν ἐστι σχέσις ἔννοιαν ἅμα συναναφέρειν πεφύκαμεν. Οὐκοῦν ὁ καλὸς θεολόγος τὴν καθ' ὑπεροχὴν ἀγνωσίαν θέσιν γνιώσεως ἀληθοῦς ποιεῖται, τοῦ Θεοῦ τὸ παντελῶς D ἀνεννόητον.

QUÆSTIO XXVI.

Cum per regem Babylonis secundum allegoriam diabolus intelligatur, quid sibi vult quod Deus comminatur per Jeremiam prophetam, regibus gentium et regi Juda, compedes, vincula, famem, mortem, gladium, captivitatem, nisi illi serviant; his vero qui sponte servierint, fore ut in terra sua quiete agant; quodque servum suum ipsum appellat, dicens : « Ego dedi omnem terram Nabuchodonosor regi Babylonis servo meo [41]*? » Quænam igitur est diaboli servitus,*

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚϚ'.

Εἰ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἀλληγορεῖται εἰς τὸν διάβολον, τίς ὁ λόγος ὃν διὰ [Gisl. ᾧ διὰ] τοῦ, προφήτου Ἱερεμίου ἀπειλεῖ τοῖς βασιλεῦσι τῶν ἐθνῶν, καὶ τῷ βασιλεῖ Ἰούδα· κλοιοὺς καὶ δεσμοὺς, καὶ λιμὸν, καὶ θάνατον, καὶ μάχαιραν, καὶ αἰχμαλωσίαν, ἐὰν μὴ αὐτῷ δουλεύσωσι; Τοῖς δὲ ἑκουσίως δουλεύουσι, μετὰ ἀνέσεως εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῶν· καὶ ὅτι δοῦλον αὐτὸν προσαγορεύει, λέγων· « Ἐγὼ ἔδωκα πᾶσαν τὴν γῆν Ναβουχο-

[40] Joan. xiv, 9. [41] Jerem. xxvii, 6.

* Edidit Michael Gislerius t. II, in Jerem., Leone Allatio Interpr.

δονόσορ βασιλεῖ Βαϐυλῶνος, τῷ δούλῳ μου, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ δέδωκα δουλεύειν αὐτῷ.»
Τίς οὖν ἐστιν ἡ τοῦ διαϐόλου δουλεία, καὶ τίνα τὰ θηρία, καὶ τίνα τὰ ἓξ εἴδη τῆς ἀπειλῆς, καὶ τίνες οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα;

Ἀπόκρισις.

Ὁ διάϐολος (1) καὶ ἐχθρός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκδικητής· ἐχθρὸς μὲν, ὅταν ὡς μισῶν αὐτὸν, δοκῇ πως τὴν ὀλέθριον κεκτῆσθαι πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἀγάπην, τοῖς τῶν ἑκουσίων παθῶν τρόποις διὰ τῆς ἡδονῆς πείθων ἡμῶν τὴν προαίρεσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν προκρίνειν τὰ πρόσκαιρα· δι' ὧν κλέπτων ὅλης ** τῆς ψυχῆς τὴν ἔφεσιν, τῆς θείας ἡμᾶς παντελῶς ἀγάπης ἀφίστησιν, ἑκουσίους ἐχθροὺς ποιῶν τοῦ ποιήσαντος· ἐκδικητὴς δὲ, ὅταν γυμνώσας τὸ πρὸς ἡμᾶς μῖσος, ὡς ἤδη γενομένους αὐτῷ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑποχειρίους, ἐξαιτεῖται τὴν καθ' ἡμῶν τιμωρίαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω φίλον τῷ διαϐόλῳ καθέστηκεν, ὡς ἄνθρωπος τιμωρούμενος. Τοῦτο δὲ συγχωρηθεὶς, τὰς ἐπαλλήλους ἐπινοῶν τῶν ἀκουσίων παθῶν ἐπαγωγὰς, λαίλαπος δίκην ἀπηνῶς ἐπιφέρεται, τοῖς καθ' ὧν ἐκομίσατο συγχωρήσει Θεοῦ τὴν ἐξουσίαν· οὐ τὸ πρόσταγμα τὸ θεῖον ἐκπληρῶσαι βουλόμενος, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον τοῦ καθ' ἡμῶν μίσους διαθρέψαι πάθος ἐπιθυμῶν· ἵνα τῷ πολλῷ μέτρῳ τῶν *** ὀδυνηρῶν συμφορῶν ἡ ψυχὴ δι' ἀτονίαν ὀκλάσασα, τῆς θείας ἐλπίδος ἑαυτῆς περικόψῃ τὴν δύναμιν· ἀντὶ νουθεσίας, (e) ἀθεΐας αἰτίαν ποιουμένη τὴν τῶν ἀλγεινῶς συμϐαινόντων ἐπαγωγήν.

Ἀγαθὸς γὰρ ὑπάρχων ὁ Θεὸς, καὶ θέλων ἡμῶν ἐκτίλαι παντελῶς τὸ τῆς κακίας σπέρμα, τὴν ἡδονὴν τὴν τὸν νοῦν τῆς θείας ἀποσυλῶσαν ἀγάπης, συγχωρεῖ τῷ διαϐόλῳ πόνους ἡμῖν καὶ τιμωρίας ἐπαγαγεῖν· κατὰ ταυτὸν καὶ τῆς προλαϐούσης ἡδονῆς τὴν ἰὸν (2), διὰ τῶν πόνων τῆς ψυχῆς ἀποξέων, καὶ πρὸς τὰ παρόντα καὶ μόνην τὴν αἴσθησιν σαίνοντα, μῖσος ἡμῖν καὶ τελείαν ἀποδιάθεσιν, ὡς μηδὲν τιμωρίας πλέον εἰς κέρδος κεκτημένα κατὰ τὴν χρῆσιν, ἐμποιῆσαι βουλόμενος· καὶ τὴν ἐκείνου τιμωρὸν δύναμιν καὶ μισανθρωπίαν, τῆς πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγωγῆς περιστατικὴν αἰτίαν ποιήσασθαι, τῶν αὐτῆς ἑκουσίως ἀπολισθησάντων.

Ὡς οὖν κατὰ συγχώρησιν τιμωρούμενος τοὺς ἁμαρτάνοντας ὁ διάϐολος τοῦ Θεοῦ κέκληται δοῦλος, ἀποστάτης ὢν καὶ λῃστὴς πονηρὸς, καὶ τοῖς ἑκουσίως διὰ τῆς ἡδονῆς ἀφισταμένοις τοῦ Θεοῦ, τὴν γνώμην ἔχων πάνυ κατάλληλον. Πρέπον γάρ ἐστιν ὑπὸ τοῦ διαϐόλου κολάζεσθαι τοὺς τὰς αὐτοῦ πονηρὰς ὑποθήκας τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων ἡδέως δεξαμένους· οὕτω μὲν οὖν καὶ ἡδονῆς ἐστι διὰ τῶν ἑκουσίων παθῶν σπορεὺς ὁ διάϐολος, καὶ ὀδύνης διὰ τῶν ἀκουσίων ἐπαγωγεύς.

et quæ bestiæ, quæve sex minarum genera, et qui reges gentium et rex Juda?

Responsio.

Diabolus, Dei cum hostis, tum vindex exsistit. Hostis quidem, cum ejus velut odio, exitiosam adversum nos homines habere videtur dilectionem, spontanearum per voluptatem libidinum modis auctor nobis voluntate exsistens, ut temporanea bona æternis præferamus; quorum illecebra, omnem animi cupiditatem a divina prorsus charitate avertit, Conditoris sponte hostes constituens. Vindex vero, cum nudato, quo in nos accensus est odio, ut jam illi factos peccato obnoxios, ad debitas exposcit pœnas. Nihil enim perinde diabolum delectat, ac hominis excruciatio pœnaque. Horum vero accepta licentia, alia ex aliis continue mala, quæ invitos afficiant torqueantque excogitans, turbinis instar, in quos Dei concessione potestatem acceperit, sæve irruit; non ut divinam impleat jussionem, sed ea cupidine œstroque, ut suum in nos pascat odium; quo nimirum ærumnarum gravitate ac cruciatus per imbecillitatem fatiscens animus, divinæ a se spei vim abscindat; ac correptionis loco seu disciplinæ, molestos casus et ærumnosos in ansam impietatis vertat.

58 Deus enim qui bonus sit, atque a nobis vitii semen exstirpare velit (voluptatem scilicet a divina charitate animum avertentem) diabolo, ut nobis labores, pœnasque ac cruciatus inferat, facultatem facit, duo pariter hæc efficiens, ut et anterioris libidinis animo contractam rubiginem laborum acerbitate abstergat, et perfectum nobis odium ac despicientiam adversus præsentia solumque sensum mulcentia, nec præter pœnam commodi aliquid habentia, ingerat; ultricemque ac in homines conjuratam illius potentiam, necessariæ ad virtutem reductionis causam, his, qui sponte ab ea desciverunt, efficiat.

Tanquam igitur qui Dei concessione peccatores puniat, diabolus Dei servus appellatus est, cum sit desertor ac latro nequissimus, nec voluntate quidquam ab illis abhorreat, qui libidine voluptatis illecebra sponte a Deo discesserunt. Æquum enim est diabolo actore puniri, qui prava ejus consilia, sponte peccatis indulgendo, lubente animo amplexi sunt: sic enim diabolus tum voluptatis per spontaneas passiones sator est, tum doloris per eas quæ invitis inferuntur, auspex.

** In cent. 1, ex quinque c. 80, ὕλην, sicque Allat.
*** Fr. et Gisl. βάρει τῶν, ut et cent. cit.

(e) *Ἀθεΐας αἰτίαν*. Romanus Gislerii codex, ἀθεσίας· nec male opponitur τῷ, νουθεσίας· ut quod Deus remedium adhibet, hoc sibi homo venenum faciat: nempe, Dei admonitionem ac castigationem, in ejus contemptus et prævaricationis occasionem vertendo (sive etiam impietatis Dei ac negationis) quæ peculiari vocabulo illa ἀθεΐα est, ad quam proclive labitur δι' ἀτονίαν, sic atiscens animus, ac se desperans, quasi res ejus providentia non regantur cui sic adversa eveniunt.

Quando igitur hi, qui Judæam ac Jerusalem inhabitant, hoc est, qui actionis habitum, aut rerum speculatricem scientiam nacti sunt, humanæ gloriæ aucupandæ causa his defunguntur: virtutum dotes, conspicua oculis indole adumbrantes, solosque sapientiæ ac scientiæ sermones absque justitiæ operibus loquentes; necnon aliis, quo tument, fastum, virtutis ac scientiæ nomine, ostentantes, congruis merito laboribus atque ærumnis traduntur; quo nempe perpetiendo, quam inani jactantia obliti sint, mentis modestiam (id est humilitatem) condoceantur. Idque etiam cum nosset divinus Apostolus, sceleris commissi reum Corinthium diabolo tradidit in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret in die Domini Jesu [49]. Eam ob rem Judææ rex ac Jerusalem, Assyriorum regi traditur (mens scilicet contemplationi dedita ac scientia exculta diabolo, ad pœnas exsolvendas) qui juste labores ærumnasque inferat: quo nimirum ex malorum perpessione discat, de tolerantia potius laborumque sustinentia philosophari, quam ut vane per superbiam sibi placeat.

Quisquis igitur, ex malorum quæ **59** perpetravit conscientia, sponte in animum inducit, ut violentarum tentationum duros labores, qua decet gratiarum actione, suscipiat; hic a virtutis ac scientiæ habitu gratiaque non exterminatur, velut illi pridem a Judæa ac Jerusalem, ut qui sponte regis Babylonis jugum subeat, ac debiti loco illatos cruciatus accipiat: in quibus manens, regi quidem Babylonis pro natura mortali affectibusque obnoxia, violentos dependit labores, in quos, tanquam eorum reus ob anteacta crimina, animo consentiat: Deo autem per verum cultum ac servitutem (id est, modesti humilisque animi affectum) eorum quæ deliquit, emendationem.

Qui autem Dei concessione, quo inde emendetur, per involuntarias tentationes inductas ærumnas ac cruciatus grato animo non suscipit, nec vanam ostentationem, qua sibi justus videtur, pœnitentia excutit; ut qui divinis justorum judiciorum scitis adversetur, velut qui olim Judæam incolebant, nec sponte jugo regis Babylonis cervicem inclinare, juxta quod illi præceptum est, acquiescit, regi Babylonis in captivitatem et compedes et vincula et mortem et famem et gladium traditur, ac patria prorsus exterminatur (existimato scilicet virtutis ac scientiæ habitu) per captivitatem quidem, secessionis a divinis damnatus; per compedes autem, falsæ de rebus opinionis; per vincula, inertis penitus otii ac cessationis ab honesti officio; per famem, divinarum doctrinarum absentiæ; per mortem, perfectæ honesti officio cæcitatis ac stuporis; per gladium, libidinosarum ac lascivarum cogitationum, quibus divinarum rerum memoria perimitur.

[49] I Cor. v, 5.

A "Οταν οὖν οἱ τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντες, τουτέστι, τὴν πρακτικὴν ἕξιν, ἢ τὴν θεωρητικὴν ἀπειληφότες ἐπιστήμην, πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ταύτας μετέρχονται δόξαν· ἤθη μὲν ἀρετῶν τῷ φαινομένῳ τρόπῳ σκιαγραφοῦντες· λόγους δὲ σοφίας καὶ γνώσεως μόνους λαλοῦντες, δίχα τῶν κατὰ δηκαιοσύνην ἔργων, καὶ τὸν ἐπ' ἀρετῇ καὶ γνώσει τοῖς ἄλλοις ἐπιδείκνυνται τῦφον· εἰκότως τοῖς πρέπουσι παραδίδονται πόνοις, διὰ τοῦ πάσχειν τὴν ἀγνοηθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τῆς ματαίας οἰήσεως ταπεινοφροσύνην μεταμανθάνοντες· ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀπόστολος, παρέδωκε τῷ Σατανᾷ τὸν παρανομήσαντα Κορίνθιον, εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Διὰ τοῦτο τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ ὁ βασιλεὺς παρα- B δίδοται τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων (3), τουτέστιν, ὁ θεωρητικὸς νοῦς καὶ γνωστικὸς πρὸς τιμωρίαν ἐκδίδοται τῷ διαβόλῳ, πόνους αὐτῷ δικαίως ἐπάγοντι καὶ συμφοράς· ἵνα μάθῃ πάσχων, περὶ καρτερίας μᾶλλον, καὶ πόνων ὑπομονῆς φιλοσοφεῖν, ἢ διακενῆς τοῖς οὐκ οὖσιν ὑπερηφάνως ἐμματαιάζειν.

Πᾶς οὖν ἀνεχόμενος ἑκουσίως ἐκ τῆς τῶν αὐτῷ πεπραγμένων συναισθήσεως, δέξασθαι τὰς ἐπιπόνους τῶν ἀκουσίων ἐπιφορὰς πειρασμῶν, μετὰ τῆς δεούσης εὐχαριστίας, οὐκ ἐξοικίζεται τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἕξεώς τε καὶ χάριτος· καθάπερ οἱ πάλαι τῆς Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλήμ· ὡς ὑπελθὼν ἑκουσίως τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ὡς χρέος ἀποτιννὺς, τὰς τῶν βασάνων ἐπιφορὰς καταδεχό- C μενος· καὶ ἐν αὐταῖς μένων, τελεῖ τῷ μὲν βασιλεῖ Βαβυλῶνος τοὺς ἐκ τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως βιαίους πόνους, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς κατὰ τὴν διάνοιαν ὡς ὀφειλέτης αὐτοῦ διὰ τὰς προλαβούσας πλημμελείας συγκατάθεσιν· τῷ δὲ Θεῷ προσφέρει διὰ λατρείας ἀληθοῦς, τῆς ταπεινῆς λέγω διαθέσεως, τὴν τῶν πεπλημμελημένων διόρθωσιν.

Ὁ δὲ τὴν κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πρὸς διόρθωσιν ἐπαγομένην αὐτῷ διὰ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμφορὰν εὐχαρίστως μὴ καταδεχόμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν δίκαιον εἶναι μεταγνοὺς οὐκ ἀποτιθέμενος οἴησιν, ὡς τοῖς θείοις τῶν δικαίων κριμάτων ἐμπίπτων θεσπίσμασι, κατὰ τοὺς πάλαι τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορας, καὶ μὴ καταδεχόμενος ἑκουσίως ὑπὸ τὸν D ζυγὸν γενέσθαι τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος, κατὰ τὴν θείαν διαταγὴν, εἰς αἰχμαλωσίαν παραδίδοται τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ κλοιοὺς, καὶ δεσμὰ, καὶ θάνατον, καὶ λιμὸν, καὶ μάχαιραν, καὶ τῆς ἰδίας παντελῶς ἀποικίζεται γῆς· τουτέστι, τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν εἶναι δοκούσης ἕξεως· διὰ μὲν τῆς αἰχμαλωσίας, τὴν τῶν θείων ἀπόστασιν κατακρινόμενος· διὰ δὲ τῶν κλοιῶν, τὴν ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δόξαν· διὰ δὲ τῶν δεσμῶν, τὴν παντελῆ τῶν καλῶν ἀπραξίαν· διὰ δὲ τοῦ λιμοῦ, τὴν τῶν θείων στέρησιν διδαγμάτων· διὰ δὲ τοῦ θανάτου, τὴν τελείαν πρὸς τὰ καλὰ πώρωσίν τε καὶ ἀναισθησίαν· διὰ δὲ τῆς μαχαίρας, τοὺς τῶν θείων μνημῶν ἀναιρετικοὺς ἐμπαθεῖς καὶ ἀκολάστους λογισμούς.

Πάντα γὰρ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα, ὁ τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ὡς ἰδίας γῆς ἐξοικιζόμενος ἕξεως, πάσχει· διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν ἐξ ὑπερηφανίας καὶ ματαίας οἰήσεως, τὰς ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν ἐκτιννὺς δίκας, ἐν θλίψεσιν εὐδοκῆσαι καὶ ἀνάγκαις καὶ στενοχωρίαις κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καίτοι πάσης τῆς ἐπὶ τούτοις ὀφειλῆς ὄντα διὰ τὴν δικαιοσύνην ἐλεύθερον. Ἤδει γὰρ ὁ μέγας Ἀπόστολος, φυλακτικὴν τῶν θείων κατὰ ψυχὴν θησαυρῶν ὑπάρχουσαν, τὴν ἐκτὸς περὶ τὸ σῶμα συνισταμένην διὰ τῶν πόνων ταπείνωσιν· καὶ διὰ τοῦτο, στέργων ὑπέμενε, καὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς, οἷς ἀρετῆς καὶ πίστεως προέκειτο τύπος· ἵνα κἂν ὡς ὑπεύθυνοι πάσχωσι κατὰ τὸν ἐπιτιμηθέντα Κορίνθιον, εἰς παρηγορίαν ἔχωσι καὶ ὑπομονῆς μίμησιν [*Fr. et Reg.* ὑπομονὴν καὶ μίμησιν], τὸν ἀνευθύνως πάσχοντα.

Τοὺς δὲ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν εἶναι νομίζω κατὰ τοῦτον τῆς Γραφῆς τὸν τόπον, τοὺς τῶν λοιπῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν ἐπάρχοντας ἀνθρώπους [*Ἴσ.* λογισμοὺς], καὶ αὐτοὺς ὑποκειμένους ἐνδίκως τῇ τιμωρίᾳ τῶν οἰκείων ὀφλημάτων· καὶ διὰ τοῦτο τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος παραδιδομένους ὡς τιμωρῷ δυνάμει, καὶ χαιρούσῃ τῇ βασάνῳ τῆς φύσεως. Ἔστιν οὖν ὁ μὲν Αἰγύπτιος βασιλεὺς, ὁ φιλήδονος νοῦς καὶ ἀκόλαστος· ὁ δὲ Μωαβίτης, ὁ τρυφητὴς καὶ βέβηλος νοῦς· ὁ δὲ Ἀμμανίτης, ὁ πλεονεκτικὸς νοῦς· ὁ δὲ Σύρος, ὁ δεισιδαίμων καὶ διαλεκτικὸς νοῦς· μόνος γὰρ ἀντικεῖσθαι γέγραπται τῷ Σαλομῶν ὁ Σύρος, τουτέστι, τῇ εἰρήνῃ καὶ σοφίᾳ (4)· ὁ δὲ Τύριος, ὁ φιλόκοσμος νοῦς καὶ φιλόζωος· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες βασιλεῖς, οὓς γνώσεται διὰ τῆς οἰκείας σημασίας ὁ γνωστικὸς ἐκ τῆς ὀνομάτων ἑρμηνείας, ἢ τῆς τῶν τόπων θέσεως, ἢ τῆς κρατούσης ἐν αὐτοῖς γενικῆς παραδόσεως, ἢ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἐπιτηδεύσεως, ἢ τῆς πρὸς Ἰσραὴλ ποιᾶς ἀντιπαθείας. Οὐ γὰρ πάντοτε καὶ πάντες ὡσαύτως καὶ καθ' ἓν σημαινόμενον λαμβάνονται· ἀλλὰ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν, καὶ τῆς προφητείας τὴν δύναμιν

Ἐπείτοι γε καὶ εἰς τὸν διάβολον οἶδεν ἡ Γραφὴ λαμβάνειν τὸν Φαραὼ, ὅταν ἀναιρέτης γίνηται τοῦ Ἰσραήλ· καὶ πάλιν εἰς τὸν τῆς φύσεως νόμον, ὅταν αὐτῷ δουλεύῃ κατ' οἰκονομίαν ὁ Ἰωσὴφ, προφητικῶς δι' ἑαυτοῦ σημάνας τὸν φύσει καὶ πάθεσιν ἡμετέροις ἑκουσίως δουλεύοντα Θεὸν Λόγον, δίχα μόνης ἁμαρτίας. Ὁμοίως καὶ ὁ βασιλεὺς Τύρου νοεῖται εἰς τὸν διάβολον, ὅταν τὸν Ἰσραὴλ διὰ τοῦ Σισάρα πολεμῇ· καὶ πάλιν εἰς τὸν φυσικὸν νόμον, ὅταν σπένδηται τῷ Δαβὶδ, καὶ εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ θείου ναοῦ τῷ Σαλομῶν πλεῖστα συμβάλλεται· καὶ εἰς ἄλλα πολλὰ σημαινόμενα, ἕκαστος τῶν ἀπηριθμημένων τῇ Γραφῇ βασιλέων, παραλαμβάνεται [*Fr.* λαμβάνεται]· κατὰ μέντοι τὴν ὑποκειμένην τῇ προφητείᾳ δύναμιν.

Τὰ δὲ θηρία ἅπερ δίδωσιν ὁ Θεὸς τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, εἰσὶν οἱ δαίμονες, ἕκαστος κατὰ τὴν ἐνδιαθέτως ἐπικειμένην ἐπιτηδειότητα πρὸς τήνδε ἢ τήνδε

A Cuncta enim hæc, atque his plura illi evenient, qui velut patria, virtutis ac scientiæ habitu exterminatur; ea scilicet ratione, quod propter superbiam et inanem sui æstimationem, dum pro delictis pœnas luit, in ærumnis et necessitatibus et angustiis, velut divinus Apostolus [63]. sibi placere atque his acquiescere nolit; quanquam is, qua præstabat justitia, nihil horum reus erat. Non enim latebat magnum Apostolum, ita comparatum esse, ut externa circa corpus laboribus atque ærumnis conflata humilitate, divinorum animo thesauri sarti tecti persistant. Idcirco **60** libens sustinebat, tum sui ipse gratia, tum eorum, quibus virtutis ac fidei norma propositus erat; ut, vel si tanquam obnoxii, haud secus ac ille multæ addictus Corinthius [64], B paterentur, ad solatium haberent ac patientiæ exemplum, quod innoxius ipse patiebatur.

Reges autem gentium, hic loci Scripturæ, eos esse existimo, qui reliquis probrosis affectibus præsunt, ipsique merito debitæ ex delictis pœnæ, subjiciuntur: eamque ob rem regi Babyloni tanquam ultrici virtuti, ac quæ naturæ cruciatibus gaudeat, traduntur. Est igitur Ægypti quidem rex, mens luxuriosa ac impudica; Moabites, mens deliciis fracta ac profana; Ammanites, avara mens et iniqua; Syrus, mens superstitiosa ac dialectica; verbis scilicet rationibusque contentiosior. De solo enim Syro scriptum est [65], restitisse Salomoni (id est, paci ac sapientiæ). Tyrus, mens mundi carnis- C que amantior: ac reliqui omnes reges, quos vir sapiens per propriam significationem ex nominum interpretatione, vel ex locorum situ, aut ex generali vigente apud eos traditione, vel ex mutuis officiis ac studiis, aut ex animis sic vel sic Israeli adversis, pernoscet: non enim ubique, omnesque similiter eodemque significatu, sed pro subjecto usu ac prophetiæ vi, accipiuntur.

Nam et diaboli typo consuevit Scriptura Pharaonem accipere, tum, cum Israelem interimit: ac rursus typo legis naturæ, cum ei Joseph dispensatione servit: ipse nimirum per prophetiam cum significans, qui uno dempto peccato, naturæ nostris- D que affectibus, Deus Verbum sponte servit. Similiter quoque rex Tyri, diaboli figura intelligitur, cum per Sisaram, Israelem bello petit [66]: ac rursus legis naturæ, cum Davidi amicitia jungitur, ac Salomoni ad divini templi structuram, operam haud pœnitendam confert [67]. Multisque aliis modis ac significationibus accipiuntur singuli quique reges ab Scriptura enumerati; juxta nimirum subjectam prophetiæ vim.

Bestiæ autem quas Deus dat regi Babylonis, dæmones sunt: qui singuli, pro innata sibi habilitate, ad hanc illamve tentationem inferendam ei ministri

[63] II Cor. xii, 10. [64] I Cor. v, 1. [65] III Reg. xi, 25. [66] Judic. iv, 2. [67] II Reg. v, 11; III Reg. v, 1 seqq.

sint. Alius enim alius vitii ac malitiæ incentor est, ac palam alius alio **61** nequior, atque ad hoc nequitiæ genus aptior ac propensior. Nam nec dæmones, nisi Dei concessione diabolo malorum auctori ministrare possunt; ut, qua novit ipse ratione, congrua Deus humanissimaque ac benigna providentia, per ejus administros, diversas pro scelerum ac delictorum meritis pœnas inferri indulgeat. Ac palam docet Jobi historia, qua scriptum est, non potuisse diabolum nisi Dei concessione ad Jobum accedere [88].

Quin ipse quoque Nabuchodonosor rex Babylonis, haud raro in typum legis naturalis assumitur. Idque declarant, dum Hierosolymitis scribunt, qui spiritalem legem amplecti nequiverant, ac ideo in terram Babylonis abducti erant (habitum scilicet terrenæ confusionis) ut orarent pro vita Nabuchodonosoris regis Babylonis, et vita Balthasaris ejus filii (nempe legis naturalis, atque ejus qui motu est, habitus) cujus tum ditioni subjecti erant, *ut fiant dies eorum sicut dies cœli* [89]. Quibus verbis id efflagitant, ut qui in virtutis tranquilla sede ac scientiæ veritate constiterant, orent, ut sint naturalis legis rationes, ejusque motu habitus, in cujus ditionem relicta lege spiritali concesserant, sicut divina sensa ac cogitata legis spiritalis: nimirum dies vocantes sensa illa et cogitata; cœlum vero, legem spiritalem. Hoc enim quærebant, ut non dissentiret a lege spiritali, lex naturalis et ærumnosa, cui mancipati erant.

His consonat et quod ad eum divina comminatione mystice a magno Daniele dictum est, dum exponit quod ille somnium viderat: *Te quoque ex hominibus expellent, et cum bestiis campestribus erit habitatio tua, herbamque sicut bovem pascent te, et a rore cœli cubabis: et septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominatur Altissimus regni hominum, et cuicunque voluerit dabit illud. Et quod dixit: Sinite germen radicum arboris in terra, regnum tuum tibi manebit, posteaquam cognoveris regnum cœleste* [90]. Expulsionem forte vocans, ejectionem e paradiso in hunc mundum ob transgressionem, victusque angelici amissam societatem, id est, ab spiritalibus sensis, ad legis naturæ ex sensus ratione habitudinem ac necessitudinem; habitationem **62** autem cum bestiis campestribus, cum vitiis, eorumque incentoribus dæmonibus demorationem, sive contubernium ac conversationem. Fenum vero, quo paverunt (utique angeli [*al.* homines], non bestiæ, quibuscum nactus habitationem erat: hæ enim non pascunt, sed lacerant), naturalis consideratio est eorum, quæ sensu conspicua sunt, virtutisque actio laboriosa: quæ herbæ instar angeli hominibus porrigunt.

A τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγὴν λειτουργῶν. Ἄλλος γὰρ ἄλλης ἐμποιητικὸς κακίας, καὶ ἄλλος ἄλλου σαφῶς ἐστι μιαρώτερος· καὶ πρὸς τόδε μᾶλλον τὸ εἶδος τῆς κακίας ἐπιτηδειότερος. Οὔτε γὰρ αὐτοὶ οἱ δαίμονες ἄνευ θείας συγχωρήσεως κατ' οὐδὲν ὑπουργεῖν δύνανται τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ· ἵνα καθὼς οἶδεν αὐτὸς ὁ Θεὸς, μετὰ τῆς δεούσης καὶ φιλανθρώπου καὶ ἀγαθοῦ προνοίας, συγχωρῇ τῷ διαβόλῳ διὰ τῶν αὐτοῦ ὑπουργῶν, τὰς ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν διαφόρους ποιεῖσθαι τιμωρίας. Καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς ἡ περὶ τοῦ Ἰὼβ συγγραφὴ, μὴ δυνάμενον τῷ Ἰὼβ προσπελάσαι τὸν διάβολον ἀναγραφομένη δίχα τῆς θείας συγχωρήσεως.

Ἀλλὰ καὶ Ναβουχοδονόσορ αὐτὸς ὁ τῆς Βαβυλωνίας βασιλεὺς, λαμβάνεται πολλάκις εἰς τὸν φυσικὸν B νόμον. Καὶ τοῦτο δηλοῦσι γράφοντες τοῖς ἐν Ἱερουσολύμοις, οἱ τὸν πνευματικὸν νόμον στέρξαι μὴ δυνηθέντες, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν Βαβυλωνίαν κατασυρέντες γῆν· λέγω δὲ τὴν ἕξιν τῆς κατὰ τὴν ὕλην συγχύσεως· εὔξασθαι ὑπὲρ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ τῆς ζωῆς Βαλτάσαρ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· τοῦ φυσικοῦ νόμου (5) δηλαδὴ, καὶ τῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν κίνησιν ἕξεως· ὑφ' οὓς τότε γεγόνασιν, ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι αὐτῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ. Διὰ τούτων παρακαλοῦντες εὔξασθαι τοὺς ἐν τῇ ἀπαθείᾳ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῆς γνώσεως μείναντας (6), ἵνα ὦσι τὰ νοήματα τοῦ κατὰ φύσιν νόμου, καὶ τῆς αὐτοῦ κατὰ τὴν κίνησιν ἕξεως, ἐν ᾧ, τὸν πνευματικὸν ἀπολιπόντες νόμον, γεγόνασιν· ὡς τὰ θεῖα νοήματα τοῦ νόμου τοῦ πνεύματος· C ἡμέρας καλέσαντες τὰ νοήματα· οὐρανὸν δὲ, τὸν πνευματικὸν νόμον· ἐζήτουν γὰρ μὴ ἀπᾴδειν τοῦ πνευματικοῦ νόμου, τὸν ὑφ' ὃν γεγόνασι φυσικὸν καὶ ἐπίμοχθον νόμον.

Τούτοις συμφωνεῖ καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν κατὰ τὴν θείαν ἀπειλὴν μυστικῶς εἰρημένον ὑπὸ τοῦ μεγάλου Δανιὴλ, τὸ θεαθὲν ὄναρ ἑρμηνεύοντος· *Καὶ σὲ ἐκδιώξουσιν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἔσται ἡ κατοικία* [*Seg.* 1, *κατοίκησις*] *σου. καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσῃ· καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ, ἕως οὗ γνῷς ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων καὶ ᾧ ἐὰν θέλει δώσει αὐτήν· καὶ ὅτι εἶπεν· Ἐάσατε τὴν φυὴν τοῦ δένδρου τῶν ῥιζῶν ἐν τῇ* D *γῇ, ἡ βασιλεία σου σοὶ μενεῖ, ἀφ' ἧς ἂν γνῷς τὴν βασιλείαν τὴν ἐπουράνιον.* Ἐκδίωξιν μὲν λέγων τάχα τὴν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον διὰ τὴν παράβασιν ἐκ τοῦ παραδείσου ἐκβολὴν, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων διαίτης ἀλλοτρίωσιν· ἤγουν τὴν ἐκ τῶν νοητῶν θεαμάτων πρὸς τὴν κατ' αἴσθησιν τοῦ νόμου τῆς φύσεως σχέσιν· τὴν δὲ μετὰ τῶν ἀγρίων θηρίων κατοικίαν, τὴν μετὰ τῶν παθῶν καὶ τῶν ἐνεργούντων αὐτὰ δαιμόνων καταμονὴν, ἤγουν κατοικίαν καὶ συναναστροφὴν σημαίνων. Ὁ δὲ χόρτους ὃν ἐψώμισαν αὐτὸν, (οἱ ἄνθρωποι *Gisl.* ἄγγελοι, *ita etiam Fr. ad marg.*] δῆλον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ θηρία, μεθ' ὧν ἔσχε τὴν κατοικίαν· ἐκεῖνα γὰρ οὐ ψωμιοῦσιν,

[88] Job I, 12. [89] Baruch I, 11. [90] Dan. IV, 22, 23.

ἀλλὰ σπαράττουσιν), ἡ κατ' αἴσθησίν ἐστι τῶν φαινομένων φυσικὴ κατανόησις, καὶ κατ' ἀρετὴν ἐπίπονος πρᾶξις. Ἅπερ ὡς χόρτον χορηγοῦσι τοῖς ἀνθρώποις οἱ ἄγγελοι.

A Τὸ δὲ *ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθῆναι*, τὸ διὰ τῆς θείας προνοίας ἐσχηκέναι τὴν ἐν τούτοις οὖσαν δύναμιν. Δρόσον γὰρ οὐρανοῦ, τὴν πρόνοιαν ἐκάλεσεν ὁ λόγος, δι' ἧς ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ μετὰ τὴν τῶν ἀπηριθμημένων τὴν συντήρησιν ἔσχεν ὁ ἄνθρωπος· ἤτοι ὁ κατὰ φύσιν νόμος, παντελῶς μὴ διαφθειρόμενος· ἢ τυχὸν ἡ διὰ τῶν φαινομένων γινομένη κατὰ χάριν Θεοῦ περὶ τῶν νοουμένων σύμμετρος γνῶσις· δι' ἣν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἐνταῦθα τῇ ἐλπίδι τῶν μελλόντων κρατούμενος.

Τὸ δὲ, *Ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ*, τὴν κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ἑβδοματικὴν τοῦ χρόνου παράτασιν δηλοῖ, ὑφ' ἣν γέγονε, τὴν φυλακὴν τῆς οἰκείας ἕξεως καὶ ἐνεργείας ἐάσας ὁ κατὰ φύσιν νόμος, καὶ μεθ' ἣν συντελουμένην κατὰ τὴν προσδοκωμένην ἀνάστασιν, διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν ἰδιωμάτων τῶν B ἀλόγων, πρὸς ἑαυτὸν ἐπανελεύσεται πάλιν (7), τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐκληρίαν τῆς βασιλείας ἀπολαμβάνων· ἐπιγνοὺς διὰ τῆς κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον προνοητικῆς οἰκονομίας, τὸ κράτος τῆς ἀληθοῦς βασιλείας. Τὸ γὰρ, *Ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν τοῦ δένδρου ἐν τῇ γῇ*, φάναι, τὸ μὴ τῆς φύσεως ἀναιρεθῆναι τελείως διὰ παράβασιν τὸ σπέρμα, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ἀγαθότητος, δηλοῖ· καθ' ἃς καὶ πάλιν λαμβάνουσα τὴν αὔξησιν, εἰς τὸ πρώην φυσικὸν διὰ τῆς ἀναστάσεως ἐπανάγεται μέγεθός τε καὶ κάλλος.

Ἀλλ' ἡμῖν γε κρεῖττον τῷ νόμῳ στοιχοῦντας τῶν ἐντολῶν, ἑαυτοὺς πρὸς ἀναίρεσιν τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἑκουσίοις ἐμπαιδεύειν πόνοις· καὶ οὐ μόνον κρεῖττον, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλόσοφον καὶ πρέπον τοῖς τὸν ἔμφυτον λόγον ἡγεμόνα τῶν παθῶν καταστήσασιν C· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τόγε τούτου δεύτερον· ἀκουσίως παιδευόμενοι, στέρξωμεν τοῦ παιδεύοντος ἡμᾶς τὴν βουλὴν, μετὰ τῆς πρεπούσης εὐχαριστίας, καθάπερ ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος καταδεχόμενοι, ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν κόλασιν· καὶ τῆς ἡμετέρας γῆς, τουτέστι τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐλπίδος, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεως· οὐ μεταφέρει τὸν ἡμέτερον νοῦν ὁ πικρὸς βασιλεὺς Βαβυλῶνος. Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν προαποδοθέντα τρόπον, καὶ Θεοῦ δοῦλος ὁ διάβολος λέγεται, καὶ παραδίδονται αὐτῷ οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰούδα, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ.

Illud autem, *a rore cœli cubabis*, seu stabulaberis, hoc significat, divina providentia habuisse in his consistendi vim. Rorem enim cœli, Scriptura Providentiam vocavit : cujus munere hoc in sæculo, cum his quæ recensita sunt, homo nactus est ut conservaretur : sive lex est naturalis, non penitus corrupta. Aut forte, quæ per res oculis conspicuas divino munere intelligibilium cognitio ex parte contingit [81]; per quam homo sæculo vivens futurorum spe continetur.

Illud denique, *Septem tempora mutabuntur super te*, septenariam hujus sæculi temporis durationem significat, cui lex naturæ addicta est, cum habitum suum actumque non custodisset : ac qua peracta, secundum exspectatam resurrectionem, excussis brutarum animantium proprietatibus, ad se iterum revertetur, priorem regni claritatem recipiens : agnita scilicet per Providentiæ sæculo hoc dispensationem, veri regni potentia. Nam quod additur : *Relinquite germen radicum arboris in terra*, denotat, non omnino per transgressionem abolitum esse naturæ semen ac bonitatis vires : per quas rursus incrementum sumens, ad pristinam naturalem magnitudinem ac pulchritudinem instauratur per resurrectionem.

At enim præstet ut legem mandatorum consectantes, spontaneis nos ipsos laboribus ad sensum carnis interimendum erudiamus : nec modo præstet, sed et philosophicum sit, atque eos cum primis deceat, qui innatam rationem affectibus ducem atque rectorem præfecerunt : sin autem, vel id præstemus quod in secundis habendum sit ut, dum inviti castigamur castigantis nos cum debita gratiarum actione consilium amplectamur; velut jugum regis Babylonis, quam pro peccatis luimus, pœnam **63** suscipientes : inque hunc modum futurum est, ut rex Babylonis, a terra nostra (a fide scilicet et spe ac virtutis habitu) animum nostrum ad extraneas nunquam transferat sedes. Eo igitur, quem tradidimus, modo, diabolus tum Dei servus audit, tum reges gentium, rexque Juda et bestiæ agri, illi contraduntur.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Κατὰ ποῖον τρόπον, φησὶν, ἐχθρός ἐστι Θεοῦ καὶ D ἐκδικητὴς ὁ διάβολος.

β'. Ὅτι κατωσθεῖσαν ψυχὴν τῷ ῥύπῳ τῆς ἡδονῆς φησὶν, ἀποκαθαίρει πόνος, καὶ ἀφαιρεῖ παντελῶς αὐτῆς τὴν σχέσιν τῶν ὑλικῶν, τῆς πρὸς αὐτὰ φιλίας τὴν ζημίαν μεταμαθοῦσαν· δι' ἣν αἰτίαν ὁ Θεὸς συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ κατὰ κρίσιν δικαίαν τοὺς ἀνθρώπους βασάνοις καταπιέζειν.

γ'. Ὁ πάσχων, φησὶν, ὑπὲρ χάριτος Θεοῦ παραβάσεως, ἐὰν ἐπιγνῷ τῆς ἰωμένης αὐτὸν θείας προνοίας τὸν λόγον, τήν τε συμφορὰν εὐχαρίστως δέχε-

SCHOLIA.

1. Explicat quomodo diabolus Dei hostis est ac ultor.

2. Voluptatis sordibus velut contracta ærugine impurum labor purgat animum, ac terrenorum ei prorsus aufert affectum; ejus qua illis tenebatur, necessitudinis subinde edocto damnum. Quam obrem justo Deus judicio, homines tormentis examinandi diabolo facultatem facit.

3. Qui malis, inquit, eo quod Dei gratiam transgressus est, afficitur, dummodo sanantis eum divinæ providentiæ rationem agnoverit, tum ærumnam

[81] I Cor. XIII, 9.

gratiarum actione gaudio suscipit, tum cujus gratia A castigatur, delictum corrigit. Qui vero medicinæ, quæ illi adhibetur, sensum non facit, a gratia merito ablegatur, vitiorumque ac perturbationum confusioni traditur, qui et actu peccare sinatur, quorum animo desiderium illi conditum erat.

4. Pacem quidem juxta nominis appellationem: sapientiam autem divino munere velut fructum orationis Salomon nactus est.

5. Legis naturalis typo Nabuchodonosorem, ejusque filium Baltasarem, naturalis ejusdem legis habitus typo sumit.

6. Ex oratione liquet, significare hic loci Nabuchodonosorem ac Baltasarem, naturæ legem habitumque ex ea nascentem; non vero diabolum. Nemo enim prorsus pro diabolo fieri orationem sentit. B Quam enim sermo propheticus orationem non vituperavit, haud plane Deo pro diabolo oblatam putandum sit.

7. Ad se natura revertetur, hoc recipiens ut a peccato ac interitu immunis sit. *Peribunt* enim *peccatores* [32], id est, peccati auctores; et erunt omnes a peccato immunes; ac idcirco etiam a corruptione. Hæc namque ex se alia ex aliis nascuntur: cunctique verum agnoscent regnum; alii quidem, illustratione; alii, quod illo puniantur: non omnes autem bona consequentur, nec qui sunt consecuturi, paribus modis iis potientur.

QUÆSTIO XXVII.

C *Cum Dominus post resurrectionem aperte mandaverit docere omnes gentes* [33], *quomodo Petrus in Cornelii negotio, propter gentes opus habuit revelatione doceri* [34]? *aut quomodo, qui erant Jerosolymis apostoli, audientes quæ ad Cornelium attinebant, disceptabant cum Petro* [35]?

Responsio.

Plane quidem divinam in gentium illo negotio revelationem sanctissimus apostolorum princeps Petrus necessariam habebat: non enim sciebat esse distinctionem circumcisionis et præputii, quod attinet ad **64** fidem: at neque illi clare exploratum erat, præcepisse Dominum docendas gentes, quin externo legis cultu imbuerentur; donec is, arcani consilii sui mysterium per revelationem manifestaret; D tum scilicet sindonis exemplo persuadens, tum Spiritus sancti gratia, illi pariter atque gentibus solius merito fidei concessa, nullam esse in Christo Judæi atque Græci distinctionem [36]: quod ipsum ignorantes apostoli, qui Hierosolymis constituti erant, adversus eum disceptabant, donec et ipsi occultas in omnes divinæ bonitatis divitias didicerunt. Divinæ enim vitæ, novique præter legalem cultus inductio; necnon animi se sponte mentis proposito a corpore exsolventis doctrina erat, diviniorisque alterius principii ortus designatio, prædicationis munus: idcirco præcipientis doctrina egebant,

A ται χαίρων, καὶ τὴν ὑπὲρ ἧς παιδεύεται διορθοῦται πλημμέλειαν· ὁ δὲ ταύτης ἀναισθητῶν τῆς ἰατρείας τῆς δοθείσης, ἐνδίκως ἀπάγεται χάριτος, καὶ τῇ συγχύσει τῶν παθῶν παραδίδοται· πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλθεῖν καταλιμπανόμενος, ὧν ἐνδιάθετον εἶχε τὴν ἔφεσιν.

δʹ. Τὴν μὲν εἰρήνην κατὰ προσηγορίαν εἶχεν τοῦ ὀνόματος· τὴν δὲ σοφίαν κατὰ θείαν δωρεὰν ὡς προσευχῆς καρπὸν εἶχεν ὁ Σαλομῶν.

εʹ. Εἰς τὸν φυσικὸν νόμον ἐνταῦθα λαμβάνει τὸν Ναβουχοδονόσορ, καὶ εἰς τὴν ἕξιν αὐτοῦ τοῦ φυσικοῦ νόμου τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βαλτάσαρ.

ϛʹ. Ἐκ τῆς εὐχῆς δῆλόν ἐστι, φησὶν, ὅτι τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τικτομένην ἕξιν ἐνταῦθα σημαίνουσι Ναβουχοδονόσορ καὶ Βαλτάσαρ, B ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον· οὐδεὶς γὰρ εὐχὴν ὑπὲρ τοῦ διαβόλου γίνεσθαι παντελῶς ἐξηγεῖται· ἣν γὰρ οὐ διέβαλεν εὐχὴν ὁ τῆς προφητείας λόγος, οὐ χρὴ νομίζειν ὑπὲρ τοῦ διαβόλου ταύτην τῷ Θεῷ προσενηνέχθαι.

ζʹ. Fr. Ἐπανελεύσεται πρὸς ἑαυτὴν ἡ φύσις, τὴν ἀναμαρτησίαν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἀπολαμβάνουσα. Ἀπολοῦνται γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἤγουν τῆς ἁμαρτίας τὰ αἴτια, καὶ πάντες ἔσονται ἀναμάρτητοι, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ ἄφθαρτοι· ἐξ ἀλλήλων δὲ καὶ ταῦτα καὶ πάντες τὴν ἀληθινὴν ἐπιγνώσονται βασιλείαν· οἱ μὲν τῇ ἐλλάμψει, οἱ δὲ τῇ κολάσει· οὐ πάντες δὲ τῶν ἀγαθῶν, οὐδ' ὁμοίως οἱ ἀπολαύοντες ἀπολαύσουσι.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΚΖʹ.

C *Τοῦ Κυρίου μετὰ τὴν ἀνάστασιν φανερῶς ἐντειλαμένου μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, πῶς ἐδεῖτο ὁ Πέτρος ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου ἀποκαλύψεως διὰ τὰ ἔθνη; ἢ πῶς οἱ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀκούσαντες ἀπόστολοι τὰ κατὰ τὸν Κορνήλιον, διεκρίνοντο πρὸς τὸν Πέτρον;*

Ἀπόκρισις.

Πάνυ μὲν οὖν ἐδεῖτο τῆς περὶ ἐθνῶν θείας ἀποκαλύψεως ὁ τῶν ἀποστόλων ἔξαρχος Πέτρος ὁ πανάγιος· οὐ γὰρ ἐγίνωσκεν ὅτι περιτομῆς καὶ ἀκροβυστίας οὐκ ἔστι διαστολὴ κατὰ τὴν πίστιν· οὔτε μὴν ᾔδει σαφῶς, ὅτι δίχα τῆς κατὰ νόμον φαινομένης λατρείας, μαθητευθῆναι τὰ ἔθνη ὁ Κύριος εἶπεν, ἕως οὗ τῆς ἀποῤῥήτου βουλῆς αὐτοῦ δι' ἀποκαλύψεως D ἐφανέρωσε τὸ μυστήριον, διά τε τοῦ κατὰ τὴν σινδόνα παραδείγματος πείσας, διά τε τῆς ἴσως αὐτῷ κατὰ μόνην τὴν πίστιν δοθείσης καὶ τοῖς ἔθνεσι χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς οὐκ ἔστιν ἐν Χριστῷ διαστολὴ Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος· ὅπερ καὶ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀγνοοῦντες ἀπόστολοι, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν, ἕως ἔμαθον καὶ αὐτοὶ τὸν ἐν ἀποκρύφοις πλοῦτον τῆς ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους θείας χρηστότητος. Θείας γὰρ ζωῆς καὶ καινῆς λατρείας (1) παρὰ τὴν νομικὴν ἐπεισαγωγὴ, καὶ ψυχῆς ἑκουσίως σώματος αὑτὴν ἀπολυούσης κατὰ τὴν γνώμην ὑπῆρχε διδαχὴ, καὶ ἄλλης ἀρχῆς θειοτέρας γενέσεως ὑποτύπωσις, ἡ τοῦ κηρύγματος χάρις. Καὶ διὰ τοῦτο,

[32] Psal. xxxvi, 20. [33] Matth. xxviii, 19. [34] Act. x, 11. [35] Act. xi, 1 seqq. [36] Rom. x, 12.

τῆς τοῦ προστάξαντος ἐχρῇζον, ἐφ' ἑκάστῳ λόγῳ διδαχῆς, οἱ ταύτην πιστευθέντες τὴν διακονίαν. Εἰ δέ τῳ μὴ δοκῶ τοῦ δέοντος εἶναι περιεργότερος (2), πᾶς λόγος χρῄζει θείας ἐντολῆς πάντως (3), τοῦ ἐπ' αὐτῷ πρὸς ἐνέργειαν ὁρισθέντος τρόπου, διδαχῆς καὶ ἀποκαλύψεως. Οὐ γάρ ἐστι τὸ παράπαν ὁ διαγινώσκων τόν τινος λόγου τρόπον, χωρὶς τῆς τοῦ φαμένου τὸν λόγον ἀποκαλύψεως. Ὅπερ εἰδὼς καὶ ὁ πανεύφημος Πέτρος, λαβὼν ἤδη παρὰ τοῦ Κυρίου τὸν περὶ τῶν ἐθνῶν τοῦ κηρύγματος λόγον, οὐκ ἐνεχείρησεν, ἀναμένων διδαχθῆναι παρὰ τοῦ δόντος τὸν λόγον, τοῦ λόγου τὸν τρόπον.

98 Præterea vero etiam ut sapientia, lignum vitæ plurimum differt a ligno scientiæ boni et mali, quod neque sapientia est, neque sapientia nuncupatum est. Nam sapientiæ quidem, proprium est mens et ratio; ejus vero habitus qui e diametro sapientiæ oppositus est, proprium quæ sine ratione affectio sensusque est. Quia igitur homo ex anima intelligente, et corpore sentiendi facultate prædito constitutus, in rerum naturam editus est: juxta unum sensum, lignum vitæ exsistat animæ mens, in qua sapientia residet: lignum vero scientiæ boni et mali, sensus corporis, in quo perspicue affectionis motus sine ratione sedem habet: cujus per experimentum non tangendi vescendi gulositate, accepto homo divino mandato, dicto audiens non fuit.

D

Utrumque porro lignum, Scripturæ sensu, quorumdam discernendorum vi pollet; tum scilicet mens, tum sensus. Puta mens, ea quæ intellectu et quæ sensu percipiuntur, quæ temporanea et quæ æterna sunt. Imo ipsa vis discernendi exsistens, aliis studio impendi suadet, aliaque spernere monet. Sensus autem voluptatem ac dolorem discernit: imo ipse corporum anima sensuque præditorum facultas cum sit, alterum proclive attrahit, alterum propellit. Siquidem igitur homo totus in eo est, ut sensus vi discernat, quod aut voluptate aut dolore corpora afficit, divinum transgressus mandatum,

[13] Gen. II, 17.

γνῶναι τὸ γνωστὸν τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ ξύλον, τί διαφέρει λοιπὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς;

Ἀπόκρισις.

Πολλὰ μὲν εἰπεῖν δυνάμενοι περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος διὰ τῆς ἐν αὐτοῖς χάριτος οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, σιωπῇ μᾶλλον τιμήσαντες τὸν τόπον, ἡγήσαντο κρεῖττον, διὰ τὴν τῶν πολλῶν διάνοιαν μὴ δυναμένην ἐφικέσθαι τοῦ βάθους τῶν γεγραμμένων, μηδὲν βαθύτερον εἰπεῖν ἀνασχόμενοι· εἰ δὲ καὶ εἶπόν τινες, πρότερον διακρίναντες τῶν ἀκουόντων τὴν δύναμιν, οὕτω μέρος πρὸς λυσιτελὲς τῶν διδασκομένων εἰρηκότες, τὸ πλεῖστον κατέλιπον ἀνεξέταστον. Διὸ κἀγὼ μᾶλλον σιωπῇ τὸν τόπον παρελθεῖν διενοούμην, εἰ μὴ λυπεῖσθαι τὴν ὑμετέραν φιλόθεον ψυχὴν ὑπενόησα. Πλὴν ἀλλ' ὑμῶν χάριν ἐρῶ, τὸ πᾶσιν δυνάμενον εἶναι κατάλληλον, καὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις τὴν διάνοιαν πρόσφορον.

Τὸ ξύλον τῆς ζωῆς καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον, ἐξ αὐτοῦ μόνου τοῦ, τὸ μὲν ζωῆς ξύλον ὀνομασθῆναι, τὸ δὲ οὐ ζωῆς, ἀλλὰ μόνον *γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ*, πολλὴν καὶ ἄφατον ἔχουσι τὴν διαφοράν. Τὸ γὰρ τῆς ζωῆς ξύλον, πάντως καὶ ζωῆς ἐστι ποιητικόν· τὸ δὲ μὴ ζωῆς ξύλον, δηλονότι θανάτου ποιητικόν. Τὸ γὰρ μὴ, ποιητικὸν ζωῆς, ἐκ τοῦ μὴ προσαγορευθῆναι ζωῆς ξύλον, θανάτου σαφῶς ἂν εἴη ποιητικόν· ἄλλο γὰρ οὐδὲν τῇ ζωῇ κατ' ἐναντίωσιν ἀντιδιαιρεῖται.

Ἄλλως τε δὲ καὶ ὡς σοφία, τὸ ξύλον τῆς ζωῆς πλείστην ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ ξύλον τὸ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τὸ μήτε ὂν σοφία, μήτε ὠνομασμένον. Τῆς μὲν γὰρ σοφίας ἴδιον, νοῦς καὶ λόγος· τῆς δὲ τῇ σοφίᾳ κατὰ τὸ ἐναντίον ἀντικειμένης ἕξεως ἴδιον, ἀλογία καὶ αἴσθησις. Οὐκοῦν ἐπειδὴ ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος αἰσθητικοῦ συνεστὼς πρὸς γένεσιν ἦλθεν ὁ ἄνθρωπος, ἔστω κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ξύλον ζωῆς, ὁ τῆς ψυχῆς νοῦς, ἐν ᾧ τῆς σοφίας ὑπάρχει τὸ χρῆμα· ξύλον δὲ γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, ἡ τοῦ σώματος αἴσθησις, ἐν ᾗ τῆς ἀλογίας ὑπάρχει σαφῶς ἡ κίνησις· ἧς κατὰ τὴν πεῖραν μὴ ἅψασθαι δι' ἐνεργείας ὁ ἄνθρωπος τὴν θείαν λαβὼν ἐντολὴν, οὐκ ἐφύλαξεν.

Ἀμφότερα δὲ τὰ ξύλα, κατὰ τὴν Γραφὴν, τινῶν εἰσι διακριτικά· ἤγουν, ὁ νοῦς καὶ ἡ αἴσθησις· οἷον, ὁ μὲν νοῦς δύναμιν ἔχει διακριτικὴν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, προσκαίρων καὶ αἰωνίων· μᾶλλον δὲ ψυχῆς ὑπάρχων δύναμις διακριτικὴ, τῶν μὲν αὐτὴν ἀντέχεσθαι πείθει· τῶν δὲ, ὑπεραίρεσθαι· ἡ δὲ αἴσθησις ἔχει δύναμιν διακριτικὴν ἡδονῆς σώματος καὶ ὀδύνης· μᾶλλον δὲ δύναμις ὑπάρχουσα ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, τὴν μὲν, ἐπισπᾶσθαι πείθει· τὴν δὲ, ἀποπέμπεσθαι. Ἐὰν μὲν οὖν ὁ ἄνθρωπος μόνης τῆς καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην αἰσθητικῆς τῶν σωμάτων γένηται διακρίσεως, τὴν θείαν παραβὰς

A ἐντολὴν, ἐσθίει τὸ ξύλον τὸ γνωστὸν καλοῦ τε καὶ πονηροῦ, τουτέστι τὴν κατ' αἴσθησιν ἀλογίαν, μόνην ἔχων τὴν συστατικὴν τῶν σωμάτων διάκρισιν, καθ' ἣν, ὡς μὲν καλοῦ τῆς ἡδονῆς ἀντέχεται, ὡς δὲ κακοῦ, τῆς ὀδύνης ἀπέχεται. Ἐὰν δὲ μόνης τῆς τῶν αἰωνίων διακρινούσης τὰ πρόσκαιρα διόλου νοερᾶς γένηται διακρίσεως, τὴν θείαν φυλάξας ἐντολὴν, ἐσθίει τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· τὴν κατὰ νοῦν λέγω συνισταμένην σοφίαν, μόνην ἔχων τὴν συστατικὴν τῆς ψυχῆς διάκρισιν· καθ' ἣν ὡς μὲν καλοῦ, τῆς τῶν αἰωνίων ἀντέχεται δόξης· ὡς δὲ κακοῦ, τῆς τῶν προσκαίρων ἀπέχεται φθορᾶς.

Πολλὴ τοιγαροῦν ἐστιν ἡ διαφορὰ τῶν δύο ξύλων, καὶ τῆς αὐτῶν φυσικῆς διακρίσεως, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῳ προσφυοῦς ἐμφάσεως· ὁμωνύμως ἐκφωνηθείσης ἄνευ διαστολῆς προσηγορίας τοῦ καλοῦ τε καὶ τοῦ B κακοῦ· καὶ πολλὴν δύναται ποιῆσαι τοῖς μὴ σοφῶς τε καὶ ἐπεσκεμμένως ἐντυγχάνουσι τοῖς λόγοις τοῦ Πνεύματος τὴν πλάνην· ἀλλ' ὑμεῖς σοφοὶ διὰ τῆς χάριτος ὄντες, γνῶτε ὅτι τὸ ἁπλῶς λεγόμενον κακὸν, οὐ πάντως κακόν· ἀλλὰ πρός τι μὲν κακὸν (1), πρός τι δὲ οὐ κακόν. Ὡσαύτως καὶ τὸ ἁπλῶς λεγόμενον καλὸν, οὐ πάντως καλὸν, ἀλλὰ πρός τι μὲν καλὸν, πρός τι δὲ οὐ καλόν· καὶ τὴν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας βλάβην φυλάξασθε.

ligno vescitur scientiæ boni et mali; quæ sine ratione est sensus affectione, cujus una discretio sit in rem incolumitati corporum conducentem, qua, ut bonum, voluptatem sectatur; ut a malo autem, a dolore abhorret. Sin autem soli mentis discretioni, qua ab æternis temporanea discernantur, prorsus hæreat, divinum servans mandatum ligno vitæ vescitur, nempe sapientia in mente consistente: una duntaxat præditus discretione, quæ ad animi incolumitatem faciat: qua ut bono æternorum gloriæ studeat, ut a malo autem, a temporaneorum se corruptione abstineat.

Multum itaque refert inter utrumque lignum ac naturalem eorum discretionem, genuinamque cujusque vim ac significationem, alio alioque sensu indistincte posita boni malique nuncupatione; quæ res multam erroris ansam illis consciscat, qui non prudenter maturaque dispectione Spiritus sermones usurpant. **99** Vos autem qui per gratiam solerti prudentia polleatis, hoc non lateat, quod simpliciter malum dicitur, non prorsus malum esse; sed alicujus quidem ratione malum, alicujus autem non malum. Similiter etiam quod simpliciter bonum dicitur, id non omnino bonum, sed bonum alicujus ratione, alicujus non bonum: atque adeo quod ex alio alioque ejusdem vocis significatu damnum emergit, caveatis.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Νοῦ μὲν γὰρ καλόν ἐστιν, ἡ ἀπαθὴς πρὸς τὸ πνεῦμα διάθεσις· κακὸν δὲ, ἡ ἐμπαθὴς σχέσις. Αἰσθήσεως δὲ καλόν ἐστιν, ἡ καθ' ἡδονὴν ἐμπαθὴς C πρὸς τὸ σῶμα κίνησις· κακὸν δὲ, ἡ κατ' ἀρετὴν ταύτῃ ἐπιγινομένη διάθεσις.

SCHOLIUM.

1. Mentis enim bonum est, quæ sine libidine est ad spiritum affectio; malum vero, quæ est cum libidine necessitudo: sensus bonum, libidinosa ad corpus per voluptatem incitatio; malum, quæ per virtutem illi advenit affectio.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΔ'.

Πρὸς τίνα λέγει ὁ Θεός· « Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν; » Εἰ μὲν πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ πῶς συγκρίνεται Ἀδὰμ Θεῷ, μὴ ὢν τῆς οὐσίας αὐτοῦ; Εἰ δὲ πρὸς ἀγγέλους, πῶς τὸν ἄγγελον πάλιν ἑαυτῷ συγκρίνει, ὡς πρὸς ἴσον κατὰ τὴν οὐσίαν λέγων τὸ, « Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· »

Ἀπόκρισις.

Ἤδη μὲν εἶπον ἐν τῷ περὶ πυργοποιίας κεφαλαίῳ, ὅτι κατὰ τὴν ὑποκειμένην (j) τῇ ψυχῇ τῶν προνοουμένων διάθεσιν, ἡ Γραφὴ λαλοῦντα τὸν Θεὸν διαπλάττεται· D διὰ τῶν κατὰ φύσιν ἡμῖν συμφύτων τρόπων, τὴν θείαν αἰνιττομένη βουλήν. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν οὐχ ἁπλῶς λέγοντα τὸν Θεὸν ἡ Γραφὴ δείκνυσι, τὸ,

QUÆSTIO XLIV.

Ad quemnam Deus dicit: « Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis [14]? » Nam si ad Filium, et quomodo Adamus cum Deo componitur, cum non ejusdem essentiæ sit? Sin autem ad angelos, quonam rursum modo secum angelum componit, velut ad æqualem secundum essentiam dicens, « Sicut unus ex nobis? »

Responsio.

Jam quidem dixi in capite de turris ædificatione, Scripturam, pro eorum qui Providentia reguntur, subjecta animo affectione, loquentem Deum effingere: quæ videlicet per modos, qui nobis insunt a natura, divinum obscure consilium indicet. Hic quoque igitur, non simpliciter dicentem Deum:

[14] Gen. III, 22.

(j) *Κατὰ τὴν ὑποκειμένην*. Maximus, ubique pius et gravis, quamvis consectetur sensus mysticos, a litteræ tamen veritate non discedit; sed vel supponit, vel etiam quandoque exponit, ut hic et quæst. 28, ubi quod pluraliter Deus ad impios loquitur, quasi ex eorum sensu facere ostendit, hic autem εἰρωνικῶς, improperando Adamo, quod se Deum quemdam Deoque similem fore existimavit, si ex ligno vetito vesceretur: cum vero ad pios, insinuare mysterium Trinitatis, quod ita passim Nostrates sentiunt adversus Judæos, præsertim Gen. I, 16, *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, etc. Unus fere Hugo Grotius ad angelos utroque loco pene Judaice sermonem dirigi existimat, quo sibi gravem inurit, qua multis laborat, Socianismi novique Ariani suspicionem. Non intelligi angelos, quod dicitur *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, sequentia indicant, quibus resumitur *factum hominem ad imaginem Dei;* non utique angelorum, quorum non una ac Dei imago, ut non sunt ejusdem ac ille ordinis. Non licet hic pluribus locum versare, sed piis Maximi νοήμασι *censisque* animum oblectare.

Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, ostenoit Scriptura, sed post transgressionem, adjecta etiam dicti causa, quæ vobis inter quærendum omissa fuit, ejusmodi scilicet, quæ sensum omnem aperiat. Dicto enim : *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis;* adjecit : *Ut sciat bonum et malum. Nunc ergo, ne forte extendat manum suam, et sumat de ligno vitæ et comedat, et vivat in æternum* [15]. Quia enim una cum consilio, plurium eum deorum errorem diabolus docuerat, dicens : *In quocunque autem die comederitis de ligno, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum* [16]; idcirco, simulata loquendi forma, et, ut sic loquar, ironica ac exprobratoria, ejus sugillandi **100** causa, qui diabolo fidem habuerat, hanc Deus pluraliter effert vocem, *Factus est sicut unus ex nobis*, illi de deitate sensui satis respondentem, qui seductoria per serpentem inductione Adami animo insederat.

Ac ne quis existimet id genus dictionis a Scripturæ sacræ compositione abhorrere, qui Scripturam audiat ex persona Dei in hæc verba Israeli loquentem, *Si ambulaveritis erga me obliqui, ambulabo et ego erga vos obliquus* [17]; nimirum intelligens distare nihil inter ironiam seu irrisionem, et obliquationem : quique rursus inveniat, quomodo Achabi illi instructa seductio, veri specie falso illi proposito ; ac quibus peccaverat, juste ei illato supplicio [18]. Nisi enim ad Adami seductionem spectans Scriptura sic loquentem Deum induxisset, *Sicut unus ex nobis;* quonam modo intulisset, *Ut sciat bonum et malum ;* quasi ejus composita scientia sit exque contrariis conflata? quod ne intelligi quidem in Deo licet, nedum temere de illo affirmare, qui solus essentia et virtute et sapientia simplex est, nec nisi boni scientiam habet ; imo ipsa vere exsistens essentia et virtus et scientia est. Quin nec ulla ex substantiis ratione utentibus, quæ ex Deo et a Deo secundæ sunt, simul pariterque simplici mentis agitatione, ex contrariis secundum compositionem consistentem scientiam habet : sic nimirum rebus comparatis, ut quibus alia alii adversatur, altera cognitio, alterius ignorantiam cognitionis efficiat. Impermista enim contrariorum scientia, ac quæ nullo prorsus modo simul exsistere valeat ; quippe cum rei hujus notitia, alterius contrariæ ignorantiam consciscat : uti nec fiat, ut oculus simul sursum atque deorsum, dextrorsumque ac sinistrorsum (quin peculiarius ad alterutrum convertatur, prorsusque ab aliis abducatur), videat.

Igitur Scriptura, Deum sibi Adami ægritudinem quasi asciscentem obiter ostendit : sive eum, quod obsecutus serpentis consiliis sit, reprehendit, in sensum adducens nugarum, quibus seductus plures sibi deos confinxit. Ac siquidem ita bene habet : Quæstioni satis factum est. Alioqui, qui ipse ex te quod est majus invenias, mihi quoque ejus gratiæ,

A *Ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*, ἀλλὰ δηλονότι μετὰ τὴν παράβασιν· προσθεῖσα καὶ τὴν αἰτίαν τῆς λέξεως, ἣν ὑμεῖς ἐντάξαι τῷ κεφαλαίῳ παρελίπατε, τῆς ὅλης σαφηνιστικὴν ὑπάρχουσαν ἐννοίας. Εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος· *Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*, προσέθηκε· *Τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐπειδὴ γὰρ ἅμα τῇ συμβουλῇ πολυθεΐαν αὐτὸν ἐδίδαξεν ὁ διάβολος, εἰπών· *Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν*· διὰ τοῦτο μεθ' ὑποκρίσεως (1), καὶ οἷον εἰπεῖν εἰρωνευτικὴν καὶ ὀνειδιστικὴν εἰς ἔλεγχον τοῦ πεισθέντος ἀνθρώπου τῷ
B διαβόλῳ, τὴν τὸ, *Γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*, πρὸς τὴν ἐντεθεῖσαν διὰ τῆς ἀπάτης παρὰ τοῦ ὄφεως τῷ Ἀδὰμ περὶ θεότητος ἔννοιαν, πληθυντικῶς ποιεῖται φωνὴν ὁ Θεός.

Καὶ μή τις δόξῃ τῆς Γραφικῆς συνθήκης ἀλλότριον τὸ εἶδος τῆς κατ' εἰρωνείαν λέξεως, ἀκούων τῆς Γραφῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λεγούσης πρὸς τὸν Ἰσραήλ· *Ἐὰν πορευθῆτε πρός με πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι πρὸς ὑμᾶς πλάγιος.* Εἰδὼς μηδὲν διαφέρειν εἰρωνείας πλαγιασμόν· καὶ πάλιν εὑρίσκων πῶς τὴν τοῦ Ἀχὰβ συνεσκεύασεν ἀπάτην, ὡς ἀλήθειαν αὐτῷ προ[σ]βαλλόμενος τὸ ψεῦδος (2), δι' ὧν ἥμαρτε, φέρων αὐτῷ δικαίως τὴν κόλασιν. Εἰ γὰρ μὴ πρὸς τὴν πλάνην τοῦ Ἀδὰμ ἡ
C Γραφὴ τὸν Θεὸν λέγοντα τὸ, *Ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν*, εἰσήγαγε, πῶς ἐπέφερε, *Τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν*, ὡς σύνθετον ἔχοντα γνῶσιν, καὶ ἐξ ἐναντίων συγκειμένην; ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ Θεοῦ κἂν ἐννοῆσαι, μὴ ὅτι γε τοῦ εἰπεῖν τολμῆσαι τοῦ μόνου ἁπλοῦ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν γνῶσιν (3), καὶ μόνην τὴν τοῦ καλοῦ γνῶσιν ἔχοντος· μᾶλλον δὲ, αὐτοουσία καὶ δύναμις καὶ γνῶσις ὄντος. Ἀλλ' οὐδέ τις τῶν ἐκ Θεοῦ καὶ μετὰ Θεὸν λογικῶν οὐσιῶν ἔχει ὁμοῦ τε καὶ κατὰ ταυτὸν ἐν τῷ τῆς διανοίας ἁπλῷ κινήματι, κατὰ τὴν σύνθεσιν ἐκ τῶν ἐναντίων ὑφισταμένην τὴν γνῶσιν· διότι πέφυκεν ἡ θατέρα τῶν ἀλλήλοις ἀντικειμένων γνῶσις, τὴν τοῦ ἑτέρου ποιεῖσθαι γνώσεως ἄγνοιαν (4). Ἀμιγὴς γὰρ τῶν ἀντικειμένων ἡ γνῶσις, καὶ παντάπασιν ἀσυνύπαρκτος·
D ἐπείπερ ἡ τοῦδε γνῶσις τὴν θατέρου τῶν ἀντικειμένων συνίστησιν ἄγνοιαν, ὥσπερ οὔτε ὀφθαλμὸς τοῦ ἄνω τε καὶ τοῦ κάτω, καὶ τοῦ ἐφ' ἑκάτερα κατὰ ταυτὸν, χωρὶς τῆς πρὸς θάτερον ἰδιαζούσης ἐπιστροφῆς, καὶ τῶν ἄλλων πάντη κεχωρισμένης, ἀντιλαμβάνεσθαι.

Τὸ τοίνυν πάθος τοῦ Ἀδὰμ οἰκειούμενον ἡ Γραφὴ τὸν Θεὸν παραδείκνυσιν· ἢ τὸν Ἀδὰμ ἐπὶ τῇ συμβουλῇ τοῦ ὄφεως διελέγχει, πρὸς συναίσθησιν ἄγουσα τῶν ἐκ τῆς ἀπάτης ἐπιτριβέντων αὐτῷ περὶ πολυθεΐας ὕθλων. Καὶ εἰ μὲν οὕτως ἔχει καλῶς, ἅλις τῶν ζητημάτων· ἐπεί τοι γε αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ τὸ μεῖζον εὑρίσκων, μετάδος κἀμοὶ τῆς χορηγουμένης σοι

[15] Gen. III, 22. [16] ibid. 5. [17] Levit. XXVI, 27. [18] III Reg. XXII, 15.

περὶ τῶν ὄντων θεόθεν χάριτος. Τὸ δὲ, *Καὶ νῦν, μήπως ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ καὶ λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*, τὴν κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὡς οἶμαι, τῶν ἀμίκτων προνοητικῶς ποιεῖται διαίρεσιν (5)· ἵνα μὴ ἀθάνατον γένηται τὸ κακὸν τῇ μετοχῇ τοῦ καλοῦ συντηρούμενον. Ἄμικτον γὰρ εἶναι βούλεται περὶ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν σχέσιν τῶν ἀντικειμένων τὴν γνῶσιν, ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ὅτι πρὸς ἣν ἔσχεν περὶ θεότητος ἔννοιαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου διδαχθεὶς ὁ Ἀδὰμ, διαλέγεται πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός.

β'. Ὁ τὸ ψεῦδος ἀγαπῶν, αὐτῷ παραδίδοται πρὸς ἀπώλειαν, ἵνα γνῷ πάσχων, ὅπερ ἑκὼν περιεῖπεν, καὶ μάθῃ κατὰ τὴν πεῖραν γενόμενος, ὡς ἐλάνθανεν ἀντὶ ζωῆς περιπτυσσόμενος θάνατον.

γ'. Ὅτι μόνον ἔχει τοῦ καλοῦ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ τοῦ καλοῦ φύσις τε καὶ γνῶσις ὑπάρχων· τοῦ δὲ κακοῦ τὴν ἄγνοιαν, ὡς τὴν αὐτοῦ ἔχων ἀδυναμίαν. Ὧν γὰρ ἔχει τὴν δύναμιν φυσικῶς, τούτων οὐσιωδῶς κέκτηται γνῶσιν· ὅτι κατὰ πάθος παρὰ φύσιν ἐπισυμβαίνουσα, ἀλλ' οὐ κατὰ δύναμιν φυσικὴν, τοῖς λογικοῖς ἐνθεωρεῖται κακία.

δ'. Ἀναμέρος, φησὶν, ἡ τῶν ἀντικειμένων γνῶσις ἐν τοῖς δεκτικοῖς θεωρεῖσθαι πέφυκε.

ε'. Ὁ πείσας τὸ συνειδὸς ὡς φύσει καλὸν πραττόμενον ἔχειν τὸ κάκιστον, οὗτος χειρὸς δίκην τῆς ψυχῆς ἐκτείνας τὸ πρακτικὸν, ἔλαβεν ψεκτῶς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ἀθάνατον ἡγησάμενος φύσει τὸ κάκιστον. Διόπερ τὴν κατὰ τὸ συνειδὸς τοῦ κακοῦ διαβολὴν τῷ ἀνθρώπῳ φυσικῶς ἐνθέμενος ὁ Θεὸς, διέκρινεν αὐτὸν τῆς ζωῆς κακὸν τῇ προαιρέσει γενόμενον· ἵνα μὴ, τὸ κακὸν πράττων, δύνηται πεῖσαι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, ὅτι φύσει καλὸν ὑπάρχει τὸ κάκιστον.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΕ'.

Τί σημαίνει τὸ ἐν τῷ Λευϊτικῷ στηθύνιον τοῦ ἐπιθέματος, καὶ ὁ βραχίων τοῦ ἀφαιρέματος, εἰς τιμὴν Θεοῦ τοῖς ἱερεῦσιν ἀφιερούμενος;

Ἀπόκρισις.

Οἶμαι τὴν ἀμείνω καὶ ὑψηλὴν θεωρίαν δηλοῦσθαι διὰ τοῦ στηθυνίου, καὶ τὴν πρᾶξιν διὰ τοῦ βραχίονος (1)· ἤγουν τοῦ διανοητικοῦ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀρετήν· ὡς τῆς μὲν γνώσεως αὐτῷ προσαγούσης ἀμέσως τὸν νοῦν τῷ Θεῷ· τῆς ἀρετῆς δὲ κατὰ τὴν πρᾶξιν, πάσης αὐτὸν ἀφαιρουμένης τῆς τῶν ὄντων γενέσεως (a)· ἅπερ ἱερεῦσιν ἀφώρισεν ὁ Λόγος, τοῖς μόνον τὸν Θεὸν διὰ πάντων κεκτημένοις κληρονομίαν, καὶ μηδὲν τὸ σύνολον κεκτημένοις ἐπίγειον.

Ἢ πάλιν, ἐπειδὴ τὰς ἄλλων καρδίας διὰ τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας, οἱ γνώσει καὶ ἀρετῇ διόλου ποιωθέντες τῷ πνεύματι, εὐσεβείας καὶ πίστεως ποιοῦνται

A quæ ad rerum intelligentiam tibi cœlitus præstatur, aliquid **101** impartire. Illud vero : *Nunc ergo, ne forte extendat manum suam et sumat de ligno vitæ, et vivet in æternum*, eorum puto, quæ sunt impermista, exercitam Providentiæ rationibus divisionem facit, ne malum, boni fultum consortio immortale consisteret. Vult enim hominis Conditor, ut impermista penes eumdem hominem secundum habitudinem sit contrariorum scientia.

SCHOLIA.

1. Loquitur Deus cum Adamo, pro eo, ac ille a diabolo de deitate doctus sentiebat.

2. Qui mendacium diligit, illi traditur ad interitum, ut mali periculo cognoscat, quod sponte coluit; B ac per experientiam, mortem se pro vita imprudentem amplexum esse, discat.

3. Solam Deus habet boni scientiam, ut qui boni et natura sit et scientia : mali autem ignorantiam habet, ut qui nec ejus habeat potentiam. Quorum enim naturaliter potentiam habet, eorum essentialiter habet scientiam. Malum enim inolescente vitio contra naturam intelligitur accidere utentibus ratione, non iis per potentiam naturalem inesse.

4. Contrariorum scientia partibus iis inesse intelligitur, qui illius capaces sunt.

5. Qui conscientiæ persuasit, ut quod pessimum agitur, tanquam natura bonum existimet, velut manum, C animi vim agendi, extendens, castigando ausu sumpsit de ligno vitæ, immortale natura id existimans, quod pessimum est. Idcirco indito Deus natura homini ut conscientia duce malum accuset, a vita sejunxit, qui voluntate malus factus esset; ne, dum malum agit, conscientiæ suæ possit persuadere, quod pessimum est, bonum natura esse

QUÆSTIO XLV.

Quid sibi vult in Levitico [19] *pectusculum elevationis, et armus separationis, in Dei honorem sacerdotibus addictus ?*

Responsio.

Existimo per pectusculum præstantiorem sublimemque D speculationem significari; per armum autem, actionem, id est, intelligentis animi habitum et operationem, aut scientiam et virtutem, quod nimirum scientia mentem ipsi Deo immediate adhibeat : virtus vero per actionem ab omni rerum procreatione ipsam removeat. Hæc Scriptura sacerdotibus addixit, qui solum Deum in omnibus nacti hæreditatem, nihil prorsus terrenum possideant.

Aut rursus, quod ii qui scientia et virtute undequaque spiritu imbuti sunt, aliorum animos per sermonem doctrinamque pietatis ac fidei capaces

[19] Levit. VII, 3 seqq.

(a) Al. γνώσεως. num σχέσεως. Utrumque jungit, quæ 47.

efficiant; eorumque actionis habitum ac potentiam a terrenis studiis pro naturæ **102** corruptibilis more avocantes, ad incorruptibilium bonorum natura superiorum actum transferant; merito eorum quæ in Dei victimam offeruntur, pectusculum elevationis (eorum scilicet cor, qui offeruntur) eorumdemque armum (id est actionem) Scriptura sacerdotibus addicenda præcepit

SCHOLIA.

1. Pectusculum, speculationis; armus, actionis figuram gerit. Speculatio enim, facultatis intelligendi habitus; actio vero, operatio exsistit. Quibus ambobus veri sacerdotii ratio expressa consistit.

2. Qui pietatis doctrina aliorum corda Deo sacrificat, quibus affine quid pectusculum est; eorumque agendi vim, quam armus refert, mandata exsequendo separat; sacerdos effectus est, qui ab iis qui seipsos Deo victimam offerunt, pectusculum armumque sumat.

QUÆSTIO XLVI.

Quid speculum inter et ænigma refert [88]?

Responsio.

Speculum, ut definite paucisque dicam, conscientia est, omnium actionis cultu formam habens bonorum; qua qui mundo est corde, comparatus est ut videat Deum: sive, actionis habitus omnium inter se uniformiter, tanquam divinam faciem, virtutum compositionem complectens. Ænigma vero, scientia est, plena divinorum sermonum, quoad naturæ licet, speculationis complexione, mentis cogitatu superiorem repræsentationem habens. Omninoque speculum, habitus est, exemplarem virtutum dignis manifestandam formam subostendens. Futurum enim studentis actioni philosophiæ finem, ea excultis, rudi speculum conspectu ostendit. Ænigma vero, originalium rationum scientiæ rerum quæ mente intelliguntur, prope specimen est.

Omnis ergo præsentis vitæ justitia, futuræ illi comparata, speculi rationem habet, rerum primarum simulacrum, non res ipsas per speciem vere exsistentes, habens. Omnisque hic excelsarum rerum scientia, si cum futura conferatur, ænigma est, exilem quamdam veritatis speciem, non ipsam vere exsistentem, in futurum detegendam, veritatem habens. Quia enim divina, virtute continentur et scientia, speculum, virtutis exemplarium speciem habet: ænigma vero, scientiæ exemplarium **103** obscuram repræsentationem. Hoc igitur speculum et ænigma differunt; quod speculum, futurum actionis cultu finem designat; ænigma vero, contemplationis obscure repræsentat mysterium.

SCHOLIUM.

1. Speculum, bonorum actioni convenientium

[88] I Cor. XIII, 12.

A δεκτικάς· καὶ τὴν πρακτικὴν αὐτῶν ἕξιν καὶ δύναμιν ἀφαιρούμενοι, τῶν ἐπὶ τῇ φθαρτῇ φύσει σπουδασμάτων, πρὸς τὴν τοῦ ὑπὲρ φύσιν ἀφθάρτων ἐνέργειαν ἀγαθῶν μεταφέρουσιν· εἰκότως τῶν προσαγομένων εἰς θυσίαν Θεοῦ τὸ στηθύνιον τοῦ ἐπιθέματος, τουτέστι τῶν προσαγομένων τὴν καρδίαν· καὶ τὸν βραχίονα, τῶν αὐτῶν δηλονότι τὴν πρᾶξιν, προσέταξεν ἀφιεροῦσθαι τοῖς ἱερεῦσιν ὁ Λόγος (2).

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Θεωρίας μὲν τὸ στηθύνιον, πράξεως δὲ ὁ βραχίων σύμβολον. Ἕξις γὰρ τοῦ διανοητικοῦ πέφυκεν ὑπάρχειν ἡ θεωρία, καὶ ἡ πρᾶξις ἐνέργεια. Δι' ἀμφοτέρων δὲ τούτων ἡ ἀληθὴς ἱερωσύνη χαρακτηρίζεται.

B β'. Ὁ ἱερουργῶν τῷ Θεῷ δι' εὐσεβοῦς λόγου τὰς ἄλλων καρδίας, αἷς ἀναλογεῖ τὸ στηθύνιον· καὶ τὴν πρακτικὴν αὐτῶν δύναμιν, ᾗ ἀναλογεῖ ὁ βραχίων, ἀφορίζων ταῖς ἐνεργείαις τῶν ἐντολῶν, γέγονεν ἱερεὺς λαμβάνων παρὰ τῶν ἑαυτοὺς θυσίαν τῷ Θεῷ προσαγόντων, τὸ στῆθος καὶ τὸν βραχίονα.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜϚ'.

Τίς ἡ διαφορὰ τοῦ ἐσόπτρου πρὸς τὸ αἴνιγμα;

Ἀπόκρισις.

Τὸ μὲν ἔσοπτρόν ἐστιν, ὡς ἐν ὅρῳ φάναι, συνείδησις τὴν τῶν κατὰ πρᾶξιν ἀνελλιπῶς πάντων ἀγαθῶν ἔχουσα μορφήν· δι' ἧς ὁ καθαρὸς τὴν διάνοιαν πέφυκεν ὁρᾷν τὸν Θεόν· ἤ, ἕξις πρακτική, τὴν πασῶν τῶν ἀρετῶν εἰς ἀλλήλας ἑνοειδῶς καθάπερ πρόσωπον C θεῖον περιγράφουσα σύνθεσιν. Τὸ δὲ αἴνιγμα, γνῶσίς ἐστι διὰ τῆς κατὰ θεωρίαν παντελοῦς τῶν θείων λόγων ἐφικτῆς τῇ φύσει περιοχῆς, τὴν τῶν ὑπὲρ νόησιν ἔμφασιν ἔχουσα. Καὶ ἁπλῶς ἔσοπτρόν ἐστιν (1), ἕξις ἐνδεικτικὴ τῆς μελλούσης τῶν ἀρετῶν ἐμφανισθῆναι τοῖς ἀξίοις πρωτοτύπου μορφῆς. Τὸ γὰρ ἐσόμενον τέλος τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας παραδηλοῖ τοῖς ἔχουσι, τὸ ἔσοπτρον· τὸ αἴνιγμα δὲ, τῆς τῶν νοουμένων περὶ γνῶσιν ἀρχετυπίας ἐστὶν ἔνδειξις.

Πᾶσα τοίνυν ἐνταῦθα δικαιοσύνη, συγκρινομένη πρὸς τὴν μέλλουσαν, ἐσόπτρου λόγον ἐπέχει, τὴν τῶν ἀρχετύπων πραγμάτων εἰκόνα, οὐκ αὐτὰ δὲ τὰ πράγματα κατ' εἶδος ὑφιστάμενα ἔχουσα. Καὶ πᾶσα γνῶσις ἐνταῦθα τῶν ὑψηλῶν, συγκρινομένη πρὸς τὴν D μέλλουσαν, αἴνιγμά ἐστιν, ἔμφασιν τῆς ἀληθείας, ἀλλ' οὐκ αὐτὴν ὑφισταμένην ἔχουσα τὴν φανήσεσθαι μέλλουσαν ἀλήθειαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀρετῇ καὶ γνώσει τὰ θεῖα συνέχεται, τῶν κατ' ἀρετὴν πρωτοτύπων ἐστὶν ἐνδεικτικὸν τὸ ἔσοπτρον, καὶ τῶν κατὰ γνῶσιν ἀρχετύπων ἐμφατικὸν ὑπάρχει τὸ αἴνιγμα. Ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν τὸ ἔσοπτρον πρὸς τὸ αἴνιγμα· καθότι τὸ μὲν ἔσοπτρον πρακτικῆς μηνύει τέλος ἐσόμενον· τὸ δὲ αἴνιγμα, θεωρητικῆς ἐμφαίνει μυστήριον.

ΣΧΟΛΙΟΝ.

α'. Ὅτι τὸ μὲν ἔσοπτρον τῶν τῇ πρακτικῇ προσ-

φυῶν ἀγαθῶν ἐστιν ἐμφατικόν· τὸ δὲ αἴνιγμα, τῶν ἐπὶ τῇ γνώσει μελλόντων μυστηρίων ἐστὶν ἐνδεικτικόν.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΜΖ'

Τί ἐστι, « Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, » καὶ τὰ ἑξῆς; Τίς ἡ ἔρημος, καὶ τίς ἐνταῦθα ἡ ὁδὸς Κυρίου, καὶ τίς ἡ ἑτοιμασία αὐτῆς; Τίνες τε αἱ τρίβοι αὐτοῦ, καὶ τί τὸ εὐθῦναι αὐτάς; Τίνες αἱ φάραγγες, καὶ τί σημαίνει τὸ, « Πληρωθήσεται πᾶσα φάραγξ; » Τίνα τὰ ὄρη, καὶ οἱ βουνοί; καὶ τίς ἡ τούτων ταπείνωσις; Τίνα τὰ σκολιὰ, καὶ πῶς ἔσται εἰς εὐθεῖαν; Τίνες αἱ τραχεῖαι, καὶ πῶς ἔσονται εἰς ὁδοὺς λείας; Καὶ τί τὸ μετὰ ταῦτα πάντα, « Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ; »

Ἀπόκρισις.

Φωνὴ τοῦ ἐξ ἀρχῆς βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῇ φύσει λέγω τῶν ἀνθρώπων, ἢ τῷ κόσμῳ τούτῳ, Θεοῦ Λόγου, προδήλως ἐστὶ πᾶς ἅγιος, εἴτε κατὰ τὸν Ἄβελ ὀρθῶς προσφέρων ἐξ εἰλικρινείας ἐστεατωμένα ταῖς ἀρεταῖς τὰ τῆς ψυχῆς πρῶτα τῆς θεωρίας κινήματα (1)· εἴτε κατὰ τὸν Ἐνὼς ἐλπίδι πίστεως βεβαίᾳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιδραξάμενος (2)· ὑπὲρ ὧν ἤλπισεν εὔτονον ἐκτήσατο τὴν ἐπίκλησιν· εἴτε κατὰ τὸν Ἐνὼχ (3), διὰ πάσης εὐαρεστίας ἀρετῆς, τῆς τῶν ὄντων σχέσεώς τε καὶ γνώσεως τὸν νοῦν παντελῶς ἀπάρας, πρὸς αὐτὴν τὴν ὑπὲρ νόησιν ἀσχέτως αἰτίαν μετέθηκεν· εἴτε κατὰ τὸν Νῶε (4), πίστει θεωρήσας τὰ μέλλοντα τῆς θείας κρίσεως εἴδη, κατεσκεύασεν ἑαυτῷ κιβωτοῦ δίκην, τὴν ῥυομένην αὐτὸν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς πανταχόθεν ἠσφαλισμένην τῷ θείῳ φόβῳ πολιτείαν καὶ ἄσκησιν· εἴτε κατὰ τὸν Ἀβραὰμ, καθαρῷ πίστεως ὀφθαλμῷ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἰδὼν τὴν εὐπρέπειαν, ὑπήκουσε, γῆς καὶ συγγενείας καὶ οἴκου πατρικοῦ προθύμως ἐξελθεῖν· καταλιπὼν τὴν πρὸς σάρκα καὶ αἴσθησιν καὶ αἰσθητὰ, σχέσιν τε καὶ προσπάθειαν (5)· καὶ φύσεως ἐν καιρῷ πειρασμῶν καὶ ἀγώνων ὑψηλότερος ὢν, προτιμήσας τὴν αἰτίαν τῆς φύσεως, ὡς τοῦ Ἰσαὰκ τὸν Θεὸν, ὁ μέγας Ἀβραάμ· εἴτε κατὰ τὸν Ἰσαὰκ, δι' ἄκραν ἀπάθειαν καὶ τὴν περὶ θεωρίαν καλὴν τῆς ψυχῆς ἀπληστίαν, ἀμετάβατον ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἔσχε (6), καὶ πολεμούμενος ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως· εἴτε κατὰ τὸν Ἰακὼβ, τῆς τῶν ὑλικῶν δασύτητός τε καὶ τῆς περὶ αὐτὰ συγχύσεως τὸν νοῦν ἀποκαθάρας, κατέστησε λεῖον· καὶ τῇ τῶν ἐριφείων ἐπιθέσει δερμάτων, τῇ περὶ τὴν σάρκα λέγω τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τραχύτητι, τὴν κατὰ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς παρὰ τοῦ Θεοῦ κομισάμενος δύναμιν· φόβῳ τε τῆς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεως, καὶ πόθῳ τῆς κατὰ πεῖραν ὑψηλοτέρας μαθήσεως, μεταβὰς [Al. καταβὰς] εἰς Χαῤῥὰν, τὴν φυσικήν φημι θεωρίαν, ἐξ ἧς λαβὼν διὰ πόνων πρακτικῶν πᾶσαν τοῦ φαινομένου κόσμου τὴν πνευματικὴν ἐπιστήμην, ἐν διαφόροις συλλεγεῖσαν λογισμοῖς τε καὶ νοήμασιν,

A specimen habet : ænigma vero, mysteriorum in scientia futurorum designationem.

QUÆSTIO XLVII.

Quid est, « Vox clamantis in deserto, » et quæ sequuntur? Quod desertum, ac quænam hic Domini vox, quæve ejus præparatio ? Quænam ejus semitæ ? quidve rectas eas facere ? quænam vallès; quidve significat quod sic dicitur, « Omnis vallis implebitur ? » Quinam montes et colles, et quæ horum humiliatio? Quænam prava, et quomodo erunt in viam rectam ? quænam viæ asperæ, et quomodo erunt in vias planas ? Quid denique quod post hæc omnia additur, « Et videbit omnis caro Salutare Dei [21] ? »

B

Responsio.

Vox clamantis a principio in deserto (in natura scilicet hominum, aut mundo isto) Dei Verbi, omnis palam sanctus est, sive Abelis more, sincero animo pingues virtutibus mentis primos contemplationis motus rite offerat [22]; sive ut Enos, firma fidei spe apprehensis futuris bonis, eo quod speravit, intentam invocandi vim nactus est [23]; sive ut Enoch, omni virtutis cultu probatus, a rerum prorsus necessitudine ac cognitione sublatum animum, ad ipsum libere omni cogitatu superiorem auctorem transtulit [24]; sive Noemi more, fide contemplatus divini judicii genera, instar arcæ, undique communitam divino timore disciplinam ac vitæ

C cultum, a futura ira liberantem, sibi ipse fabricatus est [25]; sive, ut Abraham, mundo fidei oculo futurorum bonorum contuitus decorem, obaudivit ut prompto animo, e terra et cognatione domoque paterna exiret, omni ad carnem sensumque, ac ea quæ in sensum cadunt, affectione ac libidine relicta, necnon natura, tentationum ac certaminum tempore superior elucens, eum qui auctor sit naturæ præhabens; haud secus ac **104** magnus Abraham, charo pignori Isaaco Deum prætulit [26]. Sive ut idem Isaacus, ob summam imperturbati animi tranquillitatem, ac pulchram contemplandi studio insatiabilis animi aviditatem, immotum a veritate, tametsi malignis spiritibus bello infensis, virtutis ac scientiæ habitum habuit [27]; sive ut Ja-

D cob, a terrenorum constipatione, ac quæ circa illam contingit, confusione emundato animo, lenis fuit; hædinisque impositis pellibus (vitæ scilicet religiosis moribus institutæ atterenda carne asperitate) adversus carnis sensum a Deo vim est consecutus; metuque insurgentium perturbationum, ac sublimioris experiundæ disciplinæ desiderio, in Charram commigravit (naturalem scilicet speculationem), unde actionis laboribus omni mundi oculis conspicui spiritali accepta scientia, in diversis rationibus sensisque ac conceptibus collecta, in patriam suamque regionem reversus est : ad eorum

[21] Isa. XL, 3; Luc. III, 4. [22] Gen. IV, 4. [23] ibid. 26. [24] Gen. V, 22. [25] Gen. VI, 8. [26] Gen. XII, 1; XXII, 2. [27] Gen. XXVI, 1 seqq.

scilicet quæ sola mente percipiuntur, scientiam; A secum adducens tanquam uxores et ancillas, quos comparavit actionis pariter ac contemplationis firmos habitus ac operationes; quosque ex illis suscepit liberos, quicunque tandem ii liberi sint [28]. Omninoque (ne plus justo, dum singulorum gesta percurro, orationem protraham) quisque sanctus, qua ratione vitam instituit, ut qui Verbum proprias reliquis hominibus voluntates occlamans nactus sit, Verbi vox palam exsistit, ac præcursor, pro ejus justitiæ atque fidei ratione, qua effulsit.

Præ omnibus autem Verbi vox ac præcursor magnus Joannes, verique Dei adventus absque figuris atque symbolis nuntiator et præco, indexque nescientibus ac commonstrator; qui nimirum ipsum B qui tollit peccatum mundi [29] palam ostenderit, suumque ministerium ac operam ad explendorum sacramentorum dispensationem baptismi ritu contulerit. Quia vero ob divitias gratiæ, quæcunque vel minima syllaba, ad eorum utilitatem qui virtutis ac scientiæ desiderio tenentur, multifariam accipi potest; age, etiam alio sensu, quæ proposita sunt, pro virili nostra expendamus.

Desertum itaque, uti dicebam, hominum natura est, ac mundus iste, necnon uniuscujusque anima, ob eam **105** quæ ex antiqua transgressione inolevit, bonorum infecunditatem. Vox autem clamantis Verbi seu Rationis, conscientiæ sensus est, pro C iis quæ quisque delicta commisit; ut quæ in cordis occulto parandam viam Domini clamet. Clara autem ac manifesta divinæ viæ præparatio est, morum cogitationumque in melius mutatio ac emendatio, et a prioribus inquinamentis emundatio. Viaque pulchra ac inclyta, quæ virtute agitur, exsistit vita; in qua ut via, salutis cursum in singulis Verbum conficit, per fidem inhabitans, variisque virtutis ac scientiæ scitis decretisque inambulans [30]. Verbi autem semitæ sunt, diversi virtutum modi, vitæque pie ac religiose institutæ diversa disciplina, id est, divinis nitentia rationibus studia; quas ii rectas faciunt, qui nec gloriæ causa, nec occasione avaritiæ, nec adulandi animo ac aliis placendi, ostentationisque jactantia, virtutem, aut divinarum studium D Scripturarum propense colunt; sed omnia propter Deum, tum faciunt, tum dicunt ac cogitant, animoque intelligunt. Non enim Verbum in semitis non rectis solet immorari; vel si in quibusdam paratam viam invenerit Ut sub exemplo loquar, jejunat quis, eaque victus ratione abstinet, qua libidini atque vitiis soleat fomentum impendi; aliaque præstat in eum conducentia finem, ut ab eis possit liberari: is, sic nuncupatam viam præparavit. Verum qui, inanis gloriæ, avaritiæ, aut adulationis causa, vel ut hominum gratiam ineat, sive alio quodam proposito fine, non ut Deo probetur ac se ei

ἐπανῆλθεν εἰς τὴν γῆν τὴν πατρικὴν καὶ οἰκείαν, φημὶ τὴν γνῶσιν τῶν νοητῶν, ἐπιφερόμενος καθάπερ γυναῖκας καὶ παιδίσκας (7), τὰς ἐγγενομένας αὐτῷ τῆς τε πρακτικῆς καὶ τῆς θεωρητικῆς παγίας ἕξεις καὶ ἐνεργείας, καὶ τοὺς ἐκ τούτων αὐτῷ γεννηθέντας υἱούς, οἵτινες οὗτοι τυγχάνουσι. Καὶ ἁπλῶς (ἵνα μὴ πλέον τοῦ δέοντος ὁ Λόγος μηκύνηται, τὸν ἑκάστου βίον διεξιών), πᾶς ἅγιος διὰ τῆς οἰκείας ἀναστροφῆς, ὡς ἐσχηκὼς βοῶντα τὸν Λόγον τὰ οἰκεῖα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις θελήματα, φωνὴ τοῦ Λόγου σαφῶς ὑπάρχει, καὶ πρόδρομος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν αὐτῷ δικαιοσύνης καὶ πίστεως.

Πάντων δὲ μάλιστα φωνὴ τοῦ Λόγου καὶ πρόδρομός ἐστιν Ἰωάννης ὁ μέγας, καὶ τῆς ἄνευ τύπων καὶ συμβόλων ἀληθοῦς τοῦ Θεοῦ παρουσίας μηνυτής B τε καὶ κήρυξ, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐμφανιστής· δεικνὺς ἀναφανδὸν τὸν αἴροντα τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πρὸς τὴν οἰκονομίαν εἰς τὴν τῶν μυστηρίων ἐκπλήρωσιν κατὰ τὸ βάπτισμα συνεισφέρων τὴν ἑαυτοῦ λειτουργίαν. Ἐπειδὴ δὲ διὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος, πολυτρόπως δύναται ληφθῆναι, πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως ἐφιεμένων, πᾶσα συλλαβή, καὶ ἡ τυχοῦσα, τῆς θείας Γραφῆς, φέρε, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, καὶ ἑτέρως τὰ προτεθέντα θεωρήσωμεν.

Ἔρημος τοιγαροῦν, ὥς ἔφην, ἐστὶν, ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ὁ κόσμος οὗτος, καὶ πᾶσα καθέκαστον ψυχή, διὰ τὴν γενομένην ἐκ τῆς ἀρχαίας παραβάσεως τῶν ἀγαθῶν ἀκαρπίαν. Φωνὴ δὲ τοῦ βοῶντός C ἐστι Λόγου, ἡ κατὰ συνείδησιν ἐπὶ τοῖς ἑκάστῳ πλημμεληθεῖσι συναίσθησις· οἷον ἡ βοῶσα κατὰ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας, ἑτοιμάσαι τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου· σαφὴς δὲ καὶ πρόδηλος ἑτοιμασία τῆς θείας ὁδοῦ καθέστηκεν, ἡ τῶν τρόπων τε καὶ λογισμῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολὴ καὶ διόρθωσις, καὶ ἡ τῶν προτέρων κάθαρσις μολυσμῶν. Ὁδὸς δὲ καλή τε καὶ ἐπίδοξος, ὁ κατ' ἀρετὴν ὑπάρχει βίος· ἐν ᾧ καθάπερ ὁδῷ τὸν ἐν ἑκάστῳ ποιεῖται τῆς σωτηρίας δρόμον ὁ Λόγος, ἐνοικῶν τε διὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐμπεριπατῶν τοῖς κατ' ἀρετήν τε καὶ γνῶσιν διαφόροις θεσμοῖς τε καὶ δόγμασι. Τρίβοι δὲ τοῦ Λόγου εἰσὶν, οἱ διάφοροι τρόποι τῶν ἀρετῶν, καὶ ἡ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου διάφορος ἀγωγή, ἤγουν τὰ κατὰ Θεὸν ἐπιτηδεύματα· ἃς εὐθύνουσιν οἱ μήτε δόξης ἕνεκα, μήτε προ- D φάσει πλεονεξίας, μήτε κολακείας χάριν καὶ ἀνθρωπαρεσκείας καὶ ἐπιδείξεως, τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν μελέτην τῶν θείων λόγων μετελθεῖν ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ πάντα διὰ τὸν Θεὸν καὶ ποιοῦντες καὶ λέγοντες καὶ διανοούμενοι. Τρίβοις γὰρ οὐκ εὐθείαις ὁ θεῖος οὐ πέφυκεν ἐμφιλοχωρεῖν Λόγος, κἂν εὕρῃ τὴν ὁδὸν ἔν τισιν ἕτοιμον. Οἷόν τι λέγω· Νηστεύει τις, καὶ ἀπέχεται τῆς ἐξαπτικῆς τῶν παθῶν διαίτης· τὰ ἄλλα τε ποιεῖ, ὅσα πρὸς ἀπαλλαγὴν κακίας συμβάλλεσθαι δύναται. Τὴν λεγομένην ὁδὸν οὗτος ἡτοίμασε, κενοδοξίας δὲ, ἢ πλεονεξίας, ἢ κολακείας, ἢ ἀνθρωπαρεσκείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἕνεκεν αἰτίας, δίχα τῆς θείας εὐαρεστήσεως, τοὺς τοιούτους ἐπιτηδεύει τρόπους,

[28] Gen. xxvii, 31. [29] Joan. i, 26. [30] Levit. xxvi, 11; II Cor. vi, 16.

οὗτος εὐθείας οὐκ ἐποίησε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸν μὲν τῆς ἑτοιμασίας τῆς ὁδοῦ πόνον ὑπέμεινε, τὸν δὲ Θεὸν οὐκ ἔσχε ταῖς αὐτοῦ τρίβοις ἐμπεριπατοῦντα. Ὁδὸς οὖν τοῦ Κυρίου ἐστὶν ἡ ἀρετή· εὐθεῖα δὲ τρίβος, ὁ κατ' ἀρετὴν ὑπάρχει ὀρθὸς τρόπος καὶ ἄδολος.

Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται· τῶν ἑτοιμασαμένων δηλονότι καλῶς τὴν ὁδὸν Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιησαμένων τὰς αὐτοῦ τρίβους. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ πάντων· οὔτε γὰρ τῶν μὴ ἑτοιμασάντων τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιησάντων τὰς τρίβους αὐτοῦ. Φάραγξ δέ ἐστιν, ἡ τοῦ καθ' ἕκαστον σὰρξ, ἡ τῷ πολλῷ ῥεύματι τῶν παθῶν ἐγχαραδρωθεῖσα, καὶ τὴν πρὸς τὴν ψυχὴν κατὰ τὸν συνδήσαντα Θεοῦ νόμον πνευματικὴν διατμηθεῖσα συνέχειάν τε καὶ συνάφειαν. Δυνατὸν δὲ καὶ τὴν ψυχὴν φάραγγα νοηθῆναι (8), τῷ πολλῷ χειμῶνι τῆς κακίας κοιλανθεῖσαν, καὶ τῆς ἐν πνεύματι καλῆς ὁμαλότητος διὰ τῆς κακίας τὸ κάλλος ἀποθεμένην. Πᾶσα τοίνυν φάραγξ, ἤγουν σὰρξ καὶ ψυχὴ τῶν ἑτοιμασάντων τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιησάντων τὰς τρίβους αὐτοῦ, πληρωθήσεται διὰ τῆς ἀποβολῆς τῶν παθῶν, τῶν ποιούντων αὐταῖς φαράγγων δίκην τὴν ἀνωμαλίαν· καὶ τῆς τῶν ἀρετῶν ἐπαγωγῆς ἀπολαβοῦσα τὴν φυσικὴν ἐπιφάνειαν, ὁμαλισθεῖσαν τῷ πνεύματι.

Καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. Ταῖς φάραγξιν, ὡς ἔοικε, μάλιστα πεφύκασί πως συνίστασθαι τὰ ὄρη καὶ οἱ βουνοί. Ὄρος ἐστὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· βουνὸς δὲ, πᾶσα κακία κατεπανισταμένη τῆς ἀρετῆς· ἤγουν ὄρη μέν εἰσι τὰ ἐνεργητικὰ τῆς ἀγνωσίας πνεύματα· βουνοὶ δὲ, τὰ ποιητικὰ τῆς κακίας· ὁπηνίκα προδήλως πᾶσα φάραγξ, ἤγουν σὰρξ ἢ ψυχὴ τῶν ἑτοιμασάντων, ὡς εἶπον, τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιησάντων τὰς τρίβους αὐτοῦ, διὰ τῆς τοῦ περιπατοῦντος ἐν αὐτοῖς διὰ τῶν ἐντολῶν Θεοῦ Λόγου παρουσίας, πληρωθῇ γνώσεως καὶ ἀρετῆς· πάντα τὰ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, καὶ τὰ τῆς κακίας πνεύματα ταπεινοῦται, πατοῦντος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ ὑποτάσσοντος, καὶ τὸ ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως πονηρὸν κράτος καταβάλλοντος, καὶ οἷον τὸ μέγεθος καὶ ὕψος τῶν ὀρέων καὶ τῶν βουνῶν κατασκάπτοντος (9), καὶ εἰς τὴν τῶν φαράγγων ἄγοντος ἀναπλήρωσιν. Τῷ ὄντι γὰρ, εἰ πάντα λήψεταί τις διὰ τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως, ὅσα παρὰ τῆς φύσεως λαβόντες οἱ δαίμονες, τὴν περὶ φύσιν ἀγνωσίαν τε καὶ κακίαν ἐδημιούργησαν· οὐδαμῶς ὑποστήσεται καθ' οἷον δήποτε τρόπον ἀγνωσίας ἢ κακίας ὕψος· ὥσπερ οὐδὲ ὄρος ἢ βουνὸς τῶν αἰσθητῶς φαινομένων, εἰ μηχανή τις ἦν τοῖς ἀνθρώποις αὐτὰ μὲν κατασκάψαι τὰ ὄρη, καὶ τοὺς βουνοὺς καὶ τὰς φάραγγας ἀναπληρῶσαι.

Ταπείνωσις οὖν ἐστι τῶν νοητῶν καὶ πονηρῶν ὀρέων καὶ βουνῶν, ἡ τῆς σαρκός τε καὶ τῶν τῆς ψυχῆς πρὸς ἑαυτὰς τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων ἀποκατάστασις· καθ' ἣν φυσικῶς εὐθηνούμενος τῷ πλούτῳ

placitum reddat, eam disciplinam colit; is, rectas Domini vias non fecit: ac viæ quidem parandæ laborem desudavit, Deum tamen in semitis suis ambulantem non habuit. Via ergo Domini virtus est; recta vero semita, rectus virtutis et sine dolo exsistit modus.

Omnis vallis implebitur; eorum scilicet qui viam Domini rite paraverint, ac ejus semitas rectas fecerint. Non enim quovis modo, neque omnium: neque enim eorum qui non paraverunt viam Domini, nec ejus semitas rectas fecerunt. Vallis autem, uniuscujusque caro est, multo libidinum fluxu excavata ac salebrosa effecta, atque a spiritali cum anima continuitate ac cohæsione ex Dei legis colligantis norma, **106** abscissa. Sed et animam, quin vallem intelligamus, nihil vetat, multis vitiorum imbribus cavatam, atque hinc pulchræ illius planitiei in spiritu decore amisso, salebrosam. Omnis igitur vallis, seu locus præruptus ac confragosus (caro scilicet et anima, eorum qui paraverunt viam Domini, ac semitas ejus rectas fecerunt) implebitur, abjectione vitiorum ac perturbationum, quibus præcipitiorum more inæqualitas illa ac salebrositas iis conflatur; receptaque ascito virtutum cultu naturali superficie, spiritu complanata.

Et omnis mons et collis deprimetur. Solent maxime, ut videtur, montes et colles cum adsitis consistere vallibus locisque hiantibus. Mons est, omnis altitudo attollens se adversus scientiam Dei [81]: collis vero, quidquid vitii adversus virtutem insurgit. Sive, montes spiritus sunt ignorantiæ auctores; colles autem, vitii ac pravitatis incentores. Tum plane quando omnis vallis (id est caro vel anima, eorum, qui, ut dixi, viam Domini paraverunt, et rectas ejus semitas fecerunt, per ambulantis in eis Dei Verbi, mandatorum adimpletione adventum) implebitur scientia et virtute, omnes falsi nominis scientiæ, ac nequitiæ spiritus deprimentur, ipso Dei Verbo calcante et subjiciente, ac nequissimam potestatem extollentem se adversus humanam naturam profligante ac collidente, velutque ingentes altasque montium ac collium moles effodiente, et ad valles præcipitiaque complenda trahente. Sane enim, si cuncta quis Verbi potentia sumat ac rationis, quibus a natura corrasis dæmones, ignorantiam ac pravitatem in natura condiderunt, nusquam prorsus ullo modo ignorantiæ ac pravitatis celsitudo consistet: ut neque mons aut collis oculis conspicui, si qua mortalibus via ratioque suppeteret, qua illis effossis, cava loca ac salebrosa implerent.

Depressio igitur est spiritalium nequissimorumque montium atque collium, carnis pariter atque animæ naturalium ad seipsas virium restitutio: qua mens religiosa, virtutis ac scientiæ opibus na-

[81] II Cor. x, 4.

tuta locuples, æquali planoque itinere hocce sæculum ambulans, ad senii expertem ac incorruptum intellectilium sanctarumque virtutum mundum, festinato contendit; **107** nec voluntariis carnis affectibus, multiplici voluptatis anfractu seducta; nec iis quæ invitis accidunt, tentationibus ex dolore exasperata; carnis indulgentia, viam mandatorum tanquam arduam ac difficilem, ob virtutis laborum asperitatem detrectans.

Diriguntur autem prava, cum mens, membris corporis a vitiis ac affectibus liberatis, id est, sensibus ac reliquis a libidinoso actu prohibitis, ex simplici naturæ ritu moveri ea docuerit. Asperæ autem tentationes quæ invitos petunt, erunt in vias planas, tum maxime, cum gaudens lætusque animus, in infirmitatibus et ærumnis ac necessitatibus sibi placet : per violentos labores ac cruciatus, omnem a se spontaneorum affectuum, seu libidinum dominatum excutiens. Qui enim veræ vitæ desiderio flagrat, quem non lateat omnem laborem (sive is sponte assumatur, sive invitis adhibeatur) voluptatis, quæ sit mortis parens, mortem fore, asperas omnes violentarum tentationum impressiones, hilaris lætusque patientiæ munere gaudens suscipiet; vias faciles ac planas ærumnas angustiasque efficiens, quæ ad supernæ vocationis palmam pie in eis divinum cursum instituentem, certo tramite transmittant.

Quisquis igitur multis tortuosam atque implexam voluptatem, omnibusque simul sensibus multimode implicatam continentiæ cultu dissolverit, prava in viam rectam fecit : qui vero arduam asperamque laborum impressionem, patienter ferendo calcaverit, asperas in vias planas fecit. Unde tanquam virtutis præmium, ac eorum quos illius causa tulit laborum, velut qui probe ac legitime certaverit, virtutisque desiderio voluptatem vicerit, ac scientiæ amore dolorem calcaverit, necnon utrisque divina strenue certamina gesserit, Dei Salutare videbit. Nam ait : *Et videbit omnis caro Salutare Dei* [32]. Omnis caro, utique fidelis, juxta illud : *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem* [33]; quæ nempe crediderit. Neque enim impiorum caro, siquidem vera illa Scripturæ sententia est : *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini* [34]; sed determinate, omnis caro quæ fidelis exsistit. Ex parte autem, id est, carne, totum Scriptura hominem significat, pro eo ac consuevit; velut clamet **108** « *Et videbit omnis homo Salutare Dei.* » Omnis homo, qui scilicet vocem clamantem in deserto audierit, ac juxta spiritalem nobis traditum sensum, viam Domini paraverit, ejusque semitas rectas fecerit, ac eversis spiritalibus et nequissimis montibus atque collibus, vallem eam (id est animam) impleverit, quæ sua cavitate ac hiatu, divini transgressione mandati, iis quos dixi, pravis montibus ac collibus sublimitatem altumque supercilium præbuit; nimirum quod illa

[32] Luc. III, 6. [33] Joel II, 28. [34] Isa. XXVI, 10

A τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ὁ φιλόθεος νοῦς, ὁμαλῶς διαπορεύεται τὸν αἰῶνα τοῦτον, καὶ πρὸς τὸν ἀγήρω καὶ ἄφθαρτον προτροπάδην φέρεται κόσμον τῶν νοητῶν καὶ ἁγίων δυνάμεων. Μήτε τοῖς ἑκουσίοις τῆς σαρκὸς πάθεσι διὰ τῆς πολυτρόπως σκολιευομένης πλανώμενος ἡδονῆς· μήτε τοῖς ἀκουσίοις πειρασμοῖς διὰ τῆς ὀδύνης τραχυνόμενος· τῇ περὶ τὴν σάρκα φειδοῖ, τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν ὡς δύσβατον διὰ τὴν τραχύτητα τῶν πόνων τῆς ἀρετῆς παραιτούμενος.

Ἰθύνεται μὲν οὖν τὰ σκολιὰ, ὅταν ὁ νοῦς τὰ μέλη τοῦ σώματος τῶν παθῶν ἐλευθερώσας, ἤγουν τὰ αἰσθητήρια καὶ τὰ λοιπὰ τῆς καθ' ἡδονὴν ἐκκόψας ἐνεργείας (10), κατὰ τὸν ἁπλοῦν τῆς φύσεως λόγον αὐτὰ κινεῖσθαι διδάξειεν· αἱ δὲ τραχεῖαι (11), τουτέστιν αἱ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν ἐπιφοραὶ, ἔσονται
B εἰς ὁδοὺς λείας· ὅταν μάλιστα χαίρων καὶ εὐφραινόμενος ὁ νοῦς, ἐν ἀσθενείαις εὐδοκεῖ καὶ θλίψεσι καὶ ἀνάγκαις· διὰ τῶν ἀκουσίων πόνων τὴν ὅλην τῶν ἑκουσίων παθῶν ἀφαιρούμενος δυναστείαν. Ὁ γὰρ τῆς ἀληθοῦς ἐφιέμενος ζωῆς, γνοὺς ὅτι πᾶς πόνος, εἴτε ἑκούσιος εἴτε ἀκούσιος, τῆς τοῦ θανάτου μητρὸς ἡδονῆς (12) γίνεται θάνατος, πάσας τὰς τραχείας τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν ἐπιφορὰς δέξεται μετ' εὐφροσύνης, χαίρων διὰ τῆς ὑπομονῆς, ὁδοὺς εὐμαρεῖς τε καὶ λείας τὰς θλίψεις ποιούμενος, πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἀπλανῶς παραπεμπούσας αὐτὸν, εὐσεβῶς ἐν αὐταῖς τὸν θεῖον δρόμον ποιούμενον.

Πᾶς τοιγαροῦν τὴν πολυέλικτόν τε καὶ πολύπλοκον
C ἡδονὴν, καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς αἰσθητηρίοις πολυτρόπως συμπεπλεγμένην τῇ ἐγκρατείᾳ διαλύσας, τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν ἐποίησε· καὶ ὁ τὴν δύσβατον καὶ τραχεῖαν τῶν πόνων ἐπιφορὰν δι' ὑπομονῆς πατήσας, τὰς τραχείας ἐποίησεν εἰς ὁδοὺς λείας. Ὅθεν ὥσπερ ἔπαθλον ἀρετῆς, καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτῆς καμάτων, οἷον καλῶς τε καὶ νομίμως ἀθλήσας, καὶ τὴν ἡδονὴν νικήσας τῷ πόθῳ τῆς ἀρετῆς (13), καὶ τὴν ὀδύνην πατήσας τῷ τῆς γνώσεως ἔρωτι, καὶ δι' ἀμφοτέρων γενναίως τοὺς θείους διενέγκας ἀγῶνας, ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. *Καὶ ὄψεται γὰρ*, φησὶ, *πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.* Πᾶσα σὰρξ, δηλονότι πιστή· κατὰ τὸ, *Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*· δηλαδὴ τὴν πιστεύσασαν. Οὐχ ἁπλῶς οὖν πᾶσα σὰρξ ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ·
D οὔτε γὰρ ἡ τῶν ἀσεβῶν σὰρξ, εἴπερ ἀληθὴς ὁ ἀποφαινόμενος λόγος, *Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου*· ἀλλὰ προσδιωρισμένως πᾶσα πιστὴ σάρξ. Ἐκ μέρους δὲ τῆς σαρκὸς, τὸν ὅλον ἄνθρωπον σημαίνει συνήθως ὁ Γραφικὸς λόγος, οἱονεὶ βοῶν, *Καὶ ὄψεται πᾶς ἄνθρωπος τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.* Πᾶς ἄνθρωπος, ἀκούσας δηλονότι τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ φωνῆς βοώσης· καὶ κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τῆς θεωρίας λόγον, ἑτοιμάσας τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιήσας τὰς τρίβους αὐτοῦ, καὶ πληρώσας διὰ τῆς τῶν νοητῶν καὶ πονηρῶν ὀρέων καὶ βουνῶν καθαιρέσεως, τὴν διὰ τοῦ ἰδίου κοιλώματος παρασχομένην (14) κατὰ τὴν παράβασιν τῆς θείας

ἐντολῆς τοῖς εἰρημένοις πονηροῖς ὄρεσι καὶ βουνοῖς τὸ ὕψος καὶ τὸ ἀνάστημα, φάραγγα ψυχὴν, καὶ τὴν ταύτης ἀναπλήρωσιν, τῶν πονηρῶν Δυνάμεων ταπείνωσιν ἐργαζόμενος· καὶ τὰ σκολιὰ τῶν ἑκουσίων παθῶν, ἤγουν τῆς ἡδονῆς τὰ κινήματα, διὰ τῆς ἐγκρατείας εὐθύνας· καὶ τὰς τραχείας τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμφορὰς, ἤγουν τοὺς τρόπους τῆς ὀδύνης διὰ τῆς ὑπομονῆς ὁμαλίσας, καὶ εἰς ὁδοὺς λείας καταστήσας· ὁ τοιοῦτος εἰκότως ὄψεται τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ, καθαρὸς τῇ καρδίᾳ γενόμενος· καθ' ἣν διὰ τῶν ἀρετῶν, καὶ τῶν εὐσεβῶν θεωρημάτων ὁρᾷ τὸν Θεὸν ἐπὶ τέλει τῶν ἄθλων, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*· τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς πόνων, τῆς ἀπαθείας τὴν χάριν ἀντιλαβὼν, ἧς οὐδὲν πλεῖον τὸν Θεὸν ἐμφανίζει τοῖς ἔχουσι.

Καθ' ὃ τυχὸν τοῖς τὰ ὑψηλότερα ζητοῦσι τῶν θεωρημάτων, καὶ ἄλλως πάρεστιν ὁρᾷν, ὡς ἐν ἐρήμῳ, τῇ ἐστερημένῃ παθῶν ψυχῇ, τὴν διὰ τῶν ἀρετῶν φωνὴν τῆς ἀφώνως βοώσης θείας σοφίας καὶ γνώσεως (15)· ἐπεὶ πάντα κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἑκάστου πᾶσιν ὁ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς γίνεται Λόγος, χωρῶν δι' ἑκάστου· καὶ ὡς πρόδρομον φωνὴν, τὴν προκατασκευάζουσαν ἕκαστον πρὸς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν προδωρούμενος χάριν· ἐν μὲν τοῖς γινομένην μετάνοιαν, ὡς μελλούσης δικαιοσύνης πρόδρομον· ἐν δὲ τοῖς ἀρετὴν, ὡς προσδοκωμένης γνώσεως προκαταρτισμόν· ἐν ἄλλοις δὲ γνῶσιν, ὡς τῆς παρεσομένης θεωρητικῆς ἕξεως χαρακτῆρα. Καὶ ἁπλῶς ἐπιλείψει τὸν θεωρητικὸν νοῦν ὁ χρόνος, τὰς θείας ἀναβάσεις τοῦ Λόγου γνωστικῶς ποιούμενον· καὶ τὰς αὐτοῦ πρὸς ἕκαστον ὑπερφυεῖς ἁρμόζοντα καὶ φιλανθρώπους ἐπινοίας· καθ' ἃς πάντα γίνεται πᾶσιν, ἵνα πάντας σώσῃ διὰ τὸν πλοῦτον τῆς αὐτοῦ χρηστότητος.

A impleatur, nequissimas potestates deprimens, inque humile cogens; pravaque spontaneorum affectuum (id est, voluptatis motus ac libidinis) continentiæ studio direxerit; atque asperas tentationum quæ invitos petunt, ærumnas tristesque casus (doloris scilicet modos) per patientiam coæquaverit, atque in vias planas fecerit: hic talis merito, Salutare Dei videbit, quippe qui mundo corde factus sit: qua munditia per virtutes piasque contemplationes ac sensus Deum videt in fine certaminum, juxta illud: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [38]; nempe eorum laborum quos virtutis causa desudavit præmio, tranquillitatis munus consecutus, qua nihil magis Deum manifestat, iis qui illa fulti sunt.

B Qua forsitan ratione, aliter quoque his qui sublimiores sensus spiritales quærunt, videre liceat, ut in deserto, animo scilicet vitiis libero, divinæ sapientiæ ac scientiæ vocem muto per virtutes eloquio clamantem: quippe cum omnia omnibus, pro cujusque modo ac ratione, unum ipsum ac idem Verbum fiat, singulis immeans; ac velut præcurrentem vocem, unumquemque ad ipsius adventum præparantem, gratiam prælargiens: quæ nimirum in aliis quidem pœnitentia fiat, tanquam futuræ justitiæ præcurrens; in aliis virtus, tanquam exspectatæ scientiæ præjacta ratio: in aliis demum scientia, ut secuturi contemplationis habitus figura certaque nota. Prorsusque animum contemplantem C deficiet tempus, dum divinas Verbi ascensiones sapienter facit, ejusque eximias benignissimasque rationes ac considerationes singulis apte componit; quibus omnibus omnia fit ut omnes salvos faciat, ob abundantes divitias suæ bonitatis.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ὁ τὴν γνῶσιν ἐστεατωμένην ταῖς ἀρεταῖς, τουτέστιν ἔμπρακτον, μετιὼν, οὗτος γέγονεν Ἄβελ, ἔχων τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ ἐπιβλέποντα.

β'. Ὁ γνοὺς καὶ ἀληθῶς ἐλπίσας τὰ μέλλοντα, τῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν, ὑπὲρ ὧν ἤλπισεν, ἐπικλήσεως οὐδέποτε παύεται· καὶ γίνεται νέος Ἐνὼς, τὸν Θεὸν ἐπικαλούμενος.

γ'. Ὁ διὰ πράξεως εὐαρεστήσας τῷ Θεῷ, διὰ θεωρίας πρὸς τὴν τῶν νοητῶν χώραν, τὸν νοῦν δηλαδὴ μετατίθησι, ἵνα μὴ διὰ φαντασίας τινὸς τὸν ἐν τοῖς πάθεσι κατὰ τὴν αἴσθησιν θεάσηται θάνατον, ὡς ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἑλεῖν βουλομένων παντελῶς εὑρισκόμενος.

δ'. Ὁ διὰ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν, φησὶ, τὴν διὰ τῆς κακουχίας μετελθὼν ἀγωγὴν, γέγονεν Νῶε, τῇ μικρᾷ τῆς σαρκὸς στενοχωρίᾳ τὴν μέλλουσαν τῶν ἀσεβῶν φεύγων κατάκρισιν.

ε'. Γῆν λέγει τὴν σάρκα· συγγένειαν, τὰς αἰσθήσεις· οἶκον πατρὸς, τὸν αἰσθητὸν κόσμον, ἀφ' ὧν ὁ

SCHOLIA.

1. Qui scientiam virtutibus pinguem (hoc est, actione vegetam) colit, Abel factus est in quem Deus, **109** ejusque munera, clemens aspicit.

2. Qui cognovit, ac vere futura speravit, invocandi secundum actionem, pro quibus speravit, nullum finem facit; ac Dei invocator, novus Enos exsistit.

D 3. Qui per actionem Deo placuit, per contemplationem ad intellectilium regionem utique mentem traducit; ne per cogitantis animi imaginem aliquam, mortem videat, quæ ex sensu in affectibus exsistit; nulli eorum quæ velint capere, ut inveniatur prorsus obnoxius.

Joach autem a commentariis filius Asaph, si nomen interpreteris, *Dei fraternitas* dicitur: ejusque pater Asaph, *congregatio*. Igitur charitas proles est animi facultatum pari nutu circa divina congregatarum ac counitarum; rationis scilicet, iræ et cupiditatis: cujus munere, divini decoris pulchritudinem memoriæ tabulis consignantes, qui per gratiam, honoris jam cum Deo æqualitatem sunt consecuti (nam fraternitas, quod dicitur, æqualis palam munus honoris significat), charitatis divinæ nulla delendum oblivione desiderium habent, qua velut tabulis principi animæ parti immortale appin-
B gatur decus ac imprimatur.

Cum igitur in hunc se modum ista habeant, exque nominum interpretatione leviuscule saltem oratio veritatis conjecturam fecerit; mens omnis, Ezechiæ more, divino accincta robore, velut seniores quosdam, proceresque seu magistratus ac præfectos habet; tum facultatem rationis, ex qua fidei, quæ sapiens fultaque scientia sit, nascendi origo exsistit; qua semper Deum nullis verbis explicabili ratione præsentem esse condiscit, speique præsidio, cum futuris ac si præsentia essent, consuescit: tum cupiditatis facultatem, qua divina charitas consistit, cujus munere ipsa se sponte intemeratæ deitatis amori affigens, insolubilem desiderati appetitum
C asciscit. Præterea vero iræ etiam facultatem, qua mordicus divinæ paci adhærescit, cupiditatis motum divini tenore amoris astringens. His porro facultatibus **119** mens omnis prædita est, quarum auxilio tum vitia profliget, tum virtutem consciscat ac tueatur: ac seniorum quidem rationem habent, quod sint animi primæ facultates, atque ejus essentiam compleant: principum vero seu magistratuum, quod et motuum ex ipsis proficiscentium imperio polleant, subjectorumque illis effectuum, mentis moventis nutu potestatem habeant. Hæ menti pariter auctores consilio sunt, opeque juvant, ut aquas fontium obstruat, quæ extra civitatem erant: vel, ut proprie magis loquar, quæ sunt extra civitatem. Semper enim quod per historiam præteritum nar-
D ratur, tanquam præsens mystice per spiritalis sensus considerationem habetur.

Has facultates qui sanas, nulloque seductas errore obtinet, ingentem populi vim congregat: pios scilicet ex eis naturales motus, sensaque ac rationes. Aquas autem quæ sunt extra civitatem (extra animam scilicet) quarum illuvie fluvius concrescit, per mediam dirimens civitatem; naturalis scilicet speculationis scita sensaque, sensus cujusque adminiculo iis ex rebus quæ in sensum cadunt commeantia, inque animam influentia; ex quibus, qui velut civitatem animam permeat, sensilium rerum scientiæ sermo velut fluvius conflatur: ac quandiu ille animam permeat, sensilium rerum imagines ac cogitatus non ponit: quo ipso cuneo, ingruens

nequissima ac exitiosa potestas, ipsam bello tentare consuevit. Idcirco ait Ezechias : *Ne veniat rex Assur, et inveniat aquam multam et invalescat* [48]; ac si mens perspicacissima suis facultatibus dicat, quo tempore vitia ac perturbationes insurgunt : A naturali tantisper speculatione cessemus, solisque precibus ac corporali afflictationi ejus cultu philosophiæ, quæ actione præstatur, nosmet impendamus: e quibus, precum quidem figuram referebat, quod rex in Dei templum ascendit; corporalis autem afflictationis, quod cilicium induit : ne forte cum rerum sensilium intellectis rationibus vaferrime nequissimus imprudentibus sensilium earum rerum formas figurasque invehat : unde vitia ac libidini hærentes affectus circa rerum aspectabilium externam speciem proclive coalescunt, intercluso in nobis, sensu medio, ad intelligibilia rationis actu : et invalescat ut evertat civitatem (nempe **120** animam) atque in Babylonem (vitiorum scilicet ac perturbationum confusionem) violenter trahat.

Qui igitur, quo tempore vitiosi affectus infestis signis petunt, occlusis strenue sensibus, sensiliumque rerum cogitatione ac memoria penitus submotis, mentis naturales motus ab iis quæ extra sunt scrutandis omnino repressit : is, velut Ezechias, aquas fontium extra urbem exsistentes, obstruxit; atque fluvium per mediam dirimentem civitatem, intercidit; collata cum eo opera adjuvantibus iis, quas dixi, facultatibus; et qui congregatus est multus populus ac exercitus (piis scilicet cujusque facultatis cogitatibus seu rationibus) divinaque manu parta victoria, quæ infensa incesserat, nequissimam ac tyrannicam potestatem, confudit : divino præcepto, velut angelo quodam ultore sermone ad id comparato ut vitia deleat, centum octoginta quinque millibus occisis : nempe occiso habitu, qui vitiorum ac pravitatis parens exsistit, qui videlicet tribus animi facultatibus per sensilia, sensuumque in eis operatione, inolescit.

Operæ pretium igitur, ut nec naturali sese impendat speculationi, quæ mens invisibiles congressus sapienter exhaurire sciat, neeve aliud quidpiam moliatur, quo tempore nequissimi dæmones adoriuntur, quam ut solum precetur, ac corpus laboribus edomet, omnique diligentia terrenum sensum dejiciat, ac civitatis muros (virtutes scilicet animæ præsidio exsistentes, seu quæ conservandis virtutibus, viæ ac rationes conducunt, continentiam scilicet ac patientiam) bonarum ope rationum natura insitarum, custodiat : ita nimirum, ut nulla prorsus cogitatio, ulli spiritalium hostium foris positorum contradicentis specie respondeat : ne forte prosperitatis obtentu illiciens, fraudeque desiderium nectens, a Deo abjungat, qui animam, subversionem turbidam potat [49], ac per ea quæ honesti speciem habent, mentem honestum exquirentem ad deteriora astu pelliciat, Rapsaces Judaice lo-

A Διό φησιν Ἐζεχίας· *Μὴ ἔλθῃ βασιλεὺς Ἀσσοὺρ καὶ εὕρῃ ὕδωρ πολὺ, καὶ κατισχύσῃ*· ὡσανεὶ ἔλεγε ὁ διαγνωστικὸς νοῦς ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεως. Παυσώμεθα τῆς φυσικῆς θεωρίας (9), καὶ μόνῃ προσχωρήσωμεν τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν κακοπαθείᾳ τοῦ σώματος· ὧν, τῆς μὲν προσευχῆς, ἡ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ἄνοδος τοῦ βασιλέως ἔφερε τύπον· τῆς δὲ σωματικῆς κακοπαθείας, ἡ τοῦ σάκκου περιβολή· μήπως τοῖς τῶν αἰσθητῶν νοήμασι, συνεισκαλεῖ κακούργως λαθὼν ὁ πονηρὸς, τὰ τῶν αἰσθητῶν εἴδη καὶ σχήματα· δι' ὧν πέφυκε τὰ πάθη δημιουργεῖσθαι περὶ τὰς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν (10), στάσιν λαμβανούσης διὰ τῆς μέσης αἰσθήσεως τῆς πρὸς τὰ νοητὰ διαβάσεως, τῆς ἐν ἡμῖν λογικῆς
B ἐνεργείας, καὶ κατισχύσῃ πορθῆσαι τὴν πόλιν, τουτέστιν, τὴν ψυχήν· καὶ εἰς Βαβυλῶνα, λέγω δὲ τὴν τῶν παθῶν σύγχυσιν, κατασύρῃ.

Ὁ τοίνυν ἐν καιρῷ τῆς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεως γενναίως μύσας τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν φαντασίαν τε καὶ μνήμην παντελῶς ἀπωσάμενος, καὶ συστείλας πάντη τὰς τοῦ νοῦ περὶ τὴν τῶν ἐκτὸς ἔρευναν φυσικὰς κινήσεις, κατὰ τὸν Ἐζεκίαν ἐνέφραξε τὰ ὕδατα τῶν πηγῶν ἃ ἐστιν ἔξω τῆς πόλεως· καὶ τὸν διορίζοντα διὰ μέσου τῆς πόλεως ποταμὸν διέκοψε, συνεπισχυσασῶν αὐτῷ τῶν εἰρημένων δυνάμεων· καὶ τοῦ συναχθέντος λαοῦ πολλοῦ, φημὶ δὴ
C τῶν καθ' ἑκάστην δύναμιν εὐσεβῶν λογισμῶν, καὶ κατῄσχυνε νικήσας διὰ τῆς θείας χειρὸς, τὴν ἐπαναστᾶσαν αὐτῷ πονηρὰν καὶ τυραννικὴν δυναστείαν· διὰ τοῦ θείου προστάγματος, ὡς δι' ἀγγέλου τινὸς, τοῦ διαφθείρειν τὰ πάθη πεφυκότος λόγου, ἀποκτείνας τὰς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε χιλιάδας· τουτέστι, τὴν ποιητικὴν τῆς κακίας ἕξιν (11), τὴν παραλόγως ταῖς τρισὶ τῆς ψυχῆς διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπιφυομένην δυνάμεσι, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐνέργειαν τῶν αἰσθήσεων.

Χρὴ τοιγαροῦν μήτε φυσικὴν μετιέναι θεωρίαν, τὸν γνωστικῶς τὰς ἀοράτους συμπλοκὰς ὑπαναλίσκειν ἐπιστάμενον νοῦν· μηδ' ἄλλο τι ποιεῖν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν πονηρῶν δαιμόνων προσβολῆς, ἢ μόνον προσεύχεσθαι, καὶ τὸ σῶμα πόνοις καταδαμάζειν,
D καὶ τὴν τοῦ χοϊκοῦ φρονήματος διὰ πάσης σπουδῆς ποιεῖσθαι καθαίρεσιν, καὶ φυλάττειν τὰ τείχη τῆς πόλεως (λέγω δὲ τὰς φρουρητικὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς, ἢ τὰς τῶν ἀρετῶν φυλακτικὰς μεθόδους, ἐγκράτειαν λέγω καὶ ὑπομονήν) διὰ τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν λογισμῶν (12)· μηδενὸς τὸ σύνολον λογισμοῦ ἀντιρρητικῶς τινι τῶν ἐκτὸς νοητῶν πολεμίων ἀποκρινομένου· μήπως διὰ τῶν δεξιῶν ἀπατήσας, ἀποστήσῃ Θεοῦ, κλέψας τὴν ἔφεσιν, ὁ τὴν ψυχὴν ποτίζων ἀνατροπὴν θολερὰν [*Argent. etc.* δολερὰν], καὶ διὰ τῶν νομιζομένων καλῶν, πρὸς τὰ χείρονα τὴν τὰ καλὰ ζητοῦσαν ὑποσύρῃ διάνοιαν, καλῶν Ἰουδαϊστὶ Ῥαψάκης ὁ ἀρχιστράτηγος Σενναχειρὶμ βασιλέως Ἀσ-

[48] II Paral. XXXII, 24. [49] Habac. II, 15.

σοῦρ. Ῥαψάκης δὲ ἑρμηνεύεται, *πολὺς ποτισμῷ μετὰ φιλημάτων*, ἢ, *μεγάλα ἔχων φιλήματα*. Ὁ πονηρὸς γὰρ δαίμων, ὁ διὰ τῶν δεξιῶν τὸν νοῦν εἰωθὼς πολεμεῖν, Ἰουδαϊστὶ λαλεῖ, διὰ τῆς νομιζομένης, ἀλλ' οὐκ οὔσης ἀρετῆς, τὴν θολερὰν ἀνατροπὴν τὴν ψυχὴν ποτίζων· δεικνὺς αὐτῇ τὴν ἠπατημένην καὶ ὀλέθριον φιλίαν· ἧς τοῦ πλήττοντος μᾶλλον φίλου καθέστηκε τὰ τραύματα κρείττονα. Φησὶ γάρ· Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου (13) ὑπὲρ φιλήματα ἐχθροῦ. Σενναχειρὶμ δὲ, *πειρασμὸς ξηρασίας* ἑρμηνεύεται, ἢ, *ὀδόντες ἠκονημένοι*, ὅς ἐστιν ὁ διάβολος, ὁ κατ' ἀλήθειαν διὰ τῶν πρὸς κακίαν ἠκονημένων λογισμῶν (τοῦτο γάρ μοι νοεῖται ὀδόντες ἠκονημένοι) τὴν ἐν ἡμῖν τῶν θείων ναμάτων τῆς γνώσεως καταξηραίνων ἀποῤῥοὴν, κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἣν πέφυκε τοῖς αὐτὴν παραδεχομένοις ἐμποιεῖν, ἰσχύων τὴν κλῆσιν τοῦ ὀνόματος πρόσφορον· πειρασμὸς ὄντως ξηρασίας καὶ ὢν καὶ καλούμενος, ὡς ἐρήμους καθιστῶν πάσης τῆς ἐν πνεύματι ζωτικῆς διαδόσεως τοὺς ὑποπεσόντας τοῖς δόλοις αὐτοῦ.

Ἢ τυχὸν πειρασμὸς κέκληται ξηρασίας ὁ Σενναχειρὶμ (14), τουτέστιν ὁ διάβολος, ὡς ἄπορος καὶ πένης, καὶ πάσης ἐστερημένος πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν ἐπανάστασιν ἰδικῆς δυναστείας· καὶ χωρὶς τῶν αἰσθητῶν, δι' ὧν εἴωθε τὴν ψυχὴν πολεμεῖν, οὐδὲν ἡμᾶς βλάψαι δυνάμενος, καὶ διὰ τοῦτο δεόμενος τῆς καθ' ἡμῶν περινενοημένης τυραννίδος, τῶν ἔξω τῆς πόλεως πηγῶν, τουτέστι, τῶν ὑλικῶν νοημάτων, οἷς πέφυκεν εἰσβάλλειν τῇ ψυχῇ τὰ σχήματα καὶ τὰ εἴδη τῶν αἰσθητῶν· δι' ὧν τυπουμένη φυσικῶς διὰ τὴν σχέσιν ἡ αἴσθησις, πολλάκις γίνεται τῷ διαβόλῳ πρὸς καθαίρεσιν τῆς κατὰ ψυχὴν θείας εὐπρεπείας ὅπλον πονηρὸν καὶ ὀλέθριον, ὅλην προδιδοῦσα τῷ ἐχθρῷ, διὰ τῆς καθ' ἡδονὴν θωπείας, τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου τὴν δύναμιν.

Ἀλλ' ὁ γενναίως διὰ τῆς λεγομένης ἐγκρατείας μύσας τὰς αἰσθήσεις, καὶ διὰ τῶν κατὰ ψυχὴν δυνάμεων τὰς πρὸς τὸν νοῦν αἰσθητῶν σχημάτων ἀποτειχίσας εἰσόδους, εὐχερῶς τοῦ διαβόλου τὰς πονηρὰς ἐκλύσει μηχανὰς, ὑποστρέφων αὐτὸν μετ' αἰσχύνης τῇ ὁδῷ ᾗ ἦλθεν. Ὁδὸς δὲ (15) δι' ἧς ὁ διάβολος ἔρχεται, ἐστὶ τὰ πρὸς σύστασιν τοῦ σώματος εἶναι δοκοῦντα ὑλικὰ, εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν, φημὶ δὲ τὴν σύγχυσιν, σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεννηθεῖσι πονηροῖς λογισμοῖς αὐτὸν ἀποκτένων, μεταφέρων αὐτοὺς πρὸς τὴν παράθεσιν τῆς ἀναπαύσεως. Ὁ γὰρ δυνηθεὶς τὸν διάβολον τοῖς αὐτοῦ χειρώσασθαι λογισμοῖς, διὰ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον κατὰ τὴν θεωρίαν συγχρήσεως, τὸν Σενναχειρὶμ ἀπέκτεινε διὰ τῶν αὐτοῦ υἱῶν, καὶ πρὸς τὴν γῆν αὐτοῦ ἐφυγάδευσεν Ἀρμενίας· καταθέμενος δηλονότι πρὸς τὴν παράθεσιν τῆς ἀναπαύσεως, τοὺς τὴν ψυχὴν διὰ τῆς αἰσθήσεως συγχέοντας λογισμούς. *Παράθεσις* γὰρ *ἀναπαύσεως* Ἀρμενία ἑρμηνεύεται. Παράθεσις δὲ τῆς ἀναπαύσεώς ἐστιν (16) ἡ προσβολὴ τῶν θείων ἀρετῶν,

A quens, Sennacherim regis Assur magister militiæ. Rapsaces autem, si nomen interpreteris, est, *propinando indulgentior cum osculis*, sive, *magna habens oscula*. Pessimus enim dæmon, qui rerum secundarum obtentu mentem impugnare soleat, Judaice loquitur; qui **121** videlicet existimata virtutis larva, non quæ vere virtus exsistat, turbidam animum subversionem potet: nimirum fraudulentam illi ac exitiosam amicitiam objectans, qua plane meliora longe sunt, amici percutientis vulnera. Ait enim: *Fideliora vulnera amici, quam oscula inimici* [30]. Sennacherim vero, si nomen interpreteris, *tentatio est siccitatis*, aut *dentes acuti*, quod est diabolus; qui reipsa per rationes vitii molitione acutas (hoc enim sibi dentes acuti volunt) divinæ in nos

B defluentes exsiccans scientiæ latices; inde quo afflatu eos qui ipsum suscipiant, solet agere, apte nominis adeptus est appellationem; vere siccitatis tentatio tum exsistens, tum et audiens: velut nimirum, vitali omni in spiritu distributione vacuos constituens, qui ipsius victi dolis concesserunt.

Aut forte tentatio siccitatis Sennacherim (hoc est, diabolus) appellatus sit, tanquam egenus et pauper, omnique propria, qua nos impugnet, potentia carens; nec, si desint sensilia, quorum adminiculo bellum animo inferre consuevit, ullo nos damno afficere valens: quique adeo, nos tyrannide subjicere moliens, fontibus extra civitatem positis egeat (terre-

C nis scilicet cogitationibus sensisque) per quæ figuræ ac species rerum sensilium in animam irrumpere solent. His nimirum natura formatus sensus, qua illis necessitudine tenetur, nequissimum haud raro exitiosumque diabolo instrumentum ad divinum animi decorem abolendum efficitur; ob voluptatis illecebras totam in nobis inimico vim rationis prodens.

At, qui strenue per continentiam quam vocant, occlusis sensibus animique adnitentibus viribus, sensilium rerum figuras, ne in mentem subeant, exclusit, is facile pessima diaboli consilia difflat, cogitque eadem qua venerat via (via autem, qua venit diabolus, terrena sunt quibus corporis incolumitas videtur conflari) probro in terram suam (nempe con-

D fusionem) reverti; una cum pessimis eo prognatis rationibus perimens, transferendo ad appositionem quietis. Cui enim concessum est, ut suis ipsum rationibus diabolum expugnet, his per contemplationem ad recti honestique rationem utens, Sennacherim ejus ipsius filiorum opera occidit, atque in ipsius procul terram Armeniæ **122** fugavit: constitutis nimirum ad quietis appositionem, quibus per sensum rationibus animo confusio obrepit. Armenia enim, si nomen interpreteris, *quietis appositio* dicitur. Est autem quietis appositio, divinarum obtentus virtutum; quo mens, quibus aliquando ad probrosa sensus vitia ac libidines ducebatur translatis rationibus,

[30] Prov. XXVII, 6

qui earum in humani generis perniciem parens exsistat diabolum perimit.

Præclare igitur ac sapientissime Scripturæ spiritali sensu egit Ezechias, quod aquas fontium extra Jerusalem obstruxit, propter Sennachirim regem Assyriorum. Sunt ergo fontes extra civitatem (extra scilicet animum) positi, quæ in sensum cadunt omnia. Horum autem fontium aquæ eorumdem sensilium notiones sunt conceptusque. Fluvius dirimens per mediam civitatem, quæ naturali speculatione ex conceptis rebus sensilibus scientia conflatur; ipsa per mediam transiens animam, ut quæ amborum (mentis scilicet ac sensus) confinis exsistat. Sensilium enim notitia neque prorsus ab intelligentis animi facultate abhorret, neque uni omnino duntaxat sensus operationi addicta est; sed velut mentis cum sensu, ac sensus cum mente coitionis media, per seipsa, amborum inter se copulationem facit : sensu quidem, sensilium figuris formata secundum speciem; mente autem, figuras formasque ad figurarum rationes transferens. Idcirco non injuria, fluvius dirimens per mediam civitatem, rerum sensilium appellata scientia est, ut quæ extremorum (mentis scilicet ac sensus) confinis exsistat. Hanc qui obstruit, quo tempore perturbationes ac vitia ingruunt, cavendæ scilicet injuriæ causa, quam terrenorum illapsu figuræ menti inferunt; qui nempe scientia duce nequissimorum dæmonum inaspectabiles congressiones dissolvat, centum octoginta quinque millia occidit; parentem scilicet vitii habitum ac pravitatis : eam nimirum potestatem, quæ sensilium rerum adminiculo tribus animæ viribus, contra ac ratio suadet, cohærescit; sensuumque in eis actum, id est, naturalium facultatum sensuum munere abhorrentem a ratione operationem. Senarius enim numerus, sive ex unitatibus compositionem habeat, sive ex denariis, sive ex centenariis, sive ex alio quodam numero, virtutis vitiique parentem **123** habitum significat, pro eo ac multiplicatione componitur, affectum, hunc illumve habitum perficientem, iis exhibens, qui solerter ac erudite numeris animum attendunt. Cui utique senario numero conjunctus quinarius, sive illi additus, aut cum eo compositus, sensus indicat, id est, sensilium facultatem sive habitum aut operationem, naturalibus animæ viribus adjacentem, iisve superpositam, aut compositione illis cohærescentem. Ut sub exemplo loquar, siquidem secundum unitates velut simplex simplici quinarius numerus senario junctus est, sola potentia effectricem ostendit in sensibus aptitudinem. Sin autem adjectus est ex multis composito senario numero, qui simplex ex unitatibus numerus quinarius est, efficientem in sensibus secundum virtutem habitum prodit. At si composito ex multis denariis compositus ex multis quinariis numerus compositione accedit, absolutam ipsam in secundum potentiam atque habitum, operatio-

A πρὸς ὃν μεταφέρων ὁ νοῦς τούς ποτε πρὸς τὰ κατ' αἴσθησιν πάθη τῆς ἀτιμίας αὐτὸν ὑποστρέφοντας λογισμοὺς, ἀποκτείνει τὸν ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τούτους γεννῶντα διάβολον.

Καλῶς οὖν καὶ πάνυ σοφῶς κατὰ νοούμενον τῆς Γραφῆς Ἐζεκίας πεποίηκεν, ἐμφράξας τὰ ὕδατα τῶν πηγῶν, ἃ ἦν ἔξω Ἰερουσαλὴμ, διὰ Σενναχειρὶμ βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. Πηγαὶ οὖν εἰσιν ἔξω τῆς πόλεως, τουτέστι, τῆς ψυχῆς, τὰ αἰσθητὰ πάντα· ὕδατα δὲ τούτων τυγχάνουσι τῶν πηγῶν, τὰ τῶν αἰσθητῶν νοήματα. Ποταμὸς δὲ διορίζων διὰ μέσου τῆς πόλεώς ἐστιν ἡ κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ἐκ τῶν αἰσθητῶν νοημάτων συναγομένη γνῶσις (17), διὰ μέσης διερχομένη τῆς ψυχῆς, ὡς νοῦ καὶ αἰσθήσεως οὖσα μεθόριος. Ἡ γὰρ γνῶσις τῶν αἰσθητῶν, B οὔτε πάντη τῆς νοερᾶς ἀπεξένωται δυνάμεως, οὔτε δι' ὅλου μόνῃ προσνενέμηται τῇ κατ' αἴσθησιν ἐνεργείᾳ· ἀλλ' οἷον τῆς τε τοῦ νοῦ πρὸς τὴν αἴσθησιν, καὶ πρὸς τὸν νοῦν τῆς αἰσθήσεως συνόδου μέση τυγχάνουσα, δι' ἑαυτῆς ποιεῖται τὴν πρὸς ἄλληλα τούτων συνάφειαν (18)· κατὰ μὲν τὴν αἴσθησιν, κατ' εἶδος τυπουμένη τοῖς σχήμασι τῶν αἰσθητῶν· κατὰ δὲ τὸν νοῦν, εἰς λόγους τῶν σχημάτων τοὺς τύπους μεταβιβάζουσα· διὸ ποταμὸς διορίζων διὰ μέσης τῆς πόλεως εἰκότως προσηγορεύθη τῶν ὁρωμένων ἡ γνῶσις, ὡς τῶν ἄκρων, λέγω δὲ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, οὖσα μεταίχμιος. Ταύτην ἐμφράττων ἐν καιρῷ τῆς τῶν παθῶν διοχλήσεως, διὰ τὴν ἐπήρειαν τῆς πρὸς τὸν νοῦν τῶν ὑλικῶν σχημάτων ἐμπτώσεως, ὁ μετὰ C γνώσεως τὰς ἀφανεῖς τῶν πονηρῶν δαιμόνων συμπλοκὰς διαλύων, ἀποκτείνει τὰς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε χιλιάδας· λέγω τὴν ποιητικὴν τῆς κακίας ἕξιν, τὴν παραλόγως, ὡς ἔφην, ταῖς τρισὶ τῆς ψυχῆς διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπιφυομένην δυνάμεσι δύναμιν, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐνέργειαν τῶν αἰσθήσεων, ἤτοι τὴν τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἐπ' αἰσθήσεσι παράλογον ἐνέργειαν. Ὁ γὰρ ἑξαδικὸς ἀριθμὸς, εἴτε ἐκ μονάδων ἔχει τὴν σύνθεσιν, εἴτε ἐκ δεκάδων, εἴτε ἐξ ἑκατοντάδων, εἴτε ἐξ ἑτέρου τινὸς ἀριθμοῦ, τὴν ποιητικὴν ἕξιν δηλοῖ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πολυπλασιασμοῦ τῆς συνθέσεως, τὴν ἀπαρτίζουσαν τήνδε ἢ τήνδε τὴν ἕξιν διάθεσιν, τοῖς μετ' ἐπιστήμης τοῖς ἀριθμοῖς ἐπιβάλλουσι παριστῶν· ᾧτινι ἑξαδικῷ ἀριθμῷ συναφθεὶς D ἢ προστεθεὶς, ἢ συντεθεὶς ὁ πέντε ἀριθμὸς, παραδηλοῖ τὰς αἰσθήσεις, ἤγουν τὴν τῶν αἰσθητῶν δύναμιν, ἢ ἕξιν ἢ ἐνέργειαν, παρακειμένην, ἢ ἐπικειμένην, ἢ συγκειμένην ταῖς κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς δυνάμεσιν. Οἷον, εἰ μὲν συνῆπται κατὰ τὰς μονάδας, ὡς ἁπλοῦς ἁπλῷ ὁ πέντε ἀριθμὸς τῷ ἕξ (19), τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι μόνῃ δυνάμει ποιητικὴν ἐπιτηδειότητα παρίστησιν. Εἰ δὲ προστέθειται συνθέτῳ ἐκ πολλῶν τῷ ἓξ ἀριθμῷ ὁ ἁπλοῦς ἐκ μονάδων πέντε ἀριθμὸς, τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι κατὰ δύναμιν ποιητικὴν ἕξιν δηλοῖ. Εἰ δὲ συντέθειται συνθέτῳ τῷ ἐκ πολλῶν ἓξ ἀριθμῶν, ὁ ἐκ πολλῶν πέντε σύνθετος, τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι κατά τε τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἀποτελεστικὴν σημαίνει ποίησιν, ἤγουν περαίωσιν τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας. Ὡς δ' ἂν ὁ ἀριθμὸς ἔχων τύχοι,

εἴτε ψεκτῶς, εἴτε ἐπαινετῶς κατὰ τὸν θεωρούμενον τῆς Γραφῆς, ἤγουν ἐξεταζόμενον τόπον, ὁ μὲν ἑξαδικὸς ἀριθμὸς ἐκ δεκάδων συντεθεὶς, ποιεῖ τὸν ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἀριθμὸν, καὶ δηλοῖ τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων ποιητικὴν τῆς κακίας ἕξιν, ἐπειδὴ ψεκτῶς κεῖται κατὰ τοῦτον τῆς ἁγίας Γραφῆς τὸν τόπον οὗτος ὁ ἀριθμός· ἣν ἀποκτείνει ὡς δι' ἀγγέλου τινὸς τοῦ θείου λόγου τῆς γνώσεως, ὁ τῆς οἰκείας δυνάμεως τῇ προσευχῇ πλέον ἐπερειδόμενος νοῦς, καὶ παντὸς κατορθώματος, καὶ πάσης κατὰ δαιμόνων νίκης αἴτιον τὸν Θεὸν μόνον ἐπιγραφόμενος.

Ὁ τοίνυν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τῶν πειρασμῶν ἐπαναστάσεως, τῆς μὲν φυσικῆς ἀπεχόμενος θεωρίας, τῆς δὲ προσευχῆς κατὰ τὴν ἐκ πάντων πρὸς ἑαυτόν τε καὶ τὸν Θεὸν τοῦ νοῦ συστολὴν ἀντεχόμενος, ἀποκτείνει τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι τῶν φυσικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων παρὰ φύσιν κινουμένων ποιητικὴν τῆς κακίας ἕξιν, καὶ ἀποστρέφει μετ' αἰσχύνης τὸν διάβολον, ἀποβαλόμενον τὴν εἰρημένην ἕξιν, ἐφ' ᾗ πεποιθὼς μετὰ τῆς οἰκείας ἀλαζονείας, ἦλθε πρὸς τὴν ψυχὴν, διὰ τῶν ὑπερηφάνων λογισμῶν τῆς ἀληθείας κατεπαιρόμενος. Ὅπερ τυχὸν καὶ γνοὺς, καὶ παθὼν, καὶ ποιήσας ὁ μέγας Δαβὶδ, ὁ πάντων μάλιστα πεῖραν ἔχων τῆς τῶν νοητῶν πολέμων παρατάξεως· *Ἐν τῷ συστῆναι*, φησὶ, *τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν*. Καὶ μετ' αὐτὸν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, προστάσσων τῷ λαῷ μὴ ἐκβῆναι τῆς πόλεως, διὰ τὴν κυκλόθεν παροικοῦσαν τῶν ἐχθρῶν ῥομφαίαν. Τοῦτο εἴπερ Ἄβελ ὁ μακάριος ἐφυλάξατο, καὶ μὴ συνεξῆλθε τῷ Κάϊν ἐν τῷ πεδίῳ· τουτέστιν ἐν τῷ πελάγει τῆς φυσικῆς θεωρίας, πρὸ τῆς ἀπαθείας, οὐκ ἂν ἐπαναστὰς ἀπέκτεινεν αὐτὸν μετὰ δόλου, κλέψας τοῖς δεξιοῖς κατὰ τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν, πρὸ τῆς τελείας ἕξεως, ὁ τῆς σαρκὸς νόμος, ὁ Κάϊν καὶ ὢν καὶ καλούμενος (20)· ὃν πρῶτον ἐκτήσατο καρπὸν τῆς παραβάσεως, κατὰ δύναμιν τῆς αὐτοῦ προσηγορίας ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ· γεννήσας νόμον ἁμαρτίας, ὃν κατὰ τὸν παράδεισον αὐτῷ ὁ Θεὸς οὐκ ἐδημιούργησε. *Κτῆσις* γὰρ ἑρμηνεύεται ὁ Κάϊν. Ὁμοίως καὶ ἡ Δίνα ἡ τοῦ μεγάλου θυγάτηρ Ἰακὼβ, εἰ μὴ συνεξῆλθε ταῖς θυγατράσι τῶν ἐγχωρίων, τουτέστι, ταῖς αἰσθητικαῖς φαντασίαις, οὐκ ἂν Συχὲμ υἱὸς Ἑμμὸρ ἐπαναστὰς αὐτὴν ἐταπείνωσε. Συχὲμ δὲ ἑρμηνεύεται, *νῶτος*· Ἑμμὸρ δὲ, *ὄνος*, τουτέστι τὸ σῶμα. Ὁ μὲν οὖν νῶτος, τουτέστιν, ὁ Συχὲμ, τοῦ Ἑμμὸρ, ἤγουν τοῦ σώματος, ὀπίσθιος νόμος ἐστὶν, ἀλλ' οὐκ ἐμπρόσθιος· τουτέστιν, ὕστερος, ἀλλ' οὐ πρῶτος. Κατ' ἀρχὰς γὰρ (21) ἤγουν ἔμπροσθεν, πρὶν γενέσθαι τῆς θείας ἐντολῆς τὴν παράβασιν, οὐκ εἶχε τὸ σῶμα τοῦτο τὸ ἀνθρώπινον, τουτέστιν ὁ Ἑμμὸρ, τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας· λέγω δὲ τὸν Συχὲμ, ἀλλ' ὕστερον ἐπεφύη τῷ σώματι διὰ τὴν παρακοὴν, τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος· ὃν ὁ ἀληθὴς διασκοπήσας λόγος, διὰ τὴν ὕστερον γένεσιν, προσηγόρευσε Συχὲμ, τουτέστι, νῶτον, ὅπερ

A nemque virtutis aut vitii effectionem significat, id est, terminationem. Quoquo autem modo se numerus habeat, ac sive vituperio, sive laude, pro eo ac Scripturæ sensus spiritalis, seu qui excutitur locus, postulat, accipiatur; senarius quidem numerus ex decadibus compositus, centum octoginta quinque numerum facit, inque sensibus naturalium virium parentem vitii habitum ostendit: quod nimirum iste numerus hoc Scripturæ loco vituperio positus sit, divinoque scientiæ sermone velut quodam angelo occidit, quæ mens magis precibus quam propria virtute nixa consistit, unumque Deum omnis virtutis, omnisque adversus dæmonas victoriæ auctorem agnoscit.

Qui igitur quo tempore tentationes molestæ ingruunt, a naturali se abstinens speculatione, in seB ipsam ac Deum undique collecta mente atque contracta, sedulo precibus incumbit, naturalium animæ virium innaturaliter excitatum vitii parentem in sensibus perimit habitum, probroque reverti cogit diabolum, amisso quem dicebam habitu; quo fretus, fastu proprio accedente ac arrogantia, animam invaserat, superbarum ope rationum adversus veritatem elatus. Hoc forte etiam cognito, ac ejus rei facto periculo, idque præstans magnus ille David, omnium maxime **124** spiritualium prœliorum rationem expertus: *Cum consisteret*, inquit, *peccator adversum me, obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis*[81]. Eoque posterior divinus Jeremias, prohibens populum egredi e civitate, accolarum in circuitu hoC stium gladii metus[82]. Id modo beatus Abel servasset, nec cum Caino in agrum (naturalis scilicet speculationis pelagus), necdum perturbationem summamque animi tranquillitatem nactus, exiisset[83], nunquam eum dolo insurgens, secundis deliniens in rerum speculatione ante perfectum adeptum habitum, lex carnis occidisset; quæ tum Cainus exsistat, tum appelletur: quem primum transgressionis fructum, juxta ipsius appellationis vim, primus homo Adamus possedit, legis peccati auctor, quam, Deus in paradiso, illi non condidit. Nam Cain *possessio* est, si nomen interpreteris. Similiter quoque Dina magni Jacob filia, nisi cum ejus regionis hominum filiabus (cum sensuum scilicet cogitationibus) egressa esset, nunquam Sychem filius Emmor consurgens D eam constuprasset[84]. Sychem autem, si nomen interpreteris, *dorsum* dicitur; Emmor vero, *asinus*, hoc est, corpus. Dorsum igitur, hoc est Sychem, Emmoris, id est corporis, lex postica est, sed non anterior; secunda scilicet, non prima. A principio enim (hoc est, anterius, priusquam esset divini mandati transgressio) non habebat corpus hoc humanum (nempe Emmor) peccati legem, nimirum Sychem; sed postea propter inobedientiam lex peccati nova corpori genitura accessit: quam dispiciens vera ratio, ob posteriorem ortum Sychem appellavit, hoc est dorsum, quod est posticum. Palam enim dorsum natura significat, quod posticum sit. Præ-

[81] Psal xxxviii, 2. [82] Jerem. vi, 25. [83] Gen. iv, 8 seqq. [84] Gen. xxxiv, 1.

stat igitur, ut, ante perfectum habitum, naturalem speculationem minime aggrediamur : ne, dum ex rebus aspectabilibus spiritales rationes inquirimus, imprudentes vitia ac libidines colligamus. In iis enim qui sunt imperfecti, plus valent ad sensum commovendum aspectabiles earum rerum figuræ quas oculis usurpamus, quam occultæ rationes in creatorum figuris ut animus afficiatur.

SCHOLIA.

1. Rerum simplex speculatio animum a vitiis liberum exigit : qui Jerusalem nuncupatur, tum propter perfectam virtutem, tum propter scientiam materia vacantem. Acceditque non sola vitiorum
125 affectuumque carentia, verum etiam sensilium rerum cogitationum absentia : quas Scriptura aquas fontium extra exsistentium appellavit.

2. Fides animum bello petitum, auxilii spe roboratum solatur. Spes vero, ob oculos ponens quod propitium fore auxilium credimus, adversariorum insultus submovet. Charitas denique hostium aciem (quo in Deum fertur desiderio fractam omnino ac abolitam) religiosæ menti emortuam reddit.

3. Prima in nobis, inquit, exstincti ignorantiæ labe Dei, resurrectio est, fides, mandata exsequendo rite nobis constituta.

4. Conveniunt, inquit, res ac nomina. Neque enim absque aliqua exspectatione, ejus, quod vel molestum vel jucundum sit, ulla unquam ulli in id quod honestum est ac officii, conversio fuerit.

5. Nihil perinde ac charitas eos congregat, qui dispersi sunt, unamque eorum voluntatem concordia vinctam conflat : cujus character notaque propria, paris illa honoris honestas exsistit.

6. Absque rationis facultate, scientiæ cognitio nulla exsistit : nec vero absque scientia fides consistit; ex qua præclarum germen, spes procedit : qua vir fidelis, cum futuris, ac si præsentia essent, consuescit. Ac sine cupiditatis facultate non consistit desiderium ac amor, cujus finis charitas exsistit. Nam amare aliquid, seu aliquem, proprium est animi cupientis. Absque denique facultate iræ, cupiditatis vim roborante, ad ejus quod delectat tuendam unionem, præstari pax nequit; siquidem vera pax, ejus quod placet ac afficit, tranquilla plenaque possessio exsistit.

7. Ratio origo est scientiæ rationum ac cogitationum, ut et iræ facultas ac cupiditatis, iræ ac cupiditatis motuum.

8. Ezechiam sublimiori ac spiritali sensu pro mente accepit, actionis morumque cultrice : pro civitate, animam : pro fonte, rerum sensilium varia genera : pro aquis, illarum varias cogitanti animo affixas imagines sensaque : pro fluvio, quæ naturali speculatione ex rerum sensilium notionibus, scientia conflatur.

9. Animo necdum a vitiorum labe purgato, haud præsumenda naturalis speculatio est; ob sensilium

A ἐστὶν ὀπίσθιος· τὸν γὰρ ὀπίσθιον δηλοῖ σαφῶς κατὰ φύσιν ὁ νῶτος. Ὥστε καλόν ἐστι πρὸ τῆς τελείας ἕξεως, μὴ ἅπτεσθαι τῆς φυσικῆς θεωρίας, ἵνα μὴ λόγους ἐπιζητοῦντες πνευματικοὺς ἐκ τῶν ὁρωμένων κτισμάτων, λάθωμεν πάθη συλλέγοντες. Πλέον γὰρ ἐν τοῖς ἀτελέσι δυναστεύει πρὸς τὴν αἴσθησιν τὰ φαινόμενα σχήματα τῶν ὁρωμένων, ἢ πρὸς τὴν ψυχὴν οἱ ἐγκεκρυμμένοι τοῖς σχήμασι λόγοι τῶν γεγονότων.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ἡ τῶν ὄντων ἁπλῆ θεωρία, παθῶν ἀπηλλαγμένης δεῖται ψυχῆς· ἥτις Ἱερουσαλὴμ λέγεται, διά τε τὴν ἄρτιον ἀρετὴν, καὶ τὴν ἄϋλον γνῶσιν· ἥτις οὐ μόνον κατὰ στέρησιν παθῶν, ἀλλὰ καὶ φαντασιῶν αἰσθητῶν ἐπιγίνεται, ἅσπερ ὕδατα τῶν ἔξω πηγῶν κέκληκεν ὁ
B λόγος.

β'. Ἡ πίστις παραμυθεῖται τὸν νοῦν πολεμούμενον, βοηθείας ἐλπίδι ῥωννύμενον· ἡ δὲ ἐλπὶς ὑπ' ὄψιν ἄγουσα τὴν πιστευθεῖσαν βοήθειαν, ἀποκρούεται τὴν τῶν ἀντικειμένων καταδρομήν. Ἡ δὲ ἀγάπη, νεκρὰν καθίστησι τῷ φιλοθέῳ νῷ τῶν πολεμίων τὴν προσβολὴν, τῇ πρὸς Θεὸν ἐφέσει παντελῶς ἀμαυρουμένην.

γ'. Πρώτη ἐν ἡμῖν ἀνάστασις, φησὶ, τοῦ διὰ τῆς ἀγνοίας νεκρωθέντος Θεοῦ, ἡ πίστις ἐστὶ καλῶς τοῖς ἔργοις τῶν ἐντολῶν οἰκονομουμένη.

δ'. Συνᾴδει, φησὶ, τὰ πράγματα τοῖς ὀνόμασι. Χωρὶς γάρ τινος προσδοκίας, ἢ δυσχεροῦς ἢ εὐχεροῦς
C ἐπιστροφὴ πρὸς τὸ καλὸν οὐδενί ποτε πέφυκε γίνεσθαι.

ε'. Οὐδὲν ὡς ἀγάπη, φησὶ, συνάγει τοὺς ἐσκορπισμένους, καὶ μίαν αὐτῶν δημιουργεῖ τὴν γνώμην συμπνοίᾳ κρατουμένην· ἧς χαρακτὴρ, τὸ τῆς ἰσοτιμίας καθέστηκε καλόν.

ς'. Ὅτι δίχα λογικῆς δυνάμεως, φησὶν, ἐπιστημονικὴ γνῶσις οὐκ ἔστι· καὶ γνώσεως χωρὶς, οὐ συνίσταται πίστις, ἀφ' ἧς τὸ καλὸν γέννημα πρόεισιν, ἡ ἐλπίς· καθ' ἣν ὡς παροῦσι συγγίνεται τοῖς μέλλουσιν ὁ πιστός. Καὶ δίχα τῆς κατ' ἐπιθυμίαν δυνάμεως, οὐ συνίσταται πόθος, οὗ τέλος ἐστὶν ἡ ἀγάπη. Τὸ γὰρ ἐρᾷν τινος, ἴδιον ἐπιθυμίας ἐστί. Καὶ δίχα θυμικῆς δυνάμεως νευρούσης τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς τὴν τοῦ ἡδέος ἕνωσιν, οὐδαμῶς γίνεσθαι πέ-
D φυκεν εἰρήνη, εἴπερ ἀληθῶς εἰρήνη ἐστὶν, ἡ ἀνενόχλητος καὶ παντελὴς τοῦ καταθυμίου κατάσχεσις.

ζ'. Ὁ λόγος, φησὶν, ἀρχὴ τῶν γνωστικῶν λογισμῶν, ὥσπερ καὶ τῶν θυμικῶν καὶ ἐπιθυμικῶν, ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία.

η'. Τὸν Ἐζεκίαν κατὰ τὴν ἀναγωγὴν ἐθεώρησεν τὸν κατὰ τὴν πρᾶξιν φιλόσοφον νοῦν. Πόλιν δὲ, τὴν ψυχήν· πηγὴν δὲ, τὰ ποικίλα εἴδη τῶν αἰσθητῶν. Ὕδατα δὲ, τὰς αὐτῶν φαντασίας, ἢ τὰ νοήματα· ποταμὸν δὲ, τὴν κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ἐκ τῶν αἰσθητῶν νοημάτων συναγομένην γνῶσιν.

θ'. Οὐ δεῖ, φησὶ, τὸν μὴ καθαρθέντα παθῶν, φυσικῆς ἅπτεσθαι θεωρίας, διὰ τὰς εἰκόνας τῶν αἰσθη-

τῶν δυναμένας τυπῶσαι πρὸς πάθος τὸν νοῦν, τοῦ μὴ τελέως ἀπαλλαγέντος τῶν παθῶν.

ι'. Ὁ κατὰ τὴν φαντασίαν ταῖς ἐπιφανείαις τῶν αἰσθητῶν ἐναπομένων διὰ τὴν αἴσθησιν νοῦς, ἀκαθάρτων γίνεται παθῶν δημιουργός· διὰ θεωρίας πρὸς τὰ συγγενῆ νοητὰ μὴ διαβαίνων.

ια'. Ὅταν ἄνους ὁ λόγος γένηται, καὶ προπετὴς ὁ θυμὸς, καὶ ἄλογος ἡ ἐπιθυμία, ἄγνοια καὶ τυραννὶς καὶ ἀκολασία κρατοῦσι τὴν ψυχήν· ἐξ ὧν ἡ τῆς κακίας ἕξις γίνεσθαι πέφυκεν ἔμπρακτος, συμπλακεῖσα τῇ διαφόρῳ τῶν αἰσθήσεων ἡδονῇ. Ταύτην γὰρ ὁ ἀριθμὸς δηλοῖ τῶν ρπε' χιλιάδων. Τρὶς γὰρ ἑξήκοντα συνθεὶς διὰ τὴν ἑκάστης δυνάμεως ἐκ τῶν κακῶν τελείαν κίνησιν, καὶ προσεπάγων καὶ ε' διὰ τὴν ἐπ' B αἰσθήσεσι κατ' ἐνέργειαν ἡδονὴν, τοῦτον πληροῖς δῆλον ὅτι τὸν ἀριθμὸν, ποιητικὴν τῆς κακίας ἕξιν σημαίνοντα. Ἣν ἔχων ἐπιδύεται τῇ ψυχῇ τυραννικῶς ὁ διάβολος· ἣν ὁ Θεὸς ὡς δι' ἀγγέλου, τοῦ κατὰ τὴν γνωστικὴν σοφίαν λόγου καταφονεύει, καὶ σώζει τὴν ψυχὴν τὴν ἀληθῶς Ἰερουσαλὴμ, καὶ τὸν ἐν τῇ ψυχῇ νοῦν πρὸς τὴν κακίαν ἀδούλωτον.

ιβ'. Ἐμφύτους λογισμοὺς λέγει, τὸν ἐπὶ τὰ τείχη λαόν.

ιγ'. Ἐνταῦθα φίλος ἐστὶν ὁ Κύριος· τραύματα δὲ τούτου τυγχάνουσι, τὰ εἴδη τῆς ἐπαγομένης ἑκάστῳ πρὸς σωτηρίαν παιδείας εἰς κόλασιν τῆς σαρκὸς, ἤγουν τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου. Ἐχθρὸς δέ ἐστιν ὁ διάβο- C λος· φιλήματα δὲ τούτου καθέστηκε, τὰ εἴδη τῶν κατ' αἴσθησιν ἡδονῶν· δι' ὧν ἀπατῶν τὴν ψυχὴν, πείθει χωρισθῆναι τῆς ἀγάπης τοῦ Κτίσαντος αὐτήν.

ιδ'. *Πειρασμοὺς ξηρασίας* ἑρμηνεύεται Σενναχειρὶμ, καθ' ἓν μὲν ὅτι ξηραίνει τὰς καρδίας τῶν ἀνεχομένων αὐτῷ, χωρίζων τῆς πηγαίας χάριτος τῶν ἁγίων λογισμῶν· καθ' ἕτερον δὲ, ὅτι αὐτὸς ξηρός ἐστιν ὡς πένης καὶ ἄπορος, καὶ μηδὲν ἔχων ἴδιον. Καὶ διὰ τοῦτο δολερῶς, οἷά τις κλέπτης ταῖς ἐπιφανείαις τῶν αἰσθητῶν ἐγκρυπτόμενος εἰς τὴν καθ' ἡμῶν ἐπανάστασιν.

ιε'. Πᾶν τὸ περιττὸν, καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν τὴν φυσικὴν, ἀκρασίαν εἶναί φασιν· ἥτις ὁδὸς καθίσταται τοῦ διαβόλου πρὸς τὴν ψυχήν· δι' ἧς ὑποστρέφει μετ' D αἰσχύνης εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν, ἐγκρατείας τὴν φύσιν παιδαγωγούσης. Ἢ πάλιν, ὁδός ἐστιν αὐτὰ τὰ φυσικὰ πάθη· τῷ μὲν ὑπὲρ τὴν χρείαν τρόπῳ τῆς χρήσεως, ἄγοντα πρὸς τὴν ψυχὴν τὸν διάβολον· τῷ δὲ κατὰ τὴν χρείαν τρόπῳ τῆς χρήσεως, δι' ἑαυτῶν εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν αὐτὸν ὑποστρέφοντα. Γῆ δὲ τούτου ἐστὶν, ἡ παγία τῆς κακίας ἕξις καὶ σύγχυσις, εἰς ἣν ἀεὶ βέβηκε, καὶ πρὸς ἣν ἄγει τοὺς ἡττημένους τῇ φιλίᾳ τῶν ὑλικῶν.

ις'. Ὁ πρὸς τὴν ἀρετὴν μετενέγκας τοὺς λογισμοὺς, ἀνέπαυσεν αὐτοὺς, μακρὰν ποιήσας τῆς τῶν παθῶν ἀστάτου συγχύσεως.

ιζ'. Νοῦς ἑαυτῷ κατὰ φύσιν, διὰ μέσου λόγου συν-

[55] Prov. XXVII, 6. [56] I Cor. V, 5.

A rerum imagines, quibus ad libidinem mens ejus proclive formetur, qui non perfecte a perturbationibus vitiisque liberatus est.

10. Quæ mens, sensus pascendi causa, sensilium rerum extimis corporibus sensu cogitando immoratur, immundorum affectuum parens efficitur, dum speculationis munere ad affinia intelligibilia non transfertur.

11. Ubi demens ratio, ira præceps, irrationabilis cupiditas, animæ dominantur ignorantia, vis, luxuries, ex quibus vitiis in actu habitus concrescit, sensuum diversæ libidini velut complicatus. Hunc enim centum octoginta quinque millium numerus significat. Siquidem enim ter sexaginta, propter cujusque facultatis ex malis provenientem perfectum motum composueris, tumque etiam quinque ob voluptatem actu sensus afficientem adjunxeris, eum utique numerum, habitum vitii parentem significantem, expleveris: quem nactus diabolus, tyranni more animum adoritur. Deus tamen, ut per angelum, per sapientem scientiæ sermonem eum interimit, animamque (vere illam Jerusalem) atque in ea exsistentem mentem, vitio insuperabilem servat.

12. Rationes natura insitas vocat, populum muris præsidio constitutum.

13. Amicus hic loci Dominus est; ejus vulnera, disciplinæ genera quæ cuique adhibentur ad castigandam carnem [55], id est sensum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini [56]. Inimicus vero, diabolus est; ejus oscula, sensilium voluptatum genera; quarum illecebris seductæ animæ auctor est, ut ab Auctoris dilectione divortio abscedat.

14. Sennachirim, si nomen interpreteris, *siccitatis tentatio* dicitur; una quidem ratione, quod eorum corda arefaciat, qui illi attendunt, a fontana gratia separans sanctarum cogitationum; altera vero, quod ipse egenus et pauper est, nihilque proprium habens. Idcirco etiam in furis morem in sensilium rerum extimis corporibus latitat, unde quodam velut cuneo in nos aggressurus insurgat.

15. Quidquid superfluum est ac supra naturalem usum, incontinentiam vocant ac luxuriam; quæ est 126 diaboli via ad animam; qua ipse probro revertitur in terram suam, continentia naturam erudiente, eique frenos adhibente. Aut rursus, ejus via sunt, ipsi naturales affectus: hi namque, usu necessarium modum excedente, viam diabolo ad animam sternunt; temperato autem usu exque justa necessitate, ad suam illum terram reverti præstant. Porro diaboli terra, firmus est vitii habitus ac confusio, quam semper calcat, ac quo trahit, qui terrenorum amore ducti sint.

16. Qui animi rationes ad virtutem transtulit, quietem illis præbuit, quas procul ab instabili vitiorum confusione abduxerit.

17. Mens, sibi ipsa natura, media ratione, sen-

sum copulans, veram ex naturali speculatione legit A scientiam: quæ fluvius dicta est animam dirimens, ob exsistentem in sensu intelligentiam.

18. Voluntati natura adjacet idoneitatis facultas: superjacet vero habitus, quippe qui idoneæ facultati accedat. Habitui autem conserta semper operatio actusque est, etsi proclive continuo non prodatur, ob terrenarum rerum non raro penuriam.

19. Numeri copulationem dicit, simplicium numerorum intra denarium enuntiationem, conjunctione et discretam. Puta, sex et quinque; significatque (sive mali ratione, sive boni atque honesti Scriptura usurpet) aptitudinem potentia virtutis aut vitii parentem. Numeri autem additionem vocat, qui numero in seipsum multiplicato ex simplicis numeri unitatibus cumulus accedit, conjunctione B *et* discretus; cujusmodi est, sexaginta et quinque; vel, centum octoginta et quinque, quomodo se præsens numerus habet: significatque, nedum effectionem aptitudine in sensibus, verum etiam habitum in iisdem, virtutis aut vitii parentem. Numeri autem compositionem dicit, numerorum ex seipsis in seipsos multiplicatorum inter se concursum ac coitionem, conjunctione *et* discretam; puta, sexaginta et quinquaginta; vel, quingenta et sexcenta, atque his similes; denotatque, nedum quæ secundum aptitudinem potentia effectio est, atque habitum, verum etiam quæ ex habitus ratione in sensibus, virtutis aut vitii operatio actusque est. Qui igitur cujusque intra denarium vim numeri cognoscit; quod C nempe unitas impermistionem significet; binarius, diversitatem; ternarius, compar sit et intelligibilis; quaternarius, sensilis; quinarius, vi sentiendi pollens inque orbem ductus; senarius, agendi efficax atque perfectus; septenarius, rotundus et incommistus; octonarius, stabilis ac immobilis; novenarius, materiæ ac formæ (id est, sensilium sensusque) confinis; denarius, plenissimus: is plane intelliget quid ex usu Scripturæ quisque numerus, sive copulationis ratione, sive additionis aut compositionis significet.

20. Cain, lex carnis est, quam primam prolem Adamus suscipit, transgressus divinum mandatum; Abel autem, sensus seu prudentia spiritus, quam idem postea prolem per pœnitentiam extulit; occi- D ditque Cain, cum ante perfectum habitum naturalibus se spectaculis dedidisset; occisaque, septem cum exsolvisse vindictas Deus ait. Hunc idem in Evangeliis spiritum nequam appellavit, et qui septem spiritus nequiores se secum assumere [86] soleat. Sit vero hic forte cæcus sui amor ac carnis, id est, gulæ vitium, cui vitium fornicationis comes, avaritiæ, tristitiæ, iræ, acediæ, inanis gloriæ, ac superbiæ. Qui igitur ex divino decreto gulam occiderit, una etiam cum ea, quæ ejus causa succrescunt ac adhærescunt, vitia occidit, juxta illud: *Qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvit* [87].

A ἀψας τὴν αἴσθησιν, τὴν ἐκ τῆς φυσικῆς θε[…] ἀληθῆ συλλέγεται γνῶσιν, ἥτις ποταμὸς ἐκλή[…] ψυχὴν διορίζων διὰ τὴν ἐπ' αἰσθήσει διάνοιαν.

ιη'. Παράκειται τῇ γνώμῃ φυσικῶς ἡ κατ' ἐ[…] δειότητα δύναμις· ἐπίκειται δὲ ἡ ἕξις· τῇ γὰ[ρ…] τηδειότητι ἐπιγίνεται. Σύγκειται δὲ ἡ ἐνέργει[α…] παντὸς τῇ ἕξει, κἂν προχείρως ἀεὶ μὴ δείκνυ[ται…] τὴν τῶν ὑλικῶν πολλάκις ἀπορίαν.

ιθ'. Ἀριθμοῦ συνάφειαν λέγει, τὴν τῶν […] ἀριθμῶν τῶν ἐντὸς δεκάδος ἐκφώνησιν, τῷ, κα[ὶ] δέσμῳ διακρινομένην· οἷον ἓξ καὶ πέντε· καὶ […] εἴτ' ἐπὶ κακῷ κεῖται τῇ γραφῇ, εἴτ' ἐπὶ […] τὴν δυνάμει ποιητικὴν ἐπιτηδειότητα τῆς ἀρ[ετῆς…] τῆς κακίας. Ἀριθμοῦ δὲ πρόσθεσιν λέγει, […] πολυπλασιασθέντι εἰς ἑαυτὸν ἀριθμῷ γενομέν[ην] B ἐκ μονάδων ἁπλοῦ ἀριθμοῦ προσθήκην, τῷ, κα[ὶ] δέσμῳ διακρινομένην, οἷον ἑξήκοντα καὶ πέ[ντε…] ἑκατὸν ὀγδοήκοντα καὶ πέντε, καθὼς ὁ παρ[ὼν] ἀριθμός. Καὶ δηλοῖ, οὐ μόνον τὴν ἐπ' αἰσθ[ήσεσι] κατ' ἐπιτηδειότητα ποίησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπ' [αἰσθή]σεσι ποιητικὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας[…] θμοῦ δὲ σύνθεσιν λέγει, τὴν τῶν ἐξ ἑαυτῶν εἰ[ς…] τοὺς πολυπλασιασθεῖσαν τῶν ἀριθμῶν εἰς ἀλ[λήλους] σύνοδον, τῷ, καὶ, συνδέσμῳ διακρινομένην· οἷο[ν…] ν', ἢ χ' καὶ φ', καὶ τοὺς τοιούτους· καὶ δη[λοῖ…] μόνον τὴν κατ' ἐπιτηδειότητα δυνάμει ποίησ[ιν…] τὴν ἕξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι κατὰ τὴ[ν] ἐνέργειαν τῆς ἀρετῆς ἢ τῆς κακίας. Ὁ τοίνυν γιν[ώσκων] ἑκάστου τῶν ἐντὸς δεκάδος ἀριθμοῦ τὴν δύναμ[ιν…] C ἡ μονὰς δηλοῖ τὸ ἀμιγές· ἡ δὲ δυάς, τὸ διάφο[ρον…] δὲ τρεῖς, ἔστιν ἴσός τε καὶ νοητός· ὁ δὲ τέσσαρα, […]τός· ὁ δὲ πέντε, αἰσθητικός τε καὶ κυκλικός· ὁ […] δραστικός τε καὶ τέλειος· ὁ δὲ ἑπτά, περιφερὴς […] ἀμιγής· ὁ δὲ ὀκτώ, βάσιμος καὶ ἀκίνητος· ὁ δὲ […] μεταίχμιος ὕλης καὶ εἴδους, ἤγουν αἰσθητ[ῶν…] αἰσθήσεως· ὁ δὲ δέκα, πληρέστατος· εἴσεται τί […]νει κατὰ τὴν Γραφὴν ἕκαστος ἀριθμός, εἴτε […] συνάφειάν ἐστιν, εἴτε κατὰ πρόσθεσιν, εἴτε […] σύνθεσιν.

κ'. Κάϊν ἐστὶν ὁ νόμος τῆς σαρκός, ὃν π[…] γεννᾷ παραβὰς τὴν θείαν ἐντολὴν ὁ Ἀδάμ. Ἀ[βὲλ δὲ] ἐστι τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ὃν ὕστερον D μὲν διὰ μετανοίας ὁ αὐτός, ἀποκτείνει δὲ π[ρὸ…] τελείας ἕξεως τοῖς φυσικοῖς ἐμβάντα θεάμ[ασι…] Κάϊν· ὃν ἀποκτείνας, ἑπτὰ παρέλυσεν ἐκδική[σεις…] φησὶν ὁ Θεός. Τοῦτον πνεῦμα πονηρὸν ἐν τοῖς [Εὐαγ]γελίοις ὁ αὐτὸς προσηγόρευσε, καὶ τῶν αὐτοῦ [πονη]ροτέρων ἑπτὰ πνευμάτων συμπαραληπτικόν. […] δὲ τυχὸν ἐστιν ὁ φίλαυτος, ἤγουν γαστρίμαρ[γος…]γισμός, ᾧ παρέπεται πάντως ὁ τῆς πορνείας […]σμός, καὶ ὁ τῆς φιλαργυρίας, καὶ ὁ τῆς λύπη[ς…] ὁ τῆς ὀργῆς, καὶ ὁ τῆς ἀκηδίας, καὶ ὁ τῆς κενο[δοξίας] καὶ ὁ τῆς ὑπερηφανίας. Ὁ γοῦν ἀποκτείνας τὴν θείαν ψῆφον τὸν Κάϊν, τουτέστι τὴν γαστ[ριμαρ]γίαν, συναπέκτεινεν αὐτῇ καὶ τὰ αὐτὴν παρυ[φιστά]μενα πάθη, κατὰ τό, *Ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παρέλυσεν.*

[86] Matth. XII, 45. [87] Gen. IV, 15.

κα'. Ὁ τὰ πρὸς γένεσιν καὶ φθορὰν τοῦ σώματος, φησὶ, νόμος, ὕστερον ἐπεβλήθη τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, καθ' ὃν γεννῶμέν τε καὶ γεννώμεθα, διὰ τὴν παράβασιν, μὴ φυλάξαντες τὸν κατὰ τὴν πρώτην ἐντολὴν θεοποιὸν νόμον τοῦ πνεύματος.

21. Generationis lex et corruptionis, postea humanæ naturæ accessit, qua gignimus atque gignimur ob transgressionem, non servata ex primi mandati ratione, deifica spiritus lege.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ν'.

Τί ἐστι πάλιν τὸ σημαινόμενον ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ, τό· « Καὶ προσηύξατο Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς, καὶ Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς ὁ προφήτης περὶ τούτων καὶ ἐβόησαν εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ ἀπέστειλε Κύριος ἄγγελον, καὶ ἐξέτριψε (o) πάντα δυνατὸν καὶ πολεμιστὴν καὶ ἄρχοντα καὶ στρατηγὸν ἐν τῇ παρεμβολῇ βασιλέως Ἀσσούρ· καὶ ἀπέστρεψε μετ' αἰσχύνης προσώπου εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. »

QUÆSTIO L.

Quid rursus significatur in eodem libro, cum ita dicitur : « Et precatus est Ezechias rex, et Isaias filius Amos propheta pro **127** *his, et clamaverunt in cœlum. Et misit Dominus angelum, et delevit omnem potentem et bellatorem et principem et ducem in castris regis Assur; et retroegit cum confusione vultus in terram suam* [38]. »

Ἀπόκρισις.

Ὁ τῆς ἁγίας Γραφῆς λόγος, κἂν εἰ δέχεται περιγραφὴν κατὰ τὸ γράμμα, τοῖς χρόνοις τῶν ἱστορουμένων πραγμάτων συναπολήγων· ἀλλὰ κατὰ τὸ πνεῦμα, ταῖς τῶν νοουμένων θεωρίαις μένει διὰ παντὸς ἀπερίγραφος. Καὶ μηδεὶς πρὸς τοῦτο δυσαπασχετῶν ἀπιστήσει, γινώσκων, ὡς ὁ λαλήσας Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶν ἀπερίγραφος· ᾧ μᾶλλον ἐοικέναι τὸν ὑπ' αὐτοῦ λαληθέντα λόγον πιστεύειν χρὴ, τοὺς γνησίως κατακούειν τοῦ βουλήματος τῆς Γραφῆς βουλομένους. Εἰ γὰρ Θεὸς ὁ λαλήσας ἐστὶν (1), οὗτος δὲ κατ' οὐσίαν ἀπερίγραφος, δῆλον ὅτι ὁ λαληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ λόγος ἐστὶν ἀπερίγραφος.

B Responsio.

Sacræ Scripturæ sermo, etsi quod ad litteram attinet certis terminis finiatur, cum earum rerum, quæ gestæ referuntur, temporibus desinens : quod tamen ad spiritum, eorum quæ spiritaliter intelliguntur contemplationibus sensisque semper incircumscriptus manet. Nec quisquam quod ita dicitur moleste habens, fidem abnuat; qui nempe intelligat Deum, qui locutus est, natura incircumscriptum esse, cui potius affinem credamus necesse est, quem locutus est sermonem, si modo Scripturæ consilio mentique, candore animi velimus auscultare. Nam si Deus est qui locutus est; Deusque per essentiam incircumscriptus est; plane etiam incircumscriptus exsistat, quem sermonem locutus est.

Οὐκοῦν τὰ συμβάντα τυπικῶς κατὰ τοὺς Ἐζεκίου χρόνους, καὶ λαβόντα πέρας, τὴν τότε τῶν ἱστορουμένων ἔκβασιν, πνευματικῶς θεωρήσαντες, θαυμάσωμεν τὴν σοφίαν τοῦ γράψαντος ἁγίου Πνεύματος· πῶς ἑκάστῳ τῶν μετειληφότων τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἁρμόζουσαν ἔθετο καὶ προσήκουσαν τὴν τῶν γεγραμμένων διάνοιαν· ὥστε πάντα τὸν βουλόμενον, τοῦ θείου λόγου γενέσθαι φοιτητὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν τῶν παρόντων καὶ λυομένων τῆς ἀρετῆς ἰσοστάσιον, γενέσθαι δύνασθαι ἄλλον Ἐζεκίαν ἐν πνεύματι· καὶ Ἡσαΐαν ἕτερον ὑπ' οὐδενὸς κωλυόμενον καὶ προσεύχεσθαι, καὶ βοῆσαι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἰσακουσθῆναι, καὶ λαβεῖν παρὰ Θεοῦ τὴν δι' ἀγγέλου τῶν νοητῶς αὐτὸν πολεμούντων φθορὰν καὶ ἀπώλειαν.

C Ea igitur quæ in figura Ezechia rege, acciderunt, eorumque eventum, quæ tum gesta historia teste finem acceperunt, spiritaliter contemplantes, sancti Spiritus qui scripsit, sapientiam admiremur; quomodo, singulis quibusque hominibus aptam congruamque eorum quæ scripta sunt, intelligentiam sensumque spiritalem indiderit, ut possit quisquis divini sermonis discipulus esse voluerit, nihilque in ævi hujus ac caducis rebus pari cum virtute pretio habere statuerit, alter in spiritu Ezechias, alterque Isaias fieri; quem nihil vetet, quominus precetur, et in cœlum clamet, exaudiaturque, atque a Deo per angelum consequatur, ut quibus spiritaliter impugnatur, internecioni extremoque exitio dentur.

Ἐπειδὴ δὲ χρὴ, τὸν γνωστικῶς πρὸς ψυχὴν τὴν ἁγίαν Γραφὴν κατὰ Χριστὸν ἐκδεχόμενον, ἀσκηθῆναι φιλοπόνως καὶ τῶν ὀνομάτων τὴν ἑρμηνείαν, αὐτόθεν δυναμένην ὅλην τὴν τῶν γεγραμμένων σαφηνίσαι διάνοιαν, εἴπερ μέλει αὐτῷ τῆς ἀκριβοῦς τῶν γεγραμμένων κατανοήσεως, ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς πρὸς σῶμα περὶ γῆν κατάγειν τὸ ὕψος τοῦ πνεύματος, καὶ τὰς θείας καὶ ἀκηράτους τῶν νοητῶν ἀγαθῶν τῇ φθορᾷ τῶν παρερχομένων περιγράφειν ἐπαγγελίας, καθώς τινες τῶν παρ' ἡμῖν λεγομένων

D Quia vero necesse est, ut qui duce scientia solerter ex animi rationibus divinam Scripturam Christiane exponit, diligentem quoque nominum interpretationi navet operam, quo statim inde eorum quæ scripta sunt, omnem dilucide possit aperire sententiam : siquidem hoc satagit ut Scripturas exacte percipiat, non Judaice ad corpus terramque spiritus sublimitatem deprimat, **128** divinasque et immortales spiritalium bonorum promissiones, labentium rerum corruptione definiat; quo apud

[38] II Paral. xxxii, 20, 21.

(o) *Καὶ ἐξέτριψε.* Respondet Hebræo יסד, *excidit, succidit, removit, sustulit, delevit.* Vulg. *vercussit.* Reddit. Syst. interpr. *attrivit,* nec satis vim vocis ad sensum Maximi exprimit.

nos errore quidam vocabulo Christiani laborantes, falso sibi Christiani nomen usurpant, ejus vim nominis reipsa abnegantes, ac qui viam Christo contrariam, ut breviter declarabit oratio, perspicue incedant.

Siquidem enim cum aliis mysteriis, quæ nulla vis sermonis, nulla ratio assequi possit, in eum quoque finem Deus homo factus venit, ut legem spiritaliter impleret litteram evacuando, ejusque vim vivificam (legis scilicet) co'amoto quod occidit, statueret, ac palam faceret : quod vero legis occidit, auctore divino Apostolo, littera est; ut et quod illius vivificum est, eodem auctore, spiritus est. Ait enim : *Lex quidem occidit; spiritus autem vivificat* [59]; plane liquet adversam Christo partem eos elegisse, ejusque incarnationis mysterium omne ignorare; qui nedum mentis suæ vim littera obruerunt, ac secundum Dei imaginem et similitudinem esse nolunt; quin potius, ut terra sint et in terram revertantur [60], pro veteri illa dira, quo affectu litteræ tanquam terræ adhærescunt, pluris ducunt, quam ut in cœlum (id est, spiritum) in aera (mentis scilicet illustrationem), in nubibus (nempe contemplationibus) in occursum Domini rapiantur, et sic semper cum eo per scientiam versentur [61]. Quorum gratia merito indignandum, quod per ignorantiam intolerabili damno afficiantur; dolendumque quod Judæis ad eorum incredulitatem constabiliendam momenti plurimum ab eis afferatur. Nos vero sic se, ut libet, iis habentibus relictis, ac nos ipsi ad Scripturam revertamur, hujusce capituli spiritaliter exigendi exordium, a nominum interpretatione ducentes.

Ezechias igitur, si nomen interpreteris, *Dei robur* dicitur; Achas autem ejus pater, *fortitudo ;* Isaias quoque nominis interpretatione, *elatio Dei*, hoc est, *Dei sublimitas;* Amos autem ejus pater, *populus laboris*. Dei porro robur ac potestas virtus ejusmodi est, quæ vitia necat, piasque cogitationes ac rationes præsidio tuetur, quam mandatorum actio parit : ac morali sensu, fortitudo intelligitur, qua adversarias bonorum nequissimas potestates, Dei ope (seu potius sola Dei potentia) profligamus. **129** Dei autem sublimitas est, veritatis scientia, quam gignit creatorum speculationis labor, ac quos sudores virtutum cultu impendimus, qui et ipsi laboris paren-

A Χριστιανῶν ὑπειληφότες (2), λελήθασι ψευδώνυμον αὐτοῖς τὴν ἀπὸ Χριστοῦ προσηγορίαν ἐπιφημίζοντες, ἧς δείκνυνται παντελῶς ἠρνημένοι δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν δύναμιν, καὶ τὴν ἐναντίαν τῷ Χριστῷ προδήλως ὁδεύουσιν, ὡς δείξει κατ' ἐπιτομὴν ὁ λόγος.

Εἰ γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων μυστηρίων, ὧν οὐκ ἄν τις ἐφίκοιτο λόγος, καὶ εἰς τοῦτο γενόμενος ἄνθρωπος ὁ Θεὸς ἦλθεν, ἵνα πληρώσῃ τὸν νόμον πνευματικῶς ἐν τῇ καταργήσει τοῦ γράμματος· καὶ τὸ ζωοποιοῦν αὐτοῦ, φημὶ δὴ τοῦ νόμου, στήσῃ τε καὶ φανερὸν καταστήσῃ, τῇ περιαιρέσει τοῦ ἀποκτείνοντος· τὸ δὲ ἀποκτεῖνον τοῦ νόμου, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἔστι τὸ γράμμα, ὥσπερ καὶ τὸ ζωοποιὸν τοῦ νόμου κατ' αὐτὸν, τὸ πνεῦμά ἐστι. Φησὶ γὰρ, *Τὸ* B *μὲν γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ·* διαῤῥήδην ἄρα τὴν ἀντίπαλον τῷ Χριστῷ μοῖραν ἀνείλαντο, καὶ τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ σαρκώσεως ἠγνόησαν μυστήριον· οὐ μόνον γράμματι κατορύξαντες τῆς σφῶν διανοίας τὴν δύναμιν, καὶ οὐκ ἐθέλοντες εἶναι κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν (3)· ἀλλὰ μᾶλλον τὸ, γῆν εἶναι, κατὰ τὴν ἀπειλὴν, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσεσθαι διὰ τῆς ὡς πρὸς γῆν τὸ γράμμα σχέσεως· τοῦ πρὸς οὐρανὸν, λέγω δὲ τὸ πνεῦμα, εἰς ἀέρα, τουτέστι, τὸν νοερὸν φωτισμὸν, ἐν νεφέλαις, ταῖς ὑψηλαῖς δηλαδὴ θεωρίαις, εἰς ἀπάντησιν ἁρπαγῆναι τοῦ Κυρίου, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν αὐτῷ εἶναι διὰ τῆς γνώσεως, προτιμῶντες. Ὑπὲρ ὧν ἄχθεσθαι μὲν δίκαιον, ἀφόρητον ζημίαν ἐξ ἀγνοίας ὑπομενόν- C των, τὴν τῆς ἀληθείας ἔκπτωσιν· λυπεῖσθαι δὲ, ὡς πολλὰς εἰς βεβαίωσιν ἀπιστίας τοῖς Ἰουδαίοις ἀφορμὰς παρεχόντων. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐκείνους ἐάσαντες ὡς θέλουσιν ἔχοντας, πρὸς ἑαυτοὺς καὶ τὸν Λόγον ἐπανέλθωμεν, τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ προκειμένου κεφαλαίου πνευματικῆς ἐρεύνης, ἐκ τῆς ὀνομάτων ἑρμηνείας ποιησόμενοι.

Ἐζεκίας τοίνυν ἑρμηνεύεται *κράτος Θεοῦ*· Ἀχὰς δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *ἰσχύς* (p)· καὶ Ἠσαΐας ἑρμηνεύεται *ἔπαρσις Θεοῦ*· τουτέστιν *ὕψος Θεοῦ*. Ἀμὼς δὲ, ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *λαὸς πόνου*. Κράτος Θεοῦ καθέστηκεν (4), ἡ ἀναιρετικὴ τῶν παθῶν ἀρετὴ, καὶ τῶν εὐσεβῶν φρουρητικὴ λογισμῶν, ἣν γεννᾷ πρᾶξις ἐντολῶν· ἰσχὺς τροπικῶς νοουμένη, δι' ἧς τὰς ἀντικειμένας τῶν ἀγαθῶν πονηρὰς δυνάμεις συνεργείᾳ Θεοῦ· μᾶλλον δὲ D μόνῃ δυνάμει Θεοῦ, διαφθείρομεν. Ὕψος δὲ Θεοῦ ἐστιν (5), ἡ γνῶσις τῆς ἀληθείας, ἣν γεννᾷ τῆς τῶν γεγονότων θεωρίας ὁ πόνος· καὶ οἱ ἐπὶ τῇ πράξει τῶν ἀρετῶν ἱδρῶτες, πόνου πατέρες γινόμενοι· δι' ἧς τὴν ἀντικειμένην τῇ ἀληθείᾳ τοῦ ψεύδους δυνα-

[59] II Cor. III, 6. [60] Gen. III, 19. [61] I Thess. IV, 16.

4. Dominus pastor eorum dicitur, qui naturali speculatione ad supernam caulam ducuntur. Rex vero eorum, qui legi spiritus subjecti sunt, ac throno Dei gratiæ, per simplicem divinæ cognitionis mentis intuitum assistunt.

5. Virtutis cultu actionis modos vocat, qui Judæam habitant: scientiæ autem contemplationis luce rationes, qui habitant in Jerusalem.

6. Mentis laudabilem mortem vocat, qua ab B omnibus rebus, iis velut defuncta, voluntate abscinditur: quo expleto, divinam gratia vitam restat suscipere; pro rebus, ipsum recipiendo rerum auctorem, qua nemo intelligat ratione.

7. Gloriam appellat, indefinitam scientiam, nullaque ratione terminatam: honorem vero, liberum virtutis studio voluntatis in naturam motum et agitationem.

8. Scientia, in quam nulla cadit oblivio, indefinitum circa divinam infinitatem cogitatum omnem excedentem mentis motum habens, quod ita indefinita est, omni infinitate majorem veritatis claritatem simulacro repræsentat: voluntaria autem sapientis providentiæ bonitatis imitatio, honoris titulum, mentis cum Deo (quoad concessum est) ani- C mi affectu luculentam assimilationem gerit.

9. Audi humi serpens, Nile, et sile.

10. Sublimiori sensu ac anagogico, Davidem, Christum vocat: ejus sepulcrum, ipsius in justitia memoriam, cui nulla natura utens ratione comparari possit. Non enim Dei Verbum, cum hominem induisset, naturalibus carnis legibus justitiam commetiebatur; sed quæ veluti Deo natura competebat, per carnem (quam naturalis operatio non deficiebat) justitiam præstabat.

QUÆSTIO LIV.

In primo libro Esdræ scriptum est de Zorobabel: « Et cum exiisset adolescens, elevans faciem in cœlum, e regione Jerusalem, benedixit Regem cœli, di- D cens: Abs te est victoria, et abs te est sapientia, et tibi est gloria, et ego tuus servus sum. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, et tibi confiteor, Domine patrum [94]. *» Quid sibi vult, « Elevans faciem in cœlum contra Jerusalem? » et quæ sequuntur.*

Responsio.

Zorobabel, juxta linguæ Hebraicæ accuratam rationem, cum asperam recipit, tum lenem pronun-

Θεοῦ δόξης δεικνύς. Τὴν διπλοΐδα δὲ λέγει, τὴν περιβολὴν τῶν νομικῶν αἰνιγμάτων. Τὸ δὲ πτερύγιον αὐτῆς, τὸ κατ' ἐξοχὴν ἐν νοήμασιν ὑψηλὸν τῆς πνευματικῆς θεωρίας, περικοπτόμενον τῶν πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν τὴν ἁγίαν ἐκδεχομένων Γραφήν.

δ'. Ὅτι ποιμὴν, ὁ Κύριος λέγεται διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας πρὸς τὴν ἄνω μάνδραν ὁδηγουμένων· βασιλεὺς δὲ τῶν ὑποταγέντων τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος, καὶ τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος Θεοῦ διὰ τῆς κατὰ τὴν ἀμερῆ γνῶσιν τῶν νοὸς ἁπλῆς προσβολῆς παρισταμένων.

ε'. Τοὺς κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπους λέγει, τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἰουδαίαν· τοὺς δὲ κατὰ τὴν θεωρίαν λόγους τῆς γνώσεως, λέγει τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἱερουσαλήμ.

ς'. Νοῦ ἐπαινούμενον θάνατον λέγει, τὴν πρὸς πάντα τὰ ὄντα γνωμικὴν ἀπογέννησιν, μεθ' ἣν τὴν θείαν χάριτι ζωὴν ὑποδέχεσθαι πέφυκεν, ἀντὶ τῶν ὄντων τὸν αἴτιον τῶν ὄντων ἀνεννοήτως ἀπολαβών.

ζ'. Δόξαν λέγει τὴν ἀόριστον γνῶσιν, καὶ μηδενὶ περατουμένην λόγῳ· τιμὴν δὲ, τὴν κατ' ἀρετὴν πρὸς τὴν φύσιν τῆς γνώμης ἀκάθεκτον κίνησιν.

η'. Ἡ ἄληστος γνῶσις, ἀόριστον, φησὶ, ἔχουσα περὶ τὴν θείαν ἀπειρίαν, τὴν κατὰ νοῦν ὑπὲρ νόησιν κίνησιν, εἰκονίζει διὰ τῆς ἀοριστίας τὴν ὑπεράπειρον δόξαν τῆς ἀληθείας. Ἡ δὲ τῆς κατὰ τὴν Πρόνοιαν σοφῆς ἀγαθότητος αὐθαίρετος μίμησις, τιμὴν φέρει, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν τοῦ νοῦ κατὰ τὴν διάθεσιν ἀρίδηλον, ὡς ἔστι δυνατὸν, ἐξομοίωσιν.

θ'. *Fr.* Ἄκουε, Νεῖλε, κάτω συρόμενε, καὶ σιώπα.

ι'. Κατὰ τὴν ἀναγωγὴν τὸν Δαβὶδ εἶναί φησι τὸν Χριστόν· τὴν δὲ ταφὴν αὐτοῦ, τὴν ἐν δικαιοσύνῃ μνήμην ἀσύγκριτον οὖσαν πάσῃ τῇ λογικῇ φύσει. Οὐ γὰρ τοῖς κατὰ φύσιν τῆς σαρκὸς νόμοις τὴν δικαιοσύνην ἐμέτρησε γενόμενος ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· ἀλλὰ τὴν ὡς Θεῷ φυσικὴν παροῦσαν αὐτῷ δικαιοσύνην ἐνήργησε διὰ σαρκὸς, φυσικῆς ἐνεργείας οὐκ ἀμειρούσης.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΝΔ'.

Ἐν τῷ πρώτῳ Ἔσδρᾳ γέγραπται περὶ τοῦ Ζοροβάβελ· « Καὶ ὅτε ἐξῆλθεν ὁ νεανίσκος, ἄρας τὸ πρόσωπον εἰς τὸν οὐρανὸν ἐναντίον Ἱερουσαλὴμ, εὐλόγησε τῷ Βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ, λέγων. Παρὰ σοῦ ἡ νίκη, καὶ παρὰ σοῦ ἡ σοφία, καὶ σοῦ ἡ δόξα· καὶ ἐγὼ σὸς οἰκέτης. Εὐλογητὸς εἶ, ὃς ἔδωκάς μοι σοφίαν· καὶ σοὶ ὁμολογῶ, Δέσποτα τῶν πατέρων. » Τί σημαίνει, τό, « Ἄρας τὸ πρόσωπον εἰς τὸν οὐρανὸν ἐναντίον Ἱερουσαλὴμ, » καὶ τὰ ἑξῆς;

Ἀπόκρισις.

Ζοροβάβελ, (1) κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τῆς Ἑβραΐδος καὶ δασεῖαν δέχεται καὶ ψιλήν· καὶ σύνθεσιν καὶ

(1) *Ζοροβάβελ.* Mira sunt, quæ Maximus de vocis hujus etymo affert, nec video qua ratione ad amussim Hebraicæ derivationis componi possint; quidve in illa sit, τὸ δασὺ καὶ ψιλὸν, ac quid τὸ στιχισμός. Optime consuluisset, si Hebraicis litteris istiusmodi etyma repræsentasset. Bene est quod constat

[94] I Esdr. IV.

διαίρεσιν καὶ στιχισμόν. Καὶ δασυνόμενον μὲν, τοῦτο τὸ ὄνομα, δηλοῖ *σποράν συγχύσεως*· ψιλούμενον δὲ, *ἀνατολὴν συγχύσεως*. Συντιθέμενον δὲ, *ἀνατολὴν ἐν συγχύσει*· διαιρούμενον δὲ, *ἀνατολὴν διασπορᾶς*· στιχιζόμενον δὲ, *αὐτὸς ἀνάπαυσις*.

Ζοροβάβελ οὖν ἐστι, νοῦς φιλόσοφος· πρῶτον διὰ μετανοίας *ἐν τῇ συγχύσει* τῆς τῶν παθῶν αἰχμαλωσίας κατὰ δικαιοσύνην *σπειρόμενος*. Δεύτερον *ἀνατολὴ συγχύσεως*, φανερὰν ποιούμενος τῶν συγκεχυμένων παθῶν τὴν αἰσχύνην. Τρίτον, *ἀνατολὴ ἐν συγχύσει*, διδοὺς φωτισμὸν διὰ γνώσεως ἐν τῇ συγχύσει τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας, καὶ οὐκ ἐῶν λόγου χωρὶς αὐτὰς προσβάλλειν τοῖς αἰσθητοῖς. Τέταρτον, *ἀνατολὴ διασπορᾶς*, παρέχων ταῖς διασπαρείσαις περὶ τὰ αἰσθητὰ δυνάμεσι τῆς ψυχῆς, ἔργων δικαιοσύνης ἀνατολήν· καθ' ἣν ἡ μετὰ λόγου πρᾶξις συνέστηκεν, οὐκ ἀμοιροῦσα γνωστικῆς θεωρίας τῆς πρὸς τὰ νοητὰ ἐπαναγούσης τὰς διεσπαρμένας δυνάμεις. Καὶ πέμπτον, *αὐτὸς ἀνάπαυσις*· ὡς πᾶσαν ποιήσας εἰρήνην, καὶ συνάψας· τὸ μὲν πρακτικὸν, τῷ κατὰ φύσιν ἀγαθῷ· τὸ δὲ θεωρητικὸν, τῇ κατὰ φύσιν ἀληθείᾳ.

Πᾶσα γὰρ πρᾶξις (2), διὰ τὸ ἀγαθὸν γίνεσθαι πέφυκε· καὶ πᾶσα θεωρία, τὴν γνῶσιν διὰ μόνην ἐπιζητεῖ ἀλήθειαν· ὧν διανυσθέντων, οὐδὲν ἔσται τὸ σύνολον τὸ πλῆττον τῆς ψυχῆς τὸ πρακτικὸν, οὔτε μὴν τὸ θεωρητικὸν αὐτῆς διὰ ξένων δριμύττων κυρημάτων· παντὸς ἐπέκεινα γενομένης καὶ ὄντος καὶ νοουμένου, καὶ αὐτὸν ἐνδυσάσης τὸν Θεὸν, τὸν μόνον ἀγαθὸν καὶ ἀληθινὸν καὶ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν ὄντα καὶ νόησιν.

Ὁ τοιοῦτος ταῖς διαφόροις προκοπαῖς τῶν ἀρετῶν γενόμενος νοῦς, ὅταν ἐξέλθῃ μετὰ τὴν νίκην ἀπὸ Δαρείου τοῦ βασιλέως, τουτέστι, τοῦ φυσικοῦ νόμου, δείξας αὐτῷ τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν, κατὰ τὴν τῶν ἀρετῶν πρὸς τὰ πάθη σύγκρισιν (3)· καὶ λάβῃ ψῆφον νομίμως, τὴν μὲν αὐτοῦ προβολὴν ἐπικυροῦσαν· τὰς δὲ τῶν ἐναντίων ἀκυροῦσαν· διαγινώσκων πόθεν τῆς νίκης αὐτῷ γέγονεν ἡ χάρις, *Αἴρει τὸ πρόσωπον εἰς τὸν οὐρανὸν ἐναντίον Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὐλογεῖ τὸν Βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ*.

Πρόσωπον οὖν ἐστι τοῦ τοιούτου νοὸς (4), ἡ κατὰ τὸ κρυπτὸν τῆς ψυχῆς νοουμένη διάθεσις· ἐν ᾗ τῶν ἀρετῶν πάντες ὑπάρχουσιν οἱ χαρακτῆρες· ἣν *πρὸς τὸν οὐρανὸν αἴρει*, τὸ ὕψος δηλαδὴ τῆς θεωρίας· *ἐναντίον Ἱερουσαλὴμ*· τουτέστι, τῆς κατὰ τὴν ἕξιν ἀπαθείας.

Ἢ πάλιν (5), *εἰς τὸν οὐρανὸν ἐναντίον Ἱερου-*

A tiationem, compositionemque et divisionem, necnon certam elementorum ordinationem. Ac quidem aspera pronuntiatione, significat hac nomen *sementem confusionis*: leni vero, *ortum confusionis*, compositione, **151** *ortum in confusione*; divisione, *ortum dispersionis*; certa elementorum ordinatione, *ipse requies* dicitur.

Est ergo Zorobabel, mens philosophica; primum per pœnitentiam *in confusione* captivitatis vitiorum ac affectuum justitiæ ritu *seminatus*. Deinde, *ortus confusionis*, confusorum affectuum ac perturbationum pudorem probrumque manifestans. Tertio, *ortus in confusione*, in sensuum cum sensilibus operationis confusione per scientiam illustrationem præbens, nec sinens, ut absque ratione sensilia illis

B attingantur. Quarto, *ortus dispersionis*, dispersis animæ viribus circa sensilia, operum justitiæ ortum præstans; quo actio rationi conjuncta constat, ipsa sapienti contemplatione non carens, quæ dispersas animæ facultates ad intellectilia reducat. Quinto denique, *ipse requies*, ut omnis auctor pacis, ac qui actionis vim naturali bono, vimque contemplationis naturali veritati devinxerit.

Omnis enim actio comparata est, ut boni causa fiat; omnisque contemplatio, unius veritatis causa scientiam quærit: quibus peractis, nihil prorsus erit quod animæ agendi vim percellat, nec vero quod ejus vim contemplandi peregrinis speculationibus acerbius habeat; quæ sit transgressa quidquid re-

C rum est ac intelligitur, ipsumque Deum induerit, qui solus bonus ac verus, omnique essentia et intelligentia superior exsistit.

Quæ talis multiplici virtutum profectu mens evasit, ubi victoria donata a Dario rege exierit (a naturali scilicet lege, cui dilectionis vim ac veritatis, collatione virtutum cum vitiis, ostenderit), accepta legitime sententia, illius propositionem confirmante, ac improbante quæ dicta adversariis sint; intelligens unde ei victoriæ munus obtigerit, *faciem in cœlum tollit contra Jerusalem*, ac *Regem cœli benedicit*.

Talis igitur mentis facies, quæ in abdito intelli-

D gitur, animi affectio est, in qua virtutum omnes characteres exsistunt: quam *in cœlum tollit*; in sublime scilicet contemplationis; *ex adverso Jerusalem*; hoc est, summæ tranquillitatis habitus ac imperturbationis.

Aut rursus, *in cœlum ex adverso Jerusalem*; do-

* II Cor. v, 2; Hebr. xii, 23. ** Psal. lxxxvi, 3.

de Zorobabelis nomine, ac liquet, sic dictum virum inclytum a Babel, seu Babylone, quam *confusionem* interpretantur, quod ibi in captivitate natus est. Sola ergo est particula זר, in qua etymo licet ludere: quodque זור plura significat, et secundum aliam formam זרא et זרה, varie etiam redditur. Mihi arridet ut dicatur *aliena confusio* et quasi *peregrinus seu hospes Babylonis*, potius quam *alienus a confusione*, quod primo loco habetur *in libello* expositionis vocum ad calcem Bibliorum. Voluit Maximus, aut quem secutus est, auctor, potius a זרח esse, quod est *oriri*, quod scilicet ortus Babylone sit; sed dura litteræ ח elisio, cum sit radicalis. Indulgentius hæc in viro magno habenda et dissimulanda; ipsi sensus mystici dulciter felici ejus vena ebibendi, dubio procul limpidiores futuri, si illi comes fuisset peritia Hebraici sermonis.

micilium, quod in cœlo est, inquirens; et civitatem eorum qui in cœlis conscripti sunt[95], de quo
152 David gloriosa dicta esse affirmat[96].

Non enim aliter Deum benedicere poterat, nisi tollendo in cœlum (in altum scilicet contemplationis et scientiæ verticem per imperturbationis, id est, innoxii ac pacifici status habitum) affectionis animi faciem, ex multis variisque virtutibus ceu lineamentis constantem.

Quid vero dicens tollit faciem? *Abs te est victoria :* victoriæ nomine, agendi finem adversus vitia ac perturbationes, velutque præmium divinorum adversus peccatum certaminum, designans. *Et abs te est sapientia :* finis scilicet contemplationis scientia auspice, quæ omnem ab anima ignorantiam aufert. *Et tibi gloria*, seu claritas : quod ex his elucet decus divinæ (quoad concessum est) venustatis ac formæ, gloriam ac claritatem vocans; unioneque victoriæ et sapientiæ et actionis et contemplationis, virtutisque et scientiæ, bonitatisque et veritatis conflatur. Hæ namque aliæ aliis copulatæ, unam emicant claritatem et gloriam, quæ ipsa Dei claritas est. Idcirco et apte subjungit : *Et ego tuus servus :* qui nempe exploratum haberet, Deum in nobis ut organis, actionem omnem et contemplationem, virtutemque et scientiam, victoriam et sapientiam, bonitatem et veritatem efficere; nobis aliud prorsus nihil conferentibus, quam honesta rectaque volentis animi affectum. Quo præditus magnus Zorobabel, post ea quæ dicta sunt, in hæc verba Deum alloquitur : *Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam; et tibi confiteor, Domine patrum.* Tanquam servus gratus et probus, ad Deum omnia retulit, cujus munere cuncta accepisset; ei, ex quo acceptam sapientiam nactus esset, tanquam Domino patrum, concessorum bonorum vim ascribens. Vocat autem Deum *benedictum*, ut infinita pollentem sapientia, cujus ipse munere donatus, gratias agit.

Vocat autem *Dominum patrum*, quo significet, quidquid sancti præclare gesserunt, Dei plane donis deputandum : cum nemo prorsus quidquam habeat, quam quod a Deo tanquam Domino bonum datum est, pro rata suscipientis gratitudinis ac benevolentiæ ratione commensum : ac qui illa solum obtineat, quæ datori visum est ut concederet.

Patres autem vocat sanctos qui a sæculo fuerunt; quorum suscepta fide, vitam 153 æmulatus, ut illorum filius spiritu nasceretur, volens consecutus est; parentum voluntate, filius voluntate effectus; quod tanto Deo charius est, iis, qui non voluntate, ex carne parentes liberique fiunt, quantum anima præstantiore essentia carni præcellit.

Hic Zorobabel unus est adolescentum Dario regi assistentium, nempe legi naturali; vimque omnem divinorum in hominibus bonorum duobus verbis circumscripsit; aliorumque dissipata procacitate, ad se legem naturæ dominantem traxit, libertatis

A *σαλήμ*, τὸ οἰκητήριον τὸ ἐν οὐρανῷ ἐπιζητῶν, καὶ τὴν πόλιν τῶν ἀναγραφομένων ἐν οὐρανοῖς · περὶ ἧς, Τὰ δεδοξασμένα ἐλαλήθη, φησὶν ὁ Δαβίδ.

Οὐ γὰρ ἄλλως ἠδύνατο τὸν Θεὸν εὐλογεῖν, μὴ ἄρας πρὸς ὕψος θεωρίας καὶ γνώσεως (6) κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀπαθείας · ἤγουν τῆς ἀπήμονος εἰρηνικῆς καταστάσεως · τὸ κατὰ ψυχὴν τῆς διαθέσεως πρόσωπον · τὸ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἀρετῶν χαρακτήρων δίκην συγκείμενον.

Καὶ τί λέγων αἴρει τὸ πρόσωπον; *Παρὰ σοῦ ἡ νίκη* (7) · τὸ κατὰ τῶν παθῶν τῆς πρακτικῆς τέλος διὰ τῆς νίκης δηλῶν, καὶ οἷον ἔπαθλον τῶν κατὰ τῆς ἁμαρτίας θείων ἀγώνων. *Καὶ παρὰ σοῦ ἡ σοφία* · τὸ διὰ θεωρίας, κατὰ τὴν γνῶσιν δηλαδὴ, τέλος, τὸ πᾶσαν τῆς ψυχῆς ἀφαιρούμενον ἄγνοιαν. *Καὶ σοὶ*
B *ἡ δόξα* · τὸ ἐκ τούτων ἀναδεδειγμένον κάλλος, τῆς θείας, κατὰ τὸ θεμιτὸν, ὡραιότητος, δόξαν καλέσας · ὅπερ ἐστὶν ἕνωσις νίκης καὶ σοφίας, καὶ πράξεως καὶ θεωρίας · ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως · ἀγαθότητός τε καὶ ἀληθείας. Αὗται γὰρ ἀλλήλαις ἑνούμεναι, μίαν ἀπαστράπτουσι δόξαν, καὶ αὐτὴν τοῦ Θεοῦ· διὸ προσφόρως ἐπάγει, λέγων, *Καὶ ἐγὼ σοὶ οἰκέτης* · εἰδὼς ὅτι πᾶσαν ἐν ἡμῖν ὡς ὀργάνοις ὁ Θεὸς ἐπιτελεῖ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν · ἀρετήν τε καὶ γνῶσιν, καὶ νίκην καὶ σοφίαν καὶ ἀγαθότητα καὶ ἀλήθειαν · μηδὲν ἡμῶν συνεισφερόντων τὸ σύνολον (8) πλὴν τῆς θελούσης τὰ καλὰ διαθέσεως · ἣν ἔχων ὁ μέγας Ζοροβάβελ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις φησίν· *Εὐλογητὸς εἶ*, πρὸς τὸν Θεὸν λέγων, *ὃς ἔδωκάς μοι σοφίαν* · *καὶ σοὶ ὁμολογῶ, Δέσποτα τῶν πατέρων.* Ὡς εὐγνώμων οἰκέ-
C της πάντα τῷ Θεῷ ἀνέθετο, τῷ πάντα δωρησαμένῳ · ἐξ οὗ λαβὼν εἶχε τὴν σοφίαν, αὐτῷ ὁμολογῶν ὡς Δεσπότῃ τῶν πατέρων, τῶν κεχαρισμένων ἀγαθῶν τὴν δύναμιν. *Εὐλογητὸν* δὲ καλεῖ τὸν Θεὸν, ὡς ἄπειρον ἔχοντα τὴν σοφίαν · μᾶλλον δὲ αὐτοσοφίαν · ἐξ οὗ λαβὼν, ὁμολογεῖ τὴν χάριν.

Δεσπότην δὲ αὐτὸν *τῶν πατέρων* προσαγορεύει (9), παραστῆσαι θέλων, ὅτι πάντα τὰ τῶν ἁγίων κατορθώματα, Θεοῦ προδήλως ὑπῆρχον χαρίσματα · μηδενὸς τὸ παράπαν ἔχοντος μηδὲν, ἢ τὸ δοθὲν ἀγαθὸν ὡς παρὰ Δεσπότου τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἀναλογίαν τῆς εὐγνωμοσύνης τε καὶ εὐνοίας τοῦ δεχομένου μετρού-
D μενον · κἀκεῖνα μόνα κεκτημένου, ὅσα τῷ Δεσπότῃ δωρουμένῳ παρίσταται.

Πατέρας δὲ καλεῖ (10), τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἁγίους · ὧν τὴν πίστιν δεξάμενος, καὶ μιμησάμενος τὸν βίον, τὸ ἐξ ἐκείνων γεννηθῆναι τῷ πνεύματι θέλων κατώρθωσε · γονέων υἱὸς γεγεννημένος αὐθαιρέτων αὐθαίρετος · ὅπερ τῶν παρὰ βούλησιν γινομένων ἀπὸ σαρκὸς πατέρων τε καὶ υἱῶν, τοσοῦτόν ἐστι τῷ Θεῷ τιμιώτερον, ὅσον σαρκὸς ψυχὴ κατ' οὐσίας ὑπεροχὴν διενήνοχεν.

Οὗτος ὁ Ζοροβάβελ εἷς ὑπάρχει τῶν παρισταμένων νεανίσκων Δαρείῳ τῷ βασιλεῖ · τῷ φυσικῷ λέγω νόμῳ, καὶ πᾶσαν τῶν ἐν ἀνθρώποις θείων ἀγαθῶν δυσὶ περιγράψας λόγοις τὴν δύναμιν · καὶ τὴν τῶν ἄλλων διασκεδάσας προπέτειαν · καὶ εἰς ἑαυτὸν ἑλκύ-

σας τὸν βασιλεύοντα νόμον τῆς φύσεως, ἄφεσιν θεσπίζοντα ταῖς κρατουμέναις εἰς δουλείαν τῆς τῶν παθῶν ἀλλοιώσεως τῆς ψυχῆς δυνάμεσι.

Τῶν γὰρ προϊσταμένων (11), ὡς ὑλικωτέρου τοῦ σώματος, πονηρῶν πνευμάτων δύο τυγχανόντων, δι' αὐτῆς τῆς τοῦ ἀριθμοῦ ἰδιότητος ἐδηλοῦτο τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἐπίκηρον. Ὁ δὲ τῆς ψυχῆς ὑπερασπίζων νοῦς, ἁπλῆς οὔσης κατὰ τὴν οὐσίαν, εἷς ὑπάρχων, τῆς ἀδιαιρέτου μονάδος ἔφερεν ἔμφασιν, ἧς καθοτιοῦν τὸ σύνολον οὐ πέφυκεν ἅπτεσθαι θάνατος, ὅτι μήτε διαιρέσεως καθόλου τομή.

Φησὶ γὰρ ὁ εἷς, ἤγουν ὁ πρῶτος νεανίσκος, τὴν ἐμπαθῆ τοῦ σώματος εἰσφέρων εὐζωΐαν, *Ὑπερισχύει ὁ οἶνος*· οἶνον καλῶν, πᾶσαν ὁμοῦ κατὰ περιγραφὴν τὴν ἐν ἡδοναῖς παθῶν περιφοράν· καὶ μέθην, ὡς ἐκστατικὴν τῆς διανοίας, καὶ τῶν κατὰ φύσιν λογισμῶν τὴν χρῆσιν παραχαράττουσαν. *Θυμὸς γὰρ δρακόντων*, φησὶν, *ὁ οἶνος αὐτῶν· καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος* τὴν ζέσιν τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν, οἶνον δρακόντων φήσας· καὶ τῆς παρακοῆς τὴν τυραννικὴν καὶ ὑπερήφανον καταφρόνησιν, καλέσας οἶνον ἀσπίδων· τοῦτο γὰρ, ὥς φασι, τὸ θηρίον, παρὰ πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, ἐμφράττει τὰ ὦτα πρὸς ἐπᾴσματα, ἐξ ὑπερηφανίας τυραννοῦν [*Fr.* καὶ ἐξ ὑπερηφανίας τυραννεῖ] τοὺς ἐπᾴδοντας.

Ὁ ἕτερος, ἤγουν ὁ δεύτερος, φησὶν, *Ὑπερισχύει ὁ βασιλεύς*· βασιλέα δὲ οὗτος καλῶν, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἐν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις περιφανείαις κενὴν δόξαν, τὴν γεννητικὴν τῆς ἀγνοίας· καθ' ἣν ὁ τῆς φύσεως γίνεται σκεδασμός· πάντων ἀγνοούντων ἀλλήλους, καὶ πάντων πᾶσι προσρηγνυμένων· ὑπὲρ ἑνὸς, τοῦ πλέον ἀλλήλων θέλειν δοξάζεσθαι, δυνάμει ἢ πλούτῳ ἢ τρυφῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις τρόποις, οἷς δοξάζεσθαι θέλουσιν, οἱ τὴν θείαν καὶ μένουσαν ἠγνοηκότες δόξαν, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν κράτος περιφρονοῦντες.

Οὗτοι μὲν πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἰλὺν τοῦ βυθοῦ τῶν παρὰ φύσιν παθῶν, τοῖς δυσὶ τούτοις προβλήμασι περιγράψαντες, κριτὴν ἐποιοῦντο τῶν λεγομένων, τὸν βασιλέα Δαρεῖον· τὸν, ὡς ἔφην, κρατοῦντα νόμον τῆς φύσεως, ἐπιχλιδῆναι τοῖς αὐτῶν ἐλπίζοντες δόγμασιν.

Ὁ δὲ τρίτος, ὅς ἐστιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως προϊστάμενος νοῦς, καὶ τῆς κακῆς τῶν παθῶν δουλείας στερηθῆναι τὴν ψυχὴν βεβουλημένος, φησὶν, *Ὑπερισχύουσιν αἱ γυναῖκες, καὶ ὑπερνικᾷ ἡ ἀλήθεια*· γυναῖκας μὲν εἰπὼν, τὰς θεοποιοὺς ἀρετὰς, ἐξ ὧν ἡ πρὸς Θεὸν καὶ ἀλλήλους τοῖς ἀνθρώποις ἑνοποιὸς ἀγάπη συνέστηκε, πάντων τὴν ψυχὴν ἐξαρπάζουσα τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθοράν· καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτὰ νοητῶν οὐσιῶν, καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ κατ' ἐρωτικήν τινα σύγκρασιν περιπλέκουσα, καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει· καὶ τὴν ἄχραντον καὶ θείαν μυστικῶς δημιουργοῦσα συμβίωσιν. Ἀλήθειαν δὲ φήσας, τὴν μίαν καὶ μόνην αἰτίαν τῶν ὄντων, καὶ ἀρχὴν καὶ βασιλέα καὶ δύναμιν καὶ δόξαν, ἐξ

A libellos animi viribus sancientem, quæ dudum vitiorum ac perturbationum lubrico addictæ servierant.

Cum enim qui corpori terrena mole crassiori, nequissimi dæmones præsidebant, duo essent, ex ipsa propria numeri ratione, vitii ac libidinis, mortisque labes denotabatur. At, quæ animæ partes tuebatur, mens, quæ sit simplex secundum essentiam, ipsa una exsistens, individuæ unitatis expressionem habet, quam nullo prorsus modo mors potest attingere, ut plane eam repugnat ulla prorsus divisione secari.

Ait igitur unus (primus scilicet juvenum) libidinosam corporis inferens delicatiorem vitam, *Fortius est vinum*: nempe vinum appellans, omnem simul B secundum circumscriptionem libidinosarum voluptatum orbem; et ebrietatem, ut quæ mentis statu dimoveat, naturaliumque usum rationum pervertat. *Furor*, enim, *draconum*, inquit, *vinum eorum, et furor aspidum insanabilis*[97]; nempe æstum carnalium voluptatum, vinum draconum appellans; inobedientiæque tyrannicum et superbum contemptum, vinum aspidum vocans. Etenim bestia hæc, ut aiunt, præ reliquis bestiis terræ aures obturat, ex superbia, his qui incantant, vi majore obnitens eosque exsuperans.

Alter vero (secundus scilicet) ait: *Fortior est rex*; nempe regem vocans, omnem simul divitiarum, potentiæ, reliquique splendoris nomine inanem C gloriam, parentem scilicet ignorantiæ, qua contingit dissipari naturam, aliis alios ignorantibus, cunctisque inter se mutuo pugnantibus; unius duntaxat ejus rei causa, quod plus aliis clarere velint, potentia aut divitiis vel voluptate, aliisque modis, quibus clarere iis animo est, qui divinam ac manentem **154** claritatem ignorant, ejusque spernunt potentiam.

Hi nempe, limum omnem, ut sic loquar, imo ex gurgite innaturalium affectuum vitiorumque duplici hoc problemate complexi, Darium regem sententiæ arbitrum deposcebant; legem scilicet, uti dicebam, naturæ dominantem; fore rati, ut eorum proclivis opinionibus assentiretur.

Tertius vero (mens scilicet) virtutis ac scientiæ D partes tuens, idque satagens, ut anima a prava vitiorum ac perturbationum servitute immunis foret, ait: *Fortiores sunt mulieres, ac supervincit veritas*; mulieres quidem vocans deificas virtutes; ex quibus, quæ cum Deo, aliosque aliis homines uniat, charitas, provenit; cujus ea vis, ut omnibus generationi corruptionique obnoxiis: quin his quoque superioribus, intelligibilibus substantiis animum eximens, ipsi Deo, quoad humanæ concessum naturæ est, amatoria quadam contemperatione innectat, intemeratumque atque divinum mystice convictum conjugiumque efficiat. Veritatem vero appellans, unicum ac singularem rerum auctorem,

[97] Deut. XXXII, 33.

principiumque et regem et potentiam atque gloriam, ex quo, et per quem facta sunt fiuntque omnia, quo item auctore conservantur et consistunt in rerum natura: cujus etiam causa omne piis studium, omnis molitio est atque opera. Atque ut summa dicam, per mulieres, virtutum finem charitatem designavit: quæ nimirum, eorum quæ natura bonum participant, indivulsa desiderii voluptas, indivisaque unio exsistit. Per veritatem autem, omnium perinde cognitionum, ipsorumque omnium quæ cognoscuntur, finem significavit; in quem ut principium et finem, rerum omnium naturales motus, generali quadam ratione pariter trahuntur; cum rerum principium auctorque ut veritas per naturam omnia vincat, rerumque omnium creatarum motum una in se trahat.

In hunc modum locuta legi naturali mens philosophica, omni ab ea nequissimorum dæmonum depulso errore, auctor est, ut animi rationibus atque viribus libertatis codicillos decernat, quas vitiorum libidinumque gravis servitus tenebat; utque spiritalis captivitatis vinculis solvendi ac
155 liberandi prædicentur, qui in tenebris (sensilium scilicet libidine) constricti morabantur; ut ascendentes in Judæam (id est, virtutem) ædificent in Jerusalem (tranquilli scilicet status ac imperturbationis animi habitu) templum Domini; scientiam nimirum sapientiæ capacem.

Sapiens igitur longeque sapientissimus magnus Zorobabel, velut Dei munere sapientiam adeptus; quique ea instructus, omnem eorum fraudem, quæ nequissimi spiritus tuendo corporis partes, ad perniciem humano generi consciscendam, objecta intulerant, contraria ipse objectione exsufflarit, vicerit, everterit; geminoque suo problemate, geminum adversariorum problema penitus aboleverit, atque animam a vitiorum perturbationumque pessima servitute liberaverit. Nam quia illi, per vinum quidem hoc satagebant, ut primas honoris partes carnalium voluptatum fervori assererent, per regem vero, ut mundanæ gloriæ victoriam confirmarent: hic per mulieres, spiritalem nullumque finem habentem voluptatem induxit; ac per veritatem, potestatem stabilem ostendit, bonisque præsentibus spretis, futura complecti suasit.

Hanc, mea sententia, problemata habent intelligentiam, venustam sane et sapientia conditam, nec indignam spiritu; quæ ad nostram admonitionem scripto consignaretur. Sin autem quis sublimiorem sensum assequi potuerit, pro ea vi intelligendi divina quæ illi subministratur; nemo merito eo nomine illi invideat; quod scilicet Spiritus gratia sic comparata sit, ut in illis qui ejus consortes sunt, nihil minuatur (qua re maxime invidiæ morbus conflatur), quanquam hic majores, ille minores gratiæ partes obtineat. Quisque enim pro fidei, qua pollet, modulo, sese exserentem Spiritus afflatum ac operationem habet. Quocirca sibi ipse quisque

A ἧς, καὶ δι' ἣν πάντα γέγονέ τε καὶ γίνεται· καὶ πρὸς τὸ εἶναι ὑπ' αὐτῆς τε καὶ δι' αὐτὴν συγκρατεῖται· καὶ ὑπὲρ ἧς πᾶσα τοῖς φιλοθέοις ἐστὶ σπουδή τε καὶ κίνησις. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, διὰ μὲν τῶν γυναικῶν, τὸ τέλος ἐνεδείξατο τῶν ἀρετῶν τὴν ἀγάπην· ὅπερ ἐστὶ ἡ κατ' ἔφεσιν τοῦ φύσει ἀγαθοῦ τῶν μετεχόντων ἀδιάσπαστος ἡδονὴ καὶ ἀδιαίρετος ἕνωσις· διὰ δὲ τῆς ἀληθείας (12), τὸ πέρας πασῶν ἐπεσήμανε τῶν γνώσεων· καὶ αὐτῶν πάντων τῶν γινωσκομένων, εἰς ὅπερ ὡς ἀρχὴν καὶ πέρας πάντων τῶν ὄντων, αἱ κατὰ φύσιν κινήσεις, γενικῷ τινι λόγῳ συνέλκονται· πάντα νικώσης κατὰ φύσιν, ὡς ἀληθείας, τῆς τῶν ὄντων ἀρχῆς καὶ αἰτίας· καὶ πρὸς ἑαυτὴν συνελκούσης τῶν γεγονότων τὴν κίνησιν.

B

Οὕτω διαλεχθεὶς ὁ φιλόσοφος νοῦς τῷ κατὰ φύσιν νόμῳ, πᾶσαν αὐτοῦ τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἀποκρούεται πλάνην· ψηφίσασθαι πείθων ἐλευθερίαν (13) τοῖς πρὸς δουλείαν παθῶν κεκρατημένοις λογισμοῖς τε τῆς ψυχῆς καὶ δυνάμεσι καὶ τῶν τῆς νοουμένης αἰχμαλωσίας δεσμῶν, λύσιν καὶ ἄφεσιν κηρύξαι τοῖς καθειργμένοις ἐν τῷ σκότει· τῇ προπαθείᾳ λέγω τῶν αἰσθητῶν· ὥστε ἀναβάντας αὐτοὺς εἰς τὴν Ἰουδαίαν· φημὶ δὲ τὴν ἀρετὴν, οἰκοδομῆσαι ἐν Ἱερουσαλήμ· τῇ ἕξει λέγω τῆς ἀπαθείας, τὸν ναὸν Κυρίου· τουτέστι τὴν δεκτικὴν τῆς σοφίας γνῶσιν.

Σοφὸς οὖν καὶ πάνυ σοφὸς ὁ μέγας ἐστὶ Ζοροβάβελ,
C οἷα παρὰ Θεοῦ τὴν σοφίαν λαβὼν, καὶ δι' αὐτῆς δυνηθεὶς ἑκάστῳ τῶν πρὸς ἀπάτην προβεβλημένων ἐπὶ φθορᾷ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὑπὸ τῶν ὑπεραγωνιζομένων τοῦ σώματος πονηρῶν πνευμάτων, ἀντιπροβάλλεσθαι καὶ νικῆσαι καὶ ἀνατρέψαι· καὶ δι' ἑκατέρου τῶν οἰκείων προβλημάτων τὸ ἑκάτερον τῶν ἀντικειμένων προβλημάτων παντελῶς ἐξαφανίσαι· καὶ τὴν ψυχὴν πονηρᾶς λυτρώσασθαι δουλείας παθῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι, διὰ μὲν τοῦ οἴνου τὴν ζέσιν τιμᾶσθαι τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν ἐπεζήτουν· διὰ δὲ τοῦ βασιλέως, τῆς κοσμικῆς δόξης τὸ κράτος ἐπεκύρουν· οὗτος τὴν πνευματικὴν καὶ πέρας οὐκ ἔχουσαν διὰ τῶν γυναικῶν εἰσήγαγεν ἡδονήν· καὶ διὰ τῆς ἀληθείας, τὸ μὴ σαλευόμενον ἔδειξε κράτος· καὶ ἔπεισε, τῶν μὲν παρόντων καταφρονεῖν ἀγαθῶν· τῶν
D δὲ μελλόντων, ἀντέχεσθαι.

Ταύτην ἔχει τὰ προβλήματα, κατ' ἐμὲ φάναι, τὴν ἔννοιαν, καλήν τε καὶ σοφὴν, καὶ τοῦ γραφῆναι πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν οὐκ ἀναξίαν τοῦ πνεύματος· εἰ δέ τις ὑψηλότερον τὸν τῶν γεγραμμένων νοῦν σκοπῆσαι δυνηθῇ, κατὰ τὴν χορηγουμένην αὐτῷ τοῦ νοεῖν τὰ θεῖα δύναμιν, φθόνος οὐδείς· ὅτι μηδὲ πέφυκεν ἐλαττοῦσθαι τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις ἐν τοῖς συμμετέχουσι· δι' ὃ μάλιστα τὸ τοῦ φθόνου τίκτεται πάθος· κἂν ὁ μὲν, πλέον· ὁ δὲ, ἔλαττον ἔχει τῆς χάριτος· ἕκαστος γὰρ, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν αὐτῷ πίστεως, φανερουμένην κέκτηται τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ὥστε ταμείας ὑπάρχει τῆς χάριτος ἕκαστος (14), ἑαυτοῦ, καὶ οὔποτ' ἂν εὖ φρονῶν ἄλλῳ φθονήσειεν

εὐδοκιμοῦντι τοῖς χάρισιν· ἐπ' αὐτῷ κειμένης τῆς δεκτικῆς τῶν θείων ἀγαθῶν διαθέσεως.

Ἔλθωμεν δὲ καὶ ἐπ' ἄλλην μυστικὴν θεωρίαν, τὴν ἀρχικὴν τῶν γεγραμμένων ἀλήθειαν προδεικνύουσαν. Ζοροβάβελ ἐστὶν ἀληθινός τε καὶ νέος (15), καὶ διὰ τοῦ παλαιοῦ τυπικῶς μηνυόμενος, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός· ὁ ἐν τῇ συγχύσει τῆς φύσεως ἡμῶν συλληφθεὶς καὶ κυηθεὶς, καὶ τεχθεὶς, καὶ τέλειος κατὰ φύσιν γενόμενος ἄνθρωπος· ἵνα πρὸς ἑαυτὸν, τῆς συγχύσεως ἀποστᾶσαν ἀναγάγῃ τὴν φύσιν.

Ὁ μὴ γενόμενος μὲν σὺν ἡμῖν αἰχμάλωτος (16), καὶ πρὸς τὴν τῶν παθῶν ἀποικισθεὶς σύγχυσιν. *Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*· ἐν ἡμῖν δὲ τοῖς αἰχμαλώτοις ὡς αἰχμάλωτος γεννηθεὶς, καὶ *μεθ'* ἡμῶν *τῶν ἀνόμων λογισθείς*· διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενος *ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας*. *Ἐν ὁμοιώματι* μὲν *σαρκὸς ἁμαρτίας* (17), ὅτι φύσει Θεὸς ὑπάρχων ἀπαθὴς, ἀτρέπτως κατ' οἰκονομίαν φύσει παθητὸς γενέσθαι κατηξίωσεν ἄνθρωπος· *περὶ ἁμαρτίας* δὲ, ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἤχθη εἰς θάνατον, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὠδυνήθη· καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐτραυματίσθη, καὶ ἐμαλακίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, ἵνα ἡμεῖς τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰαθῶμεν. *Πνεῦμα* γὰρ *πρὸ προσώπου ἡμῶν*, φησὶ, *Χριστὸς Κύριος συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς ἡμῶν*, *οὗ εἴπαμεν*, *Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσιν*.

Οὗτός ἐστιν ἡ δικαία ἀνατολὴ τῆς ἡμῶν ἐκ τῆς ἁμαρτίας διασπορᾶς· περὶ ἧς διὰ τοῦ προφήτου φησὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, *Ὅτι ἀνατελεῖται ὑμῖν Ἀνατολὴ δικαία*. Καὶ, *Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ· καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ*· καὶ, *Ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ, ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ*· τοῦ *ὑποκάτωθεν* δηλοῦντος (18), τὸ ἀπόῤῥητον μυστήριον τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως, ἐξ ἧς ἀνέτειλεν ἡ τῶν ὅλων σωτηρία. Πτέρυγες δ' ἂν εἶεν τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, αἱ δύο Διαθῆκαι, δι' ὧν ἱπτάμενος ἐν ἡμῖν ὁ Λόγος, τὴν πληγὴν θεραπεύει παραβάσεως, καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν τελείαν χαρίζεται ῥῶσιν· διὰ μὲν τῆς Παλαιᾶς, ποιούμενος τὴν τῆς κακίας ἀναίρεσιν· διὰ τῆς Νέας δὲ, τὴν θέσιν τῆς ἀρετῆς ἐργαζόμενος.

Ἢ πάλιν, πτέρυγές εἰσιν, ἡ Πρόνοια καὶ ἡ κρίσις, δι' ὧν ἱπτάμενος ὁ Λόγος, ἀγνώστως ἐπιβατεύει τοῖς οὖσι· σοφίας μὲν λόγοις θεραπεύων τοὺς θέλοντας (19)· παιδείας δὲ τρόποις, τοὺς πρὸς ἀρετὴν δυσκινήτους ἰώμενος· καὶ τοῖς μὲν, σαρκὸς μολυσμὸν ἐκκαθαίρων· τοῖς δὲ, ψυχῶν κηλῖδας ἰώμενος.

Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν *αἰχμαλωσίαν* τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ ἐπανάγων· οὐκ ἀπὸ γῆς εἰς γῆν, καθὼς ὁ παλαιὸς πέπραχε Ζοροβάβελ, ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς

A gratiæ promus condus est, nec ullus unquam sani capitis alii inviderit, quod auctus gratiis clareat; cum illius arbitrii sit ea affectio ac dispositio, qua divinorum capax bonorum exsistit.

Veniamus autem et ad aliam spiritalis sensus mysticam considerationem, quæ principem eorum, quæ scripta sunt, veritatem portendat. Verus Zorobabel est ac novus, veterisque typo **156** figuratus, Dominus noster ac Deus Jesus Christus, qui in nostræ naturæ confusione conceptus, utero gestatus ac natus est, perfectusque homo natura factus, ut ad se, a confusione desciscentem, naturam reduceret.

Hic non pari nobiscum sorte captivus abductus est, atque ad vitiorum perturbationumque confu- B sionem translatus : *Non enim fecit peccatum, aut dolus inventus est in ore ejus* [29], sed apud nos captivos velut captivus natus est, ac *cum sceleratis* nobis *reputatus* [30], ob summam clementiam, *in similitudinem carnis peccati* factus, *et de peccato* [1]. *In similitudinem* quidem *carnis peccati*, quod natura Deus ab omni immunis passione exsistens, immutabiliter secundum dispensationem homo natura obnoxius ac mortalis fieri dignatus est; *de peccato* autem, quod propter peccata nostra in mortem ductus est, et pro nobis in doloribus fuit [2], et propter scelera nostra vulneratus est, et infirmatus est propter peccata nostra, ut ejus nos livore sanaremur [3]. *Spiritus* enim *ante faciem nostram*, inquit, *Christus* C *Dominus comprehensus est in interitionibus nostris, de quo diximus : In umbra ejus vivemus in gentibus* [4].

Hic est justus Oriens nostræ ex peccato dispersionis; de quo per prophetam ait Spiritus sanctus : *Orietur vobis Oriens justus* [5]. Et : *Ecce vir, Oriens nomen ejus, et subter ipsum orietur* [6]; et : *Sol justitiæ*, et, *sanitas in pennis ejus* [7]. Quo loco, quod ita dicitur, *subter*, arcanum designat incarnationis Verbi mysterium, ex qua omnium salus orta est. Pennæ solis justitiæ sint duo Testamenta, quibus Verbum in nos advolans plagam sanat transgressionis, ac perfectam virtutis sanitatem tribuit : Veteri quidem Testamento, vitium tollens; Novo autem, virtutis substantiam condens.

D Aut rursus pennæ sunt, providentia et judicium; quibus Verbum advolans, ignota ratione rebus insidet immeatque : sapientiæ quidem rationibus, qui propensa in rem voluntate sint, curans; disciplinæ autem modis, qui ægre ad virtutem moveantur, sanans; ac alios quidem a carnis sordibus emundans; aliis vero animi maculas abstergens.

Hic est, qui veri Israelis captivitatem reducit; non e terra in terram, **157** velut vetus ille Zorobabel, qui populum e Babylone in Judæam tra-

[29] Isa. LIII, 9; I Petr. II, 22. [30] Isa. LIII, 12. [1] Rom. VIII, 3. [2] Isa. L, 4. [3] ibid. 5. [4] Thren. IV. 20. [5] Jerem XXIII, 5. [6] Zachar. VI, 12. [7] Malach. IV, 2.

duxit; sed e terra in cœlum; e vitio ad virtutem; ex ignorantia ad agnitionem veritatis; ex corruptione ad incorruptionem; a morte ad immortalitatem : atque (ut summa dicam) e mundo aspectabili fluxoque ad stabilem ac intelligibilem, atque a vita mortali ac caduca ad immortalem atque perennem.

Hic est verus templi rationalis ædificator; quod peccatis diffluxit, igneque alieno combustum est. Quem nos ipsi ignem succendimus, nedum mentem adigentes ut servili more carnis sensum sequeretur; verum etiam affectuum perturbationumque materiam, ipsa impudenter operatione actuque accendentes.

Hic est, qui sapientia fultus, Darium regem in sententiam traxit, legem scilicet naturæ. Nefas enim hoc loco Darium accipi quasi figura diaboli sit, qui sponte solvendo e captivitate populo operam ipse contulerit, credideritque, nihil fortius esse, autve naturæ ad salutem conducibilius, fide bonaque conscientia. Veritatis enim rationem fides habet; divinæque dilectionis (quæ per mulieres allegorice intelligatur) bona conscientia typum refert; in qua divinorum transgressio mandatorum prorsus non est.

Hic est, qui arcana indivisaque copulatione, tabernaculum David [8], quod ceciderat, ædificavit, naturam scilicet peccati noxa morte corruptam.

Hic est ille Zorobabel, qui collapsam Dei domum cum gloria suscitavit, de qua ait Spiritus : *Erit gloria domus hujus novissima supra primam* [9]. Alterum namque cum natura Verbum commercium iniit, tanto priore mirabilius, quantum primum, eo quod potius erat, impartivit; postea, ipsum deterioris sponte consortium iniit : ut tum imagini salutem afferret, tum carnem immortalitate donaret; exsufflatoque penitus, quod serpens verbum naturæ ob aures locutus fuerat, velut a principio mundam rursus efficeret, cujus major præstantia deificationis munere foret, quam exstiterat prima formatione; ac sicut a principio, cum non esset, condiderat : sic, quæ diffluxisset, instauraret, immutabilitate durans, ne ultra concideret, omneque Dei ac Patris **158** super eam consilium impleret, deitate donans, qua hominem induit. *Manus* enim, inquit, *Zorobabel* (illius scilicet spiritalis) *fundaverunt domum hanc* (hoc est, hominem) : *et manus ejus perficient eam* [10]; priorem scilicet formationem, novissimamque in ipso secundum unionem nullis verbis explicabilem reformationem, significans.

Hic est Zorobabel captivorum redemptor, habens in manu stanneum lapidem, septem Domini oculis ornatum, per quos respicit super omnem terram [11]. Ac quidem, ut rem gestam spectes ac historiam,

A τὴν Ἰουδαίαν τὸν λαὸν μεταβιβάσας· ἀλλ' ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν, καὶ ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας· καὶ ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ εἰς ἀθανασίαν ἀπὸ θανάτου· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀπὸ τοῦ φαινομένου κόσμου καὶ ῥέοντος, εἰς τὸν σταθηρὸν νοούμενον· καὶ ἀπὸ τῆς διαλυομένης ζωῆς, εἰς τὴν ἀδιάλυτον καὶ μένουσαν.

Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς οἰκοδόμος τοῦ διαρυέντος τοῖς παραπτώμασι λογικοῦ ναοῦ, καὶ ἐμπρησθέντος ἀλλοτρίῳ πυρί· ὅπερ ἡμεῖς ἐξεκαύσαμεν, πορευθέντες τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ἡμῶν, καὶ τῇ φλογὶ, ᾗ ἐξεκαύσαμεν (20)· οὐ μόνον τῷ σαρκικῷ φρονήματι τὸ τῆς ψυχῆς νοερὸν ἕπεσθαι δουλικῶς παρασκευάσαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν παθῶν ὕλην ἀναιδῆν δι' ἐνεργείας ἐξάψαντες.

B Οὗτός ἐστιν ὁ πείσας διὰ σοφίας Δαρεῖον τὸν βασιλέα· τουτέστι, τὸν νόμον τῆς φύσεως· οὐ γὰρ θέμις κατὰ τὸν τόπον τοῦτον εἰς τὸν διάβολον λαμβάνειν τὸν Δαρεῖον, συνεργὸν μὲν γεγενημένον ἑκουσίως τῆς κατὰ τὴν ἄφεσιν τοῦ λαοῦ χάριτος· πεισθέντα δὲ, μηδὲν ἰσχυρότερον εἶναι μηδὲ τῇ φύσει πρὸς σωτηρίαν λυσιτελέστερον, πίστεως καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως. Ἀληθείας γὰρ λόγον ἡ πίστις ἐπέχει (21)· καὶ διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀλληγορικῶς νοουμένης θείας ἀγάπης, ἡ ἀγαθὴ συνείδησις ἐπιφέρεται τύπον [*Fr.* τόπον]· ἐν ᾗ τὸ παράπαν θείων ἐντολῶν οὐκ ἔστι παράβασις.

Οὗτός ἐστιν, ὁ δειμάμενος ἐν ἑαυτῷ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητόν τε καὶ ἀδιαίρετον τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν
C πεπτωκυῖαν· λέγω δὲ τὴν διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῷ θανάτῳ διαφθαρεῖσαν φύσιν.

Οὗτός ἐστιν ὁ Ζοροβάβελ, ὁ μετὰ δόξης ἐγείρας πεπτωκότα τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ· περὶ οὗ φησι τὸ Πνεῦμα· *Ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν προτέραν*. Δευτέραν γὰρ κοινωνίαν ὁ Λόγος ἐκοινώνησε τῇ φύσει, πολὺ τῆς προτέρας παραδοξοτέραν· ὅσῳ πρῶτον τοῦ κρείττονος μεταδοὺς, ὕστερον μετέλαβε θέλων τοῦ χείρονος· ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ, καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ· καὶ τὸν ἐνηχηθέντα τῇ φύσει λόγον τοῦ ὄφεως, παντελῶς ἐξαφανίσας, ὡς ἐξ ἀρχῆς καθαρὰν πάλιν παραστήσῃ τὴν φύσιν, τῇ θεώσει πλεονεκτοῦσαν τὴν πρώτην διάπλασιν (22)· καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς μὴ οὖσαν ὑπεστήσατο, οὕτω διαῤῥυεῖσαν ἀνασώσηται, στομώ-
D σας πρὸς ἀπτωσίαν τῇ ἀτρεψίᾳ· καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ πᾶσαν βουλὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐπιτελέσῃ, θεώσας αὐτὴν τῇ δυνάμει τῆς ἐνανθρωπήσεως· *Αἱ χεῖρες* (23) γὰρ, φησὶ, *Ζοροβάβελ* (τοῦ νοητοῦ) *ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον* (τουτέστι τὸν ἄνθρωπον)· *καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελοῦσιν αὐτόν*· τὴν προτέραν λέγων διάπλασιν καὶ τὴν ἐν αὐτῷ καθ' ἕνωσιν ἄῤῥητον τελευταίαν ἀνάπλασιν.

Οὗτός ἐστιν ὁ Ζοροβάβελ, ὁ τῶν αἰχμαλώτων λυτρωτής· ὁ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ τὸν λίθον τοῦ κασσιτέρου [*Fr.* κασσιτέρινον], τὸν τοῖς ἑπτὰ τοῦ Κυρίου κοσμούμενον ὀφθαλμοῖς, δι' ὧν ὁ Θεὸς ἐπιβλέπει ἐπὶ

[8] Amos IX, 11; Act. XV, 16. [9] Agg. II, 10. [10] Zachar. IV, 9. [11] Ibid., 10.

πᾶσαν τὴν γῆν. Καὶ (u) κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν, οὐδαμῶς ἐσχηκὼς φαίνεται Ζοροβάβελ ἐν τῇ χειρὶ κασσιτέρινον λίθον ἑπτὰ ὀφθαλμοὺς ἔχοντα, καὶ αὐτοὺς τοῦ Κυρίου, ἐπιβλέποντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· οὐκοῦν ἐπειδὴ παντελῶς ἀμήχανον τοῦτο στῆναι κατὰ τὴν λέξιν, ἐπὶ τὴν τῶν γεγραμμένων χωρῶμεν διάνοιαν.

A haudquaquam apparet Zorobabelem stanneum lapidem in manu habuisse, habentem oculos septem, ipsosque Domini oculos, respicientes super omnem terram. Quia igitur nullo prorsus modo ita ut voces sonant, hæc stare possunt, ad eorum quæ scripta sunt transeamus reconditiorem intelligentiam.

Ζοροβάβελ ἐστὶ, καθὼς πολλάκις προλαβὼν ἔφην, ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστός· τούτου δὲ λίθος ἐστὶν (24), ἡ πίστις ἡ εἰς αὐτόν· ἐν τῇ χειρὶ δὲ, ὅτι τῇ πράξει τῶν ἐντολῶν πίστις τοῦ Χριστοῦ διαφαίνεται. *Πίστις γὰρ χωρὶς ἔργων, νεκρά*· ὥσπερ καὶ ἔργα δίχα πίστεως. Πράξεως δὲ σύμβολόν ἐστι προδήλως ἡ χείρ. Φέρων οὖν ἐν τῇ χειρὶ τὸν λίθον ὁ Κύριος, ἔμπρακτον ἡμᾶς διδάσκει τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἔχειν, τοῖς ἑπτὰ τοῦ Κυρίου κοσμούμενον ὀφθαλμοῖς· τουτέστι, ταῖς ἑπτὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργείαις. *Καὶ ἐπαναπαύσεται*, φησὶν, *ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα· πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα ἐπιστήμης, πνεῦμα βουλῆς, πνεῦμα ἰσχύος, πνεῦμα φόβου Θεοῦ.*

Zorobabel, uti jam sæpe in superioribus dixi, Dominus noster est ac Deus Jesus Christus. Hujus lapis, fides in ipsum est. Est vero fides in manu, quod Christi fides eluceat, qua mandata opere implemus. *Fides* enim *sine operibus, mortua est* [12]; uti et opera absque fide. Manus autem actionis palam signum est. Qua igitur Dominus lapidem gestat, hoc docet, ut nostra in eum fides actuosa exsistat ac B efficax. Septem Domini oculis ornatum : hoc est, septem Spiritus sancti operationibus, seu virtutibus. *Et requiescent*, inquit, *super eum septem spiritus : spiritus sapientiæ, spiritus intelligentiæ, spiritus cognitionis, spiritus scientiæ, spiritus consilii, spiritus fortitudinis, spiritus timoris Domini* [13].

Ἔστι δὲ τὸ μὲν πνεῦμα τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ (25), ἡ τῶν κατ' ἐνέργειαν κακῶν ἀποχή· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἰσχύος ἐστὶν, ἡ πρὸς ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πρόθυμος ὁρμὴ καὶ κίνησις· τὸ δὲ πνεῦμα βουλῆς ἐστιν, ἡ ἕξις τῆς διακρίσεως· καθ' ἣν σὺν λόγῳ τὰς θείας πράττομεν ἐντολὰς, καὶ τῶν κρειττόνων διαιροῦμεν τὰ χείρονα· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἐπιστήμης ἐστὶν, ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπων ἄπτωτος εἴδησις· καθ' οὓς πράττοντες, τῆς ὀρθῆς τοῦ λόγου κρίσεως οὐδαμῶς διαπίπτομεν· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς γνώσεώς ἐστιν, ἡ τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς λόγων περίληψις, καθ' οὓς οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν συνεστήκασι· πνεῦμα δὲ συνέσεώς ἐστιν, ἡ

Est autem spiritus quidem timoris Dei, quo a malis actu patrandis nos abstinemus; spiritus autem fortitudinis, alacris ad mandata præstanda ac exsequenda animi incitatio et motus; spiritus consilii, discretionis habitus, quo cum ratione divina mandata exsequimur, ac potiora inter deterioraque distinguimus; scientiæ spiritus est (Græce ἐπιστήμης) modorum actionis ad virtutem præstan- C dam inoffensa cognitio : juxta quos agentes, a recti ratione judicii haud excidimus; spiritus scientiæ (Græce γνώσεως) exsistentium in mandatis rationum, quibus virtutum modi consistunt, comprehensio; spiritus intelligentiæ, in **159** modos rationes-

[12] Jac. II, 20-26. [13] Isa. XI, 2.

(u) *Κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν*. Nec hic ullus adduci possim, ut Maximo assentiar, quasi non vere dicta hæc in Zorobabelem a Zacharia, quantumvis pie allegoria ad Christum ipse trahat, quæ non debet litteram respuere, sed illi niti ac fundamentum habere. Sermo est de ædificatione templi prosequenda per Zorobabelem, ejusque opera absolvenda, Deo illi providentia sua propitio. Zorobabel ergo ut ædificans, seu curans ædificium, describitur tenens in manu libellam vel perpendiculum, quod et nostrates plumbum vocant. *Plomb*. Cæterum plumbi genera duo sunt, candidum et nigrum. Ex utroque fit plumbum perpendiculi. Candidum vocatur בדיל· Unde hic האבן הבדיל οἱ LXX verterunt λίθον κασσιτέρινον al. κασσιτέρου, quasi *lapidem stanneum, seu stanni*; cum non vere stannum, sed plumbum, quasi gravius utriusvis generis in eam rem adhibeatur, quod et ideo *lapis stanni dicitur*, quasi stanni pondus, seu grave plumbum stannei coloris. Nihil ergo abhorret, Zorobabelem operi incumbentem hoc habitu describi, quem ipsum nihil vetat, etsi princeps erat, mathematicarum disciplinarum haud expertem aut rudem, libella quandoque opus fabricæ explorasse; velut fere describit auctor libelli *De ædificio sanctæ Sophiæ*, assiduum operi magnum Justinianum, cujus longe aliud imperium ac majestas quam Zorobabelis. Hunc lapidem Maximus habentem septem D oculos, iisque septem ornatum, quasi ex sacro textu, describit; qui ipsi oculi Domini sint, quibus respicit in universum orbem. Verum sacer textus nihil ejusmodi, sed toto jam vaticinio futuræ templi instaurationis per Zorobabelem posito, ut significetur esse hoc opus peculiaris Dei providentiæ, ejus ipsius qua regit universum orbem, ita absolute sequitur : Ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοί εἰσι Κυρίου, οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Vulg. *Septem isti oculi Domini sunt, qui discurrunt in universam terram*. Nec aliter reliqui etsi Chald. pro septem oculis, *septem ordines lapidum* habeat. Eadem sententia iisdem plane verbis, I Paral. XVI, 9 et aliis, sed idem significantibus Prov. XV, 3: *In omni loco oculi Domini, speculantes tam bonos quam malos*. Hocque ipsum est, quod III, 9 dicitur, ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα, ἑπτὰ ὀφθαλμοί εἰσιν. *Super unum illum lapidem, septem oculi sunt*. Qui lapis ipse Zorobabel videtur intelligi, quem ait dedisse ante faciem Jesu magni sacerdotis; nempe principem sæcularem qui illi adjutor et quasi dux instauranda rep. rituque Judaico foret : in quem intenti illi oculi peculiaris Dei providentiæ, qua una tantæ molis opus sic parvis initiis procedere poterat, ac demum absolutionem habere : quæ omnia principalius in Christum dicta, qui ipse unus noster et Jesus et Zorobabel, sacerdos atque rex seu princeps, unus veri tabernaculi instaurator est.

que virtutum animi proclivis affectio, vel (ut proprie magis loquar) transmutatio : qua naturalium virium cum mandatorum modis et rationibus exsurgit contemperatio; spiritus sapientiæ, spiritaliorum in mandatis rationum in causam auctoremque reductio, ac cum illo unio, qua, ignote simplices in Deo rerum rationes, quoad hominibus concessum, edocti, velut ex cordis quadam scaturigine in universis exsistentem veritatem, varie aliis depromimus : ab iis, quæ ex Deo postrema sunt nobisque proxima, via quadam ac serie ad ea transeuntes, quæ prima longiusque a nobis remota, Deo proxima sunt.

Ab eo enim quod cessationem a malis per timorem nobis indicimus, ad virtutes exsequendas per fortitudinem procedimus; a virtutum autem actione, ad consilii discretionem : a discretione, ad virtutum habitum, id est, eam scientiam, quam Græci ἐπιστήμην vocant; a virtutum habitu, ad rationum in virtutibus exsistentium itidem scientiam (Græcis γνῶσιν); ab hac autem, ad habitum in cognitas rerum rationes transmutantem, id est, intelligentiam; ab hac denique, ad simplicem ac accuratam in universis veritatis contemplationem : unde auspicati, plures variasque ex substantiarum sensilium pariter intellectiliumque sapienti consideratione pietate nitentes de veritate rationes reddemus.

Per hos igitur ascendentes fidei oculos, id est, illustrationes, in divinam sapientiæ unitatem colligimur; quæ scilicet nostri causa facta est, donorum divisionem ac gratiarum, qua virtutibus sigillatim provehimur, in unum cogentes; ita sane, ut Dei ope, eorum quæ dicta sunt nihil omittamus, ne paulatim negligentes, cæcam fidem nostram atque oculis orbatam reddamus; spiritus, virtutum cultu, luminibus carentem : meritoque in sæcula sempiterna pœnas luamus, qui ipsi in nobis, quod nostra attinet, divinos fidei oculos excæcaverimus.

Quisquis enim in seipso per ignaviam inersque mandatis opere implendis, ejusmodi fidei effoderit oculos, omnino reprobus est, qui Deum in se respicientem jam non habeat. Quin hac quoque ex causa Scripturæ stanneum lapidem, vocatam fidem existimo; **160** quod nimirum eadem ipsa, tum puniendi vi polleat, eos, qui per mandata decorem illi non adhibent; tum eis conciliandæ salutis, qui Spiritus operationibus, conspicuum ejus splendorem ornatumque conservant. Nam ut ait magnus Simeon de Domino loquens : *Erit in ruinam et resurrectionem multorum in Israel*[14]; ruinam quidem incredulorum, resurrectionem autem fidelium. Aiunt enim stannum ex argento plumboque compositum. Itaque, plumbum quidem, castigationis, pœnæque ac supplicii, gravisque condemnationis typum refert; perindeque argentum, splendoris ac

[14] *Luc.* II, 34.

A πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν συνδιάθεσις· ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, μεταποίησις· καθ' ἣν σύγκρασις γίνεται τῶν φυσικῶν δυνάμεων πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἐντολῶν. Πνεῦμα δὲ σοφίας ἐστὶν, ἡ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πνευματικωτέρων λόγων ἀνάληψίς τε καὶ ἕνωσις· καθ' ἣν, ἀγνώστως τοὺς ἐν Θεῷ κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀνθρώποις ἁπλοῦς μυούμενοι τῶν ὄντων λόγους, ὡς ἔκ τινος βλαστανούσης πηγῆς τῆς καρδίας, τὴν ἐν τοῖς ὅλοις ἀλήθειαν ποικίλως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις προφέρομεν· ἀπὸ μὲν τῶν ἐκ Θεοῦ τελευταίων, ἡμῖν δὲ προσεχῶν, ἐπὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἡμῶν μὲν πόῤῥω, τῷ Θεῷ δὲ προσεχῆ, καθ' ὁδὸν καὶ τάξιν ἀναβαίνοντες.

B Ἀπὸ γὰρ τῆς ἀργίας τῶν κακῶν διὰ φόβου (26), ἐπὶ τὴν τῶν ἀρετῶν δι' ἰσχύος ἐρχόμεθα πρᾶξιν· ἀπὸ δὲ τῆς τῶν ἀρετῶν πράξεως, ἐπὶ τὴν διάκρισιν τῆς βουλῆς· ἀπὸ δὲ τῆς διακρίσεως, ἐπὶ τὴν ἕξιν τῶν ἀρετῶν, ἤγουν ἐπιστήμην· ἀπὸ δὲ τῆς ἕξεως τῶν ἀρετῶν, ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρεταῖς λόγων· ἀπὸ δὲ ταύτης, εἰς τὴν πρὸς τοὺς ἐγνωσμένους λόγους τῶν ἀρετῶν μεταποιητικὴν ἕξιν· φημὶ δὲ τὴν σύνεσιν· καὶ ἀπὸ ταύτης, εἰς τὴν ἁπλῆν τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας ἀκριβῆ θεωρίαν· ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι, πολλοὺς καὶ ποικίλους ἐκ τῆς τῶν ὄντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν οὐσιῶν σοφῆς θεωρίας εὐσεβεῖς λόγους περὶ τῆς ἀληθείας ἀποδώσομεν.

C Διὰ τούτων οὖν ἀναβαίνοντες τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίστεως· ἤγουν φωτισμῶν, πρὸς τὴν θείαν τῆς σοφίας (27) συναγόμεθα μονάδα· τὴν γεγενημένην δι' ἡμᾶς τῶν χαρισμάτων διαίρεσιν συνάγοντες, ταῖς κατὰ μέρος τῶν ἀρετῶν ἀναβάσεσι· μηδὲν τῶν εἰρημένων, συνεργείᾳ Θεοῦ, παραλιμπάνοντες· ἵνα μὴ κατ' ὀλίγον ἀμελοῦντες, τυφλὴν ἡμῶν τὴν πίστιν καὶ ἀνόμματον καταστήσωμεν (28), οὐκ ἔχουσαν τοὺς διὰ τῶν ἀρετῶν τοῦ Πνεύματος φωτισμούς· καὶ κολασθῶμεν δικαίως εἰς ἀπείρους αἰῶνας, ὡς ἐν ἑαυτοῖς κατὰ τὴν πίστιν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τοὺς θείους ἐκτυφλώσαντες ὀφθαλμούς.

Πᾶς γὰρ ὁ τῆς πίστεως ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν, τοὺς τοιούτους ἀνορύξας ὀφθαλμοὺς, πάντως κατάκριτος· μηκέτι τὸν Θεὸν ἔχων εἰς αὐτὸν ἐπιβλέποντα. Καὶ οἶμαί γε ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας,

D λίθον κασσιτέρινον τῇ Γραφῇ προσηγορεῦσθαι τὴν πίστιν, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν καὶ τιμωρητικὴν εἶναι τῶν μὴ κοσμούντων αὐτὴν ταῖς ἐντολαῖς, καὶ περιποιητικὴν τῶν διατηρούντων αὐτὴν κατηγλαϊσμένην ταῖς ἐνεργείαις τοῦ Πνεύματος. *Ἔσται γὰρ*, φησὶ Συμεὼν ὁ μέγας περὶ τοῦ Κυρίου λέγων, *εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ*· πτῶσιν μὲν, τῶν ἀπιστούντων· ἀνάστασιν δὲ, τῶν πιστευόντων. Φασὶ γάρ τινες ἐξ ἀργύρου καὶ μολίβδου σύνθετον εἶναι τὸν κασσίτερον. Οὐκοῦν ὁ μὲν μόλιβδος, παιδείας καὶ τιμωρίας καὶ κολάσεως, καὶ τοῦ βάρους τῆς κατακρίσεως φέρει σύμβολον· ὁ δὲ ἄργυρος, λαμπρότητός τε καὶ δόξης καὶ περιφανείας, ὡσαύ-

τως τύπος ἐστίν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἡ πίστις ἡ διὰ τοῦ A κασσιτέρου σημαινομένη (29), καὶ παιδεύει καὶ τιμωρεῖται καὶ κολάζει καὶ κατακρίνει τοὺς ἀδοκίμους ἐν αὐτῇ γενομένους διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν· ὡς μόλιβδον ἔχουσα τυχὸν, τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν, ἐν τῷ Λόγῳ δυναμωθεῖσαν κατὰ τὴν ἕνωσιν (30)· καὶ λαμπρύνει πάλιν καὶ δοξάζει καὶ φωτίζει, καὶ πρὸς ἐκθέωσιν ἄγει τοὺς ἐν αὐτῇ γενομένους δοκίμους διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν· ὡς ἀργύριον ἔχουσα τάχα τὴν τοῦ Λόγου θεότητα, τοῖς ἀξίοις ὁλικῶς κατὰ τὸ δυνατὸν ἐναστράπτουσαν.

Ἔλαβον δέ τινες τὸν κασσιτέρινον λίθον, εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἐκ δύο συγκείμενον φύσεων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος· εἰ δέ B τις τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν, ἢ τὸν Χριστὸν αὐτὸν θεωρῆσαι βούλεται γνωστικώτερον· μόλιβδός ἐστιν ἡ πίστις, καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὡς παιδεύων ψυχὴν, καὶ κολάζων σάρκα, καὶ τιμωρούμενος πάθη, καὶ κατακρίνων δαίμονας· ἄργυρος δὲ, ὡς νοῦν λαμπρύνων ταῖς ἀρεταῖς, καὶ δοξάζων ταῖς γνώσεσι, καὶ τῇ θεώσει ποιῶν αὐτὸν φῶς, τοῦ πρώτου φωτὸς ἀπεικόνισμα. Κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν ἐκληπτέον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ γινομένην πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν· πτῶσιν γὰρ ποιεῖται σαρκὸς, ἤγουν σαρκικοῦ φρονήματος· καὶ φυσικῶν δυνάμεων καὶ ἀρετῆς καὶ τῶν συνεκτικῶν τῆς γνώσεως λογισμῶν, ἀνάστασιν. Καὶ ἁπλῶς, ὅλου τοῦ παλαιοῦ κατὰ τὸν Ἀδὰμ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ γράμματος τοῦ νόμου ἐν τοῖς ἀξίοις ποιεῖται πτῶσιν ὁ Λόγος, καὶ τοῦ νέου κατ' αὐτὸν ἀνθρώπου, καὶ τοῦ C πνεύματος τοῦ νόμου ἀνάστασιν.

Τυχὸν δὲ καὶ διὰ τοῦτο κασσιτερίνῳ λίθῳ κατὰ τὴν Γραφὴν παρεικάζεται ἡ πίστις, τῶν ἐν τοῖς μελαίνουσιν αὐτῆς τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν γνῶσιν, δυναμένων πάλιν διὰ μετανοίας κατὰ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν λαμπρύνεσθαι (32), καὶ τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπολαμβάνειν φωτεινὴν τοῦ βίου διαύγειαν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ποσαχῶς ἑρμηνεύεται Ζοροβάβελ, πρὸς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταφερόμενος.

tura virtutum principium sit, bonum quod per eas expleatur, finem habet; bonumque naturale, ut quod fidem virtutum finem principium habeat, in ipsam intus animo colligitur. Fides enim, bonum est interius animo repositum: bonumque est, fides operibus efficax ac actuosa. Porro Deus natura fidelis bonusque est; alterum quidem, ut primum bonum; alterum vero, ut supremum appetibile. Sunt vero hæc inter se eadem omni modo; nulla prorsus alia ratione, quam quæ simplici duntaxat cogitatu est, ab invicem discreta; ob motum scilicet eorum, quæ ab illo proficiscuntur, et in ipsum desinunt. Ergo myrias, quæ supremum appetibile referat, eorum quæ in ipsum moventur, perfectum desiderii motum circumscribit; unitasque, primi ipsa boni speciem gerens, eorum quæ ab ipso moventur, perfectam importat stabilitatem. Quod igitur quatuor dicuntur myriades (id est, quadraginta millia) cujusque generalis virtutis rata quadam ratione sese in actu exerens bonum perfectum est.

14. Qui post vitiorum fugam, sibi omnino a peccato otium vacationemque indixit; ac rursus, cujusque mandati actionem perfectam aliorum comprehensionem ostendit (quod scilicet omnia in singulis juxta cujusque actum intelligantur), is denum numerum, centenarium fecit. Cujusque enim mandati perfecta in actu observatio, reliquorum completa actio exsistit. Ac rursus, qui naturalem horum perfectam scientiæ adeptus est discretionem, centenarium numerum millenum fecit. Ac demum, qui per contemplationem, nudas horum rationes mente attigit percepitque, millenarium numerum myriadem fecit; ipse nimirum ab actionis divisione in contemplationis singularem unitatem collectus. Utque verbo dicam, qui perfecta vitiorum fuga, mandata inviolata servavit, eaque perfecte exsecutus, naturalem ipsorum discretionem plenissimam absolvit, perfectamque eorum spiritalem contemplationem gessit; hic quatuor myriades (quadragena scilicet millia) cujusque profectus perfecta ratione conflatas, habuit. Perfectum enim, tum principii tum finis inseparabili nexu hærentes rationes colligit.

15. Quomodo lex nostra naturalis agatur.

16. Quisnam naturalis cujusque facultatis modus operationis, quorum gratia naturales ipsas facultates nacti sumus.

17. Divinorum scilicet.

18. Quot modis generalis virtutis discretio dividatur.

19. Quod cœptum est, peccatum vocat; habet enim originem, innaturalem ex nobis motum. Non cœptum autem, bonum. Nam bonum, omni ævo et tempore natura prius est. Intelligibile vocat, bonum, quod unum operæ pretium ut intelligatur: non intelligibile, malum, quod unum operæ pretium ut non intelligatur. Dicendum appellat, bonum, quippe quod unum eloqui debeamus: non dicendum, ma-

A καὶ ἡ πίστις ἀρετῶν ἀρχὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα, τέλος ἔχει τοῦ δι' αὐτῶν ἀγαθοῦ τὴν συμπλήρωσιν· καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἀγαθὸν, ὡς ἀρετῶν τέλος ἀρχὴν ἔχον τὴν πίστιν, πρὸς αὐτὴν ἐνδιαθέτως συνάγεται. Πίστις γάρ ἐστιν ἐνδιάθετον ἀγαθόν· καὶ ἀγαθόν ἐστιν ἐνεργηθεῖσα πίστις. Πιστὸς δὲ κατὰ φύσιν καὶ ἀγαθός ἐστιν ὁ Θεός· τὸ μὲν, ὡς πρῶτον ἀγαθόν· τὸ δὲ, ὡς ἔσχατον ὀρεκτόν. Ταυτὸν δὲ ταῦτα παντὶ τρόπῳ καθέστηκεν ἀλλήλοις ὄντα, μηδενὶ λόγῳ πλὴν τοῦ κατ' ἐπίνοιαν ἀλλήλων παντελῶς διαιρούμενα, διὰ τὴν ἀπ' αὐτοῦ τῶν ἐρχομένων, καὶ εἰς αὐτὸν ληγόντων κίνησιν. Ἄρα ἡ μυριὰς ἐσχάτου ὀρεκτοῦ φέρουσα τύπον, τῶν πρὸς αὐτὸ κινουμένων τελείαν περιγράφει τὴν ἔφεσιν· καὶ ἡ μονὰς πρώτου ἀγαθοῦ φέρουσα σύμβολον, τῶν ἀπ' αὐτοῦ κινουμένων τε-
B λείαν ἐπιφέρεται βάσιν. Οὐκοῦν τέσσαρες μυριάδες εἰσὶ, τὸ καθ' ἑκάστην γενικὴν ἀρετὴν ἀναλόγως κατ' ἐνέργειαν δεικνύμενον τέλειον ἀγαθόν.

ιδ'. Ὁ μετὰ τὴν φυγὴν τῆς κακίας ἁπλῶς τὴν ἀργίαν τῆς ἁμαρτίας φυλάξας, φησὶ, τὴν δεκάδα τῶν ἐντολῶν· καὶ πάλιν τὴν ἑκάστης πρᾶξιν ἐντολῆς τελείαν τῶν ἄλλων δείξας περίληψιν, ὡς πασῶν ἐν ἑκάστῃ κατὰ τὴν ἑκάστης πρᾶξιν θεωρουμένων, τὴν δεκάδα πεποίηκε ἑκατοντάδα· ἡ γὰρ ἑκάστης ἐντολῆς τελεία κατ' ἐνέργειαν τήρησις τῶν λοιπῶν ἐστι πρᾶξις πεπληρωμένη. Καὶ πάλιν ὁ τὴν κατὰ φύσιν τούτων τελείαν ἐπιστημονικῶς διάκρισιν ἐσχηκὼς,
C τὴν ἑκατοντάδα πεποίηκε χιλιάδα. Καὶ τέλος ὁ τοῖς τούτων κατὰ νοῦν γυμνοῖς προσβαλὼν κατὰ τὴν θεωρίαν λόγοις, πεποίηκε μυριάδα τὴν χιλιάδα, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν διαστολῆς, ἐπὶ τὴν κατὰ θεωρίαν ἑναδικὴν συναγόμενος μονάδα. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὁ τῇ τελείᾳ τῆς κακίας ἀποφυγῇ τηρήσας ἀπαραβάτους τὰς ἐντολὰς, καὶ τελείαν αὐτῶν τὴν πρᾶξιν ἐπιδειξάμενος, καὶ πληρεστάτην αὐτῶν κατορθώσας τὴν κατὰ φύσιν διάκρισιν, καὶ τελείαν αὐτῶν διανύσας τὴν πνευματικὴν θεωρίαν, οὗτος τὰς τέσσαρας ἔσχε μυριάδας, τῷ καθ' ἑκάστην προκοπὴν τελείῳ λόγῳ συναγομένας· τὸ γὰρ τέλειον ἀδιαστάτως ὁμοῦ, τῆς τε ἀρχῆς καὶ τοῦ τέλους ἔχει τοὺς λόγους.

ιε'. Πῶς ὁ κατὰ φύσιν ἡμέτερος ἐνεργεῖται νό-
D μος.

ιϛ'. Τίς ὁ ἑκάστης φυσικῆς δυνάμεως τρόπος τῆς ἐνεργείας, δι' οὓς καὶ τὰς φυσικὰς εἰλήφαμεν δυνάμεις.

ιζ'. Τῶν θείων δῆλον ὅτι.

ιη'. Ποσαχῶς ἡ κατ' ἀρετὴν γενικὴ διαιρεῖται διάκρισις.

ιθ'. Ἠργμένον λέγει τὸ κακόν· ἀρχὴν γὰρ ἔχει τὴν ἡμῶν παρὰ φύσιν κίνησιν. Οὐκ ἠργμένον δὲ, τὸ ἀγαθόν· πρὸ παντὸς γὰρ αἰῶνος καὶ χρόνου φύσει τὸ ἀγαθόν. Νοητὸν λέγει τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ δεῖ μόνον νοεῖν· οὐ νοητὸν δὲ λέγει τὸ κακὸν, ὅπερ δεῖ μόνον μὴ νοεῖν. Ῥητὸν λέγει τὸ ἀγαθόν· αὐτὸ γὰρ δεῖ μόνον λαλεῖσθαι· οὐ ῥητὸν δὲ κακὸν, ὅπερ δεῖ μόνον μὴ λαλεῖσθαι. Καὶ γινόμενον λέγει τὸ ἀγαθόν·

κατὰ φύσιν γὰρ ὑπάρχει ἀγέννητον · κατὰ χάριν δὲ διὰ φιλανθρωπίαν, παρ' ἡμῶν ἀνέχεται γίνεσθαι, πρὸς τὴν ἡμῶν τῶν ποιούντων καὶ λαλούντων καὶ νοούντων ἐκθέωσιν, ὅπερ δεῖ μονώτατον γίνεσθαι · οὐ ποιούμενον δὲ τὸ κακὸν, ὅπερ δεῖ μόνον μὴ γίνεσθαι. Φθαρτὸν λέγει τὸ κακὸν, φθορὰ γάρ ἐστιν ἡ τοῦ κακοῦ φύσις οὐδαμῶς κατ' οὐδὲν ὑπάρχουσα · ἄφθαρτον δὲ τὸ ἀγαθὸν, ὡς ἀεὶ ὂν, καὶ μή ποτε τοῦ εἶναι παυόμενον · καὶ πάντων οἷς ἂν ἐγγένηται, φρουρητικόν. Τοῦτο γοῦν, τῷ μὲν λογιστικῷ, ζητοῦμεν · τῷ δὲ ἐπιθυμητικῷ, ποθοῦμεν · τῷ δὲ θυμικῷ, φυλάττομεν ἄσυλον · τῷ δὲ αἰσθητικῷ, κατ' ἐπιστήμην ἀμιγὲς αὐτὸ τῶν ἐναντίων διακρίνομεν · τῷ δὲ φωνητικῷ, λαλοῦντες αὐτὸ ποιοῦμεν φανερὸν τοῖς ἀγνοοῦσι · καὶ τῷ γονίμῳ, πληθύνομεν αὐτό. Μᾶλλον δὲ, ἀληθὲς εἰπεῖν, ἡμεῖς κατ' αὐτὸ πληθυνόμεθα.

lum, quod unum eloqui non debeamus. Quod fit, nuncupat bonum : nam cum natura ingenitum sit, neque fiat aut oriatur, per gratiam præ summa benignitate a nobis fieri sustinet, ad nostram qui facimus, loquimur ac cogitamus seu intelligimus, deificationem; quod solum ut fiat ac singularissimum operæ pretium est : non faciendum malum, quod solum operæ pretium ne fiat. Corruptibile vocat malum : nam corruptio mali natura est, nusquam exsistentiam habens; incorruptibile, bonum : ut quod semper sit, **181** nec unquam esse desinat : ac cujus ea vis, ut quibus inest, cuncta custodiat ac tueatur. Istud itaque rationis facultate, quærimus; cupiditatis facultate, desideramus; iræ facultate, inviolabile servamus; sensuum vi, per scientiam impermistum a contrariis discernimus : vocali facultate, loquendo nescientibus palam facimus : vi genitali, ipsum multiplicamus : quinimo (ut verum dicam) nos ipsi ejus ratione multiplicamur.

κ'. Ἄλλος θεωρίας τρόπος.

20. Alius sensus spiritalis modus.

κα'. Πρώτην ἀπάθειαν λέγει, τὴν πρὸς ἁμαρτίαν τοῦ σώματος κατ' ἐνέργειαν ἀνέπαφον κίνησιν.

21. Primam imperturbationem (ἀπάθειαν) vocat, motum corporis opere actuque peccato inviolabilem.

κβ'. Δευτέραν ἀπάθειαν λέγει, τὴν κατὰ ψυχὴν τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν τελείαν ἀποβολήν · δι' ἧς ἡ τῶν παθῶν μαραίνεται κατὰ τὴν πρώτην ἀπάθειαν κίνησις, ἐξάπτοντας αὐτὴν πρὸς ἐνέργειαν οὐκ ἔχουσα τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς.

22. Alteram imperturbationem (ἀπάθειαν) vocat, perfectam animo cogitationum cum libidine remotionem; qua perturbationum motus, pro primæ imperturbationis ratione, exstinguitur; cum desint vitiosæ ac libidini hærentes cogitationes, per quas ad operationem accendatur.

κγ'. Τρίτην ἀπάθειαν λέγει, τὴν περὶ τὰ πάθη τελείαν τῆς ἐπιθυμίας ἀκινησίαν · δι' ἣν καὶ ἡ δευτέρα γίνεσθαι πέφυκεν, ἡ τῶν λογισμῶν καθαρότητι συνισταμένη.

23. Tertiam imperturbationem (ἀπάθειαν) vocat, perfectam in vitia affectusque cupiditatis motus cessationem ac absentiam : cujus etiam gratia, quæ secundo loco posita est ac superior (quæ scilicet cogitationum puritate consistit) conflari habet.

κδ'. Τετάρτην ἀπάθειαν λέγει, τὴν κατὰ διάνοιαν περὶ τῶν αἰσθητῶν φαντασιῶν τελείαν ἀπόθεσιν · καθ' ἣν ἡ τρίτη τὴν γένεσιν εἴληφεν, οὐκ ἔχουσα τὰς φαντασίας τῶν αἰσθητῶν, εἰδοποιούσας αὐτῇ τῶν παθῶν τὰς εἰκόνας.

24. Quartam imperturbationem (ἀπάθειαν) vocat, perfectam mente circa ea quæ sensu percipiuntur cogitationum abdicationem; per quam tertia ortum habuit, rerum ejusmodi cogitationibus carens, quibus vitiorum affectuumque simulacris formetur.

κε'. Ἡ χιλιὰς ἀπροσδεὴς τελειότητος ὑπάρχει μονάς · πασῶν γὰρ τῶν πρὸ αὐτῆς μονάδων, καὶ ἑαυτῆς τὸν λόγον ἔχει πληρέστατον. Διὸ καὶ συντιθεμένη μονάδος πάλιν, καὶ οὐ δεκάδος ἐστὶ ποιητική. Μονὰς γὰρ τὴν τῆς χιλιάδος δέχεται σύνθεσιν, ὥς φασιν οἱ τῶν ἀριθμῶν ἠκριβωκότες τὴν δύναμιν. Εἰκότως οὖν τὸν κατὰ θεολογίαν τριαδικὸν σημαίνει λόγον, ἡ τῶν χιλίων τριάς · ὃν μετὰ τῆς τελείας ἀρετῆς ὁ τὴν νοουμένην Βαβυλωνίαν ἀφεὶς ἔχων ἐξέρχεται.

25. Millenarius numerus, unitas est, ipsa perfectione non egens. Superiorum enim omnium unitatum, suamque ipsius rationem plenissimam habet. Idcirco etiam sui compositione, unitatem rursus, non decadem facit. Unitas enim millenarii numeri compositionem recipit, uti asserunt quibus numerorum vis accurate explorata exsistit. Merito igitur tria millia trinam theologiæ rationem (Trinitatis scilicet fidem) significant, qua instructus cum perfecta virtute, egreditur quisquis spiritalem Babylonem reliquit.

κς'. Τὸ Ταῦ γράμμα σταυροῦ τύπος ἐστὶν, ἐν τῷ σχήματι σώζων τοῦ σταυροῦ τὴν ἐκτύπωσιν. Τὸ δὲ Ἰῶτα, ὡς ἀκροστίχιον τοῦ Ἰησοῦ, τὸ φοβερὸν ὄνομα σημαίνει. Τὸ δὲ Ἦτα, ὡς ἀκροστίχιον καὶ αὐτὸ, ἀρετῆς ἦθος παραδηλοῖ παγιώτατον · ἅπερ πρὸς ἀριθμὸν μυστικῶς μετάξας, θαῤῥῶν ἐξῆλθε κατὰ τῶν ἐναντίων δυνάμεων Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης, ὡς οἰκογενῶν ἔχων τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτώ · τουτέστι τὸν τὸ πᾶν περιγράφοντα τῆς θεολογίας λόγον διὰ τοῦ τ' · καὶ τὸ ἄῤῥητον μυστήριον τῆς θείας τοῦ Λόγου σαρ-

26. Littera T, crucis figura est, quod ipso ductu ac effigiatione crucis modum servet. I vero, ut initialis, tremendum Jesu nomen significat. H denique, ut et ipsa initialis, virtutis indolem firmissimam innuit, quibus mystice patriarcha Abraham in numerum translatis, contra adversarias potestates fidens eduxit, ut qui trecentis decem et octo vernaculis stipatus esset : nempe, rerum universitatem circumscribente theologiæ ratione ac fide, trecentorum symbolo designata; arcanoque divinæ Verbi

incarnationis mysterio, denis pariter designato, perfecto denique firmi habitus virtutis modo, octono numero. Hæc abs Scriptura dicta vernaculi, cordis scilicet, divino gratiæ munere, germina.

27. Quonam modo trecentorum numerus perfectam providentiam significet.

28. Centenarius numerus, divinæ mandatorum decadis decem partibus duplicatio est. Omnium namque est, qua singula alia aliis aguntur, perfecta complexio. Qua autem singula divina mandata alia aliis aguntur complexio, absoluta virtus est ac plena. Virtus autem perfecta, certa est ac inoffensa veritatis cognitio. Mens igitur ejusmodi scientia instructa, centum annorum velut magnus Abraham facta est, quæ et ipsa corpus suum emortuum consideret: hoc est, deficientem videt sensus vitam, vivum in spiritu gaudium progignens. Hoc enim, si quis interpretetur, Isaici nomen sonat. Ad providentiam igitur spectat, ut nedum naturam servet secundum ipsius rationem, sed ut etiam mentem perfecte virtutibus imbutam, ascititia sapientia divinam reddat: qua cum intellecta natura, trecentenarium numerum præstat.

29. Senarius numerus, perfectam exsistentiæ rerum significationem habet. Denarius autem, felicis rerum exsistentiæ significat incolumitatem. Qui igitur aut senarium denis partibus multiplicaverit, aut senis denarium, felicem in actu rerum exsistentiam significantem, sexagenarium numerum facit.

30. Carne scilicet, sensuque et mundo.

31. Quinam sint sublimiori ac spiritali sensu, Hebræus servus et ancilla Hebræa.

32. Ubi imperturbatio (quam significat annus septimus) advenit, ad affinium rerum contemplationem
182 ratio mensque redeunt, ab eo libertatem nactæ munere, quod corporalibus modis virtutum cultu præstabant.

33. Cupiditatem, quæ in actu expletaque exsistat, voluptatem vocant; siquidem bonum præsens, juxta illius definitionem, est. Voluptatem vero non in actu atque expletam, cupiditatem; siquidem bonum futurum, juxta illius definitionem, est. Iram quoque, furoris motum animo conditum: furoremque, iram actu expletam. Qui igitur has facultates rationi subjecit, is, cupiditatem in voluptatem cedentem, per animi cum Deo intemeratam gratiæ munere congressionem, invenit; iramque, purissimum fervorem voluptatis circa Deum vindicem, sobriumque furorem, volentis animi circa Deum desiderii a rebus perfecte excessum facientem. Quandiu igitur mundus in nobis, spontanea in res terrenas animi affectione ac libidine vivit, cavendum ne eas facultates manu mittamus; ne forte rebus sensilibus velut affinibus commistæ, animum impugnent, vitiisque dedititium, haud secus ac Babylonii pridem Hierosolyma, capiant. Æterni enim ac sæculi nomini, cujus spatio lex alienigenas servos servituti addixit, voluntatis

A χώσεως διὰ τοὺς δέκα· καὶ τὸν τέλειον τῆς κατ' ἀρετὴν παγίας ἕξεως τρόπον διὰ τοῦ ὀκτώ· ἅπερ οἰκογενῆ προσηγόρευσεν ὁ λόγος, ὡς τῆς καρδίας ὄντα τοῦ κτησαμένου θεῖα κατὰ χάριν γεννήματα.

κζ'. Πῶς κατὰ τὸν ἀριθμὸν τὴν τελείαν δηλοῖ πρόνοιαν ὁ τριακόσια.

κη'. Ὁ ἑκατὸν ἀριθμὸς, τῆς θείας τῶν ἐντολῶν δεκάδος ἐστὶ δεκαπλασιασμός· πασῶν γάρ ἐστι καθ' ἑκάστην ἐνεργουμένη δι' ἀλλήλων τελεία περίληψις. Ἡ δὲ δι' ἀλλήλων τῶν θείων ἐντολῶν καθ' ἑκάστην ἐνεργουμένη περίληψίς ἐστιν, ἡ παντελὴς καὶ ὁλόκληρος ἀρετή. Ἀρετὴ δὲ τελεία ἐστὶν, ἄπταιστος γνῶσις τῆς ἀληθείας. Ὁ τοίνυν ἄπταιστος νοῦς τὴν ἀλήθειαν ἑκατονταετὴς γέγονε κατὰ τὸν μέγαν
B Ἀβραὰμ, κατανοῶν καὶ αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα νενεκρωμένον· τουτέστιν, ἀπογινόμενον ὁρᾷ τὴν κατ' αἴσθησιν ζωὴν, καὶ γεννᾷ τὴν ἐν πνεύματι ζῶσαν χαράν. Τοῦτο γὰρ Ἰσαὰκ ἑρμηνεύεται. Προνοίας οὖν ἐστι μὴ μόνον φυλάξαι κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ ποιῆσαι θείαν, ταῖς ἀρεταῖς τελείως ποιωθεῖσαν τὴν γνώμην κατὰ τὴν ἐπίκτητον σοφίαν· μεθ' ἧς ἡ φύσις θεωρουμένη, τὸν τριακόσια πέφυκεν ἀποτελεῖν ἀριθμόν.

κθ'. Ὁ ἓξ ἀριθμὸς τὴν τελείαν ἔχει τοῦ εἶναι τῶν ὄντων δήλωσιν. Ὁ δὲ δέκα τὴν τοῦ εὖ εἶναι σημαίνει τῶν ὄντων σύστασιν. Δεκαπλασιάσας οὖν τὸν ἕξ, ἢ ἑξαπλασιάσας τὸν δέκα τις, ποιεῖ τὸν ἑξήκοντα, δηλοῦντα τὴν κατ' ἐνέργειαν τοῦ εὖ εἶναι τῶν ὄντων κατάστασιν.

C λ'. Σαρκὸς καὶ αἰσθήσεως καὶ κόσμου δῆλον ὅτι.

λα'. Τίνες εἰσὶ κατὰ τὴν ἀναγωγὴν ὁ Ἑβραῖος παῖς καὶ ἡ Ἑβραία παιδίσκη.

λβ'. Ἀπαθείας, φησὶν, ἣν τὸ ἕβδομον ἔτος δηλοῖ, παραγενομένης, πρὸς τὴν τῶν συγγενῶν ἐπανέρχονται θεωρίαν, ὅ τε λόγος καὶ ἡ διάνοια, λαβόντες ἐλευθερίαν, τῆς ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς τρόποις τῶν ἀρετῶν ὑπουργίας.

λγ'. Τὴν ἐνεργουμένην ἐπιθυμίαν φασὶν εἶναι τὴν ἡδονὴν, εἴπερ παρὸν ἀγαθὸν κατὰ τὸν αὐτῆς ἐστιν ὁρισμόν. Ἀνενέργητον δὲ ἡδονὴν τὴν ἐπιθυμίαν, εἴπερ μέλλον ἀγαθὸν κατὰ τὸν αὐτῆς ἐστιν ὁρισμόν. Τὸν δὲ θυμὸν, μανίας μελετωμένης κίνησιν· καὶ τὴν
D μανίαν θυμὸν ἐνεργούμενον. Ὁ γοῦν ταύτας συνυποτάξας τῷ λόγῳ τὰς δυνάμεις, εὑρίσκει τὴν μὲν ἐπιθυμίαν αὐτῷ γινομένην ἡδονὴν κατὰ τὴν ἐν χάριτι πρὸς τὸ Θεῖον τῆς ψυχῆς ἄχραντον συμπλοκήν· τὸν δὲ θυμὸν, ζέσιν ἀκήρατον τῆς περὶ τὸ Θεῖον ἡδονῆς φρουρητικὴν, καὶ σώφρονα μανίαν, τῆς κατὰ τὴν ἔφεσιν τῆς ψυχῆς περὶ τὸ Θεῖον θελητικῆς δυνάμεως ἀπὸ τῶν ὄντων τελείως ἐκστατικήν. Οὐκοῦν ἕως ἐν ἡμῖν ὁ κόσμος ζῇ κατὰ τὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ τῆς ψυχῆς ἑκούσιον σχέσιν, οὐ δεῖ ταύταις παρέχειν ἐλευθερίαν ταῖς δυνάμεσι· μήπως μιγεῖσαι τοῖς αἰσθητοῖς ὡς ὁμοφύλοις, πολεμήσωσι τὴν ψυχὴν, καὶ λάβωσιν αὐτὴν δορυάλωτον γεγενημένην τοῖς πάθεσιν, ὡς πάλαι τὴν Ἱερουσαλὴμ οἱ Βαβυλώνιοι. Τὸν γὰρ αἰῶνα, καθ' ὃν τοὺς ἀλλοφύλους παῖδας ὁ νόμος δουλεύειν ἐκέλευσε,

τὴν πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον, ἤγουν τὴν παροῦσαν ζωὴν γνωμικὴν τῆς ψυχῆς ἐσήμανε σχέσιν ὁ λόγος, διὰ τῶν ἱστορουμένων παραδεικνὺς τὰ νοούμενα.

animi ad mundum istum, seu præsentem vitam, habitudinem Scriptura intellexit; per ea quæ gesta conscripta narrantur, ea quæ intelliguntur designans.

λδ'. Ὁ ἑπτακισχίλια ἀριθμὸς ἐπαινετὸς ἐνταῦθα κείμενος, τὴν χρονικὴν καὶ παροῦσαν ζωὴν ἀρετῇ καὶ λόγῳ σημαίνει κεκοσμημένην. Εἰ γὰρ γραπτὸν καὶ φυσικὸν νόμον ὁ χιλιὰς ἀριθμὸς, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἐν ταῖς μυριάσιν ἔννοιαν, περὶ τὸν βίον ἀλλήλοις σημαίνει τοῦ φιλοθέου συμπρέποντας, δῆλον ἐντεῦθεν ὡς ὁ ἑπτακισχίλια πᾶσαν τούτοις φρουρουμένην τὴν ὑπὸ χρόνον δηλοῖ τοῦ φιλοθέου ζωήν. Ὁ δὲ τριακόσια, τὴν ἐπὶ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν, καὶ εὖ εἶναι κατὰ χάριν τῶν προνοουμένων δηλοῖ πρόνοιαν. Ὁ δὲ ἑπτὰ, τὴν ἐν τοῖς τρόποις ἀπάθειαν. Ὁ τοίνυν διὰ τῶν κατὰ φύσιν οἰκείων δυνάμεων ἀπαθῆ, καθὼς ἡ πρόνοια βούλεται, διατηρήσας τὴν οἰκείαν ζωὴν, παῖδας ἔχων καὶ παιδίσκας ἑπτακισχιλίους τριακοσίους ἑπτὰ, τὴν τῶν παθῶν ἐξέρχεται σύγχυσιν.

34. Septem millium numerus hoc loco in laudis partem acceptus, temporaneam ac præsentem vitam significat, virtute atque ratione ornatam. Siquidem enim millenarius numerus, naturalem legem ac scriptam, juxta assignatum nobis in myriadibus sensum, mutuum sibi decorem ornanda pii viri ac religiosi vita præstantes significat; sane liquet, septem millium numero, ejus ipsius vitam omnem tempori subjectam, hisce munitam esse, ostendi. Trecentorum autem numerus, eorum qui Providentia reguntur, qua sint per naturam, ac qua per gratiam beatitate fruantur, Providentiam ostendit. Septenarius denique morum denotat imperturbationem. Qui igitur pro eo ac Providentiæ rationibus comparatum est, quibus natura viribus præditus est, immunem a perturbationibus vitiisque vitam suam servavit, is, servis atque ancillis septem millibus trecentis ac septem stipatus, perturbationum confusione excedit.

λε'. Τέλος λέγει, καὶ τὴν ἐνταῦθα κατὰ τὴν πρᾶξιν ἀπάθειαν, καὶ τὴν ἐκεῖσε κατὰ χάριν ἐκθέωσιν.

35. Finem vocat, tum quæ vita hac actionis cultu imperturbatio est, tum quæ futura, per gratiam deificatio exspectatur.

λς'. Ψάλτας λέγει, τοὺς κατὰ τὴν πρᾶξιν τὸν βίον ἔχοντας, κράζοντας τοῦ Θεοῦ τὰ θελήματα.

36. Cantores vocat, qui, vita actione instituta, divinas clamant voluntates.

λζ'. Ψαλτῳδοὺς εἶναί φησι, τοὺς οὐ μόνον ποιητὰς τῶν θείων θελημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μυστηρίων ἄλλοις γινομένους ἐξηγητάς.

37. Modulatores vocat, qui, nedum divinas ipsi præstant voluntates, verum etiam mysteriorum in illis exsistentium reliquis magistri efficiuntur.

λη'. Ὁ ὀκτὼ ἀριθμὸς, καὶ στάσιν ἔχει καὶ κίνησιν· στάσιν μὲν καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος· πᾶς γὰρ ἄρτιος ἀριθμὸς ἀκίνητος, κέντρον οὐκ ἔχων· κίνησιν δὲ, τῷ πρὸ αὐτοῦ, ἢ τῷ μετ' αὐτὸν συντιθέμενος· ποιεῖ γὰρ περιττὸν ἀριθμόν. Πᾶς γὰρ περιττὸς καθ' ἑαυτὸν κινητὸς, κατὰ τὴν τῶν ἄκρων αὐτοῦ πρὸς τὸ μέσον ἴσην ἀπόστασιν. Ὅπερ οὖν ποιεῖ ἐν τοῖς ὑπὸ δεκάδα ἀριθμοῖς ὁ ὀκτὼ, τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ ὀγδοήκοντα ἐν τοῖς ὑπὸ τὴν ἑκατοντάδα ἀριθμοῖς· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ ὀκτακόσια ἐν τοῖς ὑπὸ χιλιάδα διατασσομένοις ἀριθμοῖς. Καθ' ἑαυτὸν οὖν θεωρούμενος στάσιν ἔχει, περιγράφων τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὄντος τὴν κίνησιν. Ὁ γὰρ ἑπτὰ καὶ ὁ ἑβδομήκοντα καὶ ἑπτακόσια, χρονικῆς ἐμφαντικοὶ τυγχάνουσιν ἰδιότητος. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τῶν ὑπὸ χρόνον καὶ γένεσιν ἔχει μᾶλλον ἡ αἴσθησις τὴν κατάληψιν, λείπεται τὴν τῶν αἰωνίων καὶ νοητῶν τὸν τελειούμενον νοῦν ἄπταιστον ὑποδέχεσθαι γνῶσιν ἤγουν ἐπιστήμην· τὴν γὰρ ἐπιστήμην ὁρίζονται τοῦ ὑποκειμένου γνῶσιν. Ὁ δὲ πεντήκοντα ἀριθμὸς, μονάδα φέρων περιττὴν μετὰ τὸν εἰς ἑαυτὸν τῆς ἑβδομάδος ἑπταπλασιασμὸν, τὸ πέρας δηλοῖ τῆς τῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς ἀξίοις ποιήσεως· οὐ γὰρ ἔτι κινεῖται περὶ τὴν τῶν ἀρετῶν ποίησιν, ὁ τὸ κατὰ φύσιν φθάσας ἀγαθὸν, καὶ ἐν αὐτῷ τὴν στάσιν λαβών· ἀρχὴ γὰρ καὶ τέλος πάσης κινήσεως ἡ μονάς. Ὁ δὲ πέντε ἀριθμὸς, τὴν ἐπὶ ταύτοις ἐπιστήμην δηλοῖ· περιέχει γὰρ νοητῶν τε καὶ λογικῶν, αἰσθητικῶν τε καὶ ζώντων καὶ ὄντων τοὺς λόγους· οὓς μόνη περιγράφειν ἡ θεία πέφυκε σοφία, ἣν ἄπταιστον ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας ὁρίζονται.

38. Octonarius numerus, tum quietem, tum motum habet. Quietem quidem, secundum se spectatus (omnis enim numerus par immobilis est, qui centro careat); motum vero, qua cum eo componitur qui præcedit, aut qui sequitur: Facit enim numerum imparem. Omnis enim numerus impar, suopte genio mobilis est, qua extrema illius peræque a medio distant. Quod igitur octonarius in numeris facit sub decade constitutis, id quoque octogesimus facit in numeris sub centenario contentis; similiterque octingentesimus, in numeris sub millenario contentis. Secundum se igitur spectatus quietem habet, anterioris motum circumscribens. Septenarius enim et septuagesimus septingentesimusque, temporis proprietatem suis rationibus exhibent. Quandoquidem igitur sensus, ea potius comprehendit quæ sub tempore ortuique obnoxia sunt, superest ut perfecta mens æternorum ac spiritalium inoffensam cognitionem suscipiat, sive scientiam. Scientiam enim (ἐπιστήμην) definiunt, inoffensam certamque subjecti notitiam. Quinquagesimus autem numerus, qui unitatem imparem ferat, post septimanæ in seipsam septem partibus multiplicationem, efficiendarum in dignis finem virtutum significat. Non enim ultra movetur ad virtutes præstandas, qui naturale bonum assecutus est, atque in eo nactus quietem. Unitas enim, motus omnis principium ac finis exsistit. Quinarius autem numerus, quæ in his est, scientiam ostendit. Complectitur enim intellectilium, rationeque ac

sensu utentium, vitaque præditorum atque entium rationes, quas ut circumscribat una comparatum habet divina Sapientia, quam inoffensam certamque definiunt veritatis scientiam.

183 39. Camelos Madian vocat, ut quidem Madian *ventris dejectionem* sonat, rerum ortui atque interitui subjectarum veras contemplationes. Ut autem lutum cruentum, quæ ad transitoriam hanc ac instabilem vitam spectant, Providentiæ intellexit rationes. Ut vero humanos ac matris sudores, divini judicii præsenti vita rationes, quas colligunt, tum mentis rationes, tum aspectabilium sensu cogitationes; ex quibus rationibus ac cogitationibus vera de rebus conflatur opinio, intelligentiæ in sensibus fructus exsistens. Humanos igitur ac matris sudores cum labore editas mentis rationes velit, sensusque matris more nutrientis nos, cogitationes. Cameli autem Gefar, hoc est, *possessionis dorsi*. Porro, animi dorsum caro est, ut quæ animæ causa exsistat. Dum igitur rite carnem possideamus, animo servientem habebimus ad edendas virtutes, solasque ob quas facta est, illius rationes considerabimus: tumque deinceps tanquam camelos Madian, rerum aspectabilium rationes congerentes, Jerusalem nostram obtegemus (nempe animam) divinis operientes rerum speculationibus, vitiisque ac affectibus inaspectam reddentes ac insuperabilem.

40. Quadringentesimus numerus mundi corporei naturam significat: quippe quam elementa quatuor compleant. Tricesimus quintus autem, temporalem cum ratione, eorum motum designat, qui virtutem colunt. Septem enim si septies in se reductum componas, triginta quinque efficies. Septenarius igitur temporalem motum significat; quinarius vero, quæ cum ratione est, scientiam. Dum igitur quadringenta triginta et quinque conjunxeris, naturalem ac temporariam in illis viventium divinorum virorum rationalem scientiam ostendisti.

41. Consentiunt numeris, quæ in numeros relata perhibentur. Equus cursu celer, quod jugi motu ac sursum fertur elementum in pedibus habens. Tempus motu velox, cujus impetum nulla mora dispescat, eorum qui numerantur actio acris ac vivida exsistit: hanc enim motus rotundus manifestam reddit. Numerus enim seno in se ductu compositus, ipse se sex partibus auctiorem reddit. Igitur velocem, concitum, acremque ac vividum virtutis habitum, virorum divinorum mystice designatorum, equorum symbolo ac numerorum, quibus illorum initur summa, spiritus doctrina significavit.

42. Quidnam sit mulus.

43. Quis Scripturæ vitio habitus equus mulusque.

44. Qui de sua scientia spectatoribus, sola verborum, quæ furatus est, prolatione, occupatam opinionem dedit, insipientium aures velut Absalom decipiens, stuproque pulchras doctoris ac religiosas velut uxores, nefaria vi speculationes sensaque

λθ'. Καμήλους Μαδιάν φησιν, ὡς μὲν ἐκκρίσεως ἑρμηνευομένης, τὰς τῶν γινομένων καὶ ἀπογινομένων ἀληθεῖς θεωρίας· ὡς δὲ πηλοῦ αἱματώδους, τοὺς κατὰ ταύτην τὴν παροδικὴν καὶ ἄστατον ζωὴν τῆς προνοίας νενόηκε λόγους· ὡς δὲ ἱδρώτων ἀνθρωπίνων καὶ μητρὸς, τοὺς ἐπὶ τῇ παρούσῃ ζωῇ τῆς θείας κρίσεως λόγους, οὓς συνάγουσιν, οἵ τε κατὰ διάνοιαν λογισμοὶ, καὶ ἡ κατ' αἴσθησιν φαντασία τῶν ὁρατῶν· ἐξ ὧν, λογισμῶν φημι καὶ φαντασίας, ἡ τῶν ὄντων ἀληθὴς συνάγεται δόξα, τῆς ἐπ' αἰσθήσεσι διανοίας ὑπάρχουσα καρπός. Ἀνθρωπίνους οὖν καὶ μητρὸς λέγει ἱδρῶτας, τοὺς μετὰ πόνου προβληθέντας τῆς διανοίας λογισμοὺς, καὶ τὰς φαντασίας, τῆς μητρὸς δίκην ἡμᾶς τιθηνούσης αἰσθήσεως. Κάμηλοι δὲ Γεφὰρ, τουτέστι *τῆς κτήσεως τοῦ νώτου*· νῶτος δέ ἐστι, τῆς ψυχῆς ἡ σὰρξ, ὡς διὰ τὴν ψυχὴν γινομένη. Ἐὰν οὖν κτησώμεθα τὴν σάρκα καλῶς, ἕξομεν αὐτὴν τῇ ψυχῇ δουλεύουσαν πρὸς γένεσιν ἀρετῶν, καὶ μόνους κατανοοῦμεν αὐτῆς τοὺς ἐφ' οἷς γέγονε θείους λόγους· μεθ' οὓς καὶ τοὺς τῶν ὁρατῶν ὡς καμήλους Μαδιὰν ἀθροίσαντες λόγους, καλύπτομεν τὴν ἡμετέραν Ἱερουσαλὴμ, τὴν ψυχὴν, περιβάλλοντες τοῖς θείοις τῶν ὄντων θεωρήμασι, καὶ ἀθέατον αὐτὴν ποιοῦντες τοῖς πάθεσι καὶ ἀνάλωτον.

μ'. Ὁ τετρακόσια ἀριθμὸς τὴν τοῦ σωματικοῦ κόσμου φύσιν δηλοῖ. Τέσσαρα γὰρ αὐτὴν στοιχεῖα συμπληροῦσιν. Ὁ δὲ τριακονταπέντε, τὴν κατὰ χρόνον τῶν ἐναρέτων σὺν λόγῳ σημαίνει κίνησιν. Ὁ γὰρ ἑπτὰ πεντάκις εἰς ἑαυτὸν συντεθεὶς, τὸν τριακονταπέντε ποιεῖ ἀριθμόν. Ἔστιν οὖν ὁ ἑπτὰ κινήσεως χρονικῆς· ὁ δὲ πέντε, λογικῆς ἐπιστήμης σημαντικός. Συνάψας οὖν τὸν τετρακόσια καὶ τριάκοντα καὶ πέντε, τὴν κατὰ φύσιν καὶ χρόνον τῶν ἐν αὐτοῖς ζώντων θείων ἀνδρῶν λογικὴν ἐπιστήμην ἐδήλωσας.

μα'. Συμφωνεῖ τοῖς ἀριθμοῖς τὰ ἀριθμούμενα. Ὁ ἵππος περὶ τὸν δρόμον ταχὺς, τὸ ἀεικίνητον καὶ ἀνωφερὲς στοιχεῖον ἔχων ἐν τοῖς ποσίν· ὁ χρόνος περὶ τὴν κίνησιν ὀξὺς, ἀδιάστατον τὴν οἰκείαν ποιούμενος φορὰν, ἡ πρᾶξις τῶν ἀριθμουμένων δραστική· κυκλικὸς γὰρ αὐτὴν ἀριθμὸς ποιεῖται κατάδηλον. Ὁ γὰρ ὑφ' ἑαυτὸν ἑξάκις συντεθεὶς, ἑαυτὸν γεννᾷ ἑξαπλάσιον. Οὐκοῦν τὸ ταχὺ καὶ ὀξὺ καὶ δραστικὸν τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεως, μυστικῶς δηλουμένων θείων ἀνδρῶν, διὰ τῶν ἵππων καὶ τῶν αὐτῶν ἀριθμῶν δεδήλωκεν ὁ λόγος τοῦ πνεύματος.

μβ'. Τί ἐστιν ἡμίονος.

μγ'. Τίς ὁ τῆς Γραφῆς ψεκτὸς ἵππος καὶ ἡμίονός ἐστι.

μδ'. Ὁ πρόληψιν περὶ ἑαυτοῦ γνώσεως, φησὶ, τοῖς θεωμένοις διδοὺς κατὰ μόνην τὴν προφορὰν ὧν σεσύληκε λόγων, τὰς τῶν ἀσυνέτων ἀκοὰς ὡς Ἀβεσσαλὼμ παραπείθων, καὶ τῇ συνουσίᾳ τυραννικῶς τὰς καλὰς τοῦ διδάξαντος καὶ θεοφιλεῖς ὥσπερ γυναῖκας, εἰ

ἀκοὰς ἀμύστους μιαίνων θεωρίας κατὰ τὴν Ἀχιτόφελ A συμβουλὴν, ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευόμενον *ἀδελφὸς κονιάζων* (z)· τουτέστιν ἀδελφὸς δόλῳ φιλιάζων, ἐλέγχεται δοξομανῶν, ὑπὸ τὴν χεῖρα πίπτων τῶν παίδων Δαβὶδ, ἐν τῷ πλάτει τῆς τῶν φυσικῶν θεωρημάτων ποικιλίας, τῷ κρείττονι μετὰ τῆς οἰκείας αὐθαδείας παραταττόμενος. Δείκνυται γὰρ μήτε γῆς ἐπιβαίνων, ὡς ἤθους ἀρετῆς πῆξιν οὐκ ἔχων· μήτε μὴν οὐρανοῦ παντελῶς ἐπιλαβόμενος, ὡς τῆς ἀληθῶς ὑψηλῆς κατὰ τὴν γνῶσιν ἕξεως οὐδ' ὅλως ἀψάμενος· καὶ θνήσκει τρία βέλη κατὰ τῆς καρδίας δεχόμενος, τήν τε τῆς εἰς τὸν διδάξαντα παρανομίας φημὶ μνήμην, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ οἰήσει τῆς οὐκ οὔσης γνώσεως αἰσχύνην· καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἄφυκτον τῆς μελλούσης κρίσεως ἀποδοχήν. Ταύταις γὰρ φωραθεὶς ὁ κενόδοξος ταῖς ἀκίσι, θνήσκει βαλλόμενος, ὃν προλαμβάνει B τὸν δι' ἀγχόνης, ὡς δίκαιον ἦν, ἀποφερόμενος θάνατον, ὁ κακὸς σύμβουλος Ἀχιτόφελ, διδάσκων πατράσιν ἐπανίστασθαι παῖδας, καὶ τὴν κακὴν βουλὴν διασκεδαζομένην ὁρῶν. Οὐ φέρει γὰρ ἔτι ζῆν, τῆς τε πρὸς Δαβὶδ ψεκτῆς φιλίας ἄρας τὸ πέπλον, καὶ τὸν δοξομανῆ καὶ ψευδώνυμον γνωστικὸν, ἔχοντα τοῦ λόγου τὸ κράτος ἀποδεῖξαι μὴ δυνηθείς.

με'. Κατ' ἄλλον τρόπον περὶ τῶν αὐτῶν θεωρία.

μς'. Γαλαὰδ (a), ὡς μὲν μετοικία πένθους ἑρμηνευομένη, φησὶ, τὴν τῆς μετανοίας δηλοῖ κακοπάθειαν· ὡς δὲ μετοικία μαρτυρίας, τὸν ἐπὶ τοῖς πλημμεληθεῖσιν ἔλεγχον σημαίνει τῆς συνειδήσεως· ὡς δὲ C ἀποκάλυψις αὐτῶν, τὴν κατ' εἶδος τυποῖ τῶν ἁμαρτηθέντων ἐξαγόρευσιν. Ταύτην ὑπελθὼν τὴν κατάστασιν, ὁ τὴν οἴησιν ἐπί τινι καλῷ διώκουσαν ἔχων νοῦς, τὴν ἐξ αὐτοῦ κατὰ τὴν πρὸς τὴν ἀλλόφυλον αἴσθησιν ἕνωσιν γεννηθεῖσαν οἴησιν ἀποκτείνει· καὶ πάλιν πρὸς τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐπανέρχεται· λέγω δὲ, τὴν ἐξομολόγησιν τῶν ἐπ' αὐτῷ θείων οἰκτιρμῶν· καὶ τὴν ἐπ' ἀρεταῖς τελείαν ἀπάθειαν· καὶ τὴν εἰρηνικὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῶν ὄντων· καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς, οἷα δὴ θείαν σκηνὴν μυστικὴν θεολογίαν· ἐν ᾗ μυστικῶς τὰ παντελῶς τοῖς ἄλλοις ἀθέατα περικαλύπτεται κάλλη.

μζ'. Ὁ ὀκτὼ εἷς ὢν τῶν ἐντὸς δεκάδος ἀριθμῶν· D καὶ ὁ ὀγδοήκοντα, τῶν ἐντὸς ἑκατοντάδος· καὶ ὀκτακόσια, τῶν ἐντὸς χιλιάδος· καὶ ὁ ὀκτακισχίλια, τῶν ἐντὸς μυριάδος, ἀκινησίαν καθ' ἑαυτοὺς θεωρούμενοι δηλοῦσι, κατὰ μέντοι τὴν ἄνεσιν τοῦ ποσοῦ καὶ τὴν ἐπίτασιν. Οὐκοῦν ἐπαινετῶς τῇ Γραφῇ κείμενοι, τὴν πρὸς τὰ πάθη τελείαν ἀκινησίαν δηλοῦσι· τουτ-

A profanis auribus committens, juxta Achitophelis consilium, quem *fratrem dealbantem* dicat, qui nomen interpretetur, hoc est, fratrem dolo exosculantem; gloriæ œstro percitus ostenditur, qui sub manu servorum David ceciderit, in naturalium speculationum varietatis latitudine, sua ipse temeritate cum eo cujus potiores vires pugna congressus. Nam neque in terra incedere noscitur, quippe nulla ex indole virtutis firmitate fretus : at neque cœlum prorsus assecutus, ut qui vere sublimem scientiæ habitum nec procul omnino attigerit : moriturque triplici in corde confixus jaculo; nimirum, memoria admissi in doctorem sceleris, inanisque probro jactantiæ ac opinione scientiæ non vere exsistentis; B necnon futuri iis criminibus inevitabili exspectatione judicii. His enim inanis gloriæ cupidus mucronibus exceptus, saucius interit : cui malus consiliarius Achitophel, justa mercede mortem referens, facto præit; qui nimirum liberos in parentes insurgere doceret, ac malum consilium dissipatum videns. Non enim ultra fert vivere, qui tum simulatæ cum Davide amicitiæ peplum sustulerit, tum gloriolæ œstro furentem falsique nominis doctum spiritalem, doctrinæ victoriam adeptum demonstrare nequiverit.

45. Alia eorumdem spiritalis sensus consideratio.

46. Galaad, ea quidem ratione qua ex nominis etymo, *transmigratio luctus* dicitur, pœnitentiæ laborem **184** significat ac afflictationem : qua C autem *transmigratio testimonii*, conscientiæ peccatorum reatu redargutionem denotat : qua vero *revelatio eorum*, peccatorum speciatim designat confessionem. Hanc qui init animus vitæ rationem, eoque se statu componit, inanem jactantiam sulque opinionem præclaro aliquo opere atque virtute, se persequentem habens, quam is ipse ex unione cum alienigena sensu sustulerit, proclive interimit; ac rursus in Judæam ac Jerusalem redit : ad confessionem scilicet divinarum in ipsum miserationum, ac perfectam virtutum cultu imperturbationem; nec non pacificam in spiritu rerum contemplationem : præterea que divinum tabernaculum (mysticam scilicet theologiam) in quo mystice reliquis prorsus inaspecta decora obvelantur.

D 47. Octo, unus cum sit e numeris qui intra decadem continentur; et octingenta, eorum qui intra millenarium; octoque millia, eorum qui intra myriadem (dena scilicet millia) secundum se spectati, immobilitatem significant, quod scilicet ad quantitatis remissionem spectat ac intensionem. Igitur cum in laudis partem Scripturæ ponantur, perfe-

(z) *Ἀδελφὸς κονιάζων*. אח יתפל. Alii, *Frater ruinæ*, vel *frater defectus*, aut *frater insipiditatis*, id est, rei insulsæ, a voce תפל, quod est, *insipidum*, *insulsum* : et quasi *deciduum*, *caducum*, affini τοῦ נפל significatione. Itemque parietum linitio, quo sensu hic Maximus accepit : nempe, quasi *luto absque firmitate linitio* et incrustatio seu dealbatio.

(a) *Γαλαάδ*. Multa hic Maximus hujus vocis etyma, quasi a voce גלה et עוד sistendo in prioris illius vocis obvia notione, qua *demigrare*, *deportari*, etc., dicitur. *Acervum testimonii*, proclivius alii reddunt, quod Maximus μετοικίαν μαρτυρίας dixit. Dicitur vero acervus seu cumulus, quasi dicas convolutionem; et a contrario sensu, quod ἀποκάλυψιν reddit Maximus, quasi revolutionem seu evolutionem : sed ista nimis anxia et περιττά. Luctus in voce עוד mihi non occurrit; nisi quod עד cum *vau chourek* est *despoliare*, *prædari* עד *spolium*, ex affectu in despoliato πένθος vocavit Maximus, seu qui illi præivit istiusmodi cudendis etymis.

ctam in vitia affectusque immobilitatem significant; eorum scilicet abolitionem. Id vero futuri sæculi status insigne est, ubi nullus vitiorum ortus, nullæ animi ægritudines. Quadragenarius autem numerus rerum præfert imaginem, quæ sensu percipiuntur : quinarius vero sensuum, quibus per naturalem scientiam mundus iste in sensum cadens, subjacet. Merito igitur infecundum vitiorum partu habitum, perfectumque divinorum virorum erga res sensibiles, pro sensuum ad eas habitudine, seu necessitudine, affectus abdicationem, præsens numerus designat.

A ἐστι, παθῶν ἀπογένεσιν. Τοῦτο δὲ τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος χαρακτηρίζει κατάστασιν, ἐν ᾧ παθῶν γένεσις οὐκ ἔστιν. Ὁ δὲ τεσσαράκοντα, τῶν αἰσθητῶν εἰκόνα φέρει· καὶ ὁ πέντε, τῶν αἰσθήσεων· αἷς κατ' ἐπιστήμην φυσικὴν ὁ αἰσθητὸς ὑποπέπτωκε κόσμος. Εἰκότως οὖν τὴν περὶ κακίαν ἄγονον ἕξιν, καὶ τὴν πρὸς τὰ αἰσθητὰ κατὰ τὴν πρὸς αὐτὰ τῶν αἰσθήσεων σχέσιν τελείαν τῶν θείων ἀνδρῶν ἀποδιάθεσιν ὁ παρὼν ἀριθμός.....

48. Quid sit jumentum, spiritali sensu consideratum.

μη'. Τί ἐστιν ὑποζύγιον κατὰ τὴν ἀναγωγὴν θεωρούμενον.

49. Quinarium numerum, rotundum esse ait, ac qui in seipsum, quovis tandem modo cum quocunque alio numero impari componas, postliminio redeat. Cuicunque enim impari quinquies tanta per compositionem addideris, in quinque desinentem, qui colligetur, numerum invenies. Exempli causa, ter quinque, quindecim; quinquies quinque, viginti quinque; quinquies septem, triginta quinque; quinquies novem, quadraginta quinque. Sic igitur in infinitum si processeris, cum quovis numero compositum quinquies quinque, et quinquagesies quinquaginta, et quingentesies quingenta, et quinquies millies quinque millia; in se redeuntem, secundum numerum qui colligitur, invenies; quod motus circularis, ac ejus qui in orbem agitur proprietas exsistit. Merito igitur ejuscemodi rerum periti quinarium numerum rotundum ac circularem vocarunt; ut qui nusquam prorsus a se excedat, ea ratione qua cum numeris imparibus compositionem init. Significat vero etiam generalem scientiam, quæ jugi circa rerum universitatem motu, noscendi actu a se nunquam excedat, ac verbi potentia cuncta comprehendat.

μθ'. Σφαιρικὸν τὸν πέντε φησὶν ἀριθμὸν ὑπάρχειν,
B καὶ εἰς ἑαυτὸν κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ πρὸς πάντα περιττὸν ἀριθμὸν γινομένην σύνθεσιν, ἀποκαθιστάμενον. Ἑκάστῳ γὰρ περιττῷ τῶν πέντε πενταπλασίονα συνθεὶς, εἰς πέντε λήγοντα τὸν συναγόμενον εὑρήσεις ἀριθμόν. Οἷον πέντε οἱ τρεῖς, δεκαπέντε· πέντε οἱ πέντε, εἰκοσιπέντε· πέντε οἱ ἑπτὰ, τριακονταπέντε· πέντε οἱ ἐννέα, τεσσαρακονταπέντε. Οὕτως οὖν ἐπ' ἄπειρον προϊὼν, εὑρήσεις ἑκάστῳ ἀριθμῷ συντιθέμενον πεντάκις πέντε, καὶ πεντηκοντάκις τὸν πεντήκοντα· καὶ πεντακοσιοντάκις τὸν πεντακόσια· καὶ πεντακισχιλιοντάκις τὸν πεντακισχίλια, πρὸς ἑαυτὸν κατὰ τὸν συναγόμενον ἀριθμὸν ἀποκαθιστάμενον· ὅπερ κυκλικῆς ἴδιον καὶ σφαιρικῆς ὑπάρχει κινήσεως. Εἰκότως οὖν σφαιρικόν τε καὶ κυκλικὸν οἱ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ τὸν πέντε κεκλήκασιν ἀριθμόν· ὡς μηδέποτε
C παντελῶς ἑαυτοῦ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς λεγομένους περιττοὺς ἀριθμοὺς σύνθεσιν ἐξιστάμενον. Σημαίνει δὲ καὶ τὴν γενικὴν ἐπιστήμην, τὴν μηδαμῶς τῇ περὶ τὸ πᾶν ἀλήκτῳ κινήσει κατὰ τὴν γνῶσιν ἑαυτῆς ἐξισταμένην, καὶ πάντα δυνάμει τοῦ λόγου περιλαμβάνουσαν.

50. Alia dictorum omnium sub compendio, accurata atque elegans admodum spiritalis intelligentia.

ν'. Ἄλλη πάντων τῶν εἰρημένων κατ' ἐπιτομὴν ἀκριβής τε καὶ εὐδιάθετος θεωρία.

51. Sapientia castigando, a perturbationibus vitiisque liberans, timorem creat : eademque virtutum acquisitione mentem incitans ad videnda futura, amorem ac desiderium efficit.

να'. Διὰ κολάσεως παθῶν ἀπαλλάσσουσα, φόβον ἡ σοφία ποιεῖ· τῇ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐπικτήσει τὸν νοῦν ἐρεθίζουσα βλέπειν τὰ μέλλοντα, πόθον ἐργάζεται.

52. Sapientia timor est, quæ videlicet non appetentibus, qua defugiunt, privatio exsistat : eademque amor est, quæ ipsam diligentibus, fruendi habitus ac lætæ jucunditatis fiat.

νβ'. Ἡ σοφία φόβος ἐστὶ, κατὰ τὴν ἀποφυγὴν γινομένη στέρησις τοῖς οὐκ ὀρεγομένοις αὐτῆς· καὶ
D πόθος ἐστὶν, ἕξις ἀπολαυστικῆς ἐνεργείας εὑρισκομένη τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτήν.

185 QUÆSTIO LVI.

Rursus scriptum est in secundo Esdræ : « Et audientes inimici tribus Judæ et Benjamin, venerunt scire quæ esset vox tubarum; et cognoverunt, quoniam qui erant ex captivitate, ædificarent templum Domino Deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel et Jesum et duces familiarum, dicunt eis : Ædificemus una vobiscum; similiter enim ac vos, audimus Dominum vestrum, et ei sacrificamus a diebus Asbacaphath regis Assyriorum, qui transtulit nos huc. Et dixit illis Zorobabel et Jesus et duces familiarum Israel : Non est nobis et vobis ædificare Domino Deo Israel [46]. »

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ϛ'.

Πάλιν γέγραπται ἐν τῷ δευτέρῳ Ἔσδρα, « Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἐχθροὶ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ Βενιαμὶν, ἐληλύθασιν ἐπιγνῶναι τίς ἡ φωνὴ τῶν σαλπίγγων, καὶ ἐπέγνωσαν, ὅτι οἱ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας οἰκοδομοῦσι τὸν ναὸν τῷ Κυρίῳ Θεῷ Ἰσραήλ. Καὶ προσελθόντες τῷ Ζοροβάβελ καὶ τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς ἡγουμένοις τῶν πατριῶν, λέγουσιν αὐτοῖς, Συνοικοδομήσωμεν ὑμῖν· ὁμοίως γὰρ ὑμῖν ἀκούομεν Κυρίου ὑμῶν, καὶ αὐτῷ ἐπιθύομεν, ἀφ' ἡμερῶν Ἀσβακαφὰθ βασιλέως Ἀσσυρίων, ὃς μετήγαγεν ἡμᾶς ἐνταῦθα.

[46] I Esdr. iv, 1-3.

A Καὶ εἶπεν αὐτοῖς Ζοροβάβελ καὶ Ἰησοῦς καὶ οἱ ἡγούμενοι τῶν πατριῶν Ἰσραήλ· Οὐχ ἡμῖν καὶ ὑμῖν τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν· ἡμεῖς γὰρ μόνοι οἰκοδομήσομεν τῷ Κυρίῳ Θεῷ τοῦ Ἰσραήλ.» Τί ἄρα σημαίνει ταῦτα, καὶ μάλιστα ὁ φθόνος, δι' ὃν οὐκ ἠθέλησαν συνοικοδομῆσαι αὐτοῖς, τοὺς τῷ αὐτῷ θρησκεύοντας Θεῷ;

Quid vero hæc sibi volunt, ac præsertim invidia, qua acti noluerunt ut ii una ædificarent, qui ejusdem Dei religione tenerentur.

Ἀπόκρισις.

Ἰούδας ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται. Διττὸς δὲ τῆς φωνῆς ταύτης ὁ λόγος (1)· ὁ μὲν ἐπ' εὐχαριστίᾳ τῶν δεδωρημένων ἀγαθῶν γινόμενος· ὁ δὲ ἐπ' ἐλέγχῳ καὶ ἐτασμῷ τῶν κακῶς πεπραγμένων λεγόμενος. Ἐξομολόγησις γὰρ λέγεται, καὶ ἡ παρὰ τῶν εὖ πεπονθότων μετ' εὐχαριστίας τῶν θείων εὐεργεσιῶν ἀπαρίθμησις, καὶ ἡ τῶν κακῶς πεπραγμένων παρὰ ὑπαιτίων ἐξαγόρευσις. Ἀμφότερα δὲ (2) ταπεινώ- B σεως ὑπάρχει ποιητικά, ὅ τε γὰρ ἐπ' ἀγαθοῖς εὐχαριστῶν ὁμοῦ, καὶ ὁ ἐπ' ἐγκλήμασιν ἐταζόμενος ταπεινοῦται· ὁ μὲν, ἑαυτὸν κρίνων ἀνάξιον τῶν δοθέντων καλῶν· ὁ δὲ, λαβεῖν ἄφεσιν τῶν πλημμεληθέντων δεόμενος.

Βενιαμὶν δὲ, *πένθος ἢ στεναγμὸς μητρὸς (b), ἢ μέτρον μητρὸς, ἢ υἱὸς δεξιᾶς, ἢ οἰκοδομὴ λαοῦ*, κατὰ τὴν ἀκριβῆ τῆς παρ' Ἑβραίοις φωνῆς ἑρμηνεύεται δύναμιν. Οὐκοῦν πᾶς ἐξομολογούμενος καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων τρόπων, τῆς φυλῆς ἐστι τοῦ Ἰούδα· καὶ πᾶς ὑπὲρ ἀρετῆς πενθῶν (3), ἢ μητρὸς δίκην ἔχων τὴν δικαιοσύνην, τὸν ἑαυτοῦ βίον τε καὶ λόγον δεξιῶς ὁρίζουσαν· ἢ πολλῶν ὑπάρχων δι' ἀρετῆς περιουσίαν καὶ χύσιν τῆς ἐν λόγῳ διδασκαλίας πρὸς C σωτηρίαν ὁδὸς καὶ οἰκοδομὴ, τῆς φυλῆς ὑπάρχει τοῦ Βενιαμίν. Τοιούτους γὰρ οἶδεν ὁ λόγος τοὺς ἐλευθερίαν λαμβάνοντας τῆς τῶν παθῶν αἰχμαλωσίας, καὶ τῆς τῶν αἰσθητῶν ἐκβαίνοντας σχέσεως· καὶ οἶκον τῷ Κυρίῳ κατὰ τὴν ἕξιν τῆς ἀπαθείας γενομένους, οἰκοδομεῖν δυναμένους. Οἶκον δὲ λέγω, τὸν ἐξ ἀρετῶν διαφόρων καὶ λόγων κατά τε πρᾶξιν καὶ θεωρίαν οἰκοδομούμενον νοῦν, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι. Ἐχθροὶ δὲ τούτων εἰσὶ, τὰ τέσσαρα ἔθνη τὰ μετοικισθέντα εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ὑπὸ Ἀσβαχαφὰθ *(c)* βασιλέως Ἀσσούρ. Οὗτος γὰρ πρῶτος εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ κατῴκισεν ἄνδρας Βαβυλωνίους, καὶ ἄνδρας Χουθ καὶ ἄνδρας Αἰμὰθ καὶ τοὺς Εὐαίους.

Responsio.

Judas, si nomen interpreteris, *confessionem* sonat. Duplex autem ejus vocis significatio est atque ratio; quæ scilicet in gratiarum actione ob dona accepta consistat, ac quæ ad eorum, quæ male gesta sunt, reprehensionem ultionemque pertineat. Nam confessio dicitur, tum divinorum beneficiorum cum gratiarum actione recensitio, per eos, qui illis affecti sunt; tum male gestorum enuntiatio ac relatio, per eos qui illorum rei exsistunt. Utrosque autem ad sensus modestiam componunt : perinde enim, qui ob dona accepta gratias agit, animos ponit, et qui reus criminum tenetur ac in ea inquirit; alter, ipse se indignum existimans acceptis bonis; alter, ut veniam delictorum consequatur, rogans.

Benjamin autem, si vocis Hebraicæ vim rite attenderis, *luctum* aut *gemitum matris*, aut *modum matris*, aut *filium dexteræ*, aut *populi ædificationem*, significat. Quisquis igitur uno ex dictis modis confiteatur, ex tribu Juda est : quisquis item virtutis causa luget, aut qui matris instar justitiam habet, illius rite prosperedue tum vitam definientem tum rationem; **186** aut qui multis ob virtutis abundantiam, aut uberes in doctrinæ verbo latices, via est ad salutem ac ædificatio, ex tribu Benjamin est. Tales enim novit Scriptura, qui a vitiorum libidinumque captivitate libertatem accipiant, ac rerum sensilium affectione excedant; quique imperturbationis habitum adepti, domum Domino ædificare valeant. Domum autem appello, quæ ex diversis virtutibus rationibusque ad actionem ac contemplationem quod spectat, in habitaculum Dei in Spiritu, mens ædificatur. Horum autem inimici, quatuor nationes sunt, quas Asbacaphath rex Assur in terram Israel coloniam transtulit. Is enim primus Babylonios in terram Israel habitatum deduxit, virosque Chuth et viros Hæmath et Evæos [11].

[11] IV Reg. XVII, 24.

(b) Πένθος ἢ στεναγμὸς μητρός. Confundit Maximus ejusdem viri duo nomina. Fuit quidem vocatus a matre graves dolores partus patiente illisque emoriente בנאוני *Benoni*, *filius doloris mei, luctus mei, meæ calamitatis*; cum pater בנימין vocare maluerit, *Benjamin*, quod *filium dexteræ* interpretantur, velut ita charum ac dextera, sive filium charissimum, tanquam ejus nominis dulcedine dolorem solaretur amissæ charissimæ suæ Rachelis. Alii *filium dexteræ* volunt, quod natus in terra Chanaan, quæ respectu Mesopotamiæ (in qua reliqui ejus filii nati erant) australior, hoc est a dextris erat. Magis aliis placet, ut Chaldaice locutus Jacob, ubi dudum moratus erat, sic filium vocaverit, quasi *filium dierum*, mutatio ם in ן quod senex ætate gravis eum suscepisset; quæ et causa est D majoris amoris parentum in liberos; uti etiam de Josepho legitur, quod plus fratribus a patre amaretur, quod in senectute eum genuisset. Gen. XXXVII.

(c) Ἀσβαχαφάθ. Vocat sacer textus Salmanasarem, nec video unde Maximus nomen hoc habuerit; etsi variant non raro ejusmodi regum nomina, sacris profanisque scriptoribus, nec desunt qui in illis binomii fuerint, in quibus ipse Salmanasar, siquidem etiam illud Maximi ejus nomen est. Nec male idem ejus etymum arcessit ἀπὸ τοῦ שבה, quod est *captivavit*. Translatæ coloniam duodecim tribus capta Samaria Oseæ anno nono, in remotissimas Assyrii regni provincias, Colchidem, Iberiam et Mediam, quando et illarum loco missæ gentes hic memoratæ, ut Samariam aliaque desolata per eam captivitatem Syriæ et Phœniciæ loca incolerent.

Babylonii itaque superbiam designant; quorum A scilicet nomen, si interpreteris, *naturam confusam* sonat.

Chuthæi vero, inanem gloriam, qui scilicet ad infructuosam jactantiam inanemque opinionem a virtute animum transferant. Est enim *excessus ex his* ac *mutatio* eorum nomen, si interpreteris.

Viri Hæmath, studium placendi hominibus, significant. Hæmath enim, *visionem* reddas *rerum oculis conspicuarum;* cujus labe pleniora munera iis tribuuntur, qui ementita sanctitate in hominum gratiam virtutem consectantur.

Evæi, fallaciam designant simulationis. Sunt enim *serpentini*, si nomen interpreteris : qui primi serpentis more per seductionem ac amicitiæ larvam, velut Adamum, eos qui dicto audientes sunt, ex B virtutis sedibus exterminent.

Asbacaphath, qui hos in terram Israel coloniam misit; *posticus captivans* dicatur, si nomen interpreteris, id est, qui occulte exque insidiis captivet. Aut rursus, *vinculis captivans*. Hic autem perspicue diabolus est, qui clam omnia moliatur, exque insidiis ut humanam destruat naturam, ac unumquemque catenis peccatorum suorum constringat. Hic in terram Israel (virtutis scilicet ac scientiæ habitum) superbiam transtulit et inanem gloriam, assentationemque ac simulationem, hæcce vitia virtutis ac scientiæ cultoribus copulans, quibus eorum labores diripiat, qui in bonis desudant; eorum **187** quæ fluunt scopum finemque, alio quam ad Auctorem C captiose astuque avocans.

Ac forte cum non lateret divinum Apostolum nequissimos hosce dæmones, iis se qui virtutem colant, comites adjungere, sese ipse Corinthiis insinuat, scribendo : *Ad eos se non venisse in sermone adulationis*, velut scilicet simulatorem (cum forte illi sic de eo sentirent) : *nec per prætextum fraudis*

Οἱ μὲν οὖν Βαβυλώνιοι (4), τὴν ὑπερηφανίαν δηλοῦσι, *συγκεχυμένη φύσις* ἑρμηνευόμενοι.

Χουθαῖοι (*d*) δὲ, τὴν κενοδοξίαν (5), πρὸς τὴν ἄκαρπον οἴησιν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς μεταβάλλοντες τὴν διάνοιαν. *Ἔκστασις* γὰρ *ἐκ τούτων* ἑρμηνευόμενον τὸ ὄνομα σημαίνει.

Οἱ δὲ ἄνδρες Αἰμὰθ (6), τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν· Αἰμὰθ γὰρ, *ὅρασις* (*e*) *φαινομένων* ἑρμηνεύεται· δι' ἧς τὰ ἁδρότερα τῶν λημμάτων τοῖς ψευδῶς μετιοῦσι δι' ἀνθρώπους τὴν ἀρετὴν ἐπινέμονται.

Οἱ δὲ Εὐαῖοι (7), τὴν ἀπάτην δηλοῦσι τῆς ὑποκρίσεως. *Ὀφιώδεις* γὰρ (*f*) ἑρμηνεύονται, κατὰ τὸν πρῶτον ὄφιν δι' ἀπάτης καὶ ὑποκρίσεως φιλικῆς ὡς τὸν Ἀδὰμ, τοὺς πειθομένους ἀρετῆς ἐξοικίζοντες.

Ἀσβαχαφὰθ δὲ, ὁ τούτους εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ μετοικίσας, *αἰχμαλωτεύων ὀπίσθιος* ἑρμηνεύεται· τουτέστιν, ἀφανῶς ἢ λανθανόντως, ἢ πάλιν *αἰχμαλωτεύων δεσμοῖς*. Οὗτος δὲ σαφῶς ἐστιν ὁ διάβολος, ὁ πάντα λανθανόντως ποιῶν πρὸς καθαίρεσιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ σειραῖς ἕκαστον τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν διασφίγγων. Οὗτος εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ· τὴν ἕξιν λέγω τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως· μετῴκισε τὴν ὑπερηφάνειαν, καὶ τὴν κενοδοξίαν καὶ τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν καὶ τὴν ὑπόκρισιν, παραζεύξας αὐτὰς τοῖς ἐναρέτοις τε καὶ γνωστικοῖς, ἵνα κλέψῃ τῶν κοπιώντων ἐν ἀγαθοῖς τοὺς πόνους, ἐπ' ἄλλα παρὰ τὴν αἰτίαν τὸν σκοπὸν σοφιστικῶς ἀπάγων τῶν γινομένων (8).

Καὶ τάχα τούτους γινώσκων τοὺς πονηροὺς δαίμονας παρέπεσθαι τοῖς ἐναρέτοις ὁ θεῖος Ἀπόστολος Κορινθίους* ἔπεισε [Fr. ἔπειθε] γράφων, ὡς *οὐκ ἐν λόγῳ κολακείας γέγονε πρὸς αὐτοὺς*, ὡς ὑποκριτής· τοῦτο τυχὸν ἐκείνων περὶ αὐτοῦ νομιζόντων *οὔτε προφάσει πλεονεξίας*, ὡς ἀνθρωπάρεσκος·

* Σφάλμα μνημονικόν.

(*d*) *Χουταῖοι*, כותה. Longius petitum hic Maximi etymum, quod ea vox ἔκστασις ἐκ τούτων illi redditur : nisi quia כתת *contundere* est, ex quo *contusio*, Cuthan, sic dictam Persidis regionem ἔκστασιν voluit, ac si *emotio* dicatur. Quod item auctor libelli expositionis nominum propriorum ad calcem Bibliorum *combustionem* interpretatus, hocque D primum ejus vocis ponit etymum, non satis ad Hebraicam vocem videtur compositum. Dictam sic regionem a fluvio ejus nomine, auctor est Joseph l. IX, c. 15 *Antiqu. Jud.* Inde dicti Cuthæi, de quibus idem XI, 2 : *Salmanasar transmigrans Israelitas, in eorum regione constituit Cuthæorum gentem, quæ prius in interiore parte Persidis et Mediæ morabatur :* IV Reg. XVII, ubi sic exprimunt οἱ LXX ; quasi hoc fuerit generale nomen, sub quo reliquæ gentes ibi enumeratæ missæque coloniam in Samariam continerentur. Sed ubi τὸν, reponendum καὶ, Hebræa, cunctaque alia suadent, habentque Compl.

(*e*) *Αἰμὰθ γὰρ ὅρασις*. מחמת De *Hemath*, habet sacer textus; quæ vox ut *visio* dicatur, non video, Eadem totidem litteris passim *uter* redditur, *uter vini*, *uter aquæ*, tanquam a חמה quod nihil affine cum visione habet. Deducendo a יחם, suam Maximus ἀνθρωπαρέσκειαν proclivius habuerit, interpretando, non *visionem*, sed *amorem et complacentiam*, ac pene libidinis affectum pulis est maris et feminæ in coitu. Nec forte aliud voluit, qui illi eo etymo Hebraica doctus præivit; et quod visu istud vitii præcipue geritur.

(*f*) *Ὀφιώδεις*. מעוא. *De Avah.* vereor ne lapsus memoria Maximus, amissa altera gente, alterius etymum alteri tribuit. Omittit enim *ille* וספרוים *De Sepharvaim*, cui forte etymum illud convenire nonnulli videri possit, quasi a שרף litterarum μεταθέσει. Sic enim dicti serpentes igniti Num. XXI, 8, proclivi etiam mutatione τοῦ ש in ס. etsi hoc quoque remotius; cum potius sit *libri*, *Scribæ*, *numerus*, a verbo ספר, Syriace *portus maris*. עוה vero עויה Chald. *perversitas* est, *iniquitas:* cujus auctor quidem humano generi ἀρχέκακος serpens ; sed non propterea rite dicatur, perversitatem idem etymo esse ac serpentinum. Aut num Evæos, quasi ab Eva, *serpentinos* existimavit Maximus, quod Eva a serpente, quo seducta fuit, nomen traxerit, serpensque et ipsa facta sit? Sed hoc remotius, usi videtur Maximus insinuare sua explicatione, cum præcipue longe alia sit Evæ scriptio, dictamque a vita liqueat, et quod mater omnium viventium, ut ipsa Scriptura testatur.

οὔτε ζητῶν δόξαν παρά τινος, ὡς κενόδοξος· τὴν γὰρ ὑπερηφάνειαν παρεσιώπησε, φανεροὺς ἔχων τῆς ταπεινοφροσύνης τοὺς χαρακτῆρας· τούς τε μυρίους διωγμοὺς, καὶ τὰ τοῦ σώματος παθήματα· καὶ τὴν ἄγαν ἀκτημοσύνην, καὶ τὴν ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ προφορὰν ἰδιωτίαν. *Εἰ γὰρ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ*, φησὶν, *ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.*

Οὗτοι ἀκούσαντες τῆς φωνῆς τῶν σαλπίγγων, ἐληλύθασιν ἐπιγνῶναι τίς ἡ φωνή· καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι οἱ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, οἰκοδομοῦσι τὸν ναὸν τῷ Κυρίῳ Ἰσραήλ. Σάλπιγγές εἰσιν (9), ὧν τῆς φωνῆς ἀκούουσιν οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, οἵ τε περὶ ἀρετῆς καὶ γνώσεως λόγοι. Φωνὴ δὲ τούτων ὑπάρχει τῶν λόγων, τὰ ἔργα τῶν ἀρετῶν, καὶ ἡ κατ' ἦθος τῶν τρόπων εὐστάθεια, τῶν διὰ μετανοίας πρὸς ἀρετὴν ἀπὸ κακίας ἐπανελθόντων· καὶ ἐξ ἀγνοίας πρὸς ἐπίγνωσιν Θεοῦ ἐπαναβεβηκότων.

B Οὐκοῦν ἀφ' οὗ γέγονε τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ ἐξεῖλε πάμπαν ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν πνεύματι γεννωμένοις, τὴν τοῦ καθ' ἡδονὴν νόμου τῆς φύσεως γένεσιν, *Καιρὸς*, ὡς ἔφην, *γέγονε τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ*· τουτέστι, κατακριθῆναι τὴν ἁμαρτίαν, τὴν τοῦ κατακρίνεσθαι διὰ παθημάτων λαβοῦσαν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν πιστῶν καὶ ἐπεγνωκότων τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν καθ' ἡδονὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος γένεσιν ἀποθεμένων· τούτους γὰρ ἐκάλεσεν οἶκον Θεοῦ, καθὼς μαρτυρεῖ φάσκων ὁ θειότατος ἀπόστολος Παῦλος, *Χριστὸς δὲ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς*. Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ ἑξῆς λόγου παρίστησι λέγων Πέτρος, ἡ κορυφὴ τῶν ἀποστόλων· *Εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν*· ἤρξατο δηλονότι τὸ κρῖμα· *τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ*· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Εἰ ἡμεῖς ὁ οἶκος Θεοῦ * γε- C νέσθαι χάριτι διὰ πνεύματος ἀξιωθέντες, τοσαύτην ὑπὲρ δικαιοσύνης εἰς κατάκρισιν τῆς ἁμαρτίας ὑπομονὴν ἐπιδείκνυσθαι παθημάτων ὀφείλομεν, καὶ ὡς κακοῦργοι τὸν ἐφύβριστον, ἀγαθοὶ τυγχάνοντες, προθύμως ἀποφέρεσθαι θάνατον· *τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγελίῳ*· τουτέστι, ποῖον ἔσται τὸ τέλος, ἤγουν ἡ κρίσις, τῶν οὐ μόνον ζῶσάν τε καὶ ἐνεργουμένην, κατά τε ψυχὴν καὶ σῶμα, γνώμῃ τε καὶ φύσει, τὴν καθ' ἡδονὴν τοῦ Ἀδὰμ κρατήσασαν τῆς φύσεως γένεσιν μέχρι τέλους διὰ σπουδῆς ἐσχηκότων· ἀλλὰ μήτε προδεξαμένων παρακαλοῦντα τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα δι' Υἱοῦ σαρκωθέντος· μήτε μὴν αὐτὸν τὸν ὑπὲρ τοῦ Πατρὸς πρεσβεύοντα Μεσίτην καὶ Υἱὸν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἡμῶν εἰς τὸν Πατέρα καταλλαγῆς, ἑαυτὸν βουλήσει τοῦ Πατρὸς D εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον κατὰ θέλησιν προϊέμενον, ὅπως δι' ἑαυτὸν ἡμᾶς τοσοῦτον δοξάσῃ, τῷ κάλλει καταφαιδρύνας τῆς οἰκείας θεότητος, ὅσον δι' ἡμᾶς αὐτὸς κατεδέξατο τοῖς ἡμῶν ἀτιμασθῆναι παθήμασι. Τοῦτο γὰρ, ὡς οἶμαι, τυχόν ἐστι, τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον· πρεσβεία τε Θεοῦ, καὶ παράκλησις πρὸς ἀνθρώπους δι' Υἱοῦ σαρκωθέντος, καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα καταλλαγῆς μισθὸν δωρουμένου τοῖς πειθομένοις αὐτῷ, τὴν ἀγέννητον θέωσιν (g) (16).

namque veritatis ergo ac justitiæ, per multas ærumnas atque labores præsentis vitæ strenue cursum impleverunt; in se ipsis naturam liberantes a mortis damnatione, quæ est ex peccato; mortisque organum ad interitum naturæ consciscendum, in ipsam vertentes mortem ejusque interitum, eorum oppido **220** imitati salutis auctorem Jesum. Siquidem enim peccatum, in iis, qui in Adami morem ipsum perpetrant, mortem nactum est ut instrumentum in naturæ interitum : longe potius in iis qui justitiam per fidem in Christo operantur, nam natura ut instrumentum in interitum peccati nanciscetur.

Ex quo igitur assumptæ humanæ naturæ exstitit mysterium, atque is qui carnem induit, Deus, in iis qui secundum ipsum Spiritu nascuntur, naturæ ortum voluptatis lege ad libidinis concretum, penitus abstulit, *Tempus*, ut aiebam, *venit ut incipiat judicium a domo Dei* [88]; hoc est, ut damnetur peccatum, cujus damnandi per ærumnas ac cruciatus a fidelibus, ac iis qui veritatem agnoverunt, ductum exordium, quique ortum ejusmodi, qui voluptate constet ac libidine per baptisma depulerunt. Hos enim domum Dei vocavit, ut testis est divinissimus Apostolus, quibus ita ait, *Christus vero in domo sua; quæ domus sumus nos* [89]. Sed et ipse Petrus apostolorum princeps sequentibus verbis astruit, dicens : *Si autem primum a nobis* (scilicet incipit judicium) *quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio* [90]? Quasi dicat : Cum nos ipsi, qui per Spiritum gratiæ dono Dei domus fieri meruimus, tantam necesse est pro justitia ad peccati damnationem exhibeamus ærumnarum tolerantiam, et ut, tametsi probi, velut malefici ac scelerati probrosam alacri animo sustineamus mortem; *quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio?* hoc est, qualis erit finis, seu judicium, eorum, qui non solum vivam reque ipsa vigentem, animo pariter et corpore, voluntate et natura, voluptate ac libidine concretam, naturæ imperium tenentem, Adami originem, in finem usque sedulo retinuerunt, verum neque exhortantem Deum et Patrem per Filium incarnatum receperunt; at neque ipsum pro Patre legatione fungentem Mediatorem ac Filium, quique nostræ cum Patre reconciliationis causa, in mortem pro nobis, Patris voluntate suaque seipsum tradiderit; ut propter se, tantum nos deitatis suæ splendoribus clarificaret, quantum ipse propter nos nostris dehonestari passionibus malisque sustinuisset [91]. Hoc enim, puto, est Dei Evangelium, Deique legatio et exhortatio ad homines per Filium incarnatum; quique illi credentibus, **221** reconciliationis cum Patre præmium, ingenitam deificationem [**] propense largiatur.

[88] I Petr. IV, 17. [89] Hebr. III, 6. [90] I Petr. IV, 17. [91] II Cor. V, 20, 21.

* Reg. et Seg. Κυρίου· ex. Fr. Θεοῦ, quod et Centur. 40 ex quinque c. 50.

** De deificatione ingenita vide schol. Puto, quod Deus ipse, non quid creatum, ea nobis splendescat.

(g) Ἀγέννητον θέωσιν. Explicat scholio Maximus quasi objective, quod ingeniti objecti (Dei

Idcirco verbis sequentibus magnus apostolus incredulos deplorans, ait : *Et si justus vix salvabitur; impius et peccator ubi parebunt* [91]? nimirum, justum appellans, ut par est, eum, qui fidelis sit, ac qui concessam in baptismate gratiam custodivit, multisque conflictatus ærumnis ac laboribus, adoptionem, quæ per Spiritum est, inviolabilem servavit. Salutem vero, quæ ex Deo ejusque munere dignis danda est, plenissimam gratiam deificationis, quam vix tandem, is quoque qui summa diligentia diviua omnia consectatus fuerit, consequetur. Impium autem et peccatorem, qui ab evangelica alienus gratia est : impium quidem, quod in Christum non credat; peccatorem autem, ob ingentem in illo per passionum corruptionem ac labem vetustatis originem. Aut forte, impium quidem appellavit Scriptura, qui duntaxat Christi penitus notitia careat; peccatorem vero, qui cum fidelis exsistat, velut ego ipse, evangelicorum transgressor mandatorum sit, quibus sacro baptismate contexta incorruptionis tunica munda consistit : quorum (impii scilicet et peccatores) situs nihil illis obscurus est, qui parumper saltem mysticæ scientiæ operam navarunt. Quod enim dicitur, *ubi*, manifeste situm innuit, locali minime circumscriptione carentem : contra quem, cum justi situs distinguatur, non erit omnino ubi, situs ratione, justus exsistat, qui per gratiam, situm ubi superiorem, ipsum scilicet Deum, nactus sit, pro eo ac divino est oraculo promissum. Non enim Deus ubi est, sed ultra omne absolute ubi, in quo omnium qui salute donandi sunt, erit firma sedes, juxta quod scriptum est : *Esto mihi in Deum protectorem; et in locum munitum, ut salvum me facias* [92]; cujus quisquis aliquo modo felicitatis pro facultatis necessitudine particeps non fuerit, similis erit membro corporis, quod vitalis omnis animæ operationis atque virtutis expers exsistit.

Διὸ σχετλιάζων τοῖς ἐφεξῆς τοὺς ἀπειθεῖς ὁ μέγας ἀπόστολος, φησὶ, *Καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;* δίκαιον λέγων, ὡς εἰκὸς, τὸν πιστὸν καὶ φύλακα τῆς δοθείσης κατὰ τὸ βάπτισμα χάριτος, καὶ διὰ πολλῶν παθημάτων ἀκαθαίρετον διατετηρηκότα τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος υἱοθεσίαν· σωτηρίαν δὲ, τὴν ἐκ Θεοῦ τοῖς ἀξίοις δοθησομένην πληρεστάτην τῆς θεώσεως χάριν· ἧς μόλις ἐπιτεύξεται, καὶ ὁ κατ' ἄκρον πάντων τῶν θείων ἀνθεκτικός· ἀσεβῆ δὲ καὶ ἁμαρτωλὸν, τὸν τῆς εὐαγγελικῆς ἀλλότριον χάριτος· ἀσεβῆ μὲν, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν· ἁμαρτωλὸν δὲ, διὰ τὴν ζῶσαν ἐν αὐτῷ κατὰ τὴν φθορὰν τῶν παθημάτων τῆς παλαιότητος γένεσιν. Ἢ τυχὸν, ἀσεβῆ μὲν ἐκάλεσεν ὁ λόγος, τὸν μόνης παντελῶς ἐστερημένον τῆς κατὰ Χριστὸν ἐπιγνώσεως· ἁμαρτωλὸν δὲ, τὸν πιστὸν μὲν, παραβάτην δὲ κατ' ἐμὲ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν, τῶν καθαρὸν διατηρουσῶν τὸν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χιτῶνα τῆς ἀφθαρσίας· ὧν ἡ θέσις· τοῦ ἀσεβοῦς τέ φημι καὶ ἁμαρτωλοῦ· τοῖς ἐπιμελουμένοις τῆς μυστικῆς ποσῶς κατείληπται γνώσεως· τὸ γὰρ ποῦ, θέσιν δηλοῖ σαφῶς (17), τοπικῆς οὐκ ἀμοιροῦσαν περιγραφῆς· ἧς εἴπερ ἡ τοῦ δικαίου θέσις ἀντιδιαιρεῖται, οὐκ ἔσται ποῦ πάντως κατὰ τὴν θέσιν ὁ δίκαιος, τὴν ὑπὲρ τὸ ποῦ κατὰ τὴν χάριν εἰληφὼς θέσιν αὐτὸν τὸν Θεὸν, ὡς ἡ ὑπόσχεσις· ὁ γὰρ Θεὸς, οὐ ποῦ, ἀλλὰ παντὸς ἀσχέτως ἐπέκεινα ποῦ, ἐν ᾧ πάντων τῶν σωζομένων ἡ ἵδρυσις ἔσται, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με.* Οὗ τινος πᾶς ὁ μὴ καθ' ὁτιοῦν μεθέξων τῆς τοῦ εὖ εἶναι κατὰ σχέσιν δυνάμεως (18), μέλει σώματος ἐοικὼς ἔσται πάμπαν ἀμοιροῦντι τῆς κατὰ ψυχὴν ζωτικῆς ἐνεργείας.

Aut rursus, quia Deus omnium salvandorum erit locus, incircumscriptus continuusque et infinitus, omnibus omnia factus pro justitiæ certa ratione; imo vero qui pro ærumnarum, quibus ævo hoc pro justitia defungimur, modulo, **222** ipse se magnifice singulis donaturus sit, haud secus ac anima, pro subjecta cuique membro facultate ipsa se efficacem præbet, suaque vi membra connectit ut exsistant et ad vitæ munia conviviscant; *impius et peccator ubi parebunt*, quos hæc deficiat gratia : Qui enim Dei in re ipsamque exercitam, ut bene illi

Ἢ πάλιν, ἐπειδὴ πάντων τῶν σωζομένων ὁ Θεὸς ἔσται τόπος, ἀπερίγραφός τε καὶ ἀδιάστατος καὶ ἄπειρος, πᾶσι πάντα γινόμενος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς δικαιοσύνης· μᾶλλον δὲ κατὰ τὸ μέτρον τῶν μετὰ γνώσεως ὑπὲρ δικαιοσύνης ἐνταῦθα παθημάτων, ἑαυτὸν ἑκάστῳ καταδωρούμενος, καθάπερ ψυχὴ σώματος μέλεσι κατὰ τὴν ὑποκειμένην ἑκάστῳ μέλει δύναμιν, ἑαυτὴν ἐνεργοῦσαν ἐκφαίνουσα, καὶ πρὸς τὸ εἶναι δι' ἑαυτῆς τὰ μέλη συνάπτουσα πρὸς ζωὴν συγκρατούμενα· ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλός που φανεῖται, ταύτης ἐστερημένος τῆς χάριτος. Ὁ γὰρ μὴ

[91] I Petr. IV, 18. [92] Psal. LXX, 3.

scilicet in se) manifestatio sit quæ vim omnem mentis excedit. Possit tamen ex communi divinorum ratione ingenita dici, quæ ut divina ac divini ordinis, Deique formalis participatio (ac divini intelligere, creati rationem formaliter non includat, sed quasi materialiter, et ut in nobis in esse accidentis ac modo diminuto velutque accidentaliter, quod vere exsistens et substanti, ipse Deus est et increata natura; τὸ ἀγέννητον, sive ut alii malunt, ἀγένητον, quasi γίνομαι, quod creati rationem universalem dicit. Altior tamen hic Maximi sensus, sequenti scholio plenius illi explicatus, quod incomprehensa, quantavis participatione Dei vita, quod natura infinita ut ingenita, ipsaque adeo ejus κατ' ἐνέργειαν (formalis scilicet et in actu, quæ est beata visione) participatio. Naturæ ratio, quam in judicio trutinam fore ait, prout voluntas in beatitudinem aut ejus oppositum mota est, de natura instituta intelligendum, et qualis a Deo recta condita est, vel etiam per Christum ejusque gratiam restaurata; non de ægra, et quæ inolevit pro vitio, condistincta a gratia; cujus passim magnificus præco Maximus, ac cujus munere tanta celebris martyr et confessor, singularis fere veritatis pugil toto late Oriente, revexit tropæa.

δυνάμενος ἐνεργουμένην τὴν κατὰ τὸ εὖ εἶναι τοῦ Θεοῦ δέξασθαι παρουσίαν, ποῦ φανεῖται τῆς θείας ζωῆς τῆς ὑπὲρ αἰῶνα καὶ τόπον καὶ χρόνον, ὑπομείνας τὴν ἔκπτωσιν.

Οὐκοῦν εἴτε κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν καταφατικῶς, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλός που φανεῖται, περιγεγραμμένης οὐκ ἔσται ζωῆς τὸ παράπαν ἐλεύθερος (19)· τὴν πᾶσαν διαφεύγουσαν περιγραφὴν, καὶ παντὸς ἐπέκεινα τόπου ζωὴν οὐκ ἔχων. Εἴτε κατὰ τὴν δευτέραν ἀποφατικῶς, Ποῦ φανεῖται, τὸν Θεὸν οὐκ ἔχων πρὸς τὸ εὖ συνέχοντα τὴν ζωὴν, τὸν μέλλοντα πᾶσι γίνεσθαι τόπον τοῖς ἀξίοις. Πῶς ἔσται, τόπον αὐτὸν οὐκ ἔχων τὸν Θεὸν, κατὰ τὴν τοῦ εὖ εἶναι ἐν Θεῷ μονήν τε καὶ ἵδρυσιν. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰ μετὰ πολλῆς δυσχερείας ὁ δίκαιος σώζεται, τί ἔσται, ἢ τί πείσεται ὁ μηδένα λόγον εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ποιησάμενος.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. Ἡδονὴ καὶ ὀδύνη, τῇ φύσει φησὶ τῆς σαρκὸς οὐ συνεκτίσθησαν· ἀλλ' ἡ παράβασις, τὴν μὲν ἐπενόησεν εἰς φθορὰν τῆς προαιρέσεως· τὴν δὲ κατεδίκασεν εἰς λύσιν τῆς φύσεως· ἵνα ἡ μὲν ἡδονὴ, ψυχῆς ἑκούσιον ἐργάσηται θάνατον τῆς ἁμαρτίας· ἡ δὲ ὀδύνη διὰ τῆς λύσεως, τὴν κατ' εἶδος ποιήσηται τῆς σαρκὸς ἀπογένεσιν.

β'. Ὅτι κατὰ πρόνοιαν πρὸς κόλασιν τῆς κατὰ προαίρεσιν ἡδονῆς, δέδωκεν ὁ Θεὸς τῇ φύσει τὴν παρὰ προαίρεσιν ὀδύνην, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ θάνατον.

γ'. Ἡ τῶν ἑκουσίων πόνων ἐπίνοια, καὶ ἡ τῶν ἀκουσίων ἐπαγωγὴ, φησὶν, ἀφαιροῦνται μὲν τὴν ἡδονὴν, τὴν κατ' ἐνέργειαν αὐτῆς καταπαύουσαν κίνησιν· οὐκ ἀναιροῦσι δὲ τὴν ὥσπερ νόμον τῇ φύσει πρὸς γένεσιν ἐγκειμένην αὐτῆς δύναμιν. Ἡ γὰρ κατ' ἀρετὴν φιλοσοφία, γνώμης ἀπάθειαν, ἀλλ' οὐ φύσεως ἐργάζεσθαι πέφυκε· καθ' ἣν δηλαδὴ, τὴν γνωμικὴν ἀπάθειαν, ἡ κατὰ νοῦν τῆς θείας ἡδονῆς ἐπιγίνεται χάρις.

δ'. Ἄδικον ἡδονὴν λέγει, τὸν ἐκ τῆς παραβάσεως ἐμφυρέντα τῇ φύσει νόμον τῆς ἁμαρτίας.

ε'. Μέσον ὀφείλοντα πρὸς τὴν τῶν ἄκρων ἀναίρεσιν ἀναδειχθῆναι λέγει, τὸν τοῦ Κυρίου πόνον καὶ θάνατον, ὡς ἡδονῆς ἐσχηκότος ἐλευθέραν τὴν γένεσιν, καὶ ζωῆς ἐμπαθοῦς καθαρὸν τὸν θάνατον τῆς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ θείας σαρκός· καθ' ἣν γένεσίν τε καὶ γέννησιν καὶ θάνατον δι' ἡμᾶς ἑκουσίως ὑπέμεινεν· ἵνα τὴν ἡμῶν ἐξ ἡδονῆς γένεσιν, καὶ τὸν ἐξ ἐμπαθοῦς ζωῆς θάνατον, ἀφέλῃ μέσος ἀναφανεὶς, καὶ πρὸς ἑτέραν ἡμᾶς μετάγῃ ζωὴν, ἀρχῆς ἐλευθέραν χρονικῆς καὶ τέλους, ἣν οὐ φύσις ἀλλ' ἡ χάρις δημιουργεῖ.

ϛ'. Ὅτι παντελῶς φησιν ἀμήχανον ἦν, τὴν φύσιν ὑποβληθεῖσαν τῇ τε κατὰ προαίρεσιν ἡδονῇ, καὶ τῇ παρὰ προαίρεσιν ὀδύνῃ, πάλιν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀνακληθῆναι ζωὴν, εἰ μὴ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ δημιουργὸς, προαιρέσει δεχόμενος τὴν πρὸς κόλασιν τῆς κατὰ προαίρεσιν τῆς φύσεως ἡδονῆς ἐπινοηθεῖσαν ὀδύνην, οὐκ ἔχουσαν προηγουμένην αὐτῆς τὴν

A beateque esset, capere non potuit præsentiam, ubi parebit, qui a divina, omneque sæculum et locum et tempus superante vita, ejus jacturam passus, exciderit ?

Igitur, sive priore sensu, affirmate, impius, et peccator ubicunque parebit, nusquam prorsus a vita circumscripta immunis erit; cui videlicet, quæ omnem circumscriptionem fugit, omnique loco superior exsistit, vita desit. Sive altero ac sequente, neganter : Ubi parebit, qui Deum non habeat vitam continentem, ut illi bene ac beate sit, qui cunctis benemeritis locus ipse futurus sit ? Quonam modo erit, qui Deum locum non sit habiturus, per solam in Deo bene ac beate essendi firmam sedem ac perennitatem? Atque, ut verbo dicam, si ægre adB modum justus salvabitur, quid erit, quidve illi eveniet, qui nullam pietatis atque virtutis rationem habuit, quoad illi vita superstes fuit?

SCHOLIA.

1. Voluptas et dolor, non una cum natura carnis condita sunt; sed transgressio, alteram quidem ad voluntatis labem adinvenit; alterum, justo reatu ad naturæ interitum invexit : quo nimirum, voluptas quidem ac libido, spontaneam animæ mortem peccati noxa conscisceret; dolor vero per interitum, carnis ipsam formam aboleret.

2. Deus, qua providentia res humanas disponit, ad castigandam voluntatis animi libidinem, ea invita naturæ dolorem contulit, ac cujus ille parens C exsistit, mortem.

3. Quos sponte labores animus invenit, ac quos invito inductos suffert, voluptatem quidem auferunt, qui ejus reipsa motum cohibeant ac sistant; non tamen ejus vim legis instar naturæ insitam ad generationem interimunt atque abolent. Quæ enim philosophia virtutem colit, animi imperturbationem, non naturæ suopte genio facit; secundum quam animi imperturbationem, divinæ voluptatis, quæ in mente posita est, gratia accedit.

4. Iniquam voluptatem vocat, quæ ex transgressione naturæ inolevit, peccati legem.

5. Medium ad extrema abolenda exhibitum dicit, Domini laborem et mortem, ejus scilicet, qui D immunem a voluptate ortum habuerit, ac ejus, quam nostri causa gestavit, divinæ carnis mortem a vita libidinosa mundam nactus sit; secundum quam, ortum pariter et nativitatem et mortem propter nos sponte sustinuit; id nostrum ex voluptate ortum, exque vita libidinosa mortem, auferret medius ipse elucens, nosque ad aliam ortus temporalis ac finis expertem vitam (cujus non natura, sed gratia opifex) transferret.

6. Nullo modo fieri poterat, ut natura, quæ tum voluntariæ voluptati ac libidini, tum violento dolori
223 subesset, ad pristinam a principio vitam revocaretur ac instauraretur, quin conditor homo fieret, voluntate dolorem assumens; adinventum scilicet ad castigandam voluntariam naturæ libidinem, nec quæ ex voluptate est ac libidine, præ-

euntem habens originem; quo scilicet naturam a nativitatis reatu absolveret, nativitatem suscipiens quæ ex voluptate ac libidine originem non haberet.

7. Domini scilicet per mortem finis.

8. Naturæ scilicet vi patiendi.

9. Quonam modo doloris pœnam naturæ invectam magis augeamus, dum voluptatis medicamine lenire studemus.

10. Dei sapientia in eo elucet, quod vere natura homo factus est. Justitia, quod simili nobis ratione naturæ vim patiendi assumpsit. Potentia, quod per cruciatus, ærumnas ac mortem, sempiternam naturæ vitam paravit ac immutabilem immunitatem.

11. Quæ ex peccati lege est, voluptate, ad destitutionem carnalis nativitatis, eorum qui dono gratiæ per Spiritum in ipso nascuntur, Domino sublata, quæ prius in naturæ damnationem cedebat, ad peccati condemnationem, mortem eis sumendam concedit.

12. Natura humana, suæ a transgressione generationis principium, voluptuariam ex semine nacta est conceptionem; finemque mortem, quæ dolore ac ærumna conflatur per interitus labem. Dominus autem, qui carnalis hoc nativitatis principio careret, ne fini quidem (naturali scilicet morti) obnoxius erat.

13. Diabolus, dum creatorum naturam in nihilum posse tandem cedere exspectat, omnem conatum adhibuit, ut hominem divini mandati transgressionis reum efficeret.

14. Qui Deo, nobisque invideat diabolus, homini dolo suadens ipsi Deum invidere, ut mandatum transgrederetur illi auctor fuit. Deo autem invidet, ne ejus reipsa laudatissima virtus diluceat, qua hominem deitate donat; palam autem homini ne divinæ in specie, pro virtutis merito, claritatis consors evadat.

15. Generalis condemnatio legis per transgressionem naturæ dominantis, Dei vera humanatio est: propria autem ejus legis condemnatio, cujusque est Christiano ritu voluntate regeneratio.

16. Ingenitam deificationem vocavit, quæ secundum speciem vere exsistens deitatis illustratio est, ipsam ortum non habentem, sed in benemeritis omni majorem cogitatu manifestationem.

17. Illud, *ubi*, quo modo sit intelligendum.

18. Qui non puram suscepturus est divinam vitam, in qua nulla prorsus ratio circumscriptionis, is a dolore haud liber erit, qui nempe genitam jugiter vitam habeat, ejus circumscribentem (id est, continentem) substantiam, non ingenitam atque ab omni locali situ motuque temporali solutam, omnique comprehensione (atque adeo circumscriptione) vacantem. Divina enim vita, ut quæ omnem mentis cogitatum excedat, quanquam se ipsa fruendam præbet, his, qui per gratiam, illius exsistunt par-

A ἐξ ἡδονῆς γένεσιν· ἵνα τῆς ἐκ καταδίκης ἐλευθερώσῃ τὴν φύσιν γεννήσεως, ἐξ ἡδονῆς ἀρχὴν οὐκ ἔχουσαν καταδεχόμενος γέννησιν

ζʹ. Τὸ διὰ θανάτου τέλος τοῦ Κυρίου.

ηʹ. Τῷ παθητῷ δῆλον ὅτι τῆς φύσεως.

θʹ. Πῶς τῆς ὀδύνης πλέον τὸ κατὰ φύσιν ἐπιτείνομεν πρόστιμον, διὰ τῆς ἡδονῆς αὐτὴν παραμυθεῖσθαι σπουδάζοντες.

ιʹ. Τὸ μὲν σοφὸν τοῦ Θεοῦ φησιν, ἐν τῷ γενέσθαι φύσει κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπον δείκνυται· τὸ δὲ δίκαιον, ἐν τῷ τὸ παθητὸν κατὰ τὴν γένεσιν ὁμοίως ἡμῖν ἀνειληφέναι τῆς φύσεως· τὸ δὲ δυνατὸν, ἐν τῷ διὰ παθημάτων καὶ θανάτου ζωὴν ἀΐδιον τῇ φύσει δημιουργῆσαι, καὶ ἀπάθειαν ἄτρεπτον.

B ιαʹ. Ὅτι τὴν ἐκ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας ἡδονὴν εἰς ἀθέτησιν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τῶν ἐν αὐτῷ χάριτι διὰ Πνεύματος γεννωμένων ὁ Κύριος ἀφελόμενος, τὸν εἰς καταδίκην τὸ πρότερον ὄντα τῆς φύσεως, εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας κατάκρισιν αὐτοῖς συγχωρεῖ δέχεσθαι θάνατον.

ιβʹ. Ἀρχὴν ἔσχεν μετὰ τὴν παράβασιν, φησὶν, ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τῆς ἰδίας γενέσεως, τὴν καθ' ἡδονὴν ἐκ σπορᾶς σύλληψιν, καὶ τέλος τὸν κατ' ὀδύνην διὰ φθορᾶς θάνατον. Ὁ δὲ Κύριος ταύτην οὐκ ἔχων ἀρχὴν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως, οὔτε τῷ τέλει, τουτέστι τῷ θανάτῳ, κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν ἁλωτός.

C ιγʹ. Ὅτι τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπογένεσιν δέξασθαι τὴν τῶν γεγονότων φύσιν προσδοκῶν ὁ διάβολος, ἠγωνίσατο τῆς θείας ἐντολῆς παραβάτην δεῖξαι τὸν ἄνθρωπον.

ιδʹ. Ὅτι φθονῶν τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν ὁ διάβολος, δόλῳ τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ Θεοῦ φθονεῖσθαι παραπείσας, παραβῆναι τὴν ἐντολὴν παρεσκεύασε· τῷ Θεῷ μὲν, ἵνα μὴ φανερὰ γένηται κατ' ἐνέργειαν ἡ πανύμνητος αὐτοῦ δύναμις θεουργοῦσα τὸν ἄνθρωπον· τῷ δὲ ἀνθρώπῳ προδήλως, ἵνα μὴ γένηται τῆς θείας ἐν εἴδει κατ' ἀρετὴν μέτοχος δόξης.

ιεʹ. Ὅτι γενικὴ κατάκρισίς ἐστι, φησὶ, τοῦ κατὰ τὴν παράβασιν κρατήσαντος νόμου τῆς φύσεως, ἡ τοῦ Θεοῦ κατ' ἀλήθειαν ἐνανθρώπησις· ἰδικὴ δὲ τούτου τοῦ νόμου κατάκρισίς ἐστιν, ἡ κατὰ Χριστὸν γνωμικὴ τοῦ καθ' ἕκαστον ἀναγέννησις.

D ιςʹ. Ἀγέννητον εἶπε θέωσιν, τὴν κατ' εἶδος ἐνυπόστατον τῆς θεότητος ἔλλαμψιν, ἥτις οὐκ ἔχει γένεσιν, ἀλλ' ἀνεννόητον ἐν τοῖς ἀξίοις φανέρωσιν.

ιζʹ. Πῶς τὸ *ποῦ* δεῖ θεωρεῖν.

ιηʹ. Ὁ μὴ καθαρὰν τὴν θείαν ληψόμενος ζωὴν, φησὶν, ἐν ᾗ περιγραφῆς λόγος τὸ παράπαν οὐκ ἔστιν, ὀδύνης ἐλεύθερος οὐκ ἔσται, τὴν γενητὴν ἔχων διηνεκῶς τὴν αὐτοῦ περιγράφουσαν ὕπαρξιν, ἤγουν συνέχουσαν, ἀλλ' οὐ τὴν ἀγέννητον, καὶ πάσης ἐλευθέραν θέσεως τοπικῆς καὶ κινήσεως χρονικῆς· καὶ μηδεμίαν κατάληψιν ἔχουσαν· καὶ διὰ τοῦτο, μηδὲ περιγραφήν. Ἡ γὰρ θεία ζωὴ καὶ ἀνεννόητος, κἂν ἀπόλαυσιν δίδωσιν ἑαυτῆς τοῖς κατὰ χάριν μεθέξουσιν, ἀλλ' οὐ κατάληψιν. Μένει γὰρ

άει, κἂν τῇ μεθέξει τῶν ἀπολαυόντων αὐτῆς, ἀκατάληπτος, ὅτι κατὰ φύσιν ὡς ἀγέννητος ἔχει τὴν ἀπειρίαν.

ιθ'. Ὁ μὲν Θεός φησι, κατὰ μίαν ἀπειροδύναμον τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ βούλησιν πάντας συνέξει καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους· ἀγαθούς τε καὶ πονηρούς· οὗτοι δὲ πάντες, οὐκ ἴσως μεθέξουσι Θεοῦ, τοῦ διὰ πάντων ἀσχέτως χωρήσοντος· ἀλλ' ἀναλόγως ἑαυτοῖς. Οἱ μὲν τῇ φύσει φυλάξαντες ἰσονομοῦσαν διὰ πάντων τὴν γνώμην, καὶ τῶν τῆς φύσεως λόγων κατ' ἐνέργειαν δεκτικὴν αὐτὴν καταστήσαντες, καθ' ὅλον τὸν τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι λόγον, διὰ τὴν πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τῆς γνώμης εὐπάθειαν, ὅλως μεθέξουσι τῆς ἀγαθότητος κατὰ τὴν αὐτοῖς ἐπιλάμπουσαν ὡς ἐν ἀγγέλοις, ἢ ὡς ἐν ἀνθρώποις, θείαν ζωήν. Οἱ δὲ τῇ φύσει ποιήσαντες ἀνισομοῦσαν διὰ πάντων τὴν γνώμην, καὶ τῶν τῆς φύσεως λόγων κατὰ τὴν ἐνέργειαν σκεδαστικὴν αὐτὴν ἀποδείξαντες, καθ' ὅλον τὸν τοῦ εὖ εἶναι λόγον, διὰ τὴν πρὸς τὴν θείαν βούλησιν τῆς γνώμης ἀντιπάθειαν, ὅλης ἐκπεσοῦνται τῆς ἀγαθότητος, κατὰ τὴν ἐμφαινομένην αὐτοῖς πρὸς τὸ φεῦ εἶναι τῆς γνώμης οἰκείωσιν· καθ' ἣν πρὸς τὸν Θεὸν ἔσται τῶν τοιούτων διάστασις, οὐκ ἐχόντων κατὰ τὴν πρόθεσιν τῆς γνώμης, ταῖς ἐνεργείαις τῶν ἀγαθῶν τὸν τοῦ εὖ εἶναι λόγον ζωογονούμενον, καθ' ὃν ἡ θεία ζωὴ διαφαίνεσθαι πέφυκε. Ζυγὸς οὖν τῆς ἑκάστου γνώμης ἔσται κατὰ τὴν κρίσιν, ὁ τῆς φύσεως λόγος, τὴν πρὸς τὸ φεῦ, ἢ εὖ αὐτῆς διελέγχων κίνησιν, καθ' ἣν ἡ τῆς θείας ζωῆς μέθεξις ἢ ἀμεθεξία γίνεσθαι πέφυκε. Κατὰ γὰρ τὸ εἶναι, καὶ ἀεὶ εἶναι πάντας συνέξει παρὼν ὁ Θεός· κατὰ δὲ τὸ ἀεὶ εὖ εἶναι, μόνους ἰδιοτρόπως τοὺς ἁγίους ἀγγέλους τε καὶ ἀνθρώπους· τὸ ἀεὶ φεῦ εἶναι τοῖς μὴ τοιούτοις ὡς γνώμης καρπὸν ἀφεὶς ἐπικιρνώμενον.

A ticipes, non tamen comprehendendam. Manet enim semper, in ipsa quoque fruentium participatione, incomprehensa, quod per naturam, velut ingenita, infinita exsistat.

19. Deus quidem secundum unam eamdemque infinitæ virtutis bonitatis suæ voluntatem, cunctos, angelosque et homines, bonosque et malos continebit: non tamen omnes perinde Dei, qui incommiste ipseque absolutus omnibus immeet, erunt participes, sed pro cujusque captu rataque ratione. Qui nimirum voluntatem per omnia servantes naturæ æquabilem, illius rationum reipsa reddiderunt capacem, secundum totam beatæ perennitatis rationem, ob suæ cum divina, propenso obsequendi nutu, voluntatis necessitudinem, divinam prorsus B bonitatem percipient, divina eis allucente vita, pro eo ac angelis aut hominibus comparatum est. Qui autem voluntatem per omnia naturæ inæquabilem reddiderunt, ac naturæ reipsa dissipantem rationes fecerunt, secundum totam beatæ perennitatis rationem, ob voluntatis animique sententiæ a divina voluntate obsequendi nutu dissidium pervicaciamque, quidquid bonitatis est, ob elucentem in eis cum nefasta miseraque perennitate necessitudinem, amittent: secundum quam talium erit a Deo sejunctio, qui mentis arbitrio bonis actibus incolumem beatitudinis rationem non servaverint, **224** qua ut effulgeat, divinæ vitæ comparatum est. Cujusque ergo voluntatis in judicio trutina, futura naturæ C ratio est, ejus explorans motum, quo vel ut male ac misere, vel ut bene fausteque esset ac beate, persecuta est: qua est, ut divina quis vita impartiatur, aut ejus commercio careat. Essendi enim ratione ejusque perennitate, omnes Deus præsentia continebit: beata autem perennitate, solos peculiariter sanctos angelos atque homines: his, qui tales non erunt, miseræ perennitatis relicto fructu ac contemperato.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΒ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει Ζαχαρίας ὁ ἅγιος Προφήτης, « Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον· καὶ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον, μῆκος πήχεων εἴκοσι, καὶ πλάτος πήχεων δέκα· καὶ εἶπε πρός με, Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. » Καὶ μετ' ὀλίγα, « Καὶ ἐξοίσω αὐτό, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος ἐν τῷ ὀνόματί μου ψευδῶς· καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτὸν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ. » Τί τὸ δρέπανόν ἐστι, καὶ τὸ μέτρον τοῦ τε μήκους καὶ τοῦ πλάτους· καὶ διὰ τί πετόμενον; καὶ τίς ὁ κλέπτης καὶ ἐπίορκος, καὶ τίς ὁ τούτου οἶκος· τίνα τὰ ξύλα, καὶ τίνες οἱ λίθοι;

QUÆSTIO LXII.

Quid est quod sanctus propheta Zacharias ait: « Et levavi oculos meos, et vidi: et ecce falx volans, longitudinis cubitorum viginti, et latitudinis cubitorum decem; et dixit ad me: Hæc est maledictio, quæ D *egreditur super faciem universæ terræ* [93]. » *Et post pauca. « Et educam illam, dicit Dominus omnipotens, et ingredietur in domum furis et in domum jurantis in nomine meo false; et habitabit in medio domus ejus, et consummabit eam, et ligna ejus et lapides ejus* [94]. » *Quidnam est falx, et mensura ejus tum longitudinis tum latitudinis; quamobrem volans; quisnam vero fur ac perjurus? quæ item ejus domus; quænam ligna ac qui lapides?*

[93] Zachar. v, 1-3. [94] ibid. 4.

* Sequentia ex Seguier. duplici cod., emendat. et collat. cum alio cl. v. Raph. Dufrenii, nunc Regio.

Responsio.

Qui dixerat Deus : *Visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* [98]; admirandi sui per carnem, humanæ salutis causa, adventus, varie symbolis effictas præmittebat informationes, alias aliis prophetis procul insinuans, quantum quisque capiebat. Igitur magnum quoque Zachariam mysteriorum suorum initiatione donans, velutque ob oculos producendo ad intelligendum, futuri sui per carnem adventus vim, falcem ei quam contemplaretur sapienter objecit; nimirum futurum docens, ut qui se multifariam prophetarum visionibus mystice effinxerat, nostram sponte reque ipsa natura formationem iniret, quo rei ipso eventu præviis figuris præsignatam veritatem præsentem ostenderet.

Falx igitur est Dominus noster Jesus Christus, Dei unigenitus Filius Verbumque; ipse quidem a se per naturam simplex exsistens, ac semper idem perseverans; mei tamen causa, per assumptionem carnis intelligentium more animatæ secundum personam (qua novit **225** ipsi ratione) factus compositus, ut neque per summam cum carne in persona unionem, in unam confusionem naturam admittat, neque per summam naturalem a carne distinctionem, in duos filios scissus abeat. Ad unionem autem in persona quod spectat, summum voco seu extremum, plenam omnino indivisionem : quod vero ad naturalem distinctionem, plenam itidem modisque omnibus inconfusionem ac incolumitatem. Neque enim divinæ incarnationis mysterium, idcirco quod ea, ex quibus coalescit, natura diversa sunt, ullam prorsus personæ distinctionem importat; neque vero ob unionem in persona, eorum in unam naturam confusionem : alterum quidem, ne accessionem accipiat Trinitatis mysterium; alterum, ut nihil per naturam exsistat deitati congeneum ac consubstantiale. Duarum enim naturarum in personam, non in naturam unam facta coitio est : ut et personæ unitas, ex naturarum inter se concursu per unionem facta eluceat, et eorum quæ convenerunt ut indivulse unirentur, naturali proprietate extra omnem mutationem ac confusionem distinctio fidem habeat.

Siquidem enim idcirco naturæ coivissent, ut natura ederetur, ignotum prorsus nobis esset salutis nostræ mysterium : cum non esset unde, quave ratione, Dei in nos nostrumque usum, demissionem nosse possemus; carne scilicet per unionem in deitatis naturam mutata, aut deitate in carnis substantiam conversa : aut denique ambabus mistione quadam, ad aliam quamdam ab iis diversam procreandam, confusis, ac quæ neutrius earum ex quibus exsistat, illæsam naturarum rationem ferret. Sive enim caro in deitatis naturam, sive in carnem deitatis natura mutata est, sive denique ad aliam

[98] Osee xii, 10.

A

Ἀπόκρισις.

Ὁ φήσας Θεός· *Ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ τῶν προφητῶν ὡμοιώθην·* τῆς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων διὰ σαρκὸς αὐτοῦ θαυμαστῆς ἐπιδημίας, τοῖς συμβόλοις διαποικίλας προκατεβάλετο ὑποτυπώσεις· ἄλλην δι' ἄλλου τῶν προφητῶν, ὧν ἕκαστος ἦν χωρητικὸς, προδεικνύμενος· οὐκοῦν καὶ τῷ μεγάλῳ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ, τῶν οἰκείων μυστηρίων δωρούμενος τὴν μύησιν, καὶ οἷον ἐπ' ὄψιν ἄγων αὐτῷ πρὸς κατανόησιν τῆς μελλούσης αὐτοῦ διὰ σαρκὸς παρουσίας τὴν δύναμιν, δρέπανον αὐτῷ κατὰ τὴν θεωρίαν σοφῶς διεσκεύασε· διδάσκων ὡς αὐτὸς ἔμελλεν, ὁ τοῖς τύποις ἑαυτὸν πολυειδῶς ταῖς τῶν προφητῶν ὁράσεσι μυστικῶς διαπλάσας, τὴν ἡμετέραν ἑκουσίως κατ' ἀλήθειαν ὑπελθεῖν φύσει διάπλα- B σιν, ἵνα δείξῃ τοῖς πράγμασι παροῦσαν τὴν προμηνυθεῖσαν διὰ τῶν τύπων ἀλήθειαν.

Δρέπανον οὖν ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (1), ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος· ὁ δι' ἑαυτὸν μὲν κατὰ φύσιν ἁπλοῦς καὶ ὢν, καὶ ἀεὶ διαμένων· δι' ἐμὲ δὲ κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης, ὡς οἶδεν αὐτὸς, γινόμενος καθ' ὑπόστασιν σύνθετος· οὔτε τῇ κατ' ἄκρον πρὸς τὴν σάρκα καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει τὴν εἰς μίαν φύσιν παραδεχόμενος σύγχυσιν, οὔτε τῇ κατ' ἄκρον πρὸς τὴν σάρκα κατὰ τὴν φύσιν διαφορᾷ, πρὸς υἱῶν δυάδα τεμνόμενος. Ἄκρον δέ φημι, τῆς μὲν καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως, τὸ παντελῶς ἀδιαίρετον· τῆς δὲ κατὰ φύσιν διαφορᾶς ἄκρον, τὸ παντελῶς ἀσύγχυτον καὶ ἀναλλοίωτον· ὅτι μηδὲ συνεπάγεται παντελῶς, τῇ κατὰ C φύσιν τῶν ἐξ ὧν συνέστηκεν ἑτερότητι, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφορὰν, τὸ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως· οὔτε μὴν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει, τὴν εἰς μίαν φύσιν σύγχυσιν· τὸ μὲν, ἵνα μὴ προσθήκην λάβῃ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον (2)· τὸ δὲ, ἵνα μηδὲν ᾖ τῇ θεότητι ὁμογενὲς κατὰ φύσιν καὶ ὁμοούσιον. Δύο γὰρ φύσεων πρὸς ὑπόστασιν· ἀλλ' οὐ πρὸς φύσιν μίαν γέγονε σύνοδος· ἵνα καὶ τὸ καθ' ὑπόστασιν ἓν, ἐκ τῶν ἀλλήλαις συνδραμουσῶν φύσεων δειχθῇ κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀποτελούμενον· καὶ τὸ διάφορον τῶν συνελθόντων πρὸς τὴν ἀδιάσπαστον ἕνωσιν, κατὰ τὴν φυσικὴν ἰδιότητα πιστευθῇ πάσης ἐκτὸς μένον τροπῆς καὶ συγχύσεως.

D

Εἰ γὰρ πρὸς φύσεως γένεσιν ἡ τῶν φύσεων γέγονε σύνοδος (3), ἀδιάγνωστον ἂν ἦν ἡμῖν παντελῶς τὸ τῆς ἡμῶν σωτηρίας μυστήριον· οὐκ ἔχουσιν πόθεν, ἢ πῶς δυνηθῆναι μαθεῖν τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν· εἰς τὴν θείαν φύσιν διὰ τὴν θείαν ἕνωσιν τῆς σαρκὸς μεταβληθείσης, ἢ τῆς θείας εἰς τὴν σαρκὸς οὐσίαν μετατραπείσης· ἢ ἀμφοῖν πρὸς ἄλλης παρ' ἑαυτὰς γένεσιν κατά τινα μίξιν συμφυρεισῶν· καὶ μηδετέρας τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων, τὸν λόγον ἀλώβητον φερούσης. Εἴτε γὰρ εἰς θεότητος φύσιν ἡ σὰρξ, εἴτε πρὸς σάρκα ἡ τῆς θεότητος μετεβλήθη φύσις· εἴτε πρὸς ἄλλης γένεσιν φύσεως παρὰ ταύτας

A ὁ τῆς πρὸς φύσιν μίαν ἑνώσεως τρόπος τὰς φύσεις συνώθησεν, ἐγὼ τὸ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως οὐκ ἐπιγινώσκω, φυσικὴν οὐχ εὑρίσκων μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐν τῷ μυστηρίῳ διαφορὰν σαρκὸς καὶ θεότητος. Εἰ δὲ σαρκὸς ἐν Χριστῷ καὶ θεότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν ὑπάρχει κατὰ φύσιν διαφορά· οὐ γὰρ ταυτὸν κατ' οὐσίαν ποτὲ θεότης καὶ σάρξ· πρὸς φύσεως μιᾶς γένεσιν ἡ τῶν συνελθόντων οὐδαμῶς γέγονεν ἕνωσις· ἀλλὰ πρὸς μίαν ὑπόστασιν· καθ' ἣν οὐδεμίαν ἐν Χριστῷ οἱονδήποτε τρόπον εὑρίσκομεν διαφοράν. Ταυτὸν γὰρ τῇ οἰκείᾳ σαρκὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ Λόγος. Καθ' ὃ γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν οἱανδήποτε ἐπιδέχεται διαφορὰν, ἓν εἶναι κατὰ πάντα τρόπον οὐ δύναται. Καθ' ὃ δὲ τὴν οἱανοῦν παντελῶς οὐκ ἐπιδέχεται διαφορὰν, κατὰ πάντα τρόπον τὸ ἓν B ἐπ' αὐτοῦ διὰ παντὸς εὐσεβῶς ἔχει καὶ ὂν καὶ λεγόμενον.

Οὐκοῦν ἐπειδὴ πᾶσα μὲν διαφορὰ καθ' ὃ διαφορὰ πάντως ὑποκείμενον ἔχει ποσὸν τῶν διαφερόντων· ποσοῦ γὰρ χωρὶς, οὐκ ἂν εἴη ποτὲ διαφορά· τὸ δὲ ποσὸν, ἀριθμοῦ χωρὶς οὐ δέχεται δήλωσιν· καλῶς ἂν πρὸς μόνην τὴν δήλωσιν τῆς διαφορᾶς τῶν ἐξ ὧν ἐστι φύσεων ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν ἕνωσιν, τὸν ἀριθμὸν παραλαμβάνομεν, σημαίνοντες ἀτρέπτους σώζεσθαι τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἀλλ' οὐ διαιροῦντες τῷ ἀριθμῷ τῶν εἰς ὑπόστασιν μίαν συνδεδραμηκότων τὴν ἕνωσιν· καὶ δηλοῦμεν τοῦτο φρονοῦντες, τῷ τῆς ὑποστάσεως λόγῳ, καθοτιοῦν ἀριθμὸν οὐκ ἐπάγοντες. Ὧ γὰρ οὐκ ἐπιθεωρεῖται διαφορὰ παντελῶς, οὐδὲ C ποσὸν συνεισάγεται. Τὸ δὲ ποσὸν οὐκ ἔχον συνεισαγόμενον, οὔτε τὸν δηλωτικὸν τῆς διαφορᾶς ἀριθμὸν ἐπιδέχεται. Σύνθετον οὖν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἡ ταυτότης καὶ τὸ πάντη θεωρεῖται μοναδικόν· ἵνα καὶ τὸ ταυτὸν καὶ μοναδικὸν φυλάξωμεν τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὴν διαφορὰν τῶν πρὸς ὑπόστασιν μίαν συνδραμουσῶν ὁμολογήσωμεν φύσεων. Οὗτός ἐστιν ὃν ἐν σχήματι δρεπάνου πετόμενον ὁ θαυμαστὸς Ζαχαρίας. Ἐκθεριστικὸς γὰρ πάσης κακίας τε καὶ ἀγνωσίας ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος.

Μῆκος αὐτοῦ, φησὶ, *πήχεων εἴκοσι· καὶ πλάτος αὐτοῦ, πήχεων δέκα*. Ὡς μὲν οὖν Θεὸς καὶ Λόγος ὁ Χριστὸς (4), εἰς δέκα πήχεις, τὰς ἐμπράκτους λέγω D καὶ θείας ἐντολὰς, τῷ τῆς Προνοίας τρόπῳ κατὰ πρόοδον πλατύνεσθαι πέφυκεν. Εἰς δεκάδα γὰρ ἐντολῶν ὁ τοῦ Θεοῦ πλατύνεται λόγος· δι' ὧν τήν τε τῶν δεόντων ἐνέργειαν, καὶ τῶν οὐ δεόντων τὴν ἀργίαν νομοθετήσας, πᾶσαν περιέσχεν τῶν προνοουμένων τῆς αὐθαιρέτου γνώμης τὴν κίνησιν. Ὡς δὲ γενόμενος σὰρξ ὁ αὐτὸς (5), καὶ τελείως ἐνανθρωπήσας, εἰς εἴκοσι πήχεις μηκύνεται· διὰ τὴν ἐπ' αἰσθήσεσι τῶν στοιχείων πρὸς γένεσιν σώματος σύνθεσιν. Πέντε γὰρ αἰσθήσεις ὑπάρχουσι, καὶ τέσσαρα τυγχάνει τὰ στοιχεῖα· ἐξ ὧν κατὰ σύνοδον ἡ τῶν ἀνθρώπων συνέστηκε φύσις. Πέντε δὲ ἐπὶ τέσσαρα συντιθέμενα, ποιεῖ τὸν εἴκοσι σαφῶς ἀριθμόν. Μῆκος δὲ τὸν τῆς οἰκονομίας ἡ Γραφὴ προσηγόρευσε τρόπον,

præter has procreandam naturam, unionis modus naturas in unam compulit naturam, divinæ incarnationis mysterium nullus ipse agnosco, qui videlicet post unionem distinctionem carnis et deitatis in mysterio non inveniam. Sin autem carnis in Christo ac deitatis post unionem naturalis exsistit distinctio (neque enim idem unquam secundum substantiam deitas ac caro exstiterint), nequaquam eorum quæ convenerunt, eo facta unio est, ut una oriretur natura, sed ut una constaret persona, cujus ratione nullam prorsus **226** in Christo invenimus distinctionem. Verbum enim idem est cum sua carne secundum personam. Qua enim ratione ullam prorsus Christus admittit distinctionem, unum omni modo esse non potest. Qua vero ratione nullam prorsus admittit distinctionem, per omnem modum pie in illo semper unum tum exsistat, tum affirmetur.

Quia igitur omnis distinctio, ea ratione qua distinctio est, eorum omnino quæ distinguuntur subjectam quantitatem habet (sine enim quantitate nunquam distinctio exsistat : nec quantitas absque numero declarari potest), rite eo duntaxat fine, ut naturarum ex quibus Christus consistit, distinctionem post unionem significemus, numerum usurpamus, quo naturas post unionem nihil demutatas significemus; non ut eorum, quæ in unam personam concurrerunt, unionem numeri adjectione dividamus. Idque nos sentire declaramus, quod, cum de persona loquimur, nullo modo numerum adhibeamus. In quo enim nulla prorsus intelligitur distinctio, cum eo neque quantitas inferatur. Cum quo autem quantitas non infertur, neque numerum admittit, quo quantitas significetur. Compositus igitur est personæ ratione, secundum quam ipse unus idemque ac prorsus singularis intelligitur : quo nimirum et eamdem singularemque personam servemus, et naturarum, quæ ad unam personam concurrerunt, distinctionem profiteamur. Hic est, quem falcis volantis figura admirandus Zacharias conspexit. Vitii enim vim omnem ac ignorantiæ demetendi, Dei sermo habet.

Longitudo ejus cubitorum viginti, et latitudo ejus cubitorum decem. Ut quidem Deus ac Verbum Christus, in decem cubitos (quæ scilicet actione geruntur divinaque mandata) Providentiæ rationibus secundum processum ut multiplicetur, comparatum habet. Dei enim sermo in mandatorum decadem multiplicatur; quibus, et ea quæ officii sunt facienda sanciens, et ab eis cessandum quæ non sunt ejusmodi, eorum qui Providentia disponuntur, liberæ mentis motum omnem complexus est. Ut autem idem caro factus est, ac perfecte induit hominem, in viginti cubitos producitur, ob elementorum in sensibus corporis editione compositionem. **227** Sunt enim quinque sensus, ac quatuor exsistunt elementa : ex quibus una coeuntibus hominum consurgit natura. Quinque autem super quatuor si componas, vicesimum palam numerum feceris.

Longitudinem vero Scriptura dispensationis modum appellavit, ob celsitatem, ac quod divinæ incarnationis mysterium naturam omnem excedit.

Volantem autem, et quod terrenum nihil habeat, et ob velocitatem motusque celeritatem, atque (ut verbo dicam) verbi abbreviationem, omnemque hominum salutem una salvandorum mente complectentem, sola fide ac bona conscientia consistentem. Nihil enim celerius interiori fide, nihilque proclivius, quam ut ejus gratiam, quod fide tenes, ore confitearis. Alterum enim animatam ejus qui credidit dilectionem erga auctorem ostendit; alterum, piam erga proximum animi affectionem. Dilectio autem seu charitas veraque affectio (id est, fides bonaque conscientia) opus palam sunt atque effectus interioris animi motus; qui suo ortu nulla prorsus exteriori materia indigeat. *Verbum enim breviatum*, inquit, *faciet Dominus super terram* [96].

Hic est maledictio, quam emisit Deus et Pater super faciem universæ terræ. Vera maledictio veræ illius maledictionis. Quia enim per transgressionem, Adami inobedientia maledictio exstiterat, non sinens mandatum adolescere ad edendos fructus justitiæ, quorum proventu creatura benediceretur; Dei ac Patris naturalis benedictio in Adami maledictionem venit, maledictionis peccati facta maledictio, ad abolendam, quæ adoleverat, inobedientiam, ad edendos fructus injustitiæ, quo creatura adolescere peccato desisteret. Ut enim divinus Apostolus testis est, propter me maledictio ac peccatum factus est, qui meam solvit maledictionem, ac mundi peccatum tollit [97].

Duplex enim mihi comes maledictio erat: altera, quæ meæ fructus voluntatis esset, id est peccatum, cujus merito virtutis animi semen in terram ceciderat; altera, cui juste ob meam voluntatem natura morti addicta erat; eo scilicet et invitam naturam cogens ac necessitate, ubi meæ voluntatis motus, animi sententia proseminatus fuerat. Cui ergo natura maledictioni addicta erat, eam, naturæ conditor Deus, **228** sponte sustinens (nempe mortem) vigentem in me voluntate peccati maledictionem, propria morte per crucem interemit; factaque est Dei mei maledictio atque mors, non sinens transgressionem ad fructus injustitiæ edendos procedere; divinæque mandato justitiæ benedictio, ac vita immortalis.

Falx ista (nempe Dominus noster ac Deus Jesus Christus) consummat furem et perjurum, atque ejus evertit domum. Fur autem ac perjurus vere nequam diabolus est; fur quidem, ea ratione quod dolo seductum hominem e paradiso, malus prædo sustulerit (nempe Dei opus et fabricam ac peculium) inque hunc traxerit ærumnarum locum; divinæ item majestatis simulacrum, multis peccatorum sordibus

A διά τε τὸ ὕψος, καὶ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν εἶναι φύσιν τὸ μυστήριον τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως.

Πετόμενον δὲ, διά τε τὸ μηδὲν ἔχειν ἐπίγειον (6), διά τε τὸ ταχὺ καὶ ὀξυκίνητον· καὶ, συνελόντα φάναι, συντετμημένον τοῦ λόγου, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν μόνῃ περιγράφον τῇ καρδίᾳ τῶν σωζομένων· κατὰ μόνην τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν συνεχομένην (7). Οὐδὲν γὰρ τοῦ πιστεύειν ταχύτερον· καὶ τοῦ, διὰ στόματος ὁμολογεῖν τοῦ πιστευθέντος τὴν χάριν, ἐστὶν εὐχολώτερον. Τὸ μὲν γὰρ δηλοῖ τὴν ἔμψυχον πρὸς τὸν πεποιηκότα τοῦ πεπιστευκότος ἀγάπην· τὸ δὲ, τὴν θεοφιλῆ πρὸς τὸν πλησίον διάθεσιν. Ἀγάπη δὲ, καὶ γνησία διάθεσις· ἤγουν πίστις, καὶ ἀγαθὴ συνείδησις· ἔργον προδήλως B τοῦ κατὰ καρδίαν ἀφανοῦς ὑπάρχει κινήματος, τῆς ἐκτὸς ὕλης πρὸς γένεσιν παντελῶς οὐ δεόμενον. *Λόγον γὰρ συντετμημένον*, φησὶ, *ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς*.

Οὗτός ἐστιν ἡ ἀρὰ, ἣν ἐξέπεμψεν ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ (8)· ἡ ὄντως ἀρὰ τῆς ἀληθινῆς. Ἐπειδὴ γὰρ γέγονεν ἀρὰ διὰ τῆς παραβάσεως, ἡ παρακοὴ τοῦ Ἀδὰμ, μὴ συγχωρήσασα πρὸς γένεσιν καρπῶν δικαιοσύνης αὐξηθῆναι τὴν ἐντολὴν, ἵνα λάβῃ τὴν εὐλογίαν ἡ κτίσις, ἐν τῇ ἀρᾷ γίνεται τοῦ Ἀδὰμ, ἡ κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς εὐλογία· τῆς καθ' ἁμαρτίαν ἀρᾶς ἀρὰ γινομένη, πρὸς ἀναίρεσιν τῆς πρὸς γένεσιν καρπῶν ἀδικίας αὐξηθείσης παρακοῆς, ἵνα λάβῃ στέρησιν τῆς C καθ' ἁμαρτίαν αὐξήσεως ἡ κτίσις. Κατάρα γὰρ δι' ἐμὲ, καὶ ἁμαρτία γέγονε, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὁ τὴν ἐμὴν λύων κατάραν, καὶ τοῦ κόσμου αἴρων τὴν ἁμαρτίαν.

Δύο γὰρ κατάρας εἶχον ἐγώ· μίαν μὲν, καρπὸν οὖσαν τῆς ἐμῆς προαιρέσεως· τουτέστι τὴν ἁμαρτίαν· δι' ἧς εἰς τὴν γῆν τὸ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἀπέπεσε γόνιμον· ἑτέραν δὲ, τὸν καταψηφισθέντα δικαίως διὰ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν θάνατον τῆς φύσεως· ἐκεῖσε πρὸς ἀνάγκης καὶ μὴ βουλομένην τὴν φύσιν ὠθούμενον (9), ἔνθα τῆς ἐμῆς προαιρέσεως ἐνεσπάρη κατὰ γνώμην ἡ κίνησις. Τὴν οὖν κατακριθεῖσαν τῆς φύσεως, ὁ τῆς φύσεως ὑποστήσας τὴν γένεσιν Θεὸς, ἑκουσίως ὑπελθὼν κατάραν· φημὶ δὲ, τὸν θάνατον· τὴν ζῶσαν ἐν ἐμοὶ κατὰ προαίρεσιν D τῆς ἁμαρτίας κατάραν, τῷ οἰκείῳ θανάτῳ διὰ σταυροῦ κατασφάξας ἀπέκτεινε· καὶ γέγονε ἡ τοῦ Θεοῦ μου κατάρα, τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας κατάρα καὶ θάνατος, μὴ συγχωροῦσα πρὸς γένεσιν καρπῶν ἀδικίας ἐλθεῖν τὴν παράβασιν· τῆς δὲ κατ' ἐντολὴν θείας δικαιοσύνης εὐλογία, καὶ ζωὴ ἀτελεύτητος.

Τοῦτο τὸ δρέπανον, ἤγουν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, συντελεῖ τὸν κλέπτην καὶ ἐπίορκον· καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ καταλύει. Κλέπτης δὲ κατ' ἀλήθειάν ἐστι καὶ ἐπίορκος (10), ὁ πονηρὸς διάβολος. Κλέπτης μὲν, ὡς συλήσας δι' ἀπάτης δόλῳ τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον· ἔργον καὶ κτίσμα Θεοῦ καὶ κτῆμα τίμιον ὑπάρχοντα, καὶ εἰς τόνδε τῆς κακώσεως ἀγαγὼν τὸν τόπον· καὶ τὸ τῆς θείας ἀπεικό-

[96] Isa. x, 12; Rom. ix, 28. [97] Joan. i, 26; II Cor. v, 21; Galat. iii, 13.

νισμα δόξης, πολλαῖς ἁμαρτημάτων κηλῖσιν καταρυπώσας· ἰδίαν περιουσίαν ζητῶν ποιήσασθαι τὸν ἀλλότριον πλοῦτον, τῶν ἀλλοτρίων κακῶς ἐφιέμενος ἀγαθῶν· οὐχ ἵνα τηρήσῃ, ἀλλ' ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ (11). Ἐπίορκος δὲ, ὡς ψεύστης καὶ παραλογιστής. Ὑποσχόμενος γὰρ τῷ Ἀδὰμ δώσειν θειότητος δόξαν, πρὸς ἀτιμίαν κτηνῶν ἀλόγων καὶ ὕβριν κατέβαλε· καὶ παντὸς κτήνους, ἵνα τὸ κυριώτερον εἴπω, πεποίηκεν ἀτιμώτερον· τοσοῦτον πλέον ἔχοντα τῶν κτηνῶν κατὰ τὴν ὕβριν τῆς ἀλογίας, ὅσον τῶν κατὰ φύσιν τὸ παρὰ φύσιν ἐστὶ βδελυκτότερον· καὶ τῆς ἀθανασίας αὐτὸν ἀποξενώσας, τῇ περιβολῇ τῆς φθορᾶς κατεμόλυνεν.

Οἶκος δὲ τούτου τοῦ κλέπτου καὶ ἐπιόρκου (12), ὁ παρὼν τῆς φθορᾶς καὶ τῆς ἀλλεπαλλήλου συγχύσεως καθέστηκε κόσμος· ὃν τυχὸν ἐσφετερίσατο ληστεύσας τὸν ἄνθρωπον· ἐν ᾧ καὶ ληστεύειν συνεχωρήθη, δι' ἃς οἶδεν αἰτίας (13), ὁ ληστεύειν αὐτὸν συγχωρήσας Θεὸς, μέχρις ἂν ὁ κυκλικὸς τοῦ χρόνου συνέστηκε δρόμος.

Ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ καταλύσας ὡς ἐν οἴκῳ διὰ τῆς ἀφράστου σαρκώσεως ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τόν τε διάβολον δήσας, κατήργησε, καὶ τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους τοῦ κόσμου τούτου (14), παντελῶς συνετέλεσε· τὰ ξόανα καὶ τοὺς βωμοὺς, καὶ τὰ τῶν ἀγαλμάτων ἱδρύματα διολέσας παντελῶς καὶ ἀφανίσας· δι' ὧν θεός τις πολύμορφος καὶ ἀλλόκοτος, ὁ τῆς πλάνης πατὴρ διάβολος προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν πλανηθέντων ᾤετο· τὴν ἐκείνων ἄνοιαν δόξης ἰδίας, ὡς πολὺ τῶν πλανωμένων ἀνοητότερος, ὕλην ποιούμενος. Τί γὰρ τοῦ δοκεῖν, οὐκ ὄντος κατ' ἀλήθειαν φύσει τοῦ πράγματος, ἀφρονέστερον; Ἐν τούτῳ τοῦ κλέπτου καὶ ἐπιόρκου, τοῦ διάβολου, τῷ οἴκῳ· λέγω δὴ τῷδε τῷ κόσμῳ· ὁ φιλάνθρωπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν λυτρωτὴς καὶ τῶν σωμάτων, διὰ σαρκὸς καταλύσας, ὅλον κατέστρεψε κατὰ τὸν τῆς προτέρας πλάνης τρόπον (15)· καὶ ὅλον πάλιν κατὰ τὸν τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως ἐπανωρθώσατο λόγον. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὸν λῃστὴν διωθήσας τῶν ἀλλοτρίων κτημάτων, αὐτὸς πάλιν ὡς δεσπότης δι' ἀρετῆς τῶν οἰκείων κεκράτηκε· κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν τὴν ἁγίαν αὐτοῦ μεγαλοπρεπῶς Ἐκκλησίαν δειμάμενος.

Ἢ τυχὸν κλέπτης ἐστὶν ὁ διάβολος (16), ὡς δι' ἀπάτης δόλῳ τὴν ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν μεταφέρειν μέχρι καὶ νῦν μηχανώμενος ἔφεσιν. Ἐπίορκος δὲ καὶ ψεύστης, ὡς παραλογιστὴς ὁμοῦ, καὶ τῇ τῶν ἀμεινόνων ἐλπίδι τοὺς κουφοτέρους τῶν τέως ἐν χερσὶν ἀγαθῶν ἀφίστασθαι πείθων· καὶ διὰ τῶν νομιζομένων ἡδέων, λανθανόντως τοῖς πειθομένοις αὐτῷ, πόνους δημιουργῶν. Οἶκος δὲ τούτου τοῦ κλέπτου καὶ ψεύστου καθέστηκεν, ἡ φιλαμαρτήμων τῆς ἑκάστου καρδίας διάθεσις· ἔχουσα καθάπερ λίθους, τὴν περὶ τὰ καλὰ καρδίας πώρωσιν καὶ ἀναισθησίαν· ξύλα δὲ, τὰ ἐξαπτικὰ ἐνθύμια τῆς τῶν παθῶν ἀκαθάρτου πυρώσεως.

Ἢ μή ποτε ξύλα φησὶ τροπικῶς ἡ Γραφὴ (17), τὴν ἐπιθυμίαν. Ξύλον γὰρ ταύτης [*marg.* Τῆς ἐπιθυ-

A inquinaverit, alienas opes in suum quærens usurpare censum, alienorum male cupidus bonorum; non servandi proposito atque animo, sed furandi et mactandi atque perdendi [98]. Perjurus vero, ut mendax et seductor. Pollicitus enim Adamo deitatis gloriam, ad jumentorum ratione carentium probrum dejecit ac injuriam; atque, ut verius loquar, omni jumento majore probro affecit [99]: tanto scilicet jumentis absentiæ rationis majore injuria, quanto abominabilius quod contra naturam inolitum, quam quod ex natura: ipsumque extra immortalitatis jura faciens, corruptionis amictu fœdavit.

Domus autem hujusce furis ac perjuri, præsens est corruptionis ac continuæ confusionis mundus; B quem sibi is, hominem forte deprædatus, addixit: in quo et latrocinari permissus est, quibus novit de causis, qui id illi Deus indulsit, quandiu circulo vertens temporis motus exstiterit.

Hoc in mundo tanquam in domo per incarnationem nullis verbis explicabilem Dei Verbum divertens, alligansque diabolum [1], profligavit, atque mundi hujus ligna ac lapides omnino consummavit, statuas, arasque ac fixa simulacra penitus perdens atque abolens; quibus, ceu deus quidam multiformis atque informis turpissimusque erroris pater diabolus, errore seductis coli putabatur; eorum, quos sic errore dementarat, dementiam (iis ipse longe dementior) suæ gloriæ argumentum faciens C ac materiam. Quid enim opinione, **229** ut videare, dementius, cum res ipsa vere natura non consistat? In hac furis ac perjuri (diaboli scilicet) domo, id est, mundo hoc, benignissimus animarum nostrarum ac corporum redemptor carne hospitatus, totam evertit, quod attinet ad priorem erroris modum; totamque rursus, quod ad veræ notitiæ (id est, fidei) rationem spectat, instauravit. Atque, ut verbo dicam, latrone alienis pulso prædiis, ipse rursum heri potestate per virtutem suorum potitus est; qui per omnem terrarum orbem sanctam suam Ecclesiam magnifice ædificaverit.

Aut forte fur diabolus est, ut qui fraude dolum faciens, cujusque etiamnum desiderium ad se D transferre moliatur; perjurus vero ac mendax, ut seductor, et qui meliorum exspectatione levioris genii ac ingenii homines, ad ea bona deserenda inducat, quæ hactenus in manibus versentur; ac per ea, quæ dulcis speciem habeant, occulte obsequentibus labores consciscat. Hujus autem furis ac mendacis domus, cujusque animi, peccati libidine prona affectio exsistit; cui lapidum vicem habeant, erga ea quæ honesta sunt ac officii, obduratio sensumque adimens stupor; lignorum vero, quibus delectabilibus impura illi vitiorum pyra inardescit.

Num vero Scriptura moraliter ligna cupiditatem vocavit? Scriptum enim est, lignum ejus primum

[98] Joan. x 10. [99] Psal. xlviii, 13. [1] Matth. xii, 29.

innaturalem vitiasse motum [a]; ac quod facultas A hæc animi vitii omnis ac perturbationis, haud secus ac ignis materia lignea, capax exsistit : lapides vero, duros forsitan stupidosque, nec quidquam virtutis rationi cedentes, iracundiæ motus : quæ omnia, cum ea in qua exsistunt, domo (id est affectione) abolet conficitque adveniens Dei sermo : primum per fidem ea eliminans eum qui in ipsa quondam per errorem sedem nactus erat, nempe diabolum : eum qui fortis videbatur, insolubilibus alligans compedibus, ejusque diripiens domum, atque habitum vitia succendentem una cum obduratione erga ea quæ honesta sunt ac officii, animo propellens [b]

μίας δηλονότι] πρῶτον ἀναγέγραπται παρὰ φύσιν διαφθεῖραν τὴν κίνησιν· καὶ διὰ τὸ παντὸς πάθους, ὡς τοῦ πυρὸς ἡ ξυλώδης ὕλη, ταύτην δεκτικὴν εἶναι τῆς ψυχῆς τὴν δύναμιν· λίθους δὲ, τὸ στεῤῥὸν τυχὸν καὶ ἀναίσθητον, καὶ μὴ ὑπεῖκον τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς, τῶν θυμικῶν κινημάτων· ἅπερ πάντα, μετὰ τῆς ἐν ᾗ ταῦτα τυγχάνουσιν οἰκίας, ἤγουν διαθέσεως, ἀφανίζει τε καὶ συντελεῖ παραγινόμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐκβάλλων αὐτῆς πρότερον διὰ τῆς πίστεως, τὸν διὰ τῆς πλάνης ἐν αὐτῇ ποτε κατοικήσαντα διάβολον· τὸν οἰόμενον ἰσχυρὸν εἶναι, πέδαις ἀλύτοις καταδήσας, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσας· τήν τε τῶν παθῶν ἐξαπτικὴν ἕξιν, μετὰ τῆς περὶ τὰ καλὰ πωρώσεως ἀπελαύνων τῆς καρδίας.

Aut forte lapides quidem vocat animi ad ea quæ honesta sunt ac officii, segnitiem, ut cui stupor B virtutum omnem sensum adimat : ligna vero, promptum animum ac incitatum in ea, quæ mala sunt : quæ omnia sermo, fidelium animis **230** ejiciens atque submovens, non cessat pacem facere, ac reconciliare in uno virtutum corpore, eos qui longe, et eos qui prope sunt, medium parietem maceriæ dissolvens (peccatum scilicet) ac mentis chirographum improbitatis cautione vitiique abrogans, necnon sensum carnis spiritus legi mancipans [c]. Eos enim qui longe, ut quidem existimo, vocavit, sentientis animi motus, per naturam longe exsistentes, ac a lege Dei procul extraneos; eos autem qui prope, intelligentis animi operationes atque virtutes, ut quæ non longe a sermonis necessitudine exsistant. Hæc nimirum ille post carnalis legis disso- C lutionem connectit, inter se spiritu secundum modum virtutis committens. Medium enim parietem, puto, naturalem corporis legem appellavit : maceriam vero, quæ in lege carnis cum vitiis et affectibus (id est, peccato) exsistit, necessitudinem. Sola enim cum vitiis probrosisque affectibus necessitudo, legis naturæ (ejus scilicet partis naturæ quæ affectibus, ærumnisque ac morti obnoxia est) maceries est, velut interjecto muro, corpus ab animo ac virtutum ratione sermoneque dispescens : nempe non sinens medio animo per actionem ejusque cultu ad carnem transire. Adveniens autem sermo, ac naturæ expugnata lege (ea scilicet naturæ portione quæ affectibus obnoxia est) innaturalium in illa affectuum necessitudinem profligavit.

Ἢ τυχὸν λίθους μὲν καλεῖ (18), τὴν περὶ τὰ καλὰ τῆς ψυχῆς ῥᾳθυμίαν, ὡς ἀρετῶν ἀναισθητούσης· ξύλα δὲ, τὴν περὶ τὰ κακὰ προθυμίαν· ἅπερ πάντα ἔξω τῆς καρδίας τῶν πιστῶν διωθούμενος ὁ Λόγος, οὐ παύεται ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων ἐν ἑνὶ σώματι τῶν ἀρετῶν, τούς τε μακρὰν καὶ τοὺς ἐγγὺς, τὸ μεσότοιχον δῆλον ὅτι τοῦ φραγμοῦ καταλύων· λέγω δὴ τὴν ἁμαρτίαν· καὶ τῆς γνώμης ἀκυρῶν, τὸ περὶ κακίαν χειρόγραφον· καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, καθυποτάσσων τῷ νόμῳ τοῦ πνεύματος. Τοὺς μακρὰν γὰρ ἐκάλεσεν, ὡς οἶμαι, τὰς κατ' αἴσθησιν κινήσεις· μακρὰν κατὰ φύσιν οὔσας, καὶ ξένας παντάπασι τοῦ νόμου τοῦ Θεοῦ· ἐγγὺς δὲ, τὰς νοερὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας, ὡς τοῦ λόγου κατ' οἰκείωσιν οὐκ οὔσας μακράν· ὥσπερ συνάπτει μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ σαρκικοῦ νόμου (19), κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς τρόπον συνδέων αὐτὰς ἀλλήλαις τῷ πνεύματι. Μεσότοιχον γὰρ, ὡς οἶμαι, τὸν κατὰ φύσιν νόμον τοῦ σώματος κέκληκε· πρὸς τὰ πάθη σχέσιν, ἤγουν τὴν ἁμαρτίαν. Μόνη γὰρ ἡ πρὸς τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας σχέσις, τοῦ νόμου τῆς φύσεως· τουτέστι, τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως μέρους, φραγμὸς γίνεται, τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα διατειχίζων, καὶ τοῦ λόγου τῶν ἀρετῶν· τὴν πρὸς σάρκα διὰ μέσης ψυχῆς κατὰ τὴν πρᾶξιν μὴ συγχωρῶν γενέσθαι διάβασιν. Ὁ δὲ λόγος παραγενόμενος, καὶ τὸν τῆς φύσεως νόμον, ἤγουν τὸ τῆς φύσεως παθητὸν, καταπαλαίσας, τὴν ἐν αὐτῷ τῶν παρὰ φύσιν παθῶν σχέσιν κατήργησεν.

Hic est Dominus meus ac Deus meus Christus D Jesus, quem falcis speciē vidit propheta, viginti cubitorum longitudinis (ejusmodi scilicet, ut sentiendi omnem operationem sensilibus in rebus versantem complectatur) decemque cubitorum latitudinis; quippe quod Deus meus ac Salvator, rationalis omnis motus terminus ac finis exsistit. Aiunt enim, numerandi partes, solius per naturam esse rationis. Omnis autem numeri complexio finisque decas exsistit. Ergo Dei ratio ac sermo nedum sen-

Οὗτός ἐστιν ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ὡς δρέπανον ἑώρακεν ὁ προφήτης, εἴκοσι πήχεων τὸ μῆκος· περιεκτικὸς γὰρ πάσης τῆς ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς ἐστιν αἰσθητικῆς ἐνεργείας· καὶ δέκα πήχεων τὸ πλάτος· ὁριστικὸς γὰρ πάσης λογικῆς ὑπάρχει κινήσεως, ὁ ἐμὸς Θεὸς καὶ Σωτήρ. Φασὶ γὰρ τὸ ἀριθμεῖν μόνου κατὰ φύσιν εἶναι τοῦ λογικοῦ· παντὸς δὲ ἀριθμοῦ περιοχὴ καὶ τέλος ἐστὶν, ἡ δεκάς· ἄρα περιεκτικὸς οὐ μόνον αἰσθητικῶν δυνάμεων, ἀλλὰ καὶ νοερῶν ἐνεργειῶν ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ

[a] Gen. III, 2. [b] Luc. XI, 22. [c] Ephes., II, 14,15; Coloss. II, 14.

Λόγος· ὡς μὴ μόνον σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ἀσωμάτων A δημιουργός.

Δρέπανον δὲ προσηγορεύθη κατὰ τὴν ὅρασιν (20), οὐ μόνον ὡς θερίζων τῆς λογικῆς φύσεως, ἣν αὐτὸς οὐκ ἔσπειρε, κακίαν· καὶ συνάγων, ἣν αὐτὸς οὐ διεσκόρπισε, φύσιν· ἀλλὰ καὶ ὡς δρεπόμενος, καὶ εἴσω τῶν θείων ἀποθηκῶν τοὺς σωζομένους ποιούμενος. Πρὸς δὲ, καὶ ὡς ταῖς ἐνεργείαις τῶν ἀρετῶν εὐαφὴς (21), ταῖς πρακτικαῖς δυνάμεσι τῆς ψυχῆς συμφυόμενος.

Εἰ δέ τινί πως δοκεῖ, προσώπων δύο καὶ οἴκων τοσούτων ὁ τῆς Γραφῆς ἔμφασιν ποιεῖσθαι λόγος, ὧν ἐργάζεται τὸ δρέπανον τὴν ἀναίρεσιν, φάσκων, *Καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου* B *ψευδῆ*· γνῶμεν ὅτι τὰς δύο γενικὰς, καὶ πασῶν περιεκτικὰς ἐνεργείας τῆς τοῦ διαβόλου πλάνης, ἀντὶ προσώπων δύο λαβὼν ἐσήμανεν· ἤγουν τοὺς τρόπους τῶν ἐνεργειῶν· καὶ τὰς δύο γενικὰς, καὶ τῶν λοιπῶν ὁριστικὰς περὶ τὴν πλάνην διαθέσεις τῆς ἀνθρωπότητος, οἴκους δύο προσηγόρευσεν ὁ λόγος. Οἷον, ἡνίκα μὲν δι' ἀπάτης δόλῳ συλῶν τὴν περὶ Θεὸν ἔμφυτον γνῶσιν τῆς φύσεως, ταύτην ὁ πονηρὸς εἰς ἑαυτὸν σφετερίζεται, κλέπτης ἐστὶν, εἰς ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ σέβας μεταφέρειν πειρώμενος· ἀπάγων δῆλον ὅτι τῶν ἐν τοῖς γεγονόσι πνευματικῶν λόγων τὴν κατὰ νοῦν τῆς ψυχῆς θεωρίαν, καὶ μόνῃ περιγράφων τὴν νοερὰν δύναμιν τῇ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν προσόψει τῶν αἰσθητῶν· C ὁπηνίκα δὲ διὰ τῶν φυσικῶν ἀποχρώμενος κινημάτων, πρὸς τὰ παρὰ φύσιν σοφιστικῶς τῆς ψυχῆς κατασύρῃ τὴν πρακτικὴν δύναμιν, καὶ διὰ τῶν νομιζομένων καλῶν τοῖς χείροσι πιθανῶς δι' ἡδονῆς προσηλώσῃ ταύτης τὴν ἔφεσιν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ὀμνύει ψευδῶς, πρὸς ἄλλα παρ' ὑπόσχεσιν ἄγων τὴν πειθομένην ψυχήν. Καὶ ἔστι κλέπτης μὲν (22), ὡς πρὸς ἑαυτὸν συλῶν τὴν γνῶσιν τῆς φύσεως· οἰκίαν ἔχων, τὴν περὶ τὴν ἄγνοιαν τῶν πλανωμένων διάθεσιν. Ἐπίορκος δὲ, ὡς τὸ πρακτικὸν τῆς ψυχῆς μάτην διαπονεῖσθαι πείθων τοῖς παρὰ φύσιν· οἰκίαν ἔχων τὴν φιλαμαρτήμονα τῆς γνώμης τῶν ἀνεχομένων διάθεσιν.

Οὐκοῦν κλέπτης, ὡς ἔφην, ὁ διάβολος, τὴν γνῶσιν παρατρέπων τῆς φύσεως· ἐπίορκος δὲ, τὴν κατ' ἀρε- D τὴν ἐνέργειαν αὐτῆς παραμείβων τῆς πράξεως. Οἰκία δὲ κλέπτου καθέστηκεν, ἡ τῷ πταιστῷ λόγῳ τῆς γνώσεως ἐνισχημένη διάθεσις· οἰκία δὲ ἐπιόρκου, ἡ τῷ μύσει τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας πεποιωμένη διάθεσις· ὥσπερ ὁ τοῦ Θεοῦ σωτήριος Λόγος φιλανθρώπως εἰσδὺς, ποιεῖ κατοικητήριον Θεοῦ διὰ Πνεύματος· γνῶσιν ἀληθείας ἀντὶ πλάνης καὶ ἀγνωσίας· καὶ ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην ἀντὶ κακίας καὶ πονηρίας δημιουργῶν· δι' ὧν ἐν τοῖς ἀξίοις ποιεῖν πέφυκε τὴν οἰκείαν ἐμφάνειαν.

Τοιγαροῦν ἀντὶ τῶν προσώπων, τοὺς τρόπους τῆς διαφόρου κακουργίας τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πονηροῦ διαβόλου· καὶ ἀντὶ τῶν οἰκιῶν, τὰς προσφυεῖς

tiendi vires complectitur, sed et intelligendi operationes; ut qui non solum corporum conditor sit, verum etiam spirituum.

Falcis autem nomine in visione appellatus est, nedum ut metens naturæ utentis ratione, cujus ipse sator non est, improbitatem; ac naturam, quam non dispersit, colligens: verum etiam ut decerpens, intraque divina horrea, eos, **231** qui salutem consequantur, cogens; præterea vero etiam virtutum actibus tractabilis, animi viribus actioni deditis cohærescens.

Sin autem forte cui videatur, sacræ Scripturæ textum duas personas totidemque domos designare, quas sermo destruat, sive ratio, cum ait: *Et intrabit in domum furis, et in domum jurantis in nomine meo falso;* scimus duas generales, et quæ reliquas complectantur, erroris diaboli operationes, duarum personarum loco ipsum significasse: hoc est, genera duo operationum; duasque generales, ac quarum ambitu reliquæ contineantur, errori deditas naturæ humanæ affectiones, domos duas vocasse. Puta, cum seductionis dolo malus ille insitam de Deo naturæ notitiam deprædatus, sibi ipse asciscit atque vindicat, fur est, qui a Deo Numinis cultum in se transferre satagat; dum scilicet intelligentis animi speculationem ab spiritalibus, creatis in rebus rationibus, abducens, mentis vim omnem uni sensilium rerum externo conspectui addicit. Cum vero a naturalibus motibus auspicatus, ad innaturales fallendi solertia agendi vim animi traxerit, ejusque cupiditatem per ea quæ boni speciem habent atque honesti, suadendi potens voluptatis lenocinio deterioribus affixerit, in nomine Domini falso jurat, animum dicto audientem alio trahens, quam ei pollicitus erat. Ac quidem fur est, qua ratione sibi naturæ rapit cognitionem; domum habens eam animi affectionem, qua errantes ignorantiæ litant. Perjurus vero, qua animi agendi vim innaturalibus frustra laboribus impendi cogit; eorum qui sustinent, sceleratum pronumque peccati libidine animum, domum habens.

Igitur diabolus, uti dicebam, fur est, qui naturæ pervertat scientiam; perjurus vero, qui ejus, qua virtus præstetur, operationem, ab actionis ratione demutet. Porro domus furis animi affectio est incertæ ac fallaci implexa rationi: domus vero perjuri, passionum ignominiæ impuritate imbuta animi affectio: quas salutaris Dei sermo propensa humanitate subiens, Dei habitaculum per Spiritum facit, erroris loco ac ignorantiæ, veritatis inducens scientiam; proque malitia ac pravitate, virtutem condens ac justitiam: quibus illi comparatum, ut in iis qui digni sunt conspicuam **232** sui exhibeat præsentiam.

Igitur personarum loco, diversos unius ejusdemque nequissimi diaboli astutiæ ac fallendi dolos; domorumque loco, iis affines diabolicis modis,

eorum qui illis aguntur atque afflantur, animorum affectus Scriptura vocitavit.

Rursus vero fur est, qui ut auditoribus fucum faciat, divinos sermones ac doctrinam colit, quorum vim per opera nescit; qui scilicet nudam ore prolationem in gloriæ mercaturam vertat; his quæ loquitur, unam ab auditoribus justitiæ laudem venans. Atque, ut verbo dicam, qui vitam a sermone abhorrentem, animique affectum scientiæ adversantem habet, is fur est, qui ex alienis bonis non bene inclarescat; ad quem merito sermo dicat: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum* [5]?

Ac rursus fur est, qui conspicua indole moribusque, non conspicuam obtegit fraudulenti animi nequitiam; ficta nimirum pietatis ac modestiæ specie, interiorem animique affectum celans; ac sicut ille, eruditorum sermonum prolatione, auditorum mentem; sic ipse quoque, simulata morum honestate contuentium sensum fallens; in quem similiter dicetur: *Erubescite, qui induimini vestes alienas* [6]. Itemque: *Et Dominus denudabit habitum eorum in die illa* [7]. Mihi enim ipse in abdito cordis sinu hæc Deum ad me quotidie loquentem audire videor, ut qui utriusque palam sceleris reus tenear.

Perjurus autem est, sive falso in nomine Domini jurans, qui, ex virtutis ratione vitam se instituturum nuncupato voto professus, aliena a professione studia colit; meique similis sanctioris vitæ fœdus ac religiosæ, mandatorum functione iners, irritum facit. Atque, ut summa dicam, qui, cum piæ ac religiosæ vitæ institutionem elegerit, huic perfecte sæculo non emoritur, mendax est ac perjurus; qui se quidem Deo jurejurando obstrinxerit, hoc est, voverit ac promiserit inculpatum divino stadio cursum, nec impleverit; eoque nomine omnis expers laudis sit: *Laudabitur* enim, inquit, *omnis qui jurat in eo* [8]; hoc est, qui divinis rationibus institutam vitam voto nuncupato professus, justitiæ operum veritate, quod sic sancte **233** jurando vovit, adimplet. Quod si omnino laudem habet, qui promissa sua votaque implet, ut, qui Deo juramenti reus, veri tenax est; plane probrum habeat notandusque ignominia sit, qui sua pacta fuerit prævaricatus, velut qui Deo juramenti reus, ac mentitus sit.

Horum pectora ceu domos quasdam (id est, cujusque animi affectionem) falx subiens (Dei scilicet ac Patris sermo, ut qui secundum essentiam scientia sit ac virtus) ea omnino consummat, mutatione in melius priorem cujusque animi statum abolens, ambosque ad ejus boni quo deficitur participationem provehens; ac quidem scientiæ furem, virtutis operarium inconfusibilem reddens [9]; modestæ

A τοῖς διαβολικοῖς τρόποις τῶν ἐνεργουμένων διαθέσεις κέκληκεν ὁ λόγος.

Κλέπτης δὲ πάλιν ἐστὶν (23), ὁ πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων τοὺς θείους δῆθεν ἀσκούμενος λόγους, ὧν οὐκ ἐπέγνω διὰ τῶν ἔργων τὴν δύναμιν· τὴν ψιλὴν προφορὰν δόξης ἐμπορίαν ποιούμενος, καὶ τῷ διὰ γλώσσης λόγῳ, τὸν τοῦ δίκαιος νομίζεσθαι παρὰ τῶν ἀκροωμένων θηρώμενος ἔπαινον. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁ τῷ λόγῳ τὸν βίον ἀνάρμοστον, καὶ τῇ γνώσει τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς ἀντικειμένην ἔχων, κλέπτης ἐστίν· ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν, οὐ καλῶς διαφαινόμενος· πρὸς ὃν ὁ λόγος εἰκότως ἐρεῖ, *Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου;*

B Καὶ πάλιν κλέπτης ἐστὶν, ὁ τοῖς φαινομένοις τρόποις καὶ ἤθεσι (24), τὴν μὴ φαινομένην συγκαλύπτων τῆς ψυχῆς κακουργίαν· ἐπιεικείας πλάσμασι, τὴν ἔνδον ἐπικαλύπτων διάθεσιν· καὶ κλέπτων ὥσπερ ἐκεῖνος τῇ προφορᾷ τῶν λόγων τῆς γνώσεως, τὴν τῶν ἀκουόντων διάνοιαν· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς τῷ τρόπῳ τῆς τῶν ἠθῶν ὑποκρίσεως, τῶν θεωμένων τὴν αἴσθησιν· πρὸς ὃν ὁμοίως εἰρήσεται τὸ, *Αἰσχύνθητε, οἱ ἐνδεδυμένοι ἱμάτια ἀλλότρια*. Καὶ τὸ, *Ἀνακαλύψει Κύριος τὸ σχῆμα αὐτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*. Καθ' ἑκάστην γὰρ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας ἐργαστηρίῳ, ταῦτά μοι λέγοντες ἀκούειν δοκῶ τοῦ Θεοῦ, τὴν ἡμέραν, ὡς ἐπ' ἀμφοῖν διαῤῥήδην κατεγνωσμένος.

C Ἐπίορκος δέ ἐστιν (25), ἤγουν ὀμνύων ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ψευδῶς, ὁ ἐπαγγελλόμενος τῷ Θεῷ τὸν κατ' ἀρετὴν βίον, καὶ ἀλλότρια παρὰ τὴν ὑπόσχεσιν τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας ἐπιτηδεύων· καὶ τὴν συνθήκην τῆς ὁμολογίας τοῦ σεμνοῦ βίου διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν, οἷος ἐγὼ, παραβαίνων. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὁ κατὰ Θεὸν ζῆν προελόμενος, καὶ μὴ τελείως τῷ παρόντι βίῳ νεκρούμενος, ψεύστης ἐστὶ καὶ ἐπίορκος· ὀμόσας μὲν τῷ Θεῷ· τουτέστιν, ἐπαγγειλάμενος τὸν ἐν τοῖς θείοις ἀγῶσιν ἄμεμπτον δρόμον· καὶ μὴ πληρώσας, καὶ διὰ τοῦτο μηδαμῶς ἐπαινούμενος· *Ἐπαινεθήσεται* γὰρ, φησὶ, *πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ*· τουτέστι, πᾶς ὁ τῷ Θεῷ τὸν ἔνθεον ἐπαγγειλάμενος βίον, καὶ διὰ τῆς ἀληθείας τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης, τοὺς ὅρκους πληρῶν τῆς D καλῆς ὑποσχέσεως. Εἰ δὲ πάντως ἔπαινον ἔχει ὁ τῶν οἰκείων πληρωτὴς ἐπαγγελιῶν, ὡς ὀμνύων τῷ Θεῷ καὶ ἀληθεύων· δῆλον ὅτι ψόγον ἕξει καὶ ἀτιμίαν, ὁ τῶν οἰκείων συνθηκῶν παραβάτης γενόμενος, ὡς ὀμόσας ἐν τῷ Θεῷ, καὶ ψευσάμενος.

Τούτων ὑπερχόμενος ὥσπερ οἰκίας τινὰς τὰς καρδίας, ἤγουν τὴν ἑκάστου διάθεσιν, τὸ δρέπανον· τουτέστιν, ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς λόγος, ἅτε δὴ γνῶσις κατ' οὐσίαν ὑπάρχων καὶ ἀρετή· συντελεῖ πάμπαν αὐτὰς, τῇ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῇ τὴν προτέραν τῆς ἑκάστου καρδίας διαφανίζων κατάστασιν, καὶ φέρων ἑκάτερον πρὸς τὴν τοῦ λείποντος αὐτῷ καλοῦ μετουσίαν· καὶ ποιῶν τὸν μὲν κλέπτην τῆς γνώσεως, ἐρ-

[5] Psal. XLIX, 6. [6] Soph. I, 9. [7] Isa. III, 17. [8] Psal. LXII, 12. [9] II Tim. II, 15.

γάτην ἀρετῆς ἀνεπαίσχυντον· τὸν δὲ κλέπτην τῆς τῶν ἠθῶν φαινομένης καταστολῆς, ἐπιστήμονα τῆς κατὰ ψυχὴν κρυπτομένης γεωργὸν διαθέσεως· τὸν ἐπίορκον δὲ, ἀληθῆ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ἐργαζόμενος φύλακα, τοῖς ἔργοις τῶν ἐντολῶν τὰς οἰκείας ἐπαγγελίας πιστούμενον.

A vero oculis subjectæ indolis morumque mitiorum furem, latentis animo affectionis scitum cultorem; perjurum autem, veracem præstans promissorum custodem, suis fidem votis ac pollicitationibus, operibus mandata præstando, sancte astruentem.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. *Fr.* Βλέπε τὸ μυστήριον· βλέπε τὴν ἀγχόνην τῶν Φυσιθεσιτῶν (*h*)· βλέπε τοῦ Ἰταλοῦ καὶ τοῦ Νείλου τὸν θάνατον.

β'. Οὐ λέγομεν, φησὶν, ἐπὶ Χριστοῦ διαφορὰν ὑποστάσεων, ὅτι Τριὰς μεμένηκεν ἡ Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου, προσθήκης προσώπου οὐ προσγενομένης τῇ ἁγίᾳ Τριάδι διὰ τὴν σάρκωσιν. Λέγομεν δὲ φύσεων διαφορὰν, ἵνα μὴ τῷ Λόγῳ κατὰ τὴν φύσιν ὁμοούσιον τὴν σάρκα πρεσβεύωμεν.

γ'. Ὅτι φύσεων διαφορὰν ὁ μὴ λέγων, φησὶν, οὐκ ἔχει πόθεν πιστώσασθαι, τὴν ὅτι γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος δίχα τροπῆς ὁμολογίαν, μὴ γινώσκων σωζόμενον κατὰ τὴν φύσιν τῇ μιᾷ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ καὶ Χριστοῦ ὑποστάσει μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸ προσλαβὸν καὶ τὸ προσειλημμένον.

δ'. Πῶς δρέπανον ὁ Κύριός ἐστι, καὶ τί τὸ πλάτος αὐτοῦ θεωρεῖται τῶν πηχέων.

ε'. Πῶς αὐτὸς πάλιν ὡς δρέπανον ἔχει τὸ μῆκος εἴκοσι πηχέων.

ς'. Διὰ τί πετόμενον τὸ δρέπανον ἴδεν ὁ προφήτης.

ζ'. Ἡ πίστις τὴν εἰς Θεὸν διὰ τῆς ἐλπίδος τελείαν ἀγάπην συνίστησιν· ἡ ἀγαθὴ συνείδησις, τὴν εἰς τὸν πλησίον διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν ἀγάπην ὑφίστησιν. Ἡ γὰρ ἀγαθὴ συνείδησις, παραβαθεῖσαν ἐντολὴν οὐκ ἔχει κατήγορον· ταύτας δὲ μόνον ἡ καρδία πιστεύεσθαι πέφυκε, τῶν ἐφιεμένων τῆς ἀληθοῦς σωτηρίας.

η'. Πῶς ἐστιν ὁ Κύριος ἀρὰ, καὶ τίνος ἀρά.

SCHOLIA.

1. Vide mysterium; vide eorum qui naturas adoptant laqueum; vide Itali Nilique interitum.

2. Distinctas in Christo personas haud asserimus, quod, etiam Deo ac Verbo incarnato, Trinitas manserit Trinitas, nec ulla per incarnationem sanctæ Trinitati personæ accessio facta sit. Dicimus vero B distinctas naturas, ne Verbo per naturam consubstantialem carnem astruamus.

3. Qui naturarum distinctionem non tenet, non habet qua astruat quod profitetur, Verbum carnem factum esse citra ullam mutationem, qui nesciat in una unius Dei ac Christi persona post unionem secundum naturam manere incolume id quod assumpsit et quod assumptum est.

4. Qua ratione Dominus falx dicatur, ac quænam ejus cubitorum latitudo intelligatur.

5. Qua idem rursus ratione, velut falx, longitudinem habeat viginti cubitorum.

6. Quid causæ est, cur propheta falcem volantem viderit.

7. Fides in Deum, spei ope, perfectam charitatem C constituit. Bona conscientia dilectionem in proximum mandatorum observatione facit. Bona enim conscientia mandatum a transgressione accusans non habet. Hæ autem illorum duntaxat pectori ut credantur comparatum est, qui veram expetunt salutem.

8. Quonam modo Dominus maledictio sit, ac cujusnam maledictionis maledictio.

(*h*) *Τῶν Φυσιθεσιτῶν*. Vox est paulo insolentior, qua videtur hujus auctor scholii insimulare Nestorianismi Nilum suum, hominem, ut hic indicat, Latinum, quisquis tandem ille Nilus fuerit, aut ejus error, verus aut existimatus, ipseque adeo scholii auctor ac similium, quibus in eo V. Cl. Raphaelis Dufrene, nunc Regio, codice amplissimis membranis eleganter manuque erudita conscripto, dictus Nilus Maximi auctoritate premitur. Ipse Maximus clarus prorsus est, in Christi mysterio, quale Ecclesia in conciliis, ante et post eumdem Maximum, adversus vel dividentes, vel confundentes naturas, exposuit; quorum adhuc per Orientem sectæ perseverant, potueritque Nilus ibi haurire, ubi forte homo Italus, sive alias Latinus, monachum induerat, vel jam, monachus in Calabria magnaque Græcia, majoris ἀσκήσεως prætextu, eo sedes transtulerat. Sic sæpe severiori disciplina ac existimata sanctitate, in suas hæretici trahunt partes, qui simpliciori animo sint, aut viros, aut magis mulierculas. Atque utinam vetera exempla sufficerent, nec vel hodie nostra tempora in novis hæreticis nova parerent, adversumque pastores apertum schisma iis conflarent. Utut sit, ἀγχόνην habet ista Maximi ac Ecclesiæ fidem, quisquis humanam naturam ut ipsam per se subsistentem, aliumque Filium et adoptione, θέσει, in D Christo ponit, non ipsam καθ' ὑπόστασιν Verbo unitam, et ut una cum eo persona, unus Filius sit, vera catholica fide agnoscit. Ipsa scholii forma antiquarium prodit; sive alias reliqua omnia, extra etiam Nili sugillationem in eo duntaxat codice exstantia, hincque a nobis peculiari nota distincta, ejus nominis, qui ex Italia in mei fere gratiam postrema sua illo profectione librorum causa, detulit, ejus ipsius sunt, sive quædam etiam Maximi, quæ majore ipse diligentia, velut racemando, aliis jam collectis ejusdem Maximi addiderit, quod haud facile sit discernere. Nilos plures refert Leo Allatius in suo de consensu utriusque Ecclesiæ syntagmate; atque in illis Nilum Doxopatrium archimandritam, belle de patriarchatu Constantinopolitano ad Ecclesiæ perfectionem Spiritus sancti instinctu a synodo I Constantinopolitana instituto, ut quinque deinceps patriarchatus (velut corpus humanum quinque sensus) haberet, delirantem inducit, l. I, c. 16 quem certo non videtur noster antiquarius intellexisse Nilum Italum, ac illi hæreticum. At, neque Nilum Damylam, aut Nilum Cabasilam, vel Nilum Thessalonicensem, Latinorum adversarios, de quibus idem l. II, c. 18, et quorum forte ætatem superat, ut et nostri Calecæ.

9. Quod hominis cupiditas in terram motu incitaverat, in eam et invitum mors impellebat. A

10. Quisnam fur sit ac perjurus.

11. Furtum pessimum est naturæ, qua seducta est, mancipatio. Mactatio, qua a se furto ablatos diabolus mactat, voluntatis est, ad divinam vitam quod attinet, interfectio; exque ejus rationibus perfecta memoriæ exstinctio. Perditio, quæ per privationem scientiæ Dei his qui mactantur conflatur ignoratio. Idcirco enim furatur, una animum rapiens ac rationem, ut virtutis ac scientiæ vita privet.

12. Quænam furis domus sit ac perjuri.

13. Causam cur diabolo concessum ut latronis more prædetur conjectura quis forte dicat; ut ipso B rei periculo illius nequitia ac malitia, majori inde **234** prosequenda odio, omnibus cognita haberetur; necnon ut cunctis inter se hominibus probationis examine affectus patescerent, quo scilicet unusquisque congenitum sibi defensionis patronum, suam ipsius conscientiam inferret. Non enim Deus eget ut rei periculo discat, qui essentialiter rerum omnium, etiam priusquam fiant, scientiam habeat.

14. Quænam ligna, ac qui lapides.

15. Domus eversio (hoc est mundi) pro erroris partibus, per incarnationem facta.

16. Eorumdem sensu alio spiritali expositio.

17. Alia iisdem de rebus spiritali sensu consideratio.

18. Hanc moralis sensus considerationem posuit, iis congruentem qui vitiosi sunt ac libidinosi. Qui enim eo laborat, ut in id quod honestum est ac officii prorsus immobilis sit, erga malum omnino facile mobilis est. Ut enim utroque immobilis exsistat, impossibile est.

19. Sensus motus, cum mentis operatione consertus, virtutem scientiæ conjunctam præstat.

20. Quid causæ sit, cur falcem vocarit.

21. Conseri practicis animi viribus sermonem, velut falcem manui metentis, ad necanda vitia seu perturbationes, comportandasque virtutes.

22. Fur est diabolus, ut ignorantiæ auctor; atque D perjurus, ut pravitatis ac nequitiæ opifex: cujus velut domus exsistant, ejus quidem qui ignorantia tenetur, seducta mens; mali autem ac scelesti, peccati libidine pronus animus.

23. Pulchra contemplatio, nobisque apprime accommodata ac conveniens, qui, inani qua laboramus gloria, virtutis ac scientiæ decus adulteramus.

24. Fur est, qui virtutem fallaci simulat indole, ac larvata morum compositione; mentisque nequitiam conspicuo habitu gestuque ac cultu.

25. Qui sola culti sermonis ac eruditi prolatione scientiam simulat, in sui ipse gloriam auditorum sibi mentem suffuratur: perindeque qui exteriori

θ'. Ἐπειδή, φησί, πρὸς τὴν γῆν ἔσχεν τὴν ἔφεσιν κινουμένην ὁ ἄνθρωπος, εἰς αὐτὴν ὠθεῖτο καὶ μὴ θέλων ὑπὸ τοῦ θανάτου.

ι'. Τί ἐστιν ὁ κλέπτης, καὶ ὁ ἐπίορκος.

ια'. Κλοπή ἐστι πονηρὰ, ἡ δι' ἀπάτης τῆς φύσεως ἅλωσις. Θυσία ἐστὶν, ἣν θύει τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κλεπτομένους ὁ διάβολος, ἡ κατὰ τὴν ἔνθεον ζωὴν σφαγὴ τῆς προαιρέσεως, καὶ ἡ κατ' αὐτὴν τελεία τῆς μνήμης ἀναίρεσις. Ἀπώλειά ἐστιν, ἡ κατὰ στέρησιν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἐπισυμβαίνουσα τοῖς θυομένοις ἄγνοια. Διὰ τοῦτο γὰρ κλέπτει συναρπάζων τὸν λογισμὸν, ἵνα τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ζωῆς ἐργάσηται στέρησιν.

ιβ'. Τίς ἐστιν ὁ οἶκος τοῦ κλέπτου καὶ τοῦ ἐπιόρκου.

ιγ'. Αἰτίαν τοῦ λῃστεύειν συγχωρηθῆναι τὸν διάβολον, στοχαστικῶς ἐρεῖ τις τυχὸν, τὸ καὶ τοῖς ἀνθρώποις διὰ πείρας αὐτοῦ γνωσθῆναι τὴν κακίαν, ἵνα μισηθῇ πλέον δεικνύμενος· καὶ τὸ πᾶσιν ἀλλήλων δειχθῆναι τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῆς δοκιμασίας τὰς διαθέσεις, ἵνα ἕκαστος ἑαυτῷ σύμφυτον ἐπιφέρηται συνηγορίαν, τὴν οἰκείαν συνείδησιν. Ὁ γὰρ Θεὸς οὐ δέεται τῆς κατὰ τὴν πεῖραν μαθήσεως, πάντων ἔχων οὐσιωδῶς, καὶ πρὸ τῆς αὐτῶν γενέσεως, τὴν γνῶσιν.

ιδ'. Τίνα τὰ ξύλα, καὶ τίνες οἱ λίθοι.

ιε'. Ὅτι καταστροφὴ τοῦ οἴκου, τουτέστι τοῦ κόσμου, κατὰ τὴν πλάνην διὰ τῆς σαρκώσεως γέγονεν.

ις'. Κατ' ἄλλην θεωρίαν τῶν αὐτῶν ἔκθεσις.

ιζ'. Ἄλλη περὶ τῶν αὐτῶν θεωρία.

ιη'. Ταύτην ἔθετο τὴν θεωρίαν τοις ἐμπαθέσιν ἁρμόδιον. Ὁ γὰρ τὴν παντελῆ περὶ τὸ καλὸν ἀκινησίαν νοσῶν, περὶ τὸ κακὸν ὑπάρχει, πάντως εὐκίνητος. Κατ' ἀμφότερα γὰρ ἀκίνητον ὑπάρχειν, ἀδύνατον.

ιθ'. Συναπτομένη ἡ κατ' αἴσθησιν κίνησις τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ, ποιεῖ τὴν μετὰ γνώσεως ἀρετήν.

κ'. Διὰ τί δρέπανον ἐκάλεσεν;

κα'. Ὅτι συμφύρεται ταῖς πρακτικαῖς τῆς ψυχῆς δυνάμεσιν ὁ Λόγος, ὥσπερ τὸ δρέπανον τῇ χειρὶ τοῦ θερίζοντος, πρὸς ἀναίρεσιν παθῶν, καὶ συγκομιδὴν ἀρετῶν.

κβ'. Κλέπτης μὲν, φησὶν, ἐστὶν ὁ διάβολος, ὡς ἀγνοίας· ἐπίορκος δὲ, ὡς κακίας δημιουργός· ἔχων καθάπερ οἰκίας, τοῦ μὲν ἀγνοοῦντος, τὴν πλανωμένην διάνοιαν· τοῦ δὲ κακοῦ, τὴν φιλαμαρτήμονα γνώμην.

κγ'. Καλὴ θεωρία, καὶ πάνυ πρόσφορος ἡμῖν, τοῖς νοθεύουσι διὰ τὴν κενοδοξίαν τὸ κλέος τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως.

κδ'. Κλέπτης ἐστὶ, φησὶ, καὶ ὁ τὴν ἀρετὴν τῶν ἠθῶν ἀπατηλὴν διάπλασιν ὑποκρινόμενος· καὶ τῷ φαινομένῳ σχήματι, τὴν λανθάνουσαν συγκαλύπτων τῆς γνώμης πονηρίαν.

κε'. Ὁ κατὰ μόνην τὴν ἐν λόγοις προφορὰν γνῶσιν ὑποκρινόμενος, φησὶ, πρὸς δόξαν ἰδίαν τὴν τῶν ἀκουόντων κλέπτει διάνοιαν· καὶ ὁ τοῖς ἤθεσι τὴν

ἀρετὴν ὑποκρινόμενος, πρὸς δόξαν ἰδίαν κλέπτει τὴν τῶν θεωμένων ὅρασιν· καὶ δι' ἀπάτης ἀμφότεροι κλέπτοντες πλανῶσιν, ὁ μὲν, διάνοιαν ψυχῆς τῶν ἀκουόντων· ὁ δὲ τῶν θεωμένων σώματος αἴσθησιν.

A indole ac modestia virtutem simulat, in sui ipse gloriam intuentium suffuratur visum; amboque suf furando, errore seducunt : alter audientium animum ac mentem, alter contuentium corporis sensum.

κς'. Τί ἐστιν ὁ ἐπίορκος.

26. Perjurus quid sibi velit.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΞΓ'.

Ἐν τῷ αὐτῷ προφήτῃ γέγραπται πάλιν· « Καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς· καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τοῖς λύχνοις τοῖς ἐπάνω αὐτῆς· καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω αὐτῆς· μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων. » Τίς ἡ λυχνία; καὶ διὰ τί χρυσῆ, B καὶ τί τὸ λαμπάδιον τὸ ἐπάνω αὐτῆς; τίνες οἱ ἑπτὰ λύχνοι, καὶ τίνες αἱ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τῶν ἑπτὰ λύχνων; καὶ τίνες αἱ δύο ἐλαῖαι; καὶ διὰ τί ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῦ λαμπαδίου;

QUÆSTIO LXIII.

Rursus in eodem propheta scriptum est : « Et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum; et septem lucernæ super illud, et septem infusoria lucernis quæ erant super illud; et duæ olivæ super illud : una a dextris lampadis ejus, et una a sinistris.» Quidnam candelabrum, et cur aureum? Quid item lampas, quæ est super ipsum; quænam vero septem lucernæ, ac quænam septem infusoria septem lucernarum? Quænam duæ olivæ? cur etiam a dextris et a sinistris lampadis positæ?

Ἀπόκρισις.

Τὴν πολύφωτον καὶ ὑπερφαῆ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας μεγαλοπρέπειαν πόῤῥωθεν τῷ προφήτῃ συμβολικῶς προδιαγράφων ὁ λόγος, ταύτην οὕτως αὐτῷ τὴν ὅρασιν διεποίκιλε· διδάσκων, οἶμαι, τοῦ κατ' αὐτὴν καινοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν. Λυχνία τοιγαροῦν ἐστιν ὁλόχρυσος (1), ἡ τοῦ Θεοῦ πανεύφημος Ἐκκλησία, καθαρὰ καὶ ἀμίαντος, ἄχραντός τε καὶ ἀκίβδηλος, καὶ ἀμείωτος, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς δεκτική. C Φασὶ γὰρ τὸν ἀκίβδηλον χρυσὸν, μήτε μελαίνεσθαι καταχωννύμενον ἰῷ τινι καὶ διαφθείρεσθαι· μήτε μὴν μειοῦσθαι παντελῶς ἐκπυρούμενον· πρὸς δὲ, καὶ τῆς ὀπτικῆς τῶν ἐνατενιζόντων αὐτῷ δυνάμεως κατά τινα φυσικὴν ἐνέργειαν εἶναι ῥωστικόν τε καὶ ἀνανεωτικόν. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ πανένδοξος Ἐκκλησία, δι' αὐτῶν κατ' ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων ὑπάρχουσα πέφυκε, κατὰ τοῦ χρυσοῦ καθαρωτάτην φύσιν· ἀκίβδηλος μὲν (1), ὡς μηδὲν ἔχουσα τὸ σύνολον τῷ κατὰ τὴν πίστιν μυστηρίῳ τῆς θεολογίας ἐπίμικτον καὶ ἀλλότριον· καθαρὰ δὲ (3), ὡς τῇ λαμπρότητι τῶν ἀρετῶν διαυγὴς καὶ ἐπίδοξος· ἀμίαντος δὲ (4), ὡς μηδενὶ ῥύπῳ μολυνομένη παθῶν· ἄχραντος δὲ (5), ὡς πᾶσι τοῖς πονηροῖς ἀνέπαφος πνεύμασι· D μήτε μὴν ταῖς ὑλικαῖς περιστάσεσιν ἰῷ τινι κακίας μελαινομένη [Fr. μολυνομένη]· ἀμείωτος δὲ καὶ ἀνελάττωτος (6), ὡς μηδὲ τῇ καμίνῳ τῶν κατὰ καιροὺς διωγμῶν πυρουμένη, καὶ ταῖς ἀλλεπαλλήλοις τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεσι βασανιζομένη, κατὰ λόγον ἢ βίον, ἤγουν πίστιν καὶ πολιτείαν, τὴν οἱανοῦν ὕφεσιν διὰ τὸ βάρος τῶν πειρασμῶν ὑπομένουσα· διὸ καὶ πάσης κατὰ τὴν χάριν ἐστὶ ῥωστικὴ διανοίας, τῶν εὐσεβῶς αὐτὴν κατανοούντων. Καλεῖ μὲν γὰρ τοὺς ἀσεβεῖς, παρεχομένη τὸ φῶς τῆς ἀληθοῦς γνώσεως· συντηρεῖ δὲ τοὺς τῶν κατ' αὐτὴν μυστηρίων φιλοθεάμονας, ἀπαθῆ καὶ ἀρευμάτιστον τὴν κόρην τῆς αὐτῶν διανοίας

Responsio.

Multa luce splendidam eximioque fulgore conspicuam sanctæ Ecclesiæ magnificentiam olim sermo præeuntibus figuris symbolisque prophetæ contuendam delineans, hanc illi **235** visionem ea varietate effinxit; ejus puto novi mysterii vim illum edocens. Candelabrum itaque auro solidum est, omni laude celebranda Dei Ecclesia; munda scilicet et incontaminata, intemerataque et sincera, nullaque integritatis ferens dispendia, ac veræ lucis capax. Aiunt enim quod aurum sincerum est, nec, si humo fodiatur, rubigine ulla nigrescere ac vitiari, nec fornace incensum quidquam omnino minui atque deteri. Ad hæc vero etiam nativa quadam vi ac efficacitate, fixam in ipsum aciem roborare, auctisque viribus recreare ac instaurare. Ejusmodi vero etiam rebus ipsis gloriosissima Dei Ecclesia comparata est, ut purissimam auri indolem plane exhibeat : sincera quidem, ea ratione, quod nihil prorsus fidei theologiæ mysterio commistum habeat et ab eo extraneum : munda claraque, ut virtutum splendore ac fulgoribus lucida longeque conspicua : incontaminata, velut nullis vitiorum sordibus fœdata : intemerata, ut nequissimis omnibus spiritibus intacta; nec terrenis ullis casibus, vitii contracta rubigine, in nigredinem versa : integritatis secura, et, ut sic dicam, indiminuta, quod et in persecutionum, quibus subinde appetitur, camino incensa, crebrisque hæresium procellis tentata atque probata, nibil penitus tentationum gravitate de ratione seu doctrina aut vita (de fide scilicet ac disciplina) earumque contentione remittat: quomodo etiam, quisquis pie consideret, omnem suopte genio mentem corroborat. Nam eos quidem, qui impietate teneantur, vocat, quæ veræ illis scientiæ lumen præbeat; conservat vero ac fovet, qui

[40] Zachar. IV, 2, 3.

ejus lubentibus animis mysteria contemplentur, illæsam custodiens, atque a rheumatica affectione liberam, eorum mentis pupillam. Fluctuantes denique ac labis aliquid passos revocat, ægramque mentem ac laborantem sermone exhortationis instaurat. Sic quidem conspectum prophetæ candelabrum uno sensu exposuimus, per ea quæ dicta sunt.

Quæ vero lampas superimposita est, paterna est veraque lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum [11], Dominus noster Jesus Christus, qui ex nobis nostræque carnis assumptione lampas et factus est et nuncupatus; id est, naturalis et Patris sapientia **236** sermoque, qui in Ecclesia Dei pia fide prædicatur, vitaque ex virtutis rationibus instituta mandatorum observatione in gentibus exaltatur ac splendescit, lucetque omnibus qui in domo sunt (in isto scilicet mundo), quemadmodum ipsemet Deus ac Sermo quodam loco loquitur : *Nemo*, inquit, *accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed super candelabrum ; et lucet omnibus qui in domo sunt* [12] : plane se ipse lucernam vocans, quippe qui Deus cum esset per naturam, homo factus sit secundum dispensationem; velut nempe lux secundum essentiam, lucernæ more incircumscripte, animæ interventu, velut ignis, elychnio, carnis ostreo contenta eique cohærescens. Atque id, puto, magnus quoque David intelligens, lucernam Dominum vocavit, quibus ait : *Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis* [13]. Talis enim Salvator meus Deusque est, qui ignorantiæ atque vitii discutiat tenebras; quam etiam ob causam Scriptura lucernam (λύχνον*) ipsum appellavit. Λύχνος enim (hoc est, lucerna) ab eo dicitur, quod est λύειν τὸ νύχος : quod eruditi grammatici vocant *tenebras*. Hic nimirum solus, lucernæ more ignorantiæ discussa caligine, abactisque nequitiæ atque vitii tenebris, cunctis via salutis effectus est ; per virtutem ac scientiam ad Patrem eos ducens, qui, ut ipsum tanquam justitiæ viam per divina mandata incedant, in animum inducunt. Candelabrum autem sanctam vocavit Ecclesiam, in qua per prædicationem Dei sermo lucens, quotquot hoc in mundo, velut in quadam domo versantur, veritatis fulgoribus illustrat, omnium mentes divina agnitione adimplens.

Modium autem, qua ratione symbola effinguntur, Judæorum vocavit synagogam, id est, legis corporalem cultum, cui videlicet, præ crassitie symbolo-

A φυλάττουσα. Τοὺς δὲ κατά τι σάλον ὑπομεμενηκότας ἀνακαλεῖται, καὶ τῷ λόγῳ τῆς παρακλήσεως ἀνανεοῦται τὴν παθοῦσαν διάνοιαν. Οὕτως μὲν ἔχουσαν τὴν ὁραθεῖσαν τῷ προφήτῃ λυχνίαν, κατὰ μίαν ἐπιβολὴν διὰ τῶν εἰρημένων κατενοήσαμεν.

Τὸ δὲ λαμπάδιον τὸ ἐπάνω αὐτῆς ἐστι (7), τὸ πατρικὸν φῶς καὶ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον (8), ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· διὰ τὴν πρόσληψιν τῆς ἐξ ἡμῶν καὶ ἡμετέρας σαρκὸς, λαμπάδιον καὶ γεγεννημένος καὶ προσηγορευμένος· ἤγουν ἡ κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Σοφία καὶ Λόγος· ὁ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κηρυττόμενός τε κατὰ τὴν εὐσεβῆ πίστιν,
B καὶ τῷ βίῳ τῷ κατ' ἀρετὴν διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν φυλαχῆς ὑψούμενος ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ διαφαινόμενος· καὶ πᾶσι λάμπων τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ· λέγω δὴ τῷδε τῷ κόσμῳ· καθά πού φησιν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Λόγος· *Οὐδεὶς ἅπτει λύχνον, καὶ τίθησιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον· ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ*· λύχνον ἑαυτὸν δηλαδὴ λέγων (9), ὡς κατὰ φύσιν Θεὸς ὑπάρχων, καὶ σὰρξ κατ' οἰκονομίαν γενόμενος· οἷα δὴ φῶς κατ' οὐσίαν, λύχνου δίκην ἀπεριγράφως διὰ μέσης ψυχῆς, ὡς διὰ θρυαλλίδος τὸ πῦρ, τῷ τῆς σαρκὸς ὀστράκῳ κρατούμενος· ὅπερ οἶμαι νοήσας καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ, λύχνον κέκληκε τὸν Κύριον, φήσας· *Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου* (i), *καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου*. Σκότους γὰρ ἀγνοίας τε καὶ πονηρίας λυτήριος ὁ ἐμὸς
C ὑπάρχει Σωτὴρ καὶ Θεός· διὸ καὶ λύχνος τῇ Γραφῇ προσηγορεύθη. Λύχνος γὰρ (j), παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος λέγεται. Νύχος δὲ καλοῦσι τὸ σκότος οἱ περὶ λόγους σπουδάζοντες. Ὃς δὴ μόνος οἷα δὴ λύχνος τὸν ζόφον τῆς ἀγνοίας καὶ τὸν σκότον τῆς κακίας διαλύσας, πᾶσιν ὁδὸς γέγονε σωτηρίας· δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως πρὸς τὸν Πατέρα φέρων τοὺς αὐτὸν ὡς δικαιοσύνης ὁδὸν διὰ τῶν θείων ἐντολῶν ὁδεύειν βουλομένους. Λυχνίαν δὲ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, ἐφ' ἧς τῷ κηρύγματι λάμπων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πάντας τοὺς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ὡς ἐν οἰκίᾳ τινὶ τυγχάνοντας καταφωτίζει ταῖς ἀκτῖσι τῆς ἀληθείας, τὰς πάντων διανοίας θείας πληρῶν ἐπιγνώσεως.

D Μόδιον δὲ (10), τῷ τῆς συμβολικῆς διαπλάσεως τρόπῳ κέκληκε τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων· ἤγουν τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου λατρείαν, τῷ παχεῖ

[11] Joan. I, 9. [12] Matth. v, 15. [13] Psal. CXVIII, 105.

* Aptius Maximi scopo Λόγος, *Verbum*, *Sermo*, quod Latina et Hebraïca.

(i) *Ὁ νόμος σου*. Sic Græca ubique, exque eis expressa, Arabica : Latina vero, et reliqui magis ex Hebraica fide, *Verbum tuum*, דברך quod et Maximus videtur legisse. Ejus certe magis scopo congruit; non enim ipse Dei Filius ac Christus facile νόμος, *lex*, dictus inveniatur, secus vero λόγος, *verbum*, *sermo*; quo præcipue nomine Joannes ὁ Θεολόγος eius nobis divinitatem aperuit, ac æternam ex Patre absque passione generationem. Itaque verbum doctrinæ accipientes oi LXX νόμον reddidere, id est, *legem*. Maximus qui verbum doctrinam atque doctorem exponat, λόγον potius debuit retinere, nec plerosque *verbum* reddere, ejus solertiam in divinis Scripturis potuit fugere.

(j) *Λύχνος γάρ*. Sic quoque auctor Magni Etymologici, laudato in eam rem Aristonico, ἐν τῷ περὶ σημείων τοῦ Ὁμήρου, ut λύχνος sit quasi λυόνυχος, τουτέστι τὸ σκότος. In qua ipsa arte longe versatum ostendit Maximum, quod ἀδέσποτον servat Lexicon card. Maz. Bibliotheca, in quibusdam Italiæ Maximo ascriptum; quo tamen gravare ejus operum editionem non est visum.

A τῶν ἐν τῷ γράμματι συμβόλων παντελῶς ἀδιάγνωστον ἔχουσαν τὸ φῶς τῆς ἐν νοήμασιν ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως· ὑφ' ὃν μόδιον κρατεῖσθαι παντελῶς ὁ λόγος οὐ βούλεται· τὸ ὕψει ἐπικεῖσθαι θέλων, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ κάλλους τῆς Ἐκκλησίας. Πάντας γὰρ ἄν, τῷ γράμματι τοῦ νόμου καθάπερ μοδίῳ κρατούμενος ὁ λόγος, ἐστέρησε φωτὸς ἀϊδίου, μὴ διδοὺς θεωρίαν πνευματικὴν, τοῖς τὴν αἴσθησιν ὡς ἀπατηλὴν, καὶ μόνης δεκτικὴν τῆς ἀπάτης· καὶ τῆς τῶν συμφυῶν σωμάτων φθορᾶς ὑπάρχουσαν μόνης ἀντιληπτικὴν, ἐκδύσασθαι σπεύδουσιν· ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, λέγω τὴν Ἐκκλησίαν, ἤγουν τὴν ἐν πνεύματι λογικὴν λατρείαν, ἵνα πάντας φωτίσῃ· διδάσκων τοὺς ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, λόγῳ ζῆν μόνῳ καὶ πολιτεύεσθαι· καὶ τοσοῦτον ἔχειν περὶ τῶν σωμάτων B τὴν μέριμναν, ὅσον διὰ πολλῆς φροντίδος τὴν πρὸς αὐτὰ σχέσιν τῆς ψυχῆς παντελῶς διακόψαι· καὶ μηδεμίαν διδόναι τὸ σύνολον ὕλης τῇ ψυχῇ φαντασίαν, ἔργον ποιεῖσθαι καὶ σπούδασμα· σβεσθείσης ἤδη τῷ λόγῳ (11), τῆς κατ' ἀρχὰς τὸν μὲν λόγον παρωσαμένης· τὴν ἀλογίαν δὲ τῆς ἡδονῆς, ὄφεως δίκην ἑρπηστικοῦ, προσδεξαμένης αἰσθήσεως· καθ' ἧς ὡρίσθη δικαίως ὁ θάνατος, ἵνα παύσηται τῷ διαβόλῳ πρὸς τὴν ψυχὴν παρεχομένη τὴν εἴσοδον. Μία γὰρ ὑπάρχουσα κατὰ τὸ γένος ἡ αἴσθησις (12), πενταπλοῦται τοῖς εἴδεσι, διὰ τῆς καθ' ἕκαστον εἶδος ἀντιληπτικῆς ἐνεργείας, τὸ προσφυὲς αἰσθητὸν ἀντὶ θεοῦ στέργειν τὴν πλανωμένην ψυχὴν ἀναπείθουσα. Διόπερ ὁ τῷ λόγῳ σοφῶς ἑπόμενος, πρὸ τοῦ βεβιασμένου καὶ παρὰ γνώμην θανάτου, θάνατον τῆς C σαρκὸς ἑκουσίως καταψηφίζεται· τὸν πρὸς αἴσθησιν τῆς γνώμης παντελῶς ποιούμενος χωρισμόν.

Οὐκοῦν ὁ μόνῳ τῷ γράμματι τῆς Γραφῆς παρακαθήμενος, μόνην ἔχει τὴν αἴσθησιν κρατοῦσαν τῆς φύσεως· καθ' ἣν ἡ πρὸς σάρκα τῆς ψυχῆς σχέσις μόνη διαφαίνεσθαι πέφυκε. Τὸ γὰρ γράμμα μὴ νοούμενον πνευματικῶς, μόνην ἔχει τὴν αἴσθησιν περιγράφουσαν αὐτοῦ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ μὴ συγχωροῦσαν πρὸς τὸν νοῦν διαβῆναι τῶν γεγραμμένων τὴν δύναμιν. Εἰ δὲ πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν ἔχει τὸ γράμμα τὴν οἰκειότητα, πᾶς ὁ καθ' ἱστορίαν μόνην Ἰουδαϊκῶς τὸ γράμμα δεχόμενος, κατὰ σάρκα ζῇ, τῆς ἁμαρτίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν, διὰ τὴν ζῶσαν αἴσθησιν; γνωμικῶς ἀποθνήσκων τὸν θάνατον· μὴ D δυνάμενος πνεύματι τὰς πράξεις θανατῶσαι τοῦ σώματος, ἵνα ζῇ τὴν ἐν πνεύματι μακαρίαν ζωήν. *Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· *εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε*. Μὴ τοίνυν τὸν λύχνον, ἤγουν τὸν φωτιστικὸν τῆς γνώσεως λόγον, ἀνάπτοντες, διὰ θεωρίας καὶ πράξεως ὑπὸ τὸν μόδιον θήσωμεν· ἵνα μὴ κατακριθῶμεν, ὡς περιγράφοντες τῷ γράμματι τὴν τῆς σοφίας ἀπερινόητον δύναμιν· ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, λέγω τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, ἐν τῷ ὕψει τῆς ἀληθοῦς θεωρίας, πᾶσι τὸ φῶς τῶν θείων δογμάτων πυρσεύουσαν

rum littera contentorum, veræ in sensibus agnitionis lumen penitus internosci non possit. Sub quo modio teneri nullo modo sermo sustinet, cui summo vertice collocari allubeat, ac magnitudine decoris Ecclesiæ. Quandiu enim sermo velut modio legis littera cohibetur, cunctos sempiterna luce privavit; qui nimirum sensum ut seductorem, nec nisi erroris capacem, eaque vi præditum ut affinium duntaxat corporum labem interitumque percipiat, **237** exuere satagentibus, spiritalem contemplationem non præbeat; sed candelabro impositus, Ecclesiæ scilicet, id est rationali in spiritu cultui, ut omnes illuminet: nempe docens qui toto mundo versentur, ratione sola institutis rationibus vivere tantamque corporibus curam impendere, quantam necesse est ut animi ad ea necessitudinem prorsus abscindant: omneque studium navent atque operam, ut nullam penitus terrenorum cogitationem animo ingerant: sensu jam per rationem exstincto, qui ipse initio rationem submoverat, extraque rationem serpentis instar gliscentem voluptatem admiserat: adversus quem merito decreta mortis sententia, ut tandem aliquando aditum in animam diabolo præbere desineret. Sensus enim ipse unus genere quinque partibus penes species multiplex est; qui nimirum, qua ratione subjectas quasque proprias species percipit, errore seductam animam inducat, ut Dei loco conveniens objectum sensibile depereat et amet. Qui itaque sapienti rationem consilio sequitur, ante necessariam nec ex animi sententia mortem, carnis sibi sponte mortem indicit, qua videlicet animum ac voluntatem a sensu prorsus dispungit.

Igitur, qui solam Scripturæ litteram consectatur, sensum duntaxat naturæ dominantem habet, quo sola animi cum carne proclive necessitudo elucet. Littera enim, nisi spiritaliter intelligatur, solum sensum habet, quo ejus prolatio circumscribitur, nec eorum quæ scripta sunt vis ad animum transire sinitur. Sin autem littera cum solo sensu necessitudinem habet, quisquis Judæorum more, prout solum res gestæ conscriptæ sunt, litteram accipit, ex carnis ratione vivit, peccati quotidie morte (vigente in eo sensu) animo moriens; qui spiritu carnis opera mortificare non valeat, ut beatam in spiritu vitam vivat. Ut enim ait divinus Apostolus, *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu actus corporis mortificaveritis, vivetis*[14]. Ne igitur lucernam (rationem scilicet, quæ scientiæ lucem accendit) contemplationis ac actionis cultu accendentes, sub modio ponamus; ne, velut qui sapientiæ inexplicabilem vim littera circumscribamus, rei peragamur: sed super candelabrum (sanctam nimirum Ecclesiam) quæ, **238** in veræ contemplationis celso vertice, divinorum cunctis dogmatum facem prætendat.

[14] Rom. VIII, 13.

Hanc forte etiam sanctam Ecclesiam lex figurate prænuntians, candelabrum auro solidum ac tornatile fieri præcepit : alterum scilicet, ut nihil inane visque sermonis expers; alterum, ut crassæ molis superfluitatibus penitus derasis, nihil eam terrenum habere ostenderet. Hoc magnus Zacharias candelabrum aliquid evarians mirabiliter contuitus, præter lampadem : *Et septem lucernæ super illud*, inquit. Septem lucernas hic loci alia ratione exponendas existimo, ac jam supra lucernam in Evangelio exposuit habita oratio. Non enim omnes personæ atque res, quæ eodem vocabulo censentur, unam omnino atque eamdem recipiant spiritalis sensus intelligentiam : sed singula quæ dicuntur pro subjecta utique sacræ Scripturæ loco vi intelligamus, necesse est, si modo satagimus, ut, quo spectent ea quæ scripta sunt, certa conjectura assequamur.

Lucernas igitur arbitror hic loci sacram Scripturam dicere, Spiritus sancti operationes seu afflatus; id est, Spiritus dona, quæ videlicet Sermo, velut caput totius corporis, Ecclesiæ donare habet : *Et requiescet* enim, inquit, *super eum Spiritus Dei; spiritus sapientiæ et intellectus; spiritus consilii et fortitudinis; spiritus scientiæ et pietatis : replebitque eum spiritus timoris Dei* [15]. Ecclesiæ autem caput, secundum humanitatis intelligentiam, Christus est. Ergo, qui per naturam Spiritum habet, Spiritus operationes atque afflatus, ut Deus, Ecclesiæ largitus est. Mihi enim Sermo factus homo, mihi quoque omnem molitur salutem, per ea quæ mea sunt, mihi vicissim quæ ipse propria habet tribuens, propter quem etiam homo factus est; ac, velut propter me ipse accipiens, quæ sunt in lucem profert. Et quidem sibi ipse propensa benignitate, quæ mihi fit tribuens gratiam, mihi quoque suam natura virtutum vim ascribit : cujus gratia nunc etiam quem ab æterno supraque rationem habet, Spiritum accipere dicitur. Etenim Spiritus sanctus, uti natura essentialiter Dei ac Patris est, sic natura essentialiter est et Filii, ut qui ex Patre essentialiter per Filium genitum ineffabiliter procedat; ac candelabro (id est Ecclesiæ) **239** velut lucernas suas operationes ac afflatus donet. Quævis enim Spiritus operatio lucernæ vim tenebras dispellentis habet, ut ab Ecclesia varium multiplexque ortu peccatum eliminet longeque exterminet. Nam sapientia quidem dementiam tollit; intellectus ac prudentia, animi hebetudinem imprudentiamque elidit, consilium, judicii discretionisque absentiam destruit; fortitudo, imbecillitatem excutit; scientia, ignorantiam abolet; pietas, impietatem ac quæ illi advenit virium pravitatem fugat; timor, contemptus obdurationem propellit : nedum enim Spiritus præcepta lux exsistunt [16], verum etiam ejus operationes afflatusque.

[15] Isa. XI, 2, 3. [16] Prov. VI, 23.

A Ταύτην τυχὸν τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν καὶ ὁ νόμος τυπικῶς προκαταγγέλλων, λυχνίαν χρυσῆν ὅλην αὐτὴν, καὶ τορευτὴν γενέσθαι προσέταξε· τὸ μὲν, ὡς μηδὲν διάκενον ἔχουσαν, καὶ τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως ἄμοιρον· τὸ δὲ, ὡς τῶν ὑλικῶν πάντων περιττωμάτων παντελῶς ἀπεξεσμένην, καὶ μηδὲν ἐπίγειον ἔχουσαν. Ἥνπερ μετά τινος ἐξαλλαγῆς θαυμαστῶς διαθρήσας ὁ μέγας Ζαχαρίας, φησὶ πρὸς τῷ λαμπαδίῳ· *Καὶ ἑπτὰ λύχνοι ἐπάνω αὐτῆς*. Τοὺς ἑπτὰ λύχνους ἐνταῦθα καθ' ἕτερον τρόπον ἐκληπτέον ἡμῖν, παρ' ὃν ἤδη τὸν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λύχνον προλαβὼν ἐξέδωκεν ὁ λόγος. Οὐ γὰρ πάντες τε καὶ πάντα τὰ τὴν αὐτὴν ἐκφώνησιν ἔχοντα, καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν πάντως νοηθήσεται τρόπον· ἀλλ' ἕκαστον τῶν λεγομένων πρὸς τὴν ὑποκειμένην δῆλον ὅτι τῷ τόπῳ B τῆς ἁγίας Γραφῆς δύναμιν νοητέον, εἰ μέλλοιμεν ὀρθῶς τοῦ σκοποῦ τῶν γεγραμμένων καταστοχάζεσθαι.

Λύχνους (13) οὖν ἐνταῦθα φάναι τὴν ἁγίαν Γραφὴν ὑπονοῶ, τὰς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἤγουν τὰ χαρίσματα τοῦ Πνεύματος, ἅπερ δωρεῖσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ πέφυκεν ὁ Λόγος, ὡς κεφαλὴ τοῦ παντὸς σώματος. *Καὶ ἐπαναπαύσεται* γὰρ *ἐπ' αὐτὸν*, φησὶ, *Πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ*. Ἡ δὲ τῆς Ἐκκλησίας κεφαλὴ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν τῆς ἀνθρωπότητός ἐστιν ὁ Χριστός. Ἄρα τῇ Ἐκκλησίᾳ δεδώρηται ὁ κατὰ φύσιν ἔχων τὸ C Πνεῦμα, τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος, ὡς Θεός. Ἐμοὶ γὰρ ὁ Λόγος γενόμενος ἄνθρωπος (14), ἐμοὶ καὶ τὴν ὅλην πραγματεύεται σωτηρίαν· διὰ τῶν ἐμῶν ἐμοὶ τὰ οἰκεῖα αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀντιδιδούς· δι' ὃν καὶ ἄνθρωπος γέγονε· καὶ ὡς λαμβάνων δι' ἐμὲ, ποιεῖται τῶν οἰκείων τὴν ἔκφανσιν· καὶ ἑαυτῷ μὲν τὴν ἐμὴν ὡς φιλάνθρωπος λογιζόμενος χάριν· ἐμοὶ δὲ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ κατὰ φύσιν κατορθωμάτων ἐπιγραφόμενος δύναμιν· δι' ὃν καὶ νῦν λαμβάνειν λέγεται, τὸ φύσει προσὸν ἀνάρχως καὶ ὑπὲρ λόγον. Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὕτως καὶ τοῦ Υἱοῦ φύσει κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς, δι' Υἱοῦ γεννηθέντος, ἀφράστως ἐκπορευόμενον· καὶ τῇ λυχνίᾳ, τουτέστι τῇ Ἐκκλησίᾳ, καθάπερ D λύχνους τὰς οἰκείας ἐνεργείας δωρούμενον. Λύχνου γὰρ τρόπον τὸ σκότος λύοντος, πᾶσα τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια τὴν πολύτροπον γένεσιν τῆς ἁμαρτίας ἐξωθεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἐπελαύνειν πέφυκε. Ποιεῖται γὰρ ἡ μὲν σοφία (15), τῆς ἀνοίας ἀναίρεσιν· ἡ δὲ σύνεσις, τῆς ἀνεπιγνωμοσύνης ἀφαίρεσιν· ἡ δὲ βουλὴ, τῆς ἀδιακρισίας κατάργησιν· ἡ δὲ ἰσχὺς, τῆς ἀσθενείας ἐξήλωσιν· ἡ δὲ γνῶσις, τῆς ἀγνωσίας ἀφανισμόν· ἡ δὲ εὐσέβεια, τῆς ἀσεβείας, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ τῶν ἐνεργειῶν φαυλότητος διωγμόν· ὁ δὲ φόβος, τῆς καταφρονήσεως ἀπελαύνει τὴν πώρωσιν. Φῶς γὰρ οὐ μόνον τὰ προστάγματα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐνεργήματα τυγχάνει τοῦ Πνεύματος.

Λύχνοι δὲ πάλιν τυγχάνουσι (16), παντὶ τῷ βίῳ διὰ τῆς Ἐκκλησίας τὸ φῶς τῆς σωτηρίας πυρσεύοντες, καὶ οἱ συμπληροῦντες βαθμοὶ τὴν κατ' αὐτὴν εὐκοσμίαν. Οἷον, ὁ σοφὸς τῶν θείων καὶ ὑψηλῶν δογμάτων τε καὶ μυστηρίων διδάσκαλος, λύχνος ἐστὶν, ἐκκαλύπτων τὰ τέως τοῖς πολλοῖς μὴ φαινόμενα. Ὁ μετὰ συνέσεως καὶ ἐπιστήμης κατακούων τῆς ἐν τοῖς τελείοις λαλουμένης σοφίας, ἄλλος ὑπάρχει λύχνος, ὡς συνετὸς ἀκροατὴς, φυλάττων ἐν ἑαυτῷ τῆς τῶν λαλουμένων ἀληθείας τὸ φῶς. Ὁ δὲ μετὰ βουλῆς διακρίνων ἁρμοδίας τοῖς πράγμασι τοὺς καιροὺς, καὶ τοῖς λόγοις τοὺς ἐπιβάλλοντας τρόπους ἐπινοῶν, καὶ μὴ συγχωρῶν ἀλλήλοις ἀπροσφόρως ἐμπεσόντας συγχεῖσθαι, καὶ οὗτος ὡς θαυμαστὸς σύμβουλος, ἄλλος ὑπάρχων δέδεικται λύχνος. Ὁ δὲ τὰς προσβολὰς τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν, κατὰ τὸν μακάριον Ἰὼβ καὶ τοὺς γενναίους μάρτυρας, ἀκατασείστῳ φέρων τῷ φρονήματι, λύχνος ἐστὶν ἰσχυρὸς, ἀκατάσβεστον καὶ αὐτὸς φυλάττων τὸ φῶς τῆς σωτηρίας, ἐν τῷ τρόπῳ τῆς κατ' ἀνδρείαν ὑπομονῆς φυλαττόμενον, ὡς τὸν Κύριον ἰσχὺν ἔχων καὶ ὕμνησιν. Ὁ δὲ γινώσκων τοῦ πονηροῦ τὰ μηχανήματα, καὶ τὰς συμπλοκὰς τῶν ἀφανῶν πολέμων οὐκ ἀγνοῶν· καὶ οὗτος τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως περιλαμπόμενος, ἄλλος πέφυκε λύχνος, τῷ μεγάλῳ Ἀποστόλῳ προσηκόντως φθεγγόμενος· *Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν*. Ὁ δὲ τὸν κατ' ἐντολὴν βίον εὐσεβῶς ταῖς ἀρεταῖς εὐθυνόμενον μετερχόμενος, ἄλλος ὑπάρχει λύχνος, ὡς εὐσεβὴς τὴν εὐσέβειαν εὐσεβῶς τοῖς τρόποις πιστούμενος. Ὁ δὲ τῇ προσδοκίᾳ τῆς κρίσεως, τοῖς πάθεσι πρὸς τὴν ψυχὴν δι' ἐγκρατείας ἀποτειχίσας τὴν εἴσοδον, ἄλλος γέγονε λύχνος· διὰ σπουδῆς τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ τὰς ἐπιτριβείσας αὐτῷ τῶν παθῶν κηλῖδας ἐκκαθαιρόμενος· καὶ τὴν τῶν παρὰ φύσιν ἀποβολῇ μολυσμῶν, διαυγῆ καὶ λαμπρὸν τὸν βίον ποιούμενος.

Τὴν μὲν οὖν κάθαρσιν τοῖς ἀξίοις τῆς τῶν ἀρετῶν καθαρότητος (17), διὰ φόβου καὶ εὐσεβείας καὶ γνώσεως ποιεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν δὲ φωτισμὸν, τῆς τῶν ὄντων καθ' οὓς ὑπάρχουσι λόγους γνώσεως, δι' ἰσχύος, καὶ βουλῆς, καὶ συνέσεως δωρεῖται τοῖς ἀξίοις φωτός· τὴν δὲ τελειότητα, διὰ τῆς παμφαοῦς καὶ ἁπλῆς καὶ ὁλοσχεροῦς σοφίας χαρίζεται τοῖς ἀξίοις θεώσεως, πρὸς τὴν τῶν ὄντων αἰτίαν ἀμέσως αὐτοὺς ἀνάγων κατὰ πάντα τρόπον, ὡς ἔστιν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἐκ μόνων τῶν θείων τῆς ἀγαθότητος ἰδιωμάτων γνωριζομένους· καθ' ἣν ἐκ Θεοῦ μὲν ἑαυτούς· ἐξ ἑαυτῶν δὲ γινώσκοντες τὸν Θεὸν, οὐκ ὄντος τινὸς μέσου τοῦ διατειχίζοντος· σοφίας γὰρ πρὸς Θεὸν μέσον οὐδέν· τὴν ἀναλλοίωτον ἕξουσιν ἀτρεψίαν, τῶν μέσων αὐτοῖς πάντων ὁλικῶς διαβαθέντων (18), ἐν οἷς ὑπῆρχεν ὁ περὶ τὴν γνῶσίν ποτε τοῦ σφάλλεσθαι κίνδυνος· καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἄπειρον καὶ ἐπάπειρον, καὶ ἀπειράκις ἀπείρως κατὰ φύσιν ἐπέκεινα πάντων ἀκρότητα δι' ἀφασίας, ἀῤῥη-

Rursus vero lucernæ sunt [17], per Ecclesiam omni sæculo velut sublata face salutis lucem prætendentes, qui ejus concinnam ac elegantem compositionem, ordines complent. Ut sub exemplo loquar, sapiens divinorum sublimiumque dogmatum ac mysteriorum doctor, lucerna est, ea patefaciens quæ vulgo hactenus obscura sunt. Qui perspicacia mentisque solertia, sapientiam quam inter se perfecti loquuntur [18], diligenter audit, alia lucerna exsistit, qui velut gnavus ac solers auditor, eorum, quæ dicuntur, veritatis lucem custodiat. Qui autem consilio comite, pro eo ac negotiis rebusque congruit, occasiones ac momenta discernit, verbisque ac doctrinæ convenientes modos adinvenit, nec incommode alia aliis coincidere invicemque confundi sinit, hic quoque tanquam admirabilis consiliarius [19], lucerna alia enitet. Qui autem violentarum tentationum incursus, haud secus ac beatus Job ac strenui martyres, inconcussa mentis constantia suffert, fortis lucerna est, qui et ipse inexstinctum salutis lumen, virilis patientiæ indole incolume servet, Dominum fortitudinem ac laudationem habens [20]. Qui vero nequissimi fraudes exploratas habet, inaspectabiliumque præliorum congressiones non nescit; hic quoque scientiæ luce collustratus, alia lucerna est, qui magno Apostolo affini voce sensuque dicat : *Non enim ignoramus cogitationes ejus* [21]. Porro, qui vitam mandati custodia pie virtutibus directam colit, alia lucerna exsistit, qui velut pius ac religiosus, pie moribus pietatem astruat. Qui autem judicii exspectatione trepidus, aditum vitiis in **240** animum ac perturbatis motibus continentiæ septo præclusit, lucerna alia evasit; qui diligenti opera quas contraxit vitiorum sordes timore Dei diluat, innaturalibusque inquinamentis detersis, dilucidam ac splendore micantem vitam reddat.

Emundationem igitur, his qui virtutum digni munditia sunt, per timorem et pietatem ac scientiam Spiritus sanctus consciscit; rerum autem secundum quas exsistunt rationes scientiæ illustrationem, his qui digni luce exsistunt, per fortitudinem et consilium ac intellectum prudentiamque donat : perfectionem vero, per lucidissimam simplicemque et plenam ac consummatam sapientiam, his qui deificatione dignantur, tribuit, ad rerum Auctorem immediate per omnem modum, quantum hominibus concessum est provehens, qui ex divinis duntaxat proprietatibus dilucescant; qua videlicet ex Deo seipsos, exque seipsis Deum cognoscant, nullo, quod intersepiat interjecto medio (sapientiæ enim nihil cum Deo medium est), quos nempe futurum, ut nulli noxæ obnoxiam immutabilitatem consequantur, cunctis prorsus mediis superatis, in quibus periculum erat, ne quandoque scientiæ error obreperet; ac cum ad ipsam infinitam, infinitum-

[17] Philipp. II, 15. [18] I Cor. II, 6. [19] Isa. IX, 6. [20] Psal. XLII, 2; Exod. XV, 2. [21] II Cor. II, 11.

Ἑρμηνεύεται γὰρ (1) Ἰωνᾶς κατὰ διαφόρους ἐκφωνήσεις (1)· *Ἀνάπαυσις καὶ δόμα Θεοῦ, ἴαμα Θεοῦ, καὶ Θεοῦ χάρις αὐτοῖς, καὶ πόνος Θεοῦ, καὶ περιστερὰ, καὶ φυγὴ κάλλους, καὶ διαπόνησις αὐτῶν*. Γίνεται δὲ οὗτος καὶ ἐν Ἰόππῃ, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν κήτει, καὶ ἐν Νινευῇ, καὶ ὑπὸ τὴν κολόκυνταν. Ἑρμηνεύεται δὲ Ἰόππη (2), *κατασκοπὴ χαρᾶς*, καὶ *καλλονὴ θαυμαστὴ*, καὶ *χαρὰ δυνατή*. Οὐκοῦν Ἰωνᾶς ὁ προφήτης (3), τύπον φέρει καὶ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ τῆς κοινῆς φύσεως, καὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ D τῆς προφητικῆς χάριτος, καὶ τοῦ ἀγνώμονος, καὶ ἐπὶ παντὶ καλῷ διαπονουμένου καὶ ταῖς θείαις ἀεὶ βασκαίνοντος χάρισι λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. Οἷον, τοῦ μὲν Ἀδὰμ φέρει τύπον καὶ τῆς κοινῆς φύσεως, φεύγων ἐξ Ἰόππης εἰς θάλασσαν, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὴν τῆς προσηγορίας αὐτοῦ δύναμιν, φυγὴ κάλλους καλούμενος. Ἰόππη δὲ δηλοῖ τυπούμενον ἐν αὐτῇ τὸν παρά-

Nam Jonas nomen, pro eo ac diversimode pronuntiatur, si interpreteris: *Dei requies est et Dei donum, Deique sanitas, ac Dei gratia; Deique labor et columba, et fuga decoris, eorumque defatigatio sive tædium*. Venit autem ille et in Joppen, et in mare, fuitque in ceto, et in Ninive, et sub cucurbita. Joppe autem, si nomen interpreteris, *gaudii speculam* dicas; *mirabilem* item *speciem*, et *gaudium potens*. Jonas itaque propheta typum gerit, tum Adami, tum communis hominum generis; Christi etiam, ac prophetici muneris: postremo autem etiam ingrati atque improbi, quique in omni bono fatiscat tædioque 251 afficiatur, ac divinis semper donis invideat, Judaici populi. Ut sub exemplo loquar, Adami quidem ac communis generis typum gerit, cum ex Joppe ad mare fugit; eaque ratione pro suæ vi nuncupationis, *fuga decoris* audit. Joppe

[29] Jon. IV, 11.

(1) *Ἑρμηνεύεται γάρ.* Tanta hæc vocis *Ionæ* etyma prorsus incerta; uno genuini ac certo quo יונה *columbus* vel *columba* dicitur, a voce ינה quod est, *oppressit*; quod animal sine bile et imbelle, proinde oppressioni prædæque expositum, Ἰόππης etiam clarum etymum, cujus unius videtur Maximus non meminisse. Nam יפו *Ioppa pulchra* est a voce יפה *pulchrum esse*; non quæ ille multa nescio quo auctore recenset.

autem paradisum significat, figura in ea designatum; qui nimirum vere *gaudii specula* tum exsistat, tum nuncupetur; itemque *gaudium potens*, ac *mirabilis species seu decor*, ob incorruptionis in eo divitias; quisquis tandem paradisus ille esset, Dei manu consitus. *Plantaverat enim*, inquit, *Dominus Deus paradisum in Edem, et posuerat in eo hominem, quem formaverat* [30] : quænam etiam ligna in eo sita, sive illa ejusmodi ut oculis conspicerentur, sive quæ sola mente possent intelligi; quodque adeo lignum vitæ, quod in medio paradisi erat : quibus omnibus ut vesceretur cum in mandatis accepisset Adamus, ne quidem forte attigit, aut gustavit : *De omni* enim *ligno*, inquit *quod est in paradiso, vesceris* [31].

Rursus vero significat Joppe virtutem et scientiam; ac quæ illis juncta collegio est, sapientiam. Virtutem quidem, cum pro nominis ratione, *mirabilis species* seu decor dicitur. Scientiam vero, dum *gaudii speculam* exponunt. Sapientiam autem, cum significat *potens gaudium;* qua homo consummatus, nulla vi verborum explicabile gaudium, vere illud potens (ejusmodi scilicet ut piis rationibus institutam divinamque hominis vitam, sartam tectam custodiat) accipit; siquidem, Scriptura teste : *Sapientia, lignum vitæ est omnibus, qui eam amplexantur : atque his, qui illi tanquam Domino innituntur, secura* [32]. Videmus enim humanum genus, semper Joppen (virtutis scilicet ac scientiæ habitum, nec non iis comitem nixamque sapientiæ gratiam), velut Adamus paradisum, per inobedientiam fugere; quod scilicet hominum mens sedulo malis incumbat, inque mare (peccati scilicet salum) sponte pertrahi; haud secus ac primus generis parens Adamus, facta paradisi jactura, in hunc mundum devolutus est, instabilemque terrenorum et salsum, tum ferentem, tum qui feratur, errorem ac confusionem, oppido colere; cujus hactenus in eo positum lucrum, his qui amplectuntur et illi student, ut solummodo profundo **252** mergantur, et a ceto absorbeantur [33], ac ad usque animam aqua circumfundantur; et ab extrema abysso vallentur, inferantque caput in scissuras montium, atque in terram descendant, cujus vectes ejus retinacula æterna; ut quæ scilicet extremæ abyssi profundum exsistat : terram revera tenebrosam ac caliginosam; terram sempiternis horrendam tenebris; in qua non est videre jubar nec vitam mortalium, uti quodam loco magnus, magnisque veritatis causa certaminibus perfunctus, Jobus ille locutus est [34].

Adamum igitur propheta typo designat (commune scilicet humanum genus ac naturam), hæc mystice in singulis figurans; naturam, inquam, velut ex Joppe (divinis ex bonis) prolapsam, inque hanc sæculi miseriam velut in mare abreptam, instabilique ac turbulento proclivioris terrenorum affectus pelago obrutam, atque a ceto spiritali feraque inexplebili, diabolo, absorptam; necnon

A δεισον (4). τὸν ὄντως *κατασκοπὴν χαρᾶς* καὶ ὄντα καὶ ὀνομαζόμενον· καὶ *χαρὰν δυνατὴν* καὶ *καλλονὴν θαυμασίαν*, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ πλοῦτον τῆς ἀφθαρσίας· ὅστις ποτ' ἂν ἦν ὁ παράδεισος οὗτος ὁ χειρὶ Θεοῦ φυτευθείς. *Ἐφύτευσε γὰρ*, φησὶ, Κύριος ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε· καὶ τίνα τὰ ξύλα τὰ ἐν αὐτῷ, εἴτε θεωρούμενα, εἴτε νοούμενα· καὶ τί τὸ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου ξύλον τῆς ζωῆς· ὧν πάντων ἐσθίειν πρόσταγμα λαβὼν ὁ Ἀδὰμ, τυχὸν οὐδὲ ἥψατο· *Ἀπὸ παντὸς* γὰρ *ξύλου*, φησὶ, *τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ*.

Σημαίνει δὲ πάλιν ἡ Ἰόππη (5), τὴν ἀρετὴν καὶ B τὴν γνῶσιν· καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς σοφίαν· τὴν ἀρετὴν μὲν, ὅταν ἑρμηνεύεται *καλλονὴ θαυμαστή*· τὴν δὲ γνῶσιν, ὅταν ὡς *κατασκοπὴ χαρᾶς* λαμβάνεται· τὴν δὲ σοφίαν, ὁπηνίκα τὴν *δυνατὴν* σημαίνει *χαράν*· καθ' ἣν τελειούμενος ἄνθρωπος, τὴν ἀνεκλάλητον λαμβάνει χαράν· τὴν δυνατὴν, καὶ ὄντως συνεκτικὴν τῆς κατὰ Θεὸν καὶ θείας τοῦ ἀνθρώπου συστάσεως· εἴπερ *Ἡ σοφία ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς*, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν*, ὡς ἐπὶ *Κύριον, ἀσφαλής*. Φεύγουσαν γὰρ ἀεὶ τὴν Ἰόππην, τουτέστι, τὴν ἕξιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, καὶ τῆς ἐπ' αὐταῖς σοφίας τὴν χάριν, ὥσπερ ὁ Ἀδὰμ τὸν παράδεισον διὰ τῆς παρακοῆς, ὁρῶμεν τὴν φύσιν C τῶν ἀνθρώπων· διὰ τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῆς ἐπιμελῶς ἐγκεῖσθαι τοῖς πονηροῖς, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν· λέγω δὲ τὴν ἅλμην τῆς ἁμαρτίας, ἑκουσίως κατασυρομένην· ὡς πρὸς τοῦτον τὸν κόσμον ἐκπεσὼν τοῦ παραδείσου ὁ προπάτωρ Ἀδὰμ κατεκυλίσθη, καὶ τὴν ἄστατον τῶν ὑλικῶν, καὶ ἅλμην ἄλλως φέρουσάν τε καὶ φερομένην πλάνην τε καὶ σύγχυσιν ἐπιμελῶς περιέπουσαν· ἧς τοσοῦτόν ἐστι τὸ κέρδος τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, ὅσον μόνον ποντισθῆναι, καὶ ὑπὸ τοῦ κήτους καταποθῆναι, καὶ περιχυθῆναι ὕδωρ ἕως ψυχῆς· καὶ ἀπὸ τῆς ἐσχάτης ἀβύσσου κυκλωθῆναι, καὶ δῦναι τὴν κεφαλὴν εἰς σχισμὰς ὀρέων, καὶ κατελθεῖν εἰς γῆν, ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι· ὡς πυθμένα δῆλον ὅτι τῆς ἐσχάτης ἀβύσσου τυγχάνουσαν· τὴν γῆν τὴν σκοτεινὴν ὄντως καὶ γνοφερὰν, D γῆν σκότους αἰωνίου· ἐν ᾗ οὐκ ἔστι φέγγος, οὐδὲ ὁρᾷν ζωὴν βροτῶν, ὥς πού φησιν ὁ μέγας καὶ τοῖς μεγάλοις ὑπὲρ ἀληθείας ἄθλοις διηγωνισμένος Ἰώβ.

Σημαίνει γοῦν τὸν Ἀδὰμ ὁ προφήτης, ἤγουν τὴν κοινὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, ἐν ἑκάστῳ ταῦτα τυπῶν μυστικῶς· τὴν, ὡς ἐξ Ἰόππης τῶν θείων ἐξολισθήσασαν ἀγαθῶν, καὶ πρὸς τήνδε τοῦ βίου καθάπερ θάλασσαν τὴν ταλαιπωρίαν κατενεχθεῖσαν· καὶ τῷ ἀστάτῳ καὶ πολυφλοίσβῳ πελάγει τῆς τῶν ὑλικῶν προσπαθείας καταποντισθεῖσαν (6)· καὶ ὑπὸ τοῦ κήτους τοῦ νοητοῦ καὶ ἀπλήστου θηρὸς τοῦ δια-

[30] *Gen.* II, 8. [31] *ibid.* 16. [32] Prov. III, 18. [33] Jon. II, 6. [34] Job x, 21.

ἐδάφου καταποθεῖσαν· καὶ τὸ ὕδωρ πανταχόθεν τῶν ἐν κακίᾳ πειρασμῶν περιχυθὲν δεξαμένην ἕως ψυχῆς· ὡς περιχεθεῖσαν δηλαδὴ τοῖς πειρασμοῖς τῆς ζωῆς· καὶ ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἀβύσσου κυκλωθῆναι· τουτέστιν, ὑπὸ τῆς παντελοῦς ἀγνοίας καταδεθεῖσαν τὸν νοῦν, καὶ περικλυσθῆναι τῷ πολλῷ βάρει τῆς κακίας τὸν λογισμόν· καὶ καταδῦσαι τὴν κεφαλὴν εἰς σχισμὰς ὀρέων· τουτέστι, τὸν πρῶτον κατὰ τὴν πίστιν περὶ μονάδος λόγον (7), ὡς κεφαλὴν τοῦ παντὸς σώματος τῶν ἀρετῶν, ὡς εἴς τινας σχισμὰς ἀφεγγεῖς ὀρέων τὰς διανοίας τῶν πονηρῶν δυνάμεων κατακλεισθεῖσαν, καὶ εἰς πολλὰς δόξας καὶ φαντασίας καταμερισθεῖσαν. Σχισμὰς γὰρ ὀρέων, τῶν ἐν τῷ βάθει που τῆς ἐσχάτης ἀβύσσου τῆς ἀγνοίας κειμένων τῆς πονηρίας πνευμάτων περὶ πλάνην ἐννοίας εἶπεν, ὁ λόγος· καὶ κατελθοῦσαν εἰς τὴν γῆν (8), *ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι*· τουτέστι, πρὸς τὴν πάσης αἰσθήσεως θείας ἔρημον, καὶ ζωτικῆς κινήσεως ἀρετῶν ἐστερημένην ἕξιν κατενεχθεῖσαν· τὴν μηδεμίαν παντελῶς ἔχουσαν αἴσθησιν ἀγαθότητος, καὶ Θεοῦ κατ' ἔννοιαν ἐφέσεως κίνησιν· ἐφ' ἧς βέβηκεν καθάπερ ἄβυσσος (9), τῆς ἀγνοίας ὁ ζόφος καὶ τὸ ἀνήκεστον βάθος τῆς κακίας· καὶ τὰ ὄρη τῆς πλάνης ἐῤῥίζωται· τὰ πνευματικὰ λέγω τῆς πονηρίας· ὧν πρότερον ταῖς σχισμαῖς εἰσδῦσα, γέγονεν ὕστερον βάσις διὰ τὴν κακίστην ἕξιν ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ὡς δεκτικὴ τῆς αὐτῶν πλάνης καὶ πονηρίας. Τὴν ἔχουσαν καθάπερ αἰωνίους μοχλοὺς (10), τὰς ἐνδιαθέτους προσπαθείας τῶν ὑλικῶν τὰς οὐκ ἐώσας τὴν διάνοιαν τοῦ σκότους τῆς ἀγνοίας ἀπαλλαγεῖσαν, τὸ φῶς ἰδεῖν τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως· ἥντινα τυχὸν ἕξιν, ὡς μικρῷ πρόσθεν ἔφην, ὁ μέγας Ἰὼβ αἰνιττόμενος ἔφη, *γῆν σκοτεινὴν καὶ γνοφεράν*· γῆν σκότους αἰωνίου. Σκοτεινὴν μὲν, ὡς πάσης ἀληθοῦς ἔρημον γνώσεώς τε καὶ θεωρίας· γνοφερὰν δὲ, ὡς πάσης ἀρετῆς ἐστερημένην καὶ πράξεως· *Ἐν ᾗ*, φησὶν, *οὐκ ἔστι φέγγος*, δηλαδὴ γνώσεως καὶ ἀληθείας (11)· *οὐδὲ ὁρᾷν ζωὴν βροτῶν*· τὴν λογικοῖς δηλονότι πρέπουσαν ἀγωγήν.

Ἐν τούτοις μὲν γίνεται τυχὸν, ὁπηνίκα τὰ πάθη τυπῶν ἐν ἑαυτῷ τῆς ἀνθρωπότητος ὁ προφήτης, εἰς ἅπερ ἐλεεινῶς ἑαυτὴν κατεσκεύασε, τὰ τῆς κοινῆς οἰκειούμενος φύσεως· καὶ ἐφαρμόζεται δεόντως αὐτῷ τυποῦντι τὸν Ἀδὰμ, τῆς προσηγορίας ὁ νοῦς, *φυγὴ κάλλους* ἑρμηνευόμενος. Ἡνίκα δὲ τὸν δι' ἡμᾶς ἐν τοῖς ἡμῶν καθ' ἡμᾶς διὰ σαρκὸς νοερῶς ἐψυχωμένης χωρὶς μόνης ἁμαρτίας γενόμενον Θεὸν προδιατυποῖ, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν παθημάτων προδιαγράφει μυστήριον· τὴν μὲν ἀπ' οὐρανῶν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον σημαίνει κάθοδον, διὰ τῆς ἐξ Ἰόππης εἰς τὴν θάλασσαν μεταβάσεως (12)· τὸ δὲ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, ὑπὸ τοῦ κήτους δηλοῖ καταπινόμενος, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας ἀπαθὴς ἐκδιδόμενος. Καὶ διὰ τοῦτο προσφόρως κατὰ τὴν τῆς κλήσεως δύναμιν *ἀνάπαυσις καὶ ἴασις Θεοῦ καὶ Θεοῦ χάρις* αὐτοῖς· τυχὸν δὲ, καὶ *πόνος Θεοῦ* διὰ τὸ πά-

circumfusa undique ad usque animam, tentationum ærumna, aqua exceptam (quippe tentamentis vitæ circumseptam) et sub extrema vallatam abysso (mente scilicet ignorantiæ laqueis penitus obstructa, ac ratione gravi nequitiæ pondere obruta) inserto illatoque in montium scissuras capite; prima scilicet (quæ unitatem spectat) fidei ratione, velut totius virtutum corporis capite, quasi in obscuris quibusdam montium scissuris, nequissimarum potestatum rationibus occlusa, inque multas opiniones ac cogitationes dissecta. Montium enim scissuras, extremæ ignorantiæ abyssi alto gurgite consistentium nequitiæ spirituum, erroris cogitationes sensaque Scriptura nuncupavit. Quæ in terram descenderit, *cujus vectes ejus retinacula æterna*; hoc est, dejecta in habitum sic divino omni sensu destitutum, atque vitali virtutum motione privatum; quæ videlicet omni prorsus careat bonitatis sensu, nec ullum animo Dei desiderium habeat. In quam velut abyssus, ignorantiæ caligo, vitiisque ac nequitiæ deplorata altitudo, ascenderit: in qua etiam erroris montes radices egerint (spiritalia scilicet nequitiæ [35]) quorum prius scissuras cum subiisset, basis postmodum humana natura, pessimi habitus ratione, effecta est, ut quæ illorum erroris ac nequitiæ velut vasculum atque **253** sedes exsistat. Quæ, velut æternos vectes, terrenorum affectus animo hærentes habeat, per quos nimirum, ignorantiæ tenebris liberatæ, veræ lumen agnitionis videre non liceat. Hunc forte habitum, uti paulo ante dicebam, magnus ille Job obscure significans, *terram tenebrosam appellavit ac caliginosam* [36], æternarum scilicet tenebrarum terram. Tenebrosam quidem, quod vera omni scientia re contemplatione careat; caliginosam vero, quod eam virtus omnis actioque deficiat. *In qua*, inquit, *non est jubar* (scientiæ scilicet ac veritatis), *nec mortalium vitam, videre* [37]; eam scilicet vitæ institutionem ac disciplinam, quæ utentes rationes addeceat.

In hæc forsitan venit propheta, cum in se ipse humanæ affectus naturæ figurat, in quos miserabili se habitu gestuque composuit, sibi ea, quæ ad communem spectant naturam, ipse tribuens. Apte que illi, qui Adamum typo repræsentet, appellationis vis sensusque quadrat; quem nimirum *pulchritudinis fugam* vocitatum exponas. Cum autem Deum, qui nostri causa inter nos nobis similis per carnem intelligentium more animatam, uno duntaxat excepto peccato, versatus est, præeunte typo figurat, atque incarnationis ejusque perpessionum præsignat eruditque mysterium; ejus quidem e cœlis in hunc mundum significat descensum, ea scilicet ratione, qua a Joppe ad mare transivit. Mortis autem ac sepulturæ resurrectionisque mysterium, dum absorbetur a ceto, tribusque exactis diebus atque noctibus incolumis evomitur. Idcirco etiam commodum, juxta vim nominis, *requies, Deique*

[35] Ephes. vi, 12. [36] Job x, 21. [37] ibid.

sanitas ac Dei gratia iis; quin forte etiam *Dei labor*, ob sponte assumptam mortem ac cruciatus, pulchre nominatur. Veram enim eorum requiem, qui in doloribus laborant, eorumque sanitatem, qui contriti sunt, atque remissionis peccatorum gratiam, Christum Jesum verum Deum, præeunte typo, propheta mystice designavit, per ea quæ in illo gesta conscripta sunt. Ipse enim Dominus noster ac Deus factus homo, utque in vitæ nostræ pelagus, velut e Joppe, e cœlo veniens, quam ex nominis ratione *gaudii speculam* interpreteris, in hujus scilicet mundi mari versans, pro eo ac scriptum est, *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta* [38]; atque in cor terræ, **254** ubi nos mortis interitu absorptos nequissimus carcere detinebat, sponte descendens, ac per resurrectionem abstrahens, totamque quæ tenebatur naturam in cœlum tollens atque reducens, nostra vere requies, sanitasque et gratia est. Requies quidem, ut necessariæ in carne servitutis legem temporaneæ vitæ ratione solvens: sanitas vero ac medela, tanquam mortis interitionisque contritionem resurrectionis munere sanans: gratia denique, velut adoptionem in Spiritu per fidem, gratiamque deificationis, pro cujusque merito præstans. Decebat enim, plane decebat, qui lux esset Deique ac Patris virtus [39], in eam venire terram, in qua tenebræ vectesque æterni exsistebant; ut nempe, solutis ignorantiæ tenebris, pro lucis spiritalis munere, confractisque nequitiæ vectibus, pro virtutis Dei, quæ ipsa vere exsistat, ratione; quam his potenter addictam nequissimus naturam tenebat, in libertatem assereret, veræ ei scientiæ inexstinguibile lumen inviolabilemque virtutum vim largiens.

Cum autem propheticam gratiam, velut ex quadam Joppe, nempe ex legis cultu, glorioso hactenus habito atque inclyto, pro Evangelii partibus in gentes commigrantem, plebemque Judaicam, qua laborabat perfidia ac incredulitate, illius destitutam gaudio, relinquentem, perque multas ærumnas et pericula ac casus adversos laboresque et persecutiones et mortes, instar Ninives, gentium Ecclesiam ad Deum convertentem, in se ipse propheta mystice figurat, Joppen relinquit; nempe a legali cultu abscedens, propheticam gratiam significans, quæ in ipsum quoque violentorum casuum pelagus, inque illis certaminum, laborum, periculorum aleam venerit; atque a ceto (morte scilicet) absorpta, nequaquam tamen omnino corrupta sit. Nihil enim in rebus, evangelicæ gratiæ gentibus annuntiatæ cursui inhibendo fuit; non tribulatio, non angustia, non persecutio, non fames, non periculum, non gladius [40]; secus vero, per hæc ipsa, adversantium omnium cuneo superato, gratia vim roburque accepit: magisque ferendo ac malis obnoxia, injuriarum victrix, errantem ipsam naturam ad Deum vivum verumque, haud secus ac Jonas

A θος τὸ ἑκούσιον, καλῶς ὀνομαζόμενος. Τὴν γὰρ ἀληθινὴν τῶν ἐν ὀδύναις κεκοπωμένων ἀνάπαυσιν (13), καὶ τὴν ἴασιν τῶν συντετριμμένων, καὶ τὴν χάριν τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ὁ προφήτης διὰ τῶν οἰκείων δραμάτων μυστικῶς προδιέγραψεν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τῷ πελάγει τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐνδημήσας, ὡς ἀπ' οὐρανοῦ τῆς Ἰόππης ἑρμηνευομένης *κατασκοπὴ χαρᾶς*, εἰς τὴν θάλασσαν τοῦδε τοῦ κόσμου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας*· καὶ εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, ἔνθα διὰ τοῦ θανάτου καταπιὼν ἡμᾶς εἶχεν ὁ πονηρὸς καθειργμένους, καταβὰς ἑκουσίως, καὶ διὰ τῆς ἀναστάσεως ἀνασπάσας, πρὸς οὐ-
B ρανὸν ὅλην τὴν κεκρατημένην φύσιν ἀναγαγὼν, ἀνάπαυσις ἡμῶν κατ' ἀλήθειαν ὑπάρχει, καὶ ἴασις καὶ χάρις (14)· ἀνάπαυσις μὲν, ὡς τὸν νόμον τῆς ἐν σαρκὶ διὰ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν περιστατικῆς λύων δουλείας· ἴασις δὲ, ὡς τὸ σύντριμμα τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς διὰ τῆς ἀναστάσεως ἐξιασάμενος· χάρις δὲ, ὡς τῆς ἐν πνεύματι διὰ πίστεως υἱοθεσίας, καὶ τῆς ἐπαξίως ἑκάστου κατὰ τὴν θέωσιν χάριτος διανομεύς. Ἔδει γὰρ, ἔδει κατὰ ἀλήθειαν εἰς ἐκείνην γενέσθαι τὴν γῆν τὸ φῶς, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ᾗ τὸ σκότος ὑπῆρχε, καὶ οἱ μοχλοὶ αἰώνιοι· ἵνα τὸ σκότος λύσας τῆς ἀγνοίας, οἷα δὴ πνευματικὸν φῶς ὑπάρχων, καὶ τοὺς μοχλοὺς τῆς κακίας συντρίψας, ὡς ἐνυπόστατος Θεοῦ δύναμις, τὴν τούτοις δεινῶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κατησφαλισμέ-
C νην ἐλευθερώσῃ φύσιν, δωρούμενος αὐτῇ φῶς ἀληθοῦς γνώσεως ἄσβεστον, καὶ δύναμιν ἀρετῶν ἀναφαίρετον [*Fr.* ἀκαθαίρετον].

Ὁπηνίκα δὲ τὴν προφητικὴν χάριν ὡς ἔκ τινος Ἰόππης (15), τῆς τέως ἐνδόξου νομιζομένης τῆς τοῦ νόμου λατρείας, εὐαγγελικῶς εἰς τὰ ἔθνη μεταβαίνουσαν, καὶ τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν διὰ τὴν αὐτῶν ἀπιστίαν, τῆς κατ' αὐτὴν χαρᾶς ἔρημον καταλιμπάνουσαν· καὶ διὰ πολλῶν θλίψεων, κινδύνων τε καὶ περιστάσεων, καὶ πόνων καὶ διωγμῶν καὶ θανάτων, τὴν τῶν ἐθνῶν καθάπερ Νινευὴ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρέφουσαν Ἐκκλησίαν ἑαυτῷ τυποῖ, μυστικῶς ὁ προφήτης τὴν Ἰόππην ἀφίησι· τῆς κατὰ νόμον δη-
D λαδὴ λατρείας ἀφιστάμενος, τὴν χάριν σημαίνων τῆς προφητείας καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ γινομένην τῶν ἀκουσίων περιστάσεων, καὶ τῶν ἐπ' αὐταῖς ἀγώνων καὶ πόνων, καὶ κινδύνων· καὶ ὑπὸ τοῦ κήτους τοῦ θανάτου καταπινομένην μὲν, οὐδαμῶς δὲ παντελῶς διαφθειρομένην. Οὐ γὰρ ἴσχυσεν τὸν δρόμον τῆς εὐαγγελικῆς τοῖς ἔθνεσι καταγγελθείσης κωλῦσαι χάριτος τῶν ὄντων οὐδέν· οὐ θλίψις, οὐ στενοχωρία, οὐ διωγμὸς, οὐ λιμὸς, οὐ κίνδυνος, οὐ μάχαιρα· τοὐναντίον μὲν οὖν, διὰ τούτων ἡ χάρις ἐβεβαιώθη, πάντων τῶν ἐπαναστάντων κρατήσασα· καὶ ἐν τῷ πάσχειν, πλέον τοὺς δρῶντας νικήσασα, καὶ τὴν φύσιν πλανωμένην ἐπέστρεψεν ἐπὶ Θεὸν ζῶντα καὶ ἀληθι-

[38] Hebr. XII, 2. [39] Joan. I, 9; I Cor. I, 18. [40] Rom. VIII, 35.

νόν, ὥσπερ Ἰωνᾶς τὴν Νινευή. Κἂν ἐδόκει διὰ τῆς ἐπηρείας τῶν διωγμῶν καλύπτειν τὴν χάριν ὁ πονηρὸς, ὡς τὸν προφήτην τὸ κῆτος· ἀλλ' εἰς τέλος κατέχειν οὐκ ἠδυνήθη, τῆς ἐνεργούσης τὴν χάριν δυνάμεως ἀλλοιῶσαι τὴν ἰσχὺν οὐ δυνάμενος· ὅθεν καὶ λαμπροτέραν μᾶλλον ἐποίει μετὰ τὴν πεῖραν τῶν ἐναντίων τὴν χάριν, ἐν τοῖς αὐτῆς φοιτηταῖς διαφαίνεσθαι· τοσοῦτον, ὅσον αὐτὸς ταῖς προβολαῖς τὴν οἰκείαν ἐπεφθείρετο δύναμιν (16)· ὁρῶν ἑαυτῷ παντάπασιν τὴν χάριν οὐ μόνον ἀνάλωτον, ἀλλὰ καὶ τὴν φυσικὴν τῶν καταγγελλόντων αὐτὴν τοῖς ἔθνεσι ἁγίων ἀσθένειαν, ἰσχὺν τῆς αὐτοῦ καθαιρετικὴν δυνάμεως γενομένην, καὶ παντὸς ὕψους ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ παντελῶς ἀφανιστικήν· καὶ τῷ δοκεῖν σωματικῶς ἁλῶναι ταῖς ἐπηρείαις μᾶλλον πνευματικῶς δυναμουμένην· ὅπερ ἐκ τοῦ παθεῖν τῇ πείρᾳ μαθὼν ὁ ἐν καινότητι τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' οὐ παλαιότητι γράμματος, τῆς ἐν Χριστῷ πρὸς τὰ ἔθνη διάκονος προφητικῆς γενόμενος χάριτος, Παῦλος ἡ μεγάλη σάλπιγξ τῆς ἀληθείας, *Ἔχομεν*, φησὶ, *τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι*· θησαυρὸν λέγων, τὸν λόγον τῆς χάριτος· ὀστράκινον δὲ σκεῦος, τὸ σῶμα τοῦτο τὸ παθητόν· ἢ τὴν ἐν τῷ λόγῳ τῷ κατὰ προφορὰν νομιζομένην ἰδιωτείαν, τὴν πᾶσαν τοῦ κόσμου τὴν σοφίαν νικήσασαν· ἢ χωρήσασαν, καθὼς ἐστιν ἐφικτὸν, τὴν ἀχώρητον τῷ κόσμῳ παντάπασιν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν [*Fr.* καθ' ὅσον] φωτὸς τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως τὴν οἰκουμένην ὅλην πληρώσασαν. *Ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν· ἐν παντὶ, θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. Πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν, ἵνα ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. Ὥστε ὁ θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται· ἡ δὲ ζωὴ, ἐν ὑμῖν.* Ὑπὲρ ἀληθείας γὰρ τὸν ἐν τοῖς παθήμασι καθ' ἑκούσιον γνώμην ἀνευθύνως ὑπομένοντες θάνατον (17), οἱ τοῦ λόγου τῆς χάριτος γενόμενοι κήρυκες, τὴν ἐν πνεύματι κατ' ἐπίγνωσιν ἀληθείας ζωὴν ἐνήργουν τοῖς ἔθνεσιν· ὥσπερ δὴ, καὶ ὁ ταύτην τὴν χάριν προδιατυπώσας ἐν ἑαυτῷ μυστικῶς πέπονθεν Ἰωνᾶς, τοὺς τοσούτους αὐτὸς ἀνατλὰς κινδύνους, ἵνα πρὸς τὸν Θεὸν ἐκ πλάνης ἐπιστρέψῃ τοὺς Νινευΐτας· καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὴν ἐνοῦσαν τῷ ὀνόματι δύναμιν, *Θεοῦ δόμα καὶ Θεοῦ πόνος* καλῶς ἑρμηνευόμενος. Δόμα γὰρ Θεοῦ, καὶ δῶρον ὡς ἀληθῶς προσφιλὲς, καὶ φιλάνθρωπον· καὶ θεῖος πόνος, καὶ ἐπαινούμενος, ἡ πρὸς τὰ ἔθνη χάρις τῆς προφητείας ἐστίν. Δόμα μὲν, ὡς φῶς δωρουμένη γνώσεως ἀληθοῦς, καὶ ζωῆς ἀφθαρσίαν παρεχομένη τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτήν· Θεοῦ δὲ πόνος, ὡς πείθουσα τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἐγκαλλωπίζεσθαι πόνοις, τοὺς αὐτῆς διακό-

Ninivem, convertit. Ac quamvis nequissimus ille forte existimabat, **255** ut persecutionum vi ac injuria gratiam operiret, velut cetus prophetam; haud tamen usquequaque retinere potuit, qui gratiæ vis effectricis potentiam labefactare non posset; unde etiam majus aliquid ad splendoris cumulum ei conferebat, præstans scilicet, ut contrariorum ipso periculo, tantum gratia in discipulis suis eluceret, quantum aggressor potentiam ipse suam conatu elidebat: qui nimirum nedum abs se omnino inexpugnabilem gratiam cerneret, sed et natura inolitam sanctorum, eam gentibus prædicantium, infirmitatem, in robur provehentem; ejusmodi scilicet, ut ejus destruendo potentiam esset, omnemque abolendo sublimitatem, se extollentem adversus scientiam Dei [41]: quæ denique, ea ratione qua corporaliter injuriis videtur fatiscere, majori spiritaliter robore confirmetur. Id vero rei ipso periculo, propheticæ ad gentes gratiæ in Christo minister in novitatem spiritus, non in vetustate litteræ effectus, magna illa veritatis tuba, Paulus cum didicisset: *Habemus*, inquit, *thesaurum istum in vasis testeis* [42]; nempe thesaurum vocans gratiæ sermonem atque doctrinam; vas autem testeum, corpus hoc mortale malisque obnoxium; vel existimatam in prolatitio sermone imperitiam et ruditatem, quæ omnem mundi vicerit sapientiam; sive quæ mundo prorsus incomprehensam, quoad concessum est, Dei sapientiam comprehenderit, ejusque lucis vera agnitione universum terrarum orbem repleverit: *Ut præstantia sit virtutis Dei, et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; indigemus, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non deserimur; dejicimur, sed non perimus. Semper mortificationem Jesu in corpore circumferentes, ut et vita Jesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Itaque mors in nobis operatur; vita autem, in vobis* [43]. Dum enim sponte exque animi sententia, mortem in cruciatibus ac laboribus positam labis puri ferebant, qui sermonis gratiæ præcones exstitere, vitam in spiritu veritatis agnitione gentibus inferebant: quod etiam, qui gratiæ hujus prævie typum gessit, Jonas, in se ipse mystice expertus est, tantis scilicet defunctus laboribus, ut Ninivitas ab errore **256** ad Deum converteret; quemque adeo, pro ejus vis ratione quæ inest nomini, *Dei donum, Deique laborem* pulchre interpreteris. Dei enim munus, ac vere amicum donum, impensiorisque clementiæ ac humanitatis; divinusque ac laude prosequendus labor, gentibus destinata prophetiæ gratia exsistit. Munus quidem ac donum, quæ scilicet eam suscipientibus veræ lucem scientiæ donet, ac vitæ incorruptionem præstet; Dei autem labor, quæ nimirum ipsius ministris, ut laboribus virtutis

[41] II Cor. x, 5. [42] II Cor. iv, 7. [43] ibid. 7-12.

causa glorientur, ipsa auctor sit; doceatque ærumnis A ac cruciamentis magis gloriari, quam vitæ carnalis longe curis anxios, voluptatibus ac deliciis: excellentis eis spiritalis virtutis argumentum, quæ ex natura est, perpetiendis malis, carnis imbecillitatem efficiens.

Gratiæ namque sermo, per multas tentationes, ad humanum genus, sive Ecclesiam gentium, haud secus ac Jonas per multas ærumnas ad Ninivem civitatem grandem commeans, naturæ dominantem legem solio excussit; priore scilicet mala consectante, ex sensus ratione habitu; stolamque detrahere induxit (mundanæ scilicet gloriæ ex morum ornatu quæsitum fastum abjicere) saccumque induere; luctum nimirum, molestamque ac laboribus asperam, vitæque ex pietatis rationibus institutæ B congruam, disciplinam assumere, atque in cinere sedere. Cinis, paupertas spiritus est, in quo sedet quisquis vitam pie instituere eruditur; ac pro iis quæ deliquit, conscientiæ flagellum cædens habet. Neque regem duntaxat eo impulit prædicatus sermo gratiæ, ut Deo fidem accommodaret, verum etiam viros (homines scilicet genus complentes) unum universorum conditorem Deum atque judicem, certo confiteri docens, fideque prædicare instituens, perfectam scilicet priorum malorum studiorum abdicationem; saccosque induere a minore usque ad majorem ipsorum; nempe duriorem disciplinam vitia atque affectus necantem, alacriter strenueque obire. Porro minores atque majores istic loci, re- C conditiore sensu ac altiore, appellatos existimo, quos minori atque majori pravitati obnoxios, sermo deprehendit.

Et crediderunt, inquit, *viri Ninives Deo: et prædicaverunt jejunium, et vestiti sunt saccis a minore usque ad majorem* **257** *ipsorum. Et pervenit sermo ad regem Ninives; et surrexit de solio suo, et abstulit stolam suam a se, et coopertus est sacco, et sedit in cinere. Et prædicatum est, et dictum est in Ninive a rege et a proceribus ejus, dicendo: Homines et jumenta et boves et oves non gustent quidquam, et non pascantur, et aquam non bibant*[14]. Rex (naturæ, inquam), lex naturæ est. Hujus autem proceres, facultates sunt, rationis, iræ et cupiditatis. Hujus D viri civitatis (nempe naturæ) uno quidem sensu sunt ac intellectu, qui erga sermonem offendunt et rationem, falsaque de Deo ac divinis cognitione laborant: jumenta autem, qui peccant cupidine, onusque libidinis per corporeos affectus atque vitia portant. Boves item, qui iræ motum omnem impendunt, ut terrena bona obtineant. Aiunt enim, epotum bovis cruorum, ei qui hauserit, præsentaneam mox necem consciscere: cruor autem et sanguis, iræ palam signum est. Oves denique esse aiunt ac pecudes (ejusmodi scilicet quæ noxa non careant) eos, qui dementi animo, explendæ libidinis causa,

[14] Jon. III, 5 7.

νους, καὶ πλέον ἐμπλατύνεσθαι διδάσκουσα τοῖς παθήμασιν, ἢ ταῖς ἀνέσεσιν, τοὺς τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἄγαν φροντίζοντας ὑπόστασιν αὐτοῖς ὑπερβαλλούσης κατὰ πνεῦμα δυνάμεως (18), ποιουμένη τὴν κατὰ φύσιν τῆς σαρκὸς περὶ τὸ πάσχειν ἀσθένειαν.

Ὁ γὰρ λόγος τῆς χάριτος, διὰ πολλῶν πειρασμῶν πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἤγουν τὴν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ὥσπερ Ἰωνᾶς διὰ πολλῶν θλίψεων πρὸς Νινευὴ διαβὰς τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, ἔπεισε τὸν βασιλεύοντα νόμον τῆς φύσεως ἐξαναστῆναι τοῦ θρόνου (19)· τῆς προτέρας περὶ τὸ κακὸν δηλαδὴ κατὰ τὴν αἴσθησιν ἕξεως, καὶ περιελέσθαι τὴν στολὴν αὐτοῦ· τὸν ἐπὶ τοῖς ἤθεσιν λέγω τῆς κοσμικῆς δόξης ἀποθέσθαι τῦφον· καὶ περιβαλέσθαι σάκκον, τὸ πένθος δηλαδὴ καὶ τὴν δυσχερῆ καὶ τραχεῖαν τῆς κακοπαθείας, καὶ βίῳ τῷ κατὰ Θεὸν πρέπουσαν ἀναγωγήν· καὶ καθῆσαι ἐπὶ σποδοῦ. Σποδός ἐστιν, ἡ πτωχεία τοῦ πνεύματος, ἐφ' ἧς καθέζεται πᾶς εὐσεβῶς ζῆν διδασκόμενος, καὶ τὴν μάστιγα τῆς συνειδήσεως ἔχων ἐπὶ τοῖς πλημμεληθεῖσιν αὐτὸν καταικίζουσαν. Καὶ οὐ μόνον τὸν βασιλέα πείθει πιστεῦσαι τῷ Θεῷ κηρυττόμενος ὁ λόγος τῆς χάριτος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄνδρας, τοὺς συμπληροῦντας δηλαδὴ τὴν φύσιν ἀνθρώπους, ἕνα πληροφορῶν ὁμολογεῖν εἶναι Θεὸν τῶν πάντων ποιητὴν καὶ κριτήν, καὶ κηρύξαι πιστῶς παρασκευάζων, τὴν τελείαν δηλαδὴ τῶν προτέρων ἀποχὴν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων· καὶ ἐνδύσασθαι σάκκους, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου αὐτῶν· τὴν νεκρωτικὴν δηλαδὴ τῶν παθῶν κακοπάθειαν προθύμως μετελθεῖν· μικροὺς δὲ καὶ μεγάλους ἐνταῦθα κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον ὑπονοῶ κεκλῆσθαι, τοὺς ἐν ἥττονι κακίᾳ, καὶ μείζονι φωραθέντας ὑπὸ τοῦ λόγου.

Καὶ ἐπίστευσαν οἱ ἄνδρες Νινευή, φησί, *τῷ Θεῷ, καὶ ἐκήρυξαν νηστείαν, καὶ ἐνεδύσαντο σάκκους ἀπὸ μικροῦ καὶ ἕως μεγάλου αὐτῶν. Καὶ ἤγγισεν ὁ λόγος πρὸς τὸν βασιλέα τῆς Νινευή, καὶ ἐξανέστη ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ περιείλετο τὴν στολὴν αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ περιεβάλετο σάκκον· καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ σποδοῦ. Καὶ ἐκηρύχθη καὶ ἐῤῥέθη ἐν τῇ Νινευῇ παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ παρὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, λεγόντων· Οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ κτήνη καὶ οἱ βόες, καὶ τὰ πρόβατα μὴ γευσάσθωσαν μηδὲν, μηδὲ νεμέσθωσαν· καὶ ὕδωρ μὴ πιέτωσαν.* Βασιλεύς ἐστιν, τῆς φύσεως ἔφην, ὁ νόμος τῆς φύσεως· ἄρχοντες δὲ τούτου τυγχάνουσι, τό τε λογικὸν καὶ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν· οἱ ἄνδρες δὲ τυγχάνουσι ταύτης τῆς πόλεως (20), τουτέστι τῆς φύσεως, κατὰ μίαν ἐπιβολήν, οἱ περὶ τὸν λόγον πταίοντες, καὶ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ἐσφαλμένην γνῶσιν κατέχοντες· κτήνη δὲ, οἱ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν διαμαρτάνοντες, καὶ διὰ τῶν σωματικῶν παθημάτων ἀχθοφοροῦντες τὴν ἡδονήν· βόες δὲ, οἱ πᾶσαν τοῦ θυμοῦ τὴν κίνησιν πρὸς τὴν τῶν γηΐνων καταβαλόντες κτῆσιν· φασὶν γὰρ τὸ αἷμα τοῦ βοὸς πινόμενον θάνατον

A ἐπάγειν παραυτίκα τῷ πίνοντι· θυμοῦ δὲ προδήλως σύμβολον ὑπάρχει τὸ αἷμα. Πρόβατα δέ φασιν εἶναι, ψεκτὰ δηλαδὴ, τοὺς ἀνοήτως κατὰ μόνην τὴν αἴσθησιν πρὸς πάθος νεμομένους ὡς πόαν τὴν τῶν ὁρατῶν θεωρίαν. Ψεκτῶς γὰρ κεῖσθαι ταῦτα πάντα κατὰ τοῦτον τῆς Γραφῆς τὸν τόπον ὑπονοοῦμεν, ἕως ὁ λόγος λαβὼν, πρὸς τὸ κρεῖττον αὐτὰ μεταβάλοι. Ὅθεν τούτοις ἐπάγει φάσκων ὁ Λόγος· *Μὴ γευσάσθωσαν, μηδὲ νεμέσθωσαν· καὶ ὕδωρ μὴ πιέτωσαν·* λύων δηλαδὴ τὰς προτέρας ἐφ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων συστατικὰς τῶν παθῶν αἰτίας, μεθ' ἃς ἀναιρουμένας τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολὴν τῶν ποτε τοῖς κακοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐνεσχημένων, ἐπιδεικνύμενος, ἐπιφέρει· *Καὶ περιεβάλλοντο σάκκους οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἀνεβόησαν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἐκτενῶς· καὶ ἀπέστρεψεν ἕκαστος ἐκ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ πονηρᾶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀδικίας τῆς ἐν χερσίν.* B Ἀνθρώπους, ὡς ἔφην, λέγεσθαι νοήσομεν, τοὺς ἐνεχομένους κατὰ ἐσφαλμένην τοῦ λόγου κρίσιν ὑπὸ τῶν ψυχικῶν παθημάτων· κτήνη δὲ, τοὺς καθ' ἡδονὴν κατὰ τὴν τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας παράχρησιν, τοῖς σωματικοῖς προσηλωμένους παθήμασιν, πάντας καθάπερ σάκκους περιβαλλομένους τὴν νέκρωσιν τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν, ἤγουν παντὸς τοῦ χοϊκοῦ νόμου τε καὶ φρονήματος· καὶ ἀναβοῶντας ἐκτενῶς· τουτέστιν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἤγουν τῇ κατὰ τῆς ἀνομίας παῤῥησίᾳ ἐξαγορεύοντας τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων τὴν ἄδειαν· καὶ ἀφισταμένους ὡς ὁδοῦ τινος τοῦ κατὰ συνήθειαν δρόμου· καὶ τῆς ὡς ἐν χερσὶν ταῖς πράξεσιν ἐνεργουμένης ἀδικίας.

uno duntaxat sensu, tanquam gramen, rerum in aspectum cadentium speculationem usurpant. Hæc enim omnia, hoc quem versamus Scripturæ loco, ita accipi arbitramur, ut vituperio labeque non careant, donec ea assumens Sermo, meliori fruge commutarit. Quamobrem his subdit Scriptura: *Non gustent, neque pascantur, et non bibant aquam;* nempe in singulis quæ dicta sunt, priores causas, affectus scilicet vitiaque conflantes, solvens; quibus sublatis, ad eorum qui pravis aliquando studiis distinebantur, meliori fruge mutationem significandam infert: *Et cooperti sunt saccis homines et jumenta; et clamaverunt ad Dominum Deum vehementer. Et aversi sunt unusquisque a via sua mala, et ab iniquitate quæ erat in manibus eorum.* Homines, uti dicebam, appellatos eos intelligamus, qui, errante rationis judicio, animalibus affectibus ægritudinibusque tenebantur. Jumenta autem eos, qui libidine per iræ abusum ac cupiditatis, corporalibus addicti vitiis erant; qui omnes velut saccis membrorum, quæ sunt super terram (terrenæ scilicet omnis legis, sensusque) mortificatione, operiantur [48]; clamentque vehementer, magna utique contentaque voce; clamoris nimirum fiducia 258 adversus improbitatem priorum scelerum licentiam confiteantur; ac quasi a via quadam, a cursu consueto, eaque, quam veluti manibus, actionibus exsequebantur, iniquitate abscedant.

C Οὕτω μὲν οὖν εἰς τὴν κοινὴν φύσιν, ἤτουν τὴν τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ἡ Νινευὴ νοουμένη, διὰ παντὸς δείκνυσιν ἐν αὐτῇ κηρύττοντα τὸν Ἰωνάν· τουτέστι τὸν λόγον τῆς προφητικῆς χάριτος· καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρέφοντα τοὺς πεπλανημένους. Εἰ δὲ πρὸς τὴν τοῦ καθ' ἕκαστον θεωρίαν τὴν Νινευὴ νοοῦμεν (21), τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἶναί φαμεν τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, πρὸς ἣν ἀποστέλλεται παρανομοῦσαν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, κηρύττων μετάνοιαν πρὸς ζωήν. Ταύτης δὲ βασιλέα νοοῦμεν τὸν νοῦν· ἄρχοντας δὲ, τὰς ἐμφύτους δυνάμεις· ἀνθρώπους δὲ, τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς· κτήνη δὲ, τὰ περὶ τὸ σῶμα κατ' ἐπιθυμίαν κινήματα· βόας δὲ, τὰς κατὰ τὸν θυμὸν περὶ τὰ ὑλικὰ πλεονεκτικὰς κινήσεις· πρόβατα δὲ, τὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν χωρὶς διανοίας ἀντιληπτικὰ τῶν αἰσθητῶν D κινήματα. Καὶ τὸν μὲν βασιλέα νοῦν ὡς ἀπὸ θρόνου τινὸς τῆς κατὰ τὴν προτέραν ἄγνοιαν ἐξανιστάμενον ἕξεως, καὶ ὥσπερ στολὴν τὴν ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δόξαν ἀποτιθέμενον· καὶ ὡς σάκκον περιβαλλόμενον, τὸν ἐπὶ τοῖς κακῶς φρονηθεῖσι μετάμελον· καὶ ἐπὶ σποδοῦ καθήμενον, τῆς κατὰ τὴν πτωχείαν τοῦ πνεύματος ἕξεως· καὶ προστάσσοντα τοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κτήνεσι καὶ τοῖς βουσὶ καὶ τοῖς προβάτοις νηστεύειν τῆς τε κατὰ κακίαν βρώσεως, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἄγνοιαν πόσεως· τουτέστι πράξεως κακῶν ἀποσχέσθαι, καὶ τῆς κατ' αἴσθησιν πεπλανη-

Sic igitur, naturæ communis typo, sive Ecclesiæ gentium, intellecta Ninive, in se Jonam semper prædicantem ostendit (nempe sermonem propheticæ gratiæ), eosque, qui errore lapsi sint, quotidie ad Deum convertentem. Sin autem ad singulos spiritalem Ninives intelligentiam referamus, uniuscujusque nostrum animam, civitatem illam grandem esse dicemus; ad quam improbitate sordentem Dei Sermo mittitur, prædicans pœnitentiam ad vitam. Hujus regem, mentem intelligimus: proceres, ingenitas vires: homines, libidine concretas cogitationes: jumenta, qui circa corpus motus cupiditatis versantur: boves, iræ motus avaros erga terrena: oves, sensus motiones sine intellectu, quibus ea, quæ sensum movent, percipiamus. Ac quidem regem (id est, animum) velut e solio, e prioris ignorantiæ habitu surgere, ac quasi stolam, falsam de rebus æstimationem ponere; velutque sacco, pœnitentia cooperiri, eorum nomine quæ male sensit: atque in cinere sedere, habitu scilicet paupertatis spiritus: hominibus item, jumentis, bobus, ovibus, ut a nequitiæ cibo jejunent ac ignorantiæ potu, præcipere, ut nempe a malis se actibus falsaque sensus speculatione abstineant; saccisque operiantur (habitu scilicet hujusmodi, quo innaturales affectus exstinguantur, ac quæ ex naturæ rationibus sunt, virtutes ac notitiæ acquirantur): clamentque ad

[48] Coloss. III, 5.

Deum vehementer, prioris scilicet vitæ delicta ac facinora contente enuntient, sensusque modestia eum placare studeant, qui hæc eadem potest condonare; atque, ad virtutem præstandam ac voluntatem servandam, vim immutabilem ex eo petant, qui hanc propense rogantibus donat; velut denique a via mala, a priore mentem errore cohibeant; vitiique inventorem habitum ab animi facultatibus actioni addictis, abjiciant.

A μένης θεωρίας· καὶ περιβάλλεσθαι [Fr. περιβαλέσθαι] σάκκους, τουτέστι, τὴν νεκρωτικὴν μὲν τῶν παρὰ φύσιν παθῶν, περιποιητικὴν δὲ τῶν κατὰ φύσιν ἀρετῶν τε καὶ γνώσεων ἕξιν· καὶ ἀναβοῆσαι πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς· ἐξαγορεῦσαι δῆλον ὅτι συντόνως τὰ πρότερα, καὶ ἱλεώσασθαι τῇ ταπεινώσει τὸν συγχώρησιν δοῦναι τῶν προλαβόντων δυνάμενον· καὶ αἰτῆσαι πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ἐνέργειαν, καὶ φυλακὴν προαιρέσεως δύναμιν ἄτρεπτον, τὸν ἑτοίμως ταύτην τοῖς αἰτοῦσι δωρούμενον· καὶ ὥσπερ ὁδοῦ πονηρᾶς, τῆς προτέρας πλάνης κωλῦσαι τὴν διάνοιαν· καὶ τὴν ἐπινοητικὴν τῆς κακίας ἕξιν, τῶν κατὰ ψυχὴν πρακτικῶν ἀποθέσθαι δυνάμεων.

In hac porro **magna civitate**, communi scilicet hominum natura, ac quæ ex gentibus est, Ecclesia; sive etiam singulorum quorumque anima, quæ videlicet **259** virtutis ac scientiæ (fidei scilicet bonæque conscientiæ) sermone ac ratione, salutem paret, supra duodecim myriades hominum sunt (centum viginti millia) qui nesciant dextram suam aut sinistram suam. Duodecim myriades (centum viginti millia) altiori ac reconditiori sensu, hoc loco Scripturam dicere arbitror, temporis ac naturæ rationes; scientiam nimirum, quæ naturam oculis aspectabilem, cum iis sine quibus non, facile complectatur. Duodenarius enim numerus cum ex quinque et septem componatur ac absolvatur; naturaque quina sensibus sit, ac tempus septenario decurrat; duodenarium numerum naturam ac tempus significare, liquido fit. Signanter autem, supra duodecim myriadas hominum dixit, ut et circumscriptum hunc numerum, pluribusque indefinite excedentem noverimus; iis scilicet, qui sui adjectione, majorem supra duodenarium numerum summam efficiunt.

Εἰς ταύτην δὲ τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, τουτέστι, τὴν κοινὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν· ἢ τὴν τοῦ καθ' ἕκαστον ψυχήν, διὰ B τοῦ λόγου τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως, ἤγουν πίστεως καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως σωζομένην, ὑπάρχουσιν πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων, οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν αὐτῶν, ἢ ἀριστερὰν αὐτῶν. Δώδεκα μυριάδας ἐνταῦθα λέγειν ὑπονοῶ τὴν Γραφὴν κατὰ τοὺς τῆς ἀναγωγῆς λόγους, τοὺς περὶ χρόνου καὶ φύσεως λόγους· ἤγουν τὴν μετὰ τῶν οὐκ ἄνευ εὐπεριληπτικὴν τῆς ὁρωμένης φύσεως γνῶσιν (22). Εἰ γὰρ ὁ δώδεκα ἀριθμὸς, ἐκ πέντε καὶ ἑπτὰ συντιθέμενος ἀποτελεῖται· ἡ δὲ φύσις ὑπάρχει πενταδικὴ διὰ τὴν αἴσθησιν· ὁ δὲ χρόνος ἐστὶν ἑβδοματικός· ἄρα φύσιν καὶ χρόνον ὁ δώδεκα δηλοῖ σαφῶς ἀριθμός. Σεσημειωμένως δὲ, πλείους ἢ δώδεκα μυριάδας εἶπεν ἀνθρώπων, ἵνα γνῶμεν περιγραφέντα τοῦτον τὸν ἀριθμὸν, καὶ ὑπερβαθέντα C τοῖς πλείοσιν ἀορίστως, τὸ ὑπὲρ δώδεκα ἀριθμὸν δι' ἑαυτῶν ποιουμένοις ποσόν.

Dei igitur splendidissima summaque laude conspicua Ecclesia (quæ nimirum virtutis ac scientiæ rationes, temporis scilicet atque naturæ rationibus superiores, et ad æternorum ac spiritalium magnificentiam commeantes) habeat; supra duodecim myriadas hominum (id est, centum viginti millia) habet, qui non cognoscant dexteram suam et sinistram suam. Qui enim, qua fretus est, legitima virtute, carnales affectus vitiaque, velut sinistras, oblivioni dedit; quaque pollet inoffensa scientia, quibus egregia laude perfunctus meritis est, inanis jactantiæ morbo fastuque, velut dextera, non capitur, vir exstitit, qui suam ipse dexteram non cognoscat (quem scilicet fluxæ gloriæ ac caducæ amor non incessat) neque vero sinistram; quem carnales affectus ex libidine non illiciant.

Οὐκοῦν ἡ τοῦ Θεοῦ πανεύφημος Ἐκκλησία (23), τοὺς κατὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν· παρελθόντας μὲν τοὺς κατὰ χρόνον καὶ φύσιν λόγους, πρὸς δὲ τὴν τῶν αἰωνίων καὶ νοητῶν διαβάντας μεγαλοπρέπειαν ἔχουσα, πλείους ἢ δώδεκα μυριάδας ἀνδρῶν ἔχει, μὴ γινώσκοντας δεξιὰν αὐτῶν, ἢ ἀριστερὰν αὐτῶν. Ὁ γὰρ διὰ τὴν ἔννομον ἀρετὴν τῶν ἐν σαρκὶ παθῶν ὡς ἀριστερῶν ποιούμενος λήθην, καὶ διὰ τὴν ἄπταιστον γνῶσιν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι, τῇ νόσῳ τῆς φυσιούσης οἰήσεως ὡς δεξιᾶς οὐχ ἁλισκόμενος, ἀνὴρ γέγονε μὴ γινώσκων δεξιὰν αὐτοῦ, ὡς δόξης οὐκ D ἐρῶν λυομένης· οὐδὲ ἀριστερὰν, ὡς τῆς σαρκὸς οὐκ ἐρεθιζόμενος πάθεσι.

Dexteram igitur, ut videtur, vocavit Scriptura, quæ ex meritis ac virtutibus, inanis gloria ortum ducit: sinistram vero, quæ ex turpibus affectibus luxuria ac profligata vita inolescit. Hos autem viros, nescientes dexteram suam neque sinistram, nactus est omnis animus, qui rerum spiritalium contemplationibus inclarescit. Quisquis enim ejusmodi est, qui cogitandi vim a naturæ atque temporis consideratione retraxerit, quasi viros, numerum duodenarium supergressos, naturales cogitatus **260** habet; velut scilicet rationes nihil amplius

Δεξιὰν οὖν, ὡς ἔοικεν, εἶπεν ὁ Λόγος, τὴν ἐπὶ τοῖς δῆθεν κατορθώμασι κενοδοξίαν· ἀριστερὰν δὲ, τὴν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς πάθεσιν ἀκολασίαν. Τούτους δὲ πᾶσα ψυχὴ ταῖς θεωρίαις τῶν νοητῶν λαμπρυνομένη κέκτηται τοὺς ἄνδρας, μὴ γινώσκοντας δεξιὰν αὐτῶν καὶ ἀριστεράν. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ, τῆς περὶ φύσιν καὶ χρόνον θεωρίας, τὴν διανοητικὴν συστείλασα δύναμιν, τὸν δώδεκα παρελθόντας ἀριθμὸν ἔχει καθάπερ ἄνδρας τοὺς φυσικοὺς λογισμούς, οἷα δὴ λοιπὸν μηκέτι τοῖς ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον πονουμένους λόγους· πρὸς δὲ, τὴν τῶν θείων μυστηρίων

κατανόησιν καὶ ἐπιστήμην ἀσχολουμένους · καὶ διὰ τοῦτο μὴ γινώσκοντας δεξιὰν αὐτῶν, ἢ ἀριστερὰν αὐτῶν. Ἡ γὰρ κατὰ λόγον γνῶσις τῶν ἀρετῶν · ἤγουν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἀληθὴς τῆς τῶν ἀρετῶν αἰτίας ἐπίγνωσις (34), ἄγνοιαν παντελῆ πέφυκε ποιεῖν, τῆς ὡς δεξιᾶς καὶ ἀριστερᾶς ἑκατέρωθεν παρακειμένης τῇ μεσότητι τῶν ἀρετῶν ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

A in iis laborantes, quæ naturæ subsunt atque tempori, sed quæ divinis cogitandis mysteriis, iisque cognoscendis, vacent. Virtutum enim ex ratione scientia, id est, vera ac ipsa virtutum auctoris agnitio, hoc comparata est, ut ejus tanquam dexteræ atque sinistræ qui utrinque virtutum mediocritati adjacet, excessus atque defectus prorsus oblivisci præstet.

Εἰ γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ λόγῳ παντελῶς πέφυκεν εἶναι παράλογον (25)· σαφῶς ὁ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἀρετῶν ἀναχθεὶς, τὴν τῶν παραλόγων οὐδαμῶς ἐπιγνώσεται θέσιν. Οὐ γὰρ δυνατὸν ἄμφω κατ' αὐτὸν ἅμα κατοφθῆσαι τὰ ἀντικείμενα · καὶ θατέρῳ ἅμα τὸ ἕτερον γνῶναι συνεμφαινόμενον.

Siquidem enim nihil omnino in ratione natum est esse, quod sit præter rationem; plane qui ad virtutum rationem provectus est, quæ sit præter rationem nequaquam affirmationem agnoscet. Neque enim contraria secundum idem ambo simul conspici queant, et ut intelligatur alterum alteri, collucere.

Εἰ γὰρ ἀπιστίας ἐν τῇ πίστει λόγος οὐδείς (26)· οὐδὲ σκότους αἰτία κατὰ φύσιν ὑπάρχει τὸ φῶς, οὐδὲ Χριστῷ συνενδείκνυσθαι πέφυκεν ὁ διάβολος · δῆλον ὡς οὐδὲ τῷ λόγῳ τὸ παράπαν συνυπάρχει τι παράλογον. Εἰ δὲ τῷ λόγῳ συνεῖναι παντελῶς οὐ δύναται τὸ παράλογον · ὁ πρὸς τὸν λόγον τῶν ἀρετῶν ἀναχθεὶς, τὴν τῶν παράλογων, ὡς ἔφην, οὐκ ἐπίσταται θέσιν · μόνην ὡς ἔστιν, ἀλλ' οὐχ ὡς νομίζεται, γινώσκων τὴν ἀρετήν (27). Καὶ διὰ τοῦτο, μήτε τὴν δεξιὰν διὰ τῆς ὑπερβολῆς · μήτε ἀριστερὰν, διὰ τῆς ἐλλείψεως ἐπιστάμενος · ἐπ' ἀμφοῖν γὰρ θεωρεῖται σαφῶς τὸ παράλογον. Εἰ γὰρ ὅρος ὑπάρχει καὶ μέτρον τῶν ὄντων ὁ λόγος (28)· ἴσον πρὸς ἀλογίαν ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο παράλογον, τὸ παρὰ τὸν ὅρον καὶ παρὰ τὸ μέτρον · ἢ πάλιν, ὑπὲρ τὸν ὅρον κινεῖσθαι καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον. Ἐπίσης γὰρ ἄμφω τοῖς οὕτω κινουμένοις, τοῦ κυρίως ὄντος φέρει τὴν ἔκπτωσιν. Τὸ μὲν ἄδηλον αὐτοὺς ποιεῖσθαι τοῦ δρόμου πεῖθον τὴν κίνησιν καὶ ἀόριστον (29), οὐκ ἔχουσαν σκοπὸν τὸν Θεὸν δι' ἀμετρίαν νοὸς, ὡς τέλος αὐτοῖς προεπινοούμενον, τοῦ δεξιοῦ, δεξιώτερον ἀναπλαττομένους · τὸ δὲ παρὰ τὸν σκοπὸν, πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν αὐτοὺς πεῖθον τοῦ δρόμου ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν, δι' ἀτονίαν νοὸς, προεπινοούμενον τέλος νομίζοντας τὸ κατ' αἴσθησιν αὐτοῖς περιγραφόμενον. Ἅπερ ἀγνοεῖ μὴ πάσχων (30), ὁ μόνῳ τῷ λόγῳ τῆς ἀρετῆς συνημμένος, καὶ πᾶσαν αὐτῷ τῆς κατὰ νοῦν οἰκείας δυνάμεως περιγράψας κίνησιν (31)· καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν ὑπὲρ τὸν λόγον, ἢ παρὰ τὸν λόγον διανοεῖσθαι δυνάμενος.

B Cum enim in fide, diffidentiæ nulla ratio sit (sive incredulitatis dicas) neque lux per naturam causa tenebrarum exsistat; nec diabolo sit comparatum ut una cum Christo conniteat; plane neque etiam ut cum ratione, quidpiam quod sit præter rationem, exsistat. Sin autem quod est præter rationem, cum ratione omnino esse non potest: qui ad virtutum provexit rationem, quæ sit præter rationem, uti dicebam, affirmationem nescit; qui nimirum solam, uti se habet, non uti existimatur, virtutem noverit; atque adeo, neque dexteram sciat per excessum, neque per defectum, sinistram. In utroque enim plane conspicitur τὸ παράλογον quod scilicet sit præter rationem, et ab ea abhorreat. Cum enim C ratio, rerum finis modusque exsistat, par est ad rationis absentiam, perindeque adeo præter rationem, præter finem modumque moveri, ac rursus supra finem ac supra modum. Perinde enim, qui sic moveantur, ab eo quod est vere, exciderint. Alterum nimirum eo inducit, ut nullis certis finibus definitum cursus motum instituant, ita scilicet, ut ille ob mentis immoderantiam, Deum destinatum non habeat, uti finem eis præconceptum, qui dextro, dextrum magis confingant: alterum autem hoc suadet, ut extra destinatum, ad unum duntaxat sensum, cursus motum dirigant; qui nimirum præ mentis debilitate præconceptum finem existiment, quem intra sensus angustias cogant, ac illo definiant. Hæc nescit, velut iis afficiatur aut eorum periculum D faciat, qui soli **261** virtutis rationi adhærens eique devinctus, omnem sibi facultatis animi mentisque motum definivit; eamque ob rem eo animo est, ut supra, aut præter rationem, nihil cogitare possit.

Εἰ δέ τις καὶ πρὸς ὑψηλοτέραν ἔννοιαν ἀνατεῖναι φιλοτίμως βούλεται τὸν νοῦν, δεξιὰν νοήσει πάντως, τοὺς τῶν ἀσωμάτων λόγους · ἀριστερὰν δὲ, τοὺς τῶν σωμάτων · οὓς ὁ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ὄντων ἀσχέτως ἀναταθεὶς νοῦς (32), ἀγνοήσει παντελῶς, μηδένα θεωρῶν λόγον ἐν τῷ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ὑπὲρ πάντα λόγον ὄντι Θεῷ · πρὸς ὃν ἀπὸ τῶν ὄντων ἁπάντων συσταλεὶς, οὐδένα τῶν ἀφ' ὧν ἀπέστη λόγον ἐπίσταται · μόνον τὸν πρὸς ὃν λόγον γέγονε κατὰ χάριν ἀνερμηνεύτως θεώμενος.

Sin vero quis etiam ad sublimiorem intelligentiam magnifice animum intendere velit; is prorsus, dexteram, incorporeorum rationes; sinistram vero, corporum rationes acceperit: quas nempe mens in rerum libere atque solute auctorem enitens, omnino nesciet, nullam in Deo contuens rationem, qui secundum omnem causæ rationem, omni superior ratione exsistit: in quem animus ab omnibus se rebus colligens contrahensque, earum a quibus abscessit, nullam rationem novit: eam nimirum unam, qua nemo explicet ratione contuens ac contemplans rationem, ad quam per gratiam evasit.

Ilisce nimirum, atque his similibus propense Deus ignoscit; atque talium gratia, mundo universo parcit; viris utique, qui reipsa vituperium habentem dexteram suam vel sinistram non cognoscant. Cuncta enim fere, in laudis ac vituperii partem usurpata Scripturæ; quanquam invidia, omnisque humanioris sensus inimica, ac quam humana salus moleste habeat : quæque adeo eo nomine adversus Dei benignitatem contendere audeat, improba ingrataque, ac quæ humanum genus oderit, Judæorum plebs dirumpatur, vitamque tædio respuat, ac luctus argumentum, gentium in Christo salutem ducat; qua longe pluris, præ ignorantia, cucurbitam æstimans, lugebat, cum, eam, verme arrodente, cerneret arefactam. Dixi enim in superioribus, magnum Jonam ipsam quoque Judæorum in scipso figura præsignasse insaniam : non velut ei ejusmodi aliquid affectus, atque Judæis, inciderit; absit! sed quod in se ille occupato eorum impietatem argueret; quamobrem etiam, velut quadam amissa Joppe, priori claritate exciderit. Idcirco ei Spiritus sanctus talem mystice indidit appellationem, qua ex diversa nominis interpretatione, omnium quorum figuram prævie gerebat, affectionem proclive ostenderet. Cum igitur in se figura Judæorum dementiam arguit, dolentem de gentium salute, ac quæ ex nova et inaudita vocatione confunderetur, animoque dejiceretur, ac secus ac Deo visum esset, **262** ob arefactam cucurbitam, mortem blasphemia vitæ anteferret, *eorum labor* nominis ipsa interpretatione dicitur; quem sugillans Scriptura, ait : *Vidit Deus opera eorum* (cum nempe de Ninivitis diceret) *quod aversi essent a viis suis malis; et pœnituit eum ne faceret eis, et non fecit. Et contristatus est Jonas, et dixit: Nunc, dominator Domine, tolle animam meam a me, quia melius est mihi mori, quam vivere* [46]. Et rursus : *Et præcepit Dominus vermi mane in crastinum; et percussit cucurbitam, et exaruit. Et factum est, simul atque exortus est sol, et percussit sol super caput Jonæ; et angustiatus est, et tæduit eum vitæ suæ; et dixit: Melius erat mihi mori, quam vivere* [47].

Ninive igitur gentium Ecclesia est, quæ, recepto gratiæ sermone, prioreque simulacrorum errore abdicato, salutem consecuta, ac cœlorum gloriam adepta est. Tabernaculum autem, quod sibi Jonas ex civitate egressus, struxit, ejus quæ in terris est Jerusalem, ac manufacti in ea templi, figura exsistit. Cucurbita, quæ in sola littera est, temporalem corporalis legis umbram præsignavit, nihil prorsus firmum ac diuturnum habentem, aut ejusmodi quod animum oblectare possit. Vermis, est Dominus noster Jesus Christus, quemadmodum ipse de seipso in Davide propheta dicit : *Vermis sum, et non homo* [48]; qui nempe ob assumptam absque ullo

πέφυκεν ἐκ τῆς κατὰ μόνην τὴν ἐν λόγῳ προφορὰν ἐκμαθήσεως, ὅ τε γραπτὸς νόμος, καὶ ὁ μόνῳ προσκαθήμενος τῷ γράμματι τοῦ νόμου νοῦς. Μερὼβ δὲ, κατὰ τὴν αὐτῆς ἑρμηνείαν ἐστὶν (ἡ τοῦ Σαοὺλ θυγάτηρ), ἡ *πλησμονὴ τοῦ φάρυγγος*· ὅπερ δηλοῖ τὸ τῆς γαστριμαργίας πάθος. Μόνην γὰρ οἶδε γεννᾷν σώματος τρυφὴν, καὶ τὴν τῶν ὑλικῶν ἀπολαυστικὴν διάθεσιν, ὅ τε νόμος κατὰ τὸ γράμμα, τοῖς συμβόλοις τοὺς κατ' αὐτὸν λατρεύοντας περιγράφων· ὅ τε νοῦς, διὰ τὴν φιλόσαρκον ζωὴν, κατὰ τὸ γράμμα τὸν νόμον τοῖς τύποις περιορίζων. Πέντε δὲ τῆς Μερὼβ θυγατρὸς Σαοὺλ υἱοὶ καθεστήκασιν, οἱ κατὰ παράχρησιν ἐμπαθεῖς πέντε τρόποι τῶν πέντε αἰσθήσεων· οὓς τίκτειν πάντως εἴωθε τῷ Ἐσδριὴλ, ἤγουν τῷ θεωρητικῷ μέρει, ἡ μόνου τοῦ σώματος κατὰ νόμον διὰ τρυφῆς ἐπιμελουμένη διάθεσις.

Τούτους τοὺς δύο τοῦ Σαοὺλ υἱοὺς (25) (ἤγουν τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος), καὶ τοὺς πέντε τοῦ Σαοὺλ υἱωνοὺς, ἤγουν τοὺς περὶ τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος κατὰ παράχρησιν πέντε τρόπους τῶν αἰσθήσεων (λέγω δὴ τὴν ἐμπαθῆ τε καὶ παρὰ φύσιν πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων συμπλοκὴν, ἤγουν τὰ ὑπὸ χρόνον καὶ ῥεῦσιν), μετὰ τὴν τελευτὴν Σαοὺλ (τουτέστι, μετὰ τὴν πάροδον τῆς ἐν νόμῳ κατὰ τὸ γράμμα σωματικῆς λατρείας, καὶ τὴν τῆς ἀγνοίας διάβασιν), παραδίδωσι θανατωθῆναι κατὰ τὸν θεῖον χρηματισμὸν, Δαβὶδ ὁ θαυμάσιος τοῖς Γαβαωνίταις (τουτέστι, τοῖς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν ὑψηλοτέροις λόγοις καὶ λογισμοῖς, ὁ πνευματικὸς νόμος, ἢ νοῦς, τὴν ἐν τοῖς συμβόλοις πρὸς αἴσθησιν καὶ σῶμα καθολικωτάτην τῶν ὑπὸ χρόνον σχέσιν ἀφανίσαι καὶ θανατῶσαι), κατὰ τὸ ὕψος γινομένοις τοῦ βουνοῦ Σαούλ· λέγω δὴ, τοῦ νόμου τῆς πνευματικῆς θεωρίας. Εἰ γὰρ μὴ φυσικῶς πρότερόν τις τὴν ἐν τοῖς συμβόλοις τῶν θείων καὶ νοητῶν διασκοπήσας ἀπέμφασιν (26), ἐλθεῖν ποθήσῃ κατὰ νοῦν, ἔξω παντελῶς τῶν θείων ἀδύτων τὴν αἴσθησιν θέμενος, πρὸς τὴν τῶν νοητῶν εὐπρέπειαν, τῆς ἐν τοῖς τύποις ἀπολυθῆναι καθάπαξ οὐ δύναται σωματικῆς ποικιλίας· καθ' ἣν ἕως βέβηκε τοῦ γράμματος ἀντεχόμενος, τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ τῆς γνώσεως εἰκότως ἀπορίαν οὐ παραμυθεῖται· τῆς Γραφῆς τὴν γῆν, ἤγουν τὸ σῶμα, κατὰ τὸν ἀπατηλὸν ὄφιν ἐσθίειν ἑαυτὸν καταδικάσας· ἀλλ' οὐ κατὰ Χριστὸν τὸν νοῦν, ἤγουν τῆς Γραφῆς τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν, τουτέστι τὸν οὐράνιον καὶ ἀγγελικὸν ἄρτον (λέγω δὴ, τὴν ἐν Χριστῷ τῶν Γραφῶν πνευματικὴν θεωρίαν καὶ γνῶσιν) [ἄλλ. βρῶσιν] βρωματιζόμενος· ἣν δίδωσι δαψιλῶς ἐπιχορηγουμένην τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος.*

Χρὴ τοιγαροῦν τὴν κατ' αἴσθησιν πρὸς σῶμα τῆς Γραφῆς ἐκδοχὴν, ὡς παθῶν προδήλως καὶ τῆς πρὸς τὰ χρονικὰ καὶ ῥέοντα σχετικῆς διαθέσεως οὖσαν γεννητικὴν (ἤγουν τῆς πρὸς τὰ αἰσθητὰ τῶν αἰσθήσεων ἐμπαθοῦς ἐνεργείας), ὡς Σαοὺλ τέκνα καὶ ἔκγονα, διὰ τῆς φυσικῆς, ὡς ἐν ὄρει τῇ τῶν θείων ἀναγωγῇ λογίων [ἄλλ. λόγων], ἀφανίσας θεωρίας, εἴπερ ἐμφορηθῆναι θείας ἐφιέμεθα χάριτος. Εἰ γὰρ ἐπὶ

A consistat, proclive gignant, tum lex scripta, tum quæ soli legis litteræ mens adhæret. Merobe autem, ita ut ejus nomen sonat (Saulis nimirum filia) *abundans gutturis satietas* est : quod gulæ vitium significat. Sic enim comparatum, ut tum lex juxta litteram, ex ejus ratione **282** servientes, unis symbolis definiens, tum mens ob carnalem ac libidinosam vitam, ex litteræ ratione legem figuris concludens, solam gignant corporis voluptatem, fruendisque terrenis impensum animum faciant. Sunt autem quinque Merobes, Saulis filiæ, liberi ; nempe libidinosi quinque, abusu constantes, quinque sensuum modi : quos prorsus Esdrieli parere consuevit (parti scilicet contemplanti) quæ soli corpori ex legis ratione per voluptatem mens B dedita sit.

Hosce duos Saulis filios (materiam scilicet et formam) Saulisque quinque nepotes, nempe qui circa materiam et formam quinque sensuum modi abusu versantur (libidinosam nimirum ac innaturalem sensuum cum sensilibus, cum temporaneis scilicet fluxisque rebus congressionem) post Saulis mortem (ubi scilicet corporalis legis ex litteræ ratione cultus, ignorantiaque transierat) interficiendos tradit Gabaonitis admirabilis David, pro eo ac divino fuerat admonitus oraculo (nempe naturalis speculationis sublimioribus rationibus ac cogitationibus, lex spiritalis, sive mens, ad universalissimam in symbolis cum sensu ac corpore temporanearum C rerum abolendam ac interimendam necessitudinem) his qui sunt in sublimitate collis Saulis (spiritalis scilicet legis contemplationis). Nam nisi quis naturaliter prius dispecta quæ in symbolis est divinorum ac spiritalium dissimilitudine, sensu prorsus extra adyta relicto, mente sola ad spiritalium decorem pervenire percupiat, ut a corporali figurarum varietate liberetur nequaquam prorsus fieri potest ; ex cujus ratione quandiu incedit litteram colens, quam sustinet ex scientiæ fame penuriam merito non solatur, qui se ipse ad Scripturæ terram comedendam (id est, corpus) seductoris more serpentis addixerit ; non ut secundum Christum intelligentia sensuque (Scripturæ scilicet spiritu et anima, pane nimirum cœlesti et angelico) vescatur ; spiri- D tali scilicet in Christo Scripturarum contemplatione ac scientia ; quam larga subministratione tradit Deus, his, qui ipsum diligunt, juxta illud : *Panem cœli dedit eis ; panem angelorum manducavit homo*[70].

Operæ pretium igitur sit, ut Scripturæ ex sensus corpori addicta ratione **283** expositionem sensumque ceu vitiorum prorsus ac perturbationum, affectusque ad temporanea fluxaque libidinosi (vitiosæ scilicet sensuum erga sensilia operationis) parentem, velut Saulis liberos ac nepotes, quasi in monte (divinorum scilicet eloquiorum celsitudine per naturalem speculationem aboleamus ; siquidem

[70] Psal. LXXVII, 24.

hoc animis expetimus, ut gratia satiemur. Nam si injustitia super Saulem est ejusque domum, juxta divinum oraculum, eo quod interfecerit Gabaonitas: liquet injuria violare veritatem, tum legem, quæ ex litteræ solum ratione intelligatur, tum Judæorum populum, ac si quis Judæorum animum imitatur (hunc enim Scriptura Saulis domum esse novit) ut qui sola littera vim legis definiat, nec naturalem speculationem, ad scientiam quæ in littera abdita latet, mystice manifestandam assumat, quæ inter figuras et veritatem media exsistat; atque ab illis, eos qui formantur, abducat, ad hanc autem reducat; sed quasi omnino ipsam negans ac respuens, a divinorum eam institutione arceat.

Hanc igitur operæ pretium, corporalem ac temporaneam legis expositionem acceptionemque, uti tempori subjectam fluxamque, per naturalem speculationem, velut in monte (in sublimitate scientiæ) ut interimant, quibus curæ sint divinæ considerationes: *Et vocavit enim, David Gabaonitas, et dixit ad eos: Quid faciam vobis, et in quo placabo, et benedicetis hæreditatem Domini? Et dixerunt ad regem: Vir qui consumpsit nos, et persecutus est nos, et cogitavit internecione delere nos, delebimus eum, ut non stet in omni confinio Israel. Date nobis septem viros ex ejus filiis, et ad solem suspendemus eos Domino in colle Saulis. Et accepit rex duos filios Rhesphæ filiæ Aia pellicis Saulis, Ermonthi et Memphiboste, et quinque filios Merobes filiæ Saulis, quos peperit Esdrieli, et dedit eos in manu Gabaonitarum. Et ad solem suspenderunt eos in monte coram Domino. Et ceciderunt illic hi septem in idipsum; et occisi sunt in diebus messis, in principio messis hordeorum* [71]. Ubinam juxta fidem historicam invenimus, delevisse Gabaonitas Saulem, ut non staret in omni confinio Israelis; cum Maribaal filius Jonathæ filii Saulis, apud Davidem, ejusque servatus clementia sit [72], aliique plures illius affinium, ut
284 habetur in libro Paralipomenon [73]? Quonam autem modo, prehensis septem viris illius ortis, prosapia, dixerunt, *ipsum delebimus, ut non stet in omni*

A Σαοὺλ ἡ ἀδικία, κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, ὑπὲρ οὗ ἐθανάτωσε τοὺς Γαβαωνίτας, δῆλον ὡς ἀδικεῖ τὴν ἀλήθειαν, ὅ τε νόμος κατὰ μόνον τὸ γράμμα νοούμενος, καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, καὶ εἴ τις ἐκείνων μιμητὴς ὑπάρχει κατὰ διάνοιαν (τοῦτον γὰρ οἶδεν ὁ λόγος οἶκον Σαοὺλ εἶναι), μόνῳ τῷ γράμματι περιγράφων τοῦ νόμου τὴν δύναμιν, καὶ μὴ δεχόμενος πρὸς τὴν φανέρωσιν τῆς μυστικῶς ἐγκεκρυμμένης τῷ γράμματι γνώσεως, τὴν φυσικὴν θεωρίαν, μέσην ὑπάρχουσαν τύπων καὶ ἀληθείας· τῶν μὲν τοὺς ἀγομένους ἀπάγουσαν· πρὸς δὲ τὴν, ἐπανάγουσαν· ἀλλ' οἷον ταύτην πάμπαν ἀρνούμενος, καὶ τῆς τῶν θείων αὐτὴν ἔξω ποιούμενος μυσταγωγίας.

Ταύτην τοιγαροῦν χρὴ τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου
B καὶ πρόσκαιρον ἐκδοχὴν, ὡς ὑπὸ χρόνον καὶ ῥέουσαν ἀποκτένειν διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, τοὺς τῶν θείων ἐπιμελητὰς θεαμάτων. *Καὶ ἐκάλεσε γὰρ, φησὶ, Δαβὶδ τοὺς Γαβαωνίτας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Τί ποιήσω ὑμῖν, καὶ ἐν τίνι ἐξιλάσομαι, καὶ εὐλογήσετε τὴν κληρονομίαν Κυρίου; Καὶ εἶπον πρὸς τὸν βασιλέα· Ὁ ἀνὴρ ὃς συνετέλεσεν ἡμᾶς, καὶ ἐδίωξεν ἡμᾶς, καὶ ἐλογίσατο ἐξολοθρεῦσαι ἡμᾶς, ἀφανίσομεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ. Δότε ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρας, ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξηλιάσομεν αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ ἐν τῷ βουνῷ Σαοὺλ. Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς Ῥεσφᾶς θυγατρὸς Ἀϊᾶ, παλλακῆς Σαοὺλ,*
C *τὸν Ἑρμονθὶ, καὶ τὸν Μεμφιβοσθὲ, καὶ τοὺς πέντε υἱοὺς Μερὼβ θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἐσδριήλ. Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν, καὶ ἐξηλίασαν αὐτοὺς ἐν τῷ ὄρει ἔναντι Κυρίου. Καὶ ἔπεσον ἐκεῖ οἱ ἑπτὰ ἐπιτοαυτὸ, καὶ ἐθανατώθησαν ἐν ἡμέραις θερισμοῦ, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν.* Ποῦ κατὰ τὴν ἱστορίαν εὑρίσκομεν, ὡς ἠφάνισαν τὸν Σαοὺλ οἱ Γαβαωνῖται, τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ· τοῦ υἱοῦ Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαοὺλ Μαριβαὰλ (z) παρὰ τῷ βασιλεῖ Δαβὶδ διασωθέντος, καὶ ἄλλων πολλῶν τῆς συγγενείας Σαοὺλ, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ φέρεται τῶν Παραλειπομέ-

[71] II Reg. xxi, 2-9. [72] ibid. 7. Ubi tamen Μεμφιβοσθὲ dicitur. Vulg. *Miphiboseth*. [73] I Paral. xii, 2.

(z) *Τοῦ υἱοῦ τοῦ Ἰωνάθαν Μαριβαάλ.* Ita sibi Maximus habere putavit ex I Paral. viii, 33, ubi Hebr. Græca et Vulg. istum Maribbaalem Jonathæ filium assignant, cum in libris Regum non nisi Misphiboseth, eo ipso nomine, quo Saulis filius ex Rhespha pellice, vocatus legatur. Maximus proclive ex genio novum nomen arripit, quasi utile ad sensus suos spiritales. Estius communi solutione, binomium eum fuisse affirmat, seu magis conjicit; supponitque Cornelius, sive qui ejus nomine libros Regum et Paral. levi satis opera exposuit. Hier. in Tradit. Hebræos affert dantes causam novi hujus nominis, quo *rebellans domino* seu *pugnans contra dominum*, dicitur, quod murmuraverit, jussus dividere hæreditatem cum servo suo Siba, ab eo calumniam passus apud Davidem: sed id valde incertum. Forte potius, quod contra Baal pugnaturus esset, ac quasi rectæ fidei omine ejusque zelo; quo fere modo Gedeon ex eadem radice Jerobaal appellatus est, Jud. vi, 32. Verum Syriac. et Arab. longe aliter, alioque natum parente Ma-
D ribaalem dicunt, nempe ex tertio filiorum Saulis, quem *Jasui* vocant (Hebr. Græca, Latin. *Abinadab*) mutilumque Hebraicum codicem, et qui ex eo fluxerunt, indicant. Ac certe proclivius est, illos integriorem nactos codicem, quam sibi indulsisse, ut a se novum aliquid sacro textui adderent; cum alioqui libros Paralipomenon non satis integros aut emendatos, etiam Hieron. agnoverit. Sic ergo Syriacus cui per omnia consentit Arab. *Cis genuit Saulem: Saul genuit Jonathanem, Malchisuem, Jasui et Esbasalem. Filius autem Jonathanis* (*Misphiboseth* Arab.) *claudus erat pedibus. Jasui filium habuit Merabaalem*, etc. Certe videatur Misphiboseth pene inutile pondus terræ fuisse, qua sic laborabat pedibus nec forte satis firma mente erat, indignus propterea judicatus qui pro Jonathane patre suo majore natu filiorum Saulis, regno succederet, ac patruo illi prælato, quarto scilicet filiorum Saulis, qui forte solus e fratribus superstes paternæ cladi ac Jonathanis fuit. Quidquid dicatur, manet difficultas Maximi, quomodo exterminatus Saul ejusque familia

νων; Πῶς δὲ τοὺς ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ λαβόντες A ἑπτὰ ἄνδρας, *Αὐτὸν*, εἶπον, *ἀφανίσομεν, τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ*, πρὸ τούτου πολλοὺς ἀποθανόντα χρόνους; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, παρεμίγη τῷ ῥητῷ τῆς ἱστορίας τὸ παράλογον, ἵνα τὸ τῆς διανοίας ἀληθὲς τῶν γεγραμμένων ζητήσωμεν. Οὐκοῦν τὸν σωματικὸν νοῦν τῆς Γραφῆς, τουτέστι τὸν Σαοὺλ, ἀφανίζει παντελῶς ἐκ παντὸς ὁρίου Ἰσραὴλ, ὁ πράξει διὰ τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς διά τινων Γαβαωνιτῶν, ἀποκτένων τὴν γεννωμένην ἐκ τοῦ γραπτοῦ νόμου πρὸς τὴν ἄστατον ὕλην, καὶ ῥέουσαν τῇ ψυχῇ, φιλήδονον σχέσιν καὶ φιλοσώματον· κατασφάττων ὡς τέκνα τοῦ Σαοὺλ καὶ ἔκγονα, τὴν χαμαίζηλον τοῦ νόμου διάνοιαν, διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, καὶ φανερὰν ποιούμενος ἐνώπιον Κυρίου, δι' ἐξομολογήσεως B δηλαδὴ, τὴν πρὸς σῶμα τοῦ νόμου προτέραν ἐκδοχήν. Τοῦτο γὰρ *ἐξηλιάσαι* νοεῖσθαι δύναται τοῖς φιλομαθέσιν *ἔναντι Κυρίου*· εἰς φῶς ἀγαγόντες, διὰ τῆς γνώσεως δηλαδὴ (27), τὴν κατὰ τὸ γράμμα πεπλανημένην τοῦ νόμου πρόληψιν. Πᾶς γὰρ ἀποκτείνας τὴν σωματικὴν τοῦ νόμου διάνοιαν, τὸ γράμμα τοῦ νόμου σαφῶς ἀπέκτεινε καὶ ἠφάνισε, *τοῦ μὴ ἑστάναι ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ* (28)· τουτέστιν, ἐν παντὶ λόγῳ πνευματικῆς θεωρίας. Εἰ γὰρ Ἰσραὴλ *νοῦς ὁρῶν Θεὸν* (a) ἑρμηνεύεται, δῆλον ὡς τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου καθάπαξ ἐν οὐδενὶ τρόπῳ πνευματικῆς θεωρίας ὑφέστηκε, τοῖς τὸ πνεῦμα προτιμῶσι τοῦ γράμματος· εἴπερ *Πνεῦμα*, κατὰ τὸ γεγραμμένον, *ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*, C ἀλλ' οὐ γράμματι. *Τὸ γράμμα γὰρ ἀποκτένει· τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ*. Διὸ χρὴ τὸ ἀποκτένειν πεφυκὸς, ἀποκτένεσθαι πνεύματι ζωοποιῷ. Συνυπάρχειν γὰρ κατ' ἐνέργειαν ἀλλήλοις ἅμα κατὰ τὸ αὐτὸ τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου καὶ τὸ θεῖον (29), ἤγουν τὸ γράμμα καὶ τὸ πνεῦμα, παντελῶς ἀμήχανον· ὅτι μηδὲ συμφωνεῖν πέφυκε τῷ παρεχομένῳ κατὰ φύσιν ζωὴν, τὸ ταύτην ἀφαιρεῖσθαι δυνάμενον.

confinio Israelis, cum ante plures annos ille mortuus esset? Sed, ut videtur, contextui historiæ commistum est, quod abhorreat, ut eorum quæ scripta sunt, verum sensum quæreremus. Itaque, quod Scripturæ corporeum est (nempe Saulem) abolet prorsus ab omni confinio Israelis, qui actionis cultu per naturalem speculationem, velut Gabaonitarum opera, quæ ex lege scripta animæ nascitur, erga instabilem fluxamque materiam, libidinosam ac corporis amantem affectionem occidit; interimens ut Saulis filios atque nepotes (humilem legis sensum) naturalis speculationis ope; velut in monte (celso scientiæ vertice) manifestamque in conspectu Domini faciens (palam scilicet confitendo) priorem corpori addictiorem legis intelligentiam. Hoc enim studiosi intelligant, quod dicitur, *ad solem suspendere in conspectu Domini;* ac si diceret, in lucem producentes (nimirum per scientiam) errantem legis ex litteræ ratione occupatam opinionem. Quisquis enim corporalem legis intelligentiam peremit, legis litteram palam interfecit, abolevitque, *ut non stet in omni confinio Israelis;* hoc est, in omni ratione spiritalis contemplationis. Siquidem enim Israel ex nominis ipsa ratione *Videns Deum* dicitur, planum est, quod legis corporeum est, in nullo prorsus modo spiritalis contemplationis, his, qui spiritum litteræ anteponant, consistere; siquidem juxta quod scriptum est: *Spiritus est Deus; et eos qui adorant ipsum, in spiritu et veritate adorare oportet* [74]; non vero in littera. *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat* [75]. Quamobrem necesse est, ut quæ sic comparata est ut occidat, littera, ipsa vivifico spiritu occidatur. Una enim secundum idem exsistere ac simul vigere omnino non possunt, quod legis corporeum est et quod divinum (nempe littera et spiritus) quod neque comparatum sit ut consentiant, quod sua ipsum indole vitam præbet, et cui eam auferre proclive est.

[74] Joan. IV, 24. [75] II Cor. III, 7.

ex omnibus finibus Israel, cum tot ex illa superfuisse memorentur dicto I Par. VIII et in gentem magnam excrevisse, cujus defugiendæ causa, necessarium sibi putat τὸ ἀλληγορεῖν, et ut ad sensus spiritales recurrat. Quæ mihi evasio non admodum probatur, qui eatenus sensus ejusmodi admittendos putem, et in eis pie ludendum, quatenus permittit litteræ veritas et historia. Nec enim falsa narrat Spiritus sanctus, ut hæc ad morum informationem trahamus, sive anagogicum aut allegoricum omnimoque spiritalem eis sensum demus, ubi non tropice eum loqui liquet et parabolice, sed historice; gesta narrando, quæ ulteriorem sensum spiritalem possint habere, velut ea quæ Paulus in suis Epistolis de Jacob et Esau, de Sina et Jerusalem, aliisque ἀλληγορεῖ, similiumque expositionum pia sedulitate nobis auctor exsistit. Dicam igitur, ita quidem voluisse Gabaonitas, Davidem tamen septem duntaxat eis viros tradidisse, quos sic quasi piaculari hostia, et ut Deum Israeli placarent, e patibulo suspensos strangularent, ut sonant Hebræa, sive alias cruci affigerent et necarent, facto interim vitæ venia, ob jusjurandum Jonathani præstitum, ejus filio Misphibosetb, aliis D que de stirpe Saulis juxta Syrum et Arab. posteaquam concessa pluvia David cognovit placatum jam esse Deum, nece illorum septem, quos forte in manu habens præ aliis, in illam tradiderat; aliis forsitan saluti fuga consulentibus, eisque adnitentibus, quos tantos Saulis fratres Davidi adhæsisse, cum etiam Saul eum persequeretur, viros scilicet in aula potentes, per quos mitissimi Davidis animus leniri potuit, si quid in Saulis domum exasperatus fuerat, non privato ullo odio, sed quasi exsequendo divinam ultionem, eaque propitiando Deum populo, qui unus illi finis erat, ac quem adeptus, nihil opus fuit, ut in afflictam amplius domum sæviret. Nihil etiam abhorret a communi usu loquendi, ut id factum dicatur Sauli a Gabaonitis, quod ejus factum liberis ac nepotibus, in quibus ipse vivere ac superstes esse intelligebatur.

(a) *Νοῦς ὁρῶν Θεόν*. Sic passim Græci, quasi a ראה *vidit*, et אל, *Deus*, cum sacer textus hinc dictum Israelem notet, quod fortis in Deum, et quasi ejus victor in lucta fuisset. Alii ergo melius a שר, *princeps* cum, formativo, ac si *princeps*, seu *victor Dei*.

Igitur, si hunc locum, ex historica fide sumamus, Scripturam veritate niti haud inveniemus. Ubinam enim exterminaverunt Gabaonitæ Saulem ex **285** omni confinio Israelis; cum multi postea Saulis affines in populo exsisterent. Sin autem spiritali sensu intelligamus, clare inveniemus, naturalis speculationis ope, in celso scientiæ vertice, scriptam legem (corporalem scilicet in symbolis cultus ritum) prorsus desinere. Ubi enim etiamnum stabit carnalis circumcisio, cum lex spiritaliter intelligatur? ubi Sabbata, mensiumque initia? ubi festorum universi populi conventu solemnia? ubi victimarum, terræque otii et quietis, ac reliquæ legis corporali cultu institutionis traditio? Scimus enim, qui naturæ ipso ductu animum rebus attendamus, non in eo positam perfectionem esse, ut quam Deus natura integritatem indidit, auferatur. Non enim natura arte mutilata perfectionem facit, subtilique invento id amittens, quod illi ex creationis ratione inest; ne ad præstandum justitiæ robur, fortiorem Deo artem inducamus, ac naturæ excogitatum defectum, defectus justitiæ, qui ex creatione inolevit, supplementum faciamus: sed ex typico ejus membri situ, quod circumciditur, circumcidendam spiritali ac scientiæ munere libidinosam animi affectionem docemur; cujus amputatione animus componitur, ut naturam potius assectetur, libidinosam adventitii ortus legem emendans. Spiritalis enim circumcisio est, plena et absoluta libidinosæ mentis affectionis ascititio ortu amputatio: Sabbatum autem, perfecta perturbationum sedatio, universalisque erga res creatas motus mentis quies ac cessatio, atque in Deum perfecta commigratio; in quem, qui virtute et scientia concessit, pro facultatis modulo, caveat necesse est, ne velut ligna [76], materiam ullam vitiis fomentum præbentem animo meditetur; ut neque omnino naturæ rationes colligat, ne Græcorum more, Deum, vel affectibus ac libidine delectari statuamus, aut naturæ terminis commensum eum asseramus; quem solum perfectum silentium clamat, ac plena secundum excellentiam ignorantia repræsentat. Neomenias vero esse dicimus, diversas virtutis ac scientiæ cursu illustrationes, in quibus sæcula omnia repente contuentes, annum Domini acceptabilem implemus [77], cui ornatum *corona benignitatis* [78] præstet. Est autem corona benignitatis, **286** fides munda, quæ scilicet instar lapillorum gemmarumque sublimibus dogmatis, spiritalibusque sermonibus ac sensis interstincta, Dei amantem ac religiosam mentem velut caput astringat. Sive potius rursum corona benignitatis, ipse Dei Sermo est, qui variis providentiæ ac judicii modis (abstinentia scilicet affectuum et malorum, quæ ex animo sunt, eorumque patientia, quæ invitos afficiunt) velut caput, mentem circumdat, ac, qua Deitatis gratia impartit, ipsam seipsa formosiorem reddit.

A Οὐκοῦν κατὰ μὲν τὴν ἱστορίαν τοῦτον λαμβάνοντες τὸν τόπον, οὐχ εὑρίσκομεν τὴν Γραφὴν ἀληθεύουσαν. Ποῦ γὰρ ἠφάνισαν οἱ Γαβαωνῖται τὸν Σαοὺλ παντὸς ὁρίου Ἰσραὴλ, πολλῆς μετὰ τοῦτο συγγενείας εὑρισκομένης ἐν τῷ λαῷ; Κατὰ δὲ τὴν θεωρίαν νοοῦντες, σαφῶς εὑρίσκομεν, ὅτι διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, ἐν τῷ ὕψει τῆς γνώσεως, ὁ γραπτὸς παντελῶς ἀπογίνεται νόμος, ἤγουν ὁ σωματικὸς ἐν τοῖς συμβόλοις κατὰ τὴν λατρείαν θεσμός. Ποῦ γὰρ ἔτι στήσεται περιτομὴ σαρκὸς, νοουμένου τοῦ νόμου πνευματικῶς; ποῦ τὰ Σάββατα, καὶ τῶν μηνῶν αἱ ἀρχαί; ποῦ τῶν ἑορτῶν αἱ πανηγύρεις; ποῦ τῶν θυσιῶν, καὶ τῆς ἀργίας τῆς γῆς, καὶ τῆς λοιπῆς τοῦ νόμου κατὰ τὴν σωματικὴν λατρείαν [*fort. add.* καταστάσεως] ἡ παράδοσις; Οἴδαμεν γὰρ φυσικῶς ἐπιβάλλοντες τοῖς B πράγμασιν (30), ὡς οὐκ ἔστι τελειότης ἡ τῆς ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἀρτιότητος περιαίρεσις. Οὐ γὰρ ποιεῖ τελειότητα φύσις διὰ τέχνης κολοβουμένη, καὶ διὰ περινοίας ἀποτιθεμένη τὸ προσὸν αὐτῇ θεόθεν κατὰ λόγον δημιουργίας· ἵνα μὴ τὴν τέχνην Θεοῦ πρὸς βεβαίωσιν δικαιοσύνης ἰσχυροτέραν εἰσαγάγωμεν, καὶ τὴν περινενοημένην τῆς φύσεως ἔλλειψιν ἀναπληρωτικὴν ποιώμεθα, τῆς ἐν δικαιοσύνῃ κατὰ τὴν δημιουργίαν ἐλλείψεως· ἀλλ' ἐκ τῆς τυπικῆς τοῦ περιτεμνομένου μυρίου θέσεως, διδασκόμεθα ποιεῖσθαι γνωστικῶς τὴν περιτομὴν τῆς κατὰ ψυχὴν ἐμπαθοῦς διαθέσεως· καθ' ἣν μᾶλλον τῇ φύσει συντρέχειν ἡ γνώμη ῥυθμίζεται, τὸν ἐμπαθῆ τῆς ἐπικτήτου γενέσεως νόμον διορθουμένη. Περιτομὴ γάρ ἐστι μυστικὴ (31), τῆς ἐμπαθοῦς κατὰ νοῦν περὶ τὴν ἐπείσακτον γένεσιν σχέσεως παντελὴς C περιαίρεσις. Τὸ δὲ Σάββατον (32) τελεία παθῶν ἐστιν ἀπραξία, καὶ τῆς περὶ τὰ πεποιημένα καθολικὴ τοῦ νοῦ παῦλα κινήσεως, καὶ πρὸς τὸ Θεῖον τελεία διάβασις· ἐν ᾧ τὸν δι' ἀρετῆς καὶ γνώσεως κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀφικόμενον, οὐ δεῖ καθάπερ ξύλα τὴν οἱανοῦν παντελῶς ὕλην ἐξαπτικὴν ἐνθυμεῖσθαι παθῶν· οὔτε μὴν φύσεως τὸ παράπαν ἀναλέγεσθαι λόγους, ἵνα μὴ πάθεσιν ἡδόμενον, ἢ φύσεως ὅροις μετρούμενον, κατὰ τοὺς Ἕλληνας τὸν Θεὸν δογματίζωμεν· ὅνπερ ἡ τελεία μόνη κέκραγε σιγὴ (33), καὶ ἡ παντελὴς καθ' ὑπεροχὴν ἀγνωσία παρίστησι. Τὰς δὲ νεομηνίας εἶναί φαμεν (34), τοὺς ἐν τῷ δρόμῳ τῶν κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἡμερῶν διαφόρους φωτισμοὺς, οἷς προτροπάδην ἅπαντας ἐνθεόντες τοὺς αἰῶνας, τὸν δεκτὸν D ἐνιαυτὸν τοῦ Κυρίου πληροῦμεν, τῷ τῆς *χρηστότητος στεφάνῳ* κοσμούμενον. Στέφανος δὲ χρηστότητός ἐστι (35) πίστις καθαρὰ λίθων τιμίων δίκην, ταῖς τῶν δογμάτων ὑψηγορίαις καὶ λόγοις διηνθισμένη πνευματικοῖς καὶ νοήμασι, τὸν θεοφιλῆ καθάπερ κεφαλὴν διασφίγγουσα νοῦν. Ἢ μᾶλλον στέφανος πάλιν χρηστότητός ἐστιν (36) αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ τῇ ποικιλίᾳ τῶν κατὰ πρόνοιαν καὶ κρίσιν τρόπων, ἤγουν ἐγκρατείᾳ τῶν ἑκουσίων (37) καὶ ὑπομονῇ τῶν ἀκουσίων παθῶν, ὡς κεφαλὴν τὸν νοῦν περιγράφων, καὶ τῇ μετοχῇ τῆς κατὰ τὴν θέωσιν χάριτος, αὐτὸς ἑαυτοῦ τὸν νοῦν ποιῶν ὡραιότερον.

[76] *Num.* xv, 32. [77] Isa. LVIII, 5. [78] Psal. LXIV, 2.

Τῶν ἑορτῶν δὲ, τὴν μὲν πρώτην (38), πρακτικῆς A εἶναι φιλοσοφίας σύμβολον, πρὸς ἀρετὴν ὡς ἀπ' Αἰγύπτου τῆς ἁμαρτίας τοὺς ὑπ' αὐτῆς κρατουμένους διαβιβάζουσαν· τὴν δὲ δευτέραν (39), τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς τύπον ὑπάρχειν θεωρίας, τὴν περὶ τῶν ὄντων εὐσεβῆ δόξαν, ὡς ἀπαρχὴν θέρους τῷ Θεῷ προσκομίζουσαν· τὴν δὲ τρίτην, θεολογίας εἶναι μυστήριον (40), τὴν πάντων τῶν ἐν τοῖς γεγονόσι πνευματικῶν λόγων γνωστικὴν ἕξιν, καὶ τὴν κατ' οἰκονομίαν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου παντελῆ διὰ τῆς χάριτος ἀναμαρτησίαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐν τῷ ἀγαθῷ τελείαν καὶ ἀθάνατον ἀτρεψίαν περιέχουσαν, ὡς σαλπίγγων καὶ ἱλασμοῦ καὶ σκηνοπηγίας ποιητικήν.

B Ταύτην ἔχω τέως κατὰ μίαν ἐπιβολὴν ἐκ τῆς τῶν ἡμερῶν τιμῆς τὴν ὑπόνοιαν. Οὐ γὰρ δὴ τιμᾶσθαι θέλων ὁ Θεὸς ἡμέρας ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, προσέταξε τιμηθῆναι τό τε Σάββατον, καὶ τὰς νεομηνίας, καὶ τὰς ἑορτάς. Οὕτω γὰρ ἂν λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα κατὰ νόμον ἐντολῆς ἐξεδίδαξεν (41), οἰομένους σεπτὰς εἶναι φύσει τὰς ἡμέρας, καὶ διὰ τοῦτο προσκυνητάς· ἀλλ' ἑαυτὸν τιμᾶσθαι συμβολικῶς διὰ τῶν ἡμερῶν παρεδήλωσεν. Αὐτὸς γάρ ἐστι Σάββατον μὲν (42), ὡς τῶν ἐν σαρκὶ τῆς ψυχῆς μόχθων ἀνάπαυσις, καὶ τῶν κατὰ δικαιοσύνην πόνων κατάπαυσις· Πάσχα δὲ (43), ὡς ἐλευθερωτὴς τῶν τῇ πικρᾷ δουλείᾳ κεκρατημένων τῆς ἁμαρτίας. Πεντηκοστὴ δὲ (44), ὡς ἀρχὴ καὶ τέλος τῶν ὄντων, καὶ λόγος, ᾧ τὰ πάντα φύσει συνέστηκεν. C Εἰ γὰρ μετὰ τὴν εἰς ἑαυτὴν ἑβδοματικὴν τῆς ἑβδομάδος περίοδόν ἐστιν ἡ Πεντηκοστὴ, πενταδικὴ δὲ σαφῶς ὑπάρχει δεκὰς ἡ Πεντηκοστή· προδήλως ἄρα τῶν ὄντων ἡ φύσις κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον ὑπάρχουσα πενταδικὴ διὰ τὰς αἰσθήσεις, μετὰ τὴν φυσικὴν τοῦ χρόνου καὶ τῶν αἰώνων διάβασιν, ἐν τῷ Θεῷ ἔσται, τῷ κατὰ φύσιν ἑνὶ, μὴ δεχομένη πέρας· ἐν ᾧ παντελῶς οὐκ ἔστι διάστασις. Φασὶ γάρ τινες εἶναι μονάδα [Fr. δεκάδα] τὸν λόγον, ὡς πρόνοιαν κατὰ πρόοδον τῇ δεκάδι τῶν ἐντολῶν πλατυνόμενον. Ὁπηνίκα δὲ συναφθῇ τῷ λόγῳ κατὰ χάριν ἡ φύσις, οὐκ ἔσται τὰ ὧν οὐκ ἄνευ, τῆς τῶν φύσει κινουμένων ἀλλοιωτικῆς ἐπιγενομένης κινήσεως. Δεῖ γὰρ τὴν πεπερασμένην στάσιν, ἐν ᾗ γίνεσθαι πέφυκεν ἐξ ἀνάγκης κατ' ἀλλοίωσιν τῶν κινουμένων ἡ κίνησις, δέξασθαι τέλος D τῇ παρουσίᾳ τῆς ἀπεράντου στάσεως, ἐν ᾗ παύεσθαι πέφυκε τῶν κινουμένων ἡ κίνησις. Ἐν ᾧ γὰρ πέρας κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ ἀλλοιωτικὴ πάντως ἡ τῶν ἐν αὐτῷ καθέστηκε κίνησις· ἐν ᾧ δὲ πέρας κατὰ φύσιν οὐκ ἔστιν, οὐδεμία παντελῶς ἀλλοιωτικὴ τῶν ἐν αὐτῷ γνωσθήσεται κίνησις. Οὐκοῦν ὁ μὲν κόσμος τόπος ἐστὶ πεπερασμένος, καὶ στάσις περιγεγραμμένη· ὁ δὲ χρόνος, περιγραφομένη καθέστηκε κίνησις· ὅθεν καὶ ἀλλοιωτικὴ τῶν ἐν αὐτῷ καθέστηκεν ἡ κατὰ τὴν ζωὴν κίνησις. Ὁπηνίκα δὲ τὸν τόπον διελθοῦσα, καὶ τὸν χρόνον κατ' ἐνέργειάν τε καὶ ἔννοιαν, ἡ φύσις (ἤγουν τὰ ὧν οὐκ ἄνευ, τουτέστι τὴν

Ad festa autem quod attinet ac solemnitates, prima quidem ejus philosophiæ symbolum est, quæ in actione versatur; quæ scilicet velut ex Ægypto, a peccato ad virtutem eos traducat, quorum dominatur. Altera vero, naturalis in spiritu speculationis typum gerit; quæ nimirum pietati hærentem de rebus sententiam tanquam messis primitias Deo offerat. Tertia denique theologiæ mysterium est; quæ videlicet omnium in rebus creatis spiritalium rationum scientiæ habitum, plenamque Verbi secundum dispensationem incarnati gratiæ munere a peccato immunitatem; ac postremo, velut quæ ipsa tubarum et propitiationis ac scenopegiæ effectrix exsistat, perfectam ac immortalem in bono immutabilitatem, horum cumulo complectatur.

Sic mihi hactenus uno sensu, ex honore qui diebus habetur, opinandum succurrit. Non enim idcirco, quod Deus honore coli ab hominibus dies vellet, Sabbatum pariter et neomenias, festaque solemnia colenda præcepit. Sic enim servire creaturæ [79], magis quam Creatori (ad mandati legem quod attinet) illos docuisset; cum scilicet ii, dies natura venerabiles, ac propterea eis cultum adhibendum arbitrarentur; sed ipse sibi ex dierum ratione honorem habendum, symbolo declaravit. Ipse enim et Sabbatum est, velut animi in carne ærumnarum amolitio, ac justitiæ laborum quies. Pascha autem, ut eorum liberator, qui amara peccati servitute tenentur. Pentecoste vero, ut rerum principium et finis, Verbumque et ratio, in qua cuncta natura consistunt. Cum enim post septenam septimanæ in seipsam periodum sit Pentecoste, sitque palam Pentecoste **287** quinaria decas; perspicue sequitur rerum naturam, quæ ipsa a se sensuum ratione quinaria sit, post superatum natura tempus atque sæcula, in Deo fore, qui unus est per naturam, nullum habituram finem: in quo scilicet nulla prorsus distantia seu mutatio sit. Sunt enim qui dicant esse monadem λόγον (*sermonem* scilicet ac *rationem*) tanquam providentiam, quæ progressione mandatorum decade multiplicetur. Ubi autem natura rationi (Verbo nimirum ac Sermoni) per gratiam copulata fuerit, non erunt ea, sine quibus non, quod nempe eorum, quæ natura moventur, motus varie sensum afficiens deterensque (alterationis vocant) desierit. Necesse enim est, ut finita quies (in qua necessario per demutationem alia ex alia qualitate, eorum, quæ moventur, motui ut fiat comparatum est) finem accipiat, præsente jam interminabili quiete, in qua eorum quæ moventur, motus cessare habet. In quo enim natura terminus est, omnino etiam motus ejusmodi, qui ex alia in aliam transfert qualitatem, illi inest. In quo autem natura terminus non est, in eo nullus omnino ejusmodi motus occurret. Igitur, mundus quidem locus est terminativus ac finita quies; tempus autem, motus est definitus; ex quo etiam fit ut

[79] Rom. I, 25.

A πεπερασμένην στάσιν καὶ κίνησιν), ἀμέσως συναφθῇ τῇ Προνοίᾳ, λόγον εὑρίσκει τὴν Πρόνοιαν κατὰ φύσιν ἁπλοῦν καὶ στάσιμον, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα πάντη περιγραφὴν, καὶ διὰ τοῦτο παντελῶς οὔτε κίνησιν. Διόπερ ἐν μὲν τῷ κόσμῳ ὑπάρχουσα χρονικῶς ἡ φύσις, ἀλλοιωτικὴν ἔχει τὴν κίνησιν, διὰ τὴν τοῦ κόσμου πεπερασμένην στάσιν, καὶ τὴν καθ' ἑτεροίωσιν τοῦ χρόνου φθοράν· ἐν δὲ τῷ Θεῷ γινομένη, διὰ τὴν φυσικὴν τοῦ ἐν ᾧ γέγονε μονάδα, στάσιν ἀεικίνητον ἕξει, καὶ στάσιμον ταυτοκινησίαν, περὶ τὸ ταυτὸν καὶ ἓν καὶ μόνον ἀϊδίως γινομένην· ἣν οἶδεν ὁ λόγος ἄμεσον εἶναι περὶ τὸ πρῶτον αἴτιον τῶν ἐξ αὐτοῦ πεποιημένων μόνιμον ἵδρυσιν.

eorum quæ in illo versantur, vitæ motus, ejusmodi sit, qui per eas qualitates, quæ varie sensum afficiunt, immutet. Ubi autem natura, re pariter ac cogitatione locum supergressa et tempus (ea scilicet sine quibus non, ut vocant, nempe finitam quietem ac motum) nullo medio Providentiæ cohæserit, rationem natura simplicem et stabilem, omni omnino circumscriptione (ac proinde omni prorsus motu) carentem, offendit. Quamobrem natura, quandiu quidem in mundo temporanea ratione versatur, motum habet varia sensum qualitate mutantem, ob mundi finitam quietem, temporisque in diversum trahentem corruptionem, ac labe deterentem. In Deo autem constituta eumque nacta, per ejus, in quo condita est, naturalem monadem, sempiterni motus quietem habitura est, ejusdemque motus circa idem, unumque ac solum, in sempiternum fixam stabilitatem: quam divina eloquia, circa primum Auctorem, eorum quæ ab eo condita sunt, perennem firmamque adhæsionem, velutque sedem ac collocationem, vocare suevere.

B Πεντηκοστῆς οὖν ἐστι τὸ μυστήριον, ἡ πρὸς τὴν Πρόνοιαν ἄμεσος τῶν προνοουμένων ἕνωσις, ἤγουν ἡ πρὸς τὸν λόγον κατὰ τὴν τῆς Προνοίας ἐπίπνοιαν φύσεως ἕνωσις, καθ' ἣν οὐδεμία τὸ παράπαν ἐστὶν χρόνου καὶ γενέσεως ἔμφασις. Σάλπιγξ δὲ πάλιν (45) ἡμῶν ἐστι ὁ λόγος, ὡς τὰς θείας καὶ ἀῤῥήτους ἡμῖν ἐνηχούμενος γνώσεις· ἱλασμὸς δὲ, ὡς ἐν ἑαυτῷ τὰ ἡμέτερα, καθ' ἡμᾶς γενόμενος, διαλύων ἐγκλήματα, καὶ τῇ δωρεᾷ τῆς χάριτος ἐν πνεύματι, τὴν ἁμαρτήσασαν φύσιν θεοποιῶν· σκηνοπηγία δὲ, ὡς τῆς ἡμῶν κατὰ τὴν θεομίμητον ἕξιν περὶ τὸ καλὸν ἀτρεψίας πῆξις, καὶ τῆς πρὸς ἀθανασίαν μεταποιήσεως συνεκτικὸς ὑπάρχων δεσμός.

288 Est ergo Pentecostes mysterium, immediata eorum, qui Providentia reguntur, cum Providentia unio; hoc est, naturæ cum ratione divino Providentiæ afflatu, copulatio; secundum quam, nulla prorsus temporis ortusque generationis imago exstat ac repræsentatio. Rursum autem tuba, nostra ratio est, ac sermo; qui scilicet divinas, omnemque vim eloquii superantes nobis insonet notitias. Propitiatio vero, ut qui in seipso similis nobis effectus est, ad nostra dissolvenda crimina, et dono gratiæ in spiritu, naturam peccati reatu obnoxiam, deitate imbuat. Scenopegia autem, ut nostræ honesti cultu immutabilitatis, habitu Dei æmulo, firmitas, ac ejusmodi vinculum, quod ea ratione qua ad immortalitatem transmutamur, contineat ac conservet.

C Σφαγαῖς δὲ ζώων ἀλόγων (46), καὶ ῥαντισμοῖς αἱμάτων ἡδόμενον τὸν Θεὸν, καὶ οἷον τῆς θεραπείας μισθὸν, τὴν τῶν ἁμαρτημάτων παρεχόμενον τοῖς προσφέρουσιν ἄφεσιν, τῇ Γραφῇ φυσικῶς ἐπιβάλλοντες, οὐ πιστεύομεν, ἵνα μὴ Θεὸν ἐμπαθῆ λάθωμεν σέβοντες, ὡς ἐμπαθῶς ἐκείνων διὰ πολλῆς ἐφιέμενον τῆς σπουδῆς, περὶ ἃ καὶ ἀνθρώπους περιπαθῶς ἔχοντας ἂν θεωρήσωμεν, ὡς ἀκολάστους καὶ ἀκρατεῖς διαβάλλομεν. Θυσίας γὰρ πνευματικὰς εἶναι γινώσκομεν (47), οὐ μόνον τὴν τῶν παθῶν νέκρωσιν, σφαττομένων τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος, ὅπερ ἐστὶ ῥῆμα Θεοῦ, καὶ πάσης τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ὡς αἵματος τὴν κατὰ πρόθεσιν κίνησιν [κένωσιν]· ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ἠθῶν, καὶ πασῶν τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων, προσαγωγὴν, ἀφιερουμένων Θεῷ, καὶ τῷ D πυρὶ τῆς ἐν πνεύματι χάριτος πρὸς τὴν θείαν λῆξιν ὁλοκαυτουμένων. Οὕτως ἕκαστον τῶν ἐμφερομένων τῇ Γραφῇ συμβόλων φυσικῶς ἐποπτεύοντες, ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς μυστικῆς θεωρίας, καθάπερ ἄνδρας ἑπτὰ τῶν υἱῶν Σαοὺλ, τὴν χρονικὴν ἀποκτένομεν καὶ πρόσκαιρον τοῦ νόμου παράδοσιν· καὶ ἀφανίζομεν τὸν Σαοὺλ, τουτέστι τὸν ἐν μόνῳ τῷ ῥητῷ τῆς Γραφῆς χοϊκὸν νοῦν, *τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ*· τουτέστι, τρόπῳ θεωρίας πνευματικῆς. Οὗτος γὰρ ζῶν ἐπ' ἀληθείας, συντελεῖ, καὶ διώκει (48), καὶ ἀπόλλυσι, σαρκὶ μόνῃ τὸν

Brutarum autem animantium victimis, aspersoque cruore delectari Deum, ac velut obsequii præmio, offerentibus delictorum veniam præbere ut existimemus, ex natura Scripturis animum attendentes, nulli adducimur, ne imprudentes Deum affectibus ac libidini mancipatum colamus; velut qui acrius cupidinis œstro depereat, quæ vel hominem pariter depereuntem videntes, luxuriæ damnamus ac incontinentiæ. Spiritales enim hostias novimus, nedum quod perturbatos affectus mortificamus, jugulando spiritus gladio, quod est verbum Dei [89], omnique vita carnali, tanquam sanguine animi sententia evacuamus; sed quod etiam excultos philosophia mores, cunctasque naturales facultates Deo consecratas offerimus, atque ut in ejus partem cedant, igni Spiritus holocausto absumimus. In eum modum singula quæque in Scripturis exstantia symbola ex naturæ rationibus contuentes, velut in monte (in celso mysticæ speculationis vertice) quasi viros septem ex Saulis liberis (temporaneam scilicet fluxamque legis traditionem) necamus; Saulemque exterminamus (terrenum nimirum legis sensum in solo Scripturæ cortice textuque litteræ positum) nec stare sinimus in omni confinio Israelis; spiritalis scilicet contemplationis. Hic enim revera vitæ superstes, consu-

[89] Ephes. vi, 17.

νόμον περιγράφων, τοὺς κατὰ φύσιν λόγους καὶ A λογισμούς· τιμῶν ὡς θεῖα τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, ἅπερ οἱ κατὰ φύσιν λογισμοὶ, λαμβάνοντες ἄδειαν ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ πνεύματος, ἀποκτένουσιν ἐπιτοαυτὸ καὶ θανατοῦσιν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν. Ἀρχὴ δὲ θερισμοῦ κριθῶν ἐστιν, ἡ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν μετά τινος συμμέτρου λόγου τῶν ἀρετῶν συλλογή· καθ' ἣν τὸ γεῶδες τῶν Γραφῶν ἀποκτένεσθαι πέφυκε, καὶ πᾶν χοϊκὸν παντελῶς ἀφανίζεσθαι κίνημα. Ἅμα γάρ τις τὴν τῶν ἀρετῶν λογικῶς μετέλθοι φιλοσοφίαν (49), ἅμα καὶ τὴν τῶν Γραφῶν πρὸς τὸ πνεῦμα φυσικῶς μετήνεγκεν ἐκδοχὴν, ἐν καινότητι πνεύματος πρακτικῶς διὰ τῶν ὑψηλῶν θεωρημάτων τῷ Θεῷ λατρεύων, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος, διὰ τῆς κατ' αἴσθησιν πρὸς σῶμα ταπεινοτέρας τοῦ νόμου παραδοχῆς, τροφεὺς B παθῶν κατὰ τοὺς Ἰουδαίους γινόμενος, καὶ ἁμαρτίας θεραπευτής. Πράξει γὰρ χρὴ, διὰ τῶν κατὰ φύσιν λογισμῶν, τὴν ἐμπαθῆ καὶ σωματικὴν τοῦ νόμου διάνοιαν διαχειρίζεσθαι, καθὼς ὁ τῆς Γραφῆς ὑφηγεῖται λόγος, φάσκων· *Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς Ῥεσφᾶς θυγατρὸς Ἀΐα παλλακῆς τοῦ Σαοὺλ, τὸν Ἐρμονθὶ καὶ τὸν Μεμφιβοσθέ· καὶ τοὺς πέντε υἱοὺς τῆς Μερὼβ τῆς θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ Ἐσδριὴλ· καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν.* Χεὶρ ἐστι τῶν Γαβαωνιτῶν (50), ἡ κατ' ἀρετὴν πρᾶξις τῶν φυσικῶν λογισμῶν, δι' ἧς οἱ υἱοὶ Ῥεσφᾶς Ἐρμονθὶ καὶ Μεμφιβοσθὲ, τουτέστιν, ἡ ἐκ τῆς ἐν μόνῃ τῇ προφορᾷ τοῦ λόγου σωματικῆς τοῦ νόμου διδαχῆς γεν- C νωμένη τῶν παθῶν ἐνέργεια, καὶ ἡ τῶν λογισμῶν ἀκόλαστος κίνησις, ἀποκτένονται. Πρὸς δὲ καὶ οἱ πέντε υἱοὶ τῆς Μερὼβ, τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς τρυφῆς γεννώμενοι κατὰ τὴν παρὰ φύσιν τῆς ἐνεργείας χρῆσιν ἀκόλαστοι πέντε τρόποι τῶν πέντε αἰσθήσεων· οὓς ἀποκτένειν ἐπιτοαυτὸ πέφυκεν ὡς ἐν ὄρει τῷ ὕψει τῆς πνευματικῆς θεωρίας, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν, ὅπερ ἐστὶν ἐν προοιμίοις τῆς κατ' ἀρετὴν πράξεως, ἢ τῆς κατὰ φύσιν εὐσεβοῦς θεωρίας, πᾶς νοῦς κατὰ Θεὸν ὑψηλὸς καὶ μετέωρος· κατὰ τὸ αὐτὸ, τήν τε τῶν παθῶν κατασφάττων ἐνέργειαν, καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ἄσχημον κίνησιν. Πρὸς δὲ καὶ τοὺς κατὰ παράχρησιν τῆς τῶν αἰσθήσεων ἐνεργείας ἀκολάστους τρόπους.

Καὶ ἔπεσον, φησὶν, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ οἱ ἑπτὰ, καὶ* D *ἐθανατώθησαν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν. Καὶ ἔλαβε Ῥεσφὰ θυγάτηρ Ἀΐα τὸν σάκκον, καὶ διέστρωσεν αὐτὸν ἑαυτῇ ἐπὶ τὴν πέτραν, ἕως ἔσταξεν ἐπ' αὐτοὺς ὕδατα Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ.* Ῥεσφὰ, καθὼς ἔφην, ἐστὶν ἑρμηνευομένη, *δρόμος στόματος*, ὅπερ ἐστὶν ἡ κατὰ μόνην τοῦ λόγου προφορὰν σωματικὴ τοῦ νόμου διδαχὴ, ἡ μετὰ τὸν θάνατον τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων παθῶν, καὶ τὴν φανέρωσιν τὴν ἐν ὄρει τῷ ὕψει γενομένην τῆς φυσικῆς θεωρίας (51) ἐν τῇ τοῦ καθ' ἕκαστον καρδίᾳ τῶν αὐτῇ προκατειλημμένων, καθάπερ σάκκον τὴν μετάνοιαν στρώννυσιν ἐπὶ τὴν πέτραν (λέγω δὴ τὸν λόγον τῆς κατὰ Κύριον πίστεως), τὸν ἐν πνεύματι διὰ τῆς

A mit et persequitur, perditque (sola nimirum carne legem definiens) naturales rationes et cogitationes: velut divinos, probrosos affectus colens [61]: quos videlicet assumentes **289** naturales rationes, accepta licentia a lege spiritali, in unum simul contrucidant ac interimunt, in initio messis hordeorum. Est autem initium messis hordeorum, virtutum cum moderata quadam ratione per philosophiam studentem actioni collectio: qua comparatum ut internecioni detur quidquid Scripturarum terrenum est, ac terrenus omnis motus aboleatur. Mox enim ac aliquis virtutum philosophiam ex ratione inierit, una quoque Scripturarum sensum natura in spiritum transfert, in novitate spiritus actionis cultu per sublimia sensa atque ob- B jecta Deo serviens, et non in vetustate litteræ [62], per humiliorem legis pronam corpori ex sensus ratione acceptionem, Judæorum more affectuum pastor ac libidinum, nec non peccati curæ impensus, exsistens. Necesse enim est ut, naturalium rationum ope, hærentem libidini ac corporalem legis intelligentiam perimamus, uti Scripturæ textus enarrat: *Et accepit rex duos filios Rhesphæ filiæ Aia pellicis Saulis, Ermonthi et Memphibosthe; et quinque filios Merobes filiæ Saulis, quos peperit Esdrieli; et dedit eos in manu Gabaonitarum.* Gabaonitarum manus, naturalium rationum actio est, per quam Rhesphæ filii Ermonthi et Memphibosthe (quæ nimirum ex sola sermonis prolatione, corporali le- C gis doctrina, libidinosa operatio nascitur, lascivaque ac luxuriosa cogitationum incitatio) perimuntur. Ad hæc vera etiam quinque Merobes filii (qui scilicet ex voluptate per innaturalem operationis usum, intemperantes quinque, quinque sensuum nascuntur modi) quos in unum simul, velut in monte (in celso spiritalis speculationis vertice) occidere habet, in initio messis hordeorum (id est, primo statim actionis ex virtutis ratione exordio, sive, piæ ex naturæ rationibus speculationis) mens omnis secundum Deum excelsa ac sublimis; in unum simul necans, tum affectuum vim ac libidinum, tum turpem cogitationum motum. Ad hæc etiam, sensuum operationis abusu constantes lascivos modos atque indolem.

D *Et ceciderunt*, inquit, *hi septem in idipsum, et neci traditi sunt, in principio messis hordeorum. Et tulit Rhespha filia Aia saccum, et stravit eum sibi super petram quoadusque distillaverunt super eos* **290** *aquæ Dei e cælo.* Rhespha, uti dicebam, si nomen interpreteris, *cursus oris*, est; quod est corporalis legis doctrina, ex sola prolatitii sermonis ratione; quæ nimirum post affectuum ex ipsa prognatorum mortem, factamque in monte (celso vertice naturalis speculationis) in singulorum, quos ante complexa erat, corde manifestationem; velut saccum, pœnitentiam sternit; super petram (doctrinam scilicet fidei Dominicæ, spiritalibus in Christo legibus ac scitis per pœnitentiam navans

[61] Rom. I, 26, 27. [62] Rom. VII, 6.

operam) quæ diu noctuque, tanquam filios per memoriam ob oculos habeat, priorem in carne legis institutionem; quoadusque stillaverint aquæ Dei de cœlo (donec scilicet missæ fuerint divinæ Scripturarum notitiæ, e spiritalis speculationis celso vertice) quarum utique ea vis, ut affectus vitiaque exstinguant, ac virtutes instaurent. Si namque comparata legis disciplina, ut ad Christum (veram firmamque petram) per pœnitentiam accedens, divinum spiritalis Scripturarum scientiæ imbrem, juxta Davidis regis (mentis scilicet *fortis aspectu*) præceptum, suscipiat. Ait enim: *Et fecit omnia quæcunque mandaverat rex: Et audivit Deus terram postea* [83]. Divinarum ergo Scripturarum disciplina, juxta præceptum Davidis regis (legis scilicet spiritalis, aut mentis fortis aspectu) pœnitentiæ opes (cujus saccus signum exsistit) navando virtutibus operam, ad petram (scilicet Christum) sese transferens, divinum scientiæ imbrem excire solet; novitque impetrare ut Deus terram cordis audiat, tribuatque divinos gratiarum imbres, ac justitiæ uberes fructus subministret, velutque famem, superiorem solvat divinorum ignorantiam, ac spiritalibus bonis regionem adimpleat; nempe animam tritico, vino atque oleo affluentem reddat: illo quidem, ut quæ scientiæ practicæ sermone confirmetur [84]; hoc autem, ut quæ divino desiderio, fervorisque animi Deo unientis instauratore, splendescat; isto vero, ut quæ leni planoque ac pellucido, lucemque afferenti, ac terreno omni motu libero, tranquillissimæ mentis modo pariter ac ratione, virtutum vultu præniteat.

A μετανοίας κατὰ Χριστὸν ἐπιμελουμένη θεσμῶν· ἔχουσα κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμέρας καὶ νυκτὸς διὰ τῆς μνήμης, ὡς τέκνα, τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ νόμου προτέραν ἀναγωγήν, ἕως στάξουσιν ὕδατα Θεοῦ ἐξ οὐρανοῦ· τουτέστιν, ἕως καταπεμφθῶσιν αἱ θεῖαι τῶν Γραφῶν γνώσεις ἐκ τοῦ ὕψους τῆς πνευματικῆς θεωρίας (52), αἱ σβεστικαὶ μὲν τῶν παθῶν, ἀνανεωτικαὶ δὲ τῶν ἀρετῶν. Πέφυκε γὰρ ἡ τοῦ νόμου μάθησις, πρὸς Χριστὸν τὴν ἀληθῆ καὶ στεῤῥὰν πέτραν διὰ τῆς μετανοίας προσχωροῦσα, τὸν θεῖον τῆς πνευματικῆς τῶν Γραφῶν γνώσεως ὑετὸν ὑποδέχεσθαι, κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως Δαβίδ· τουτέστι, *τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ὅρασιν* νοῦ. Φησὶ γάρ· *Καὶ ἐποίησε* [*ἄλλ.* ἐποίησαν] *πάντα ὅσα ἐνετείλατο ὁ βασιλεύς. Καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τῇ γῇ μετὰ ταῦτα.* Οὐκοῦν ἡ B τῶν θείων Γραφῶν μάθησις, κατὰ τὴν ἐντολὴν Δαβὶδ τοῦ βασιλέως (τουτέστι τοῦ πνευματικοῦ νόμου, ἢ τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ὅρασιν νοῦ), διὰ μέσης τῆς μετανοίας, ἧς ὁ σάκκος ὑπάρχει σύμβολον, κατὰ τὴν πρᾶξιν τῶν ἀρετῶν, ἐπὶ τὴν πέτραν, ἤγουν Χριστὸν, μεταφερομένη, τὸν θεῖον ἐκκαλεῖσθαι τῆς γνώσεως πέφυκεν ὑετόν· ἐπακοῦσαί τε τὸν Θεὸν τῇ γῇ τῆς καρδίας εἴωθε δυσωπεῖν, καὶ δοῦναι θείους χαρισμάτων ὄμβρους, καὶ τῶν ἐν δικαιοσύνῃ καρπῶν χορηγῆσαι τὴν ἀφθονίαν, καὶ λῦσαι τὴν καθάπερ λιμὸν τὴν προλαβοῦσαν τῶν θείων ἀγνωσίαν, καὶ ποιῆσαι χώραν πλήρη τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν· τὴν ψυχὴν σίτῳ βρίθουσαν, καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ· τῷ μὲν, ὡς λόγῳ πρακτικῆς γνώσεως στηριζομένην (53)· τῷ δὲ, ὡς θείῳ πόθῳ, καὶ ἀνανεωτικῷ C τῆς κατ' ἔφεσιν πρὸς Θεὸν ἑνωτικῆς ζέσεως, εὐφραινομένην (55)· τῷ δὲ, ὡς λείῳ καὶ ὁμαλῷ (55), καὶ διαυγεῖ καὶ φωτιστικῷ, καὶ παντὸς γεώδους ἐλευθέρῳ κινήματος, τῆς ἀπαθείας τρόπῳ τε καὶ λόγῳ, τὸ πρόσωπον ἱλαρυνομένην τῶν ἀρετῶν (56).

Verum nos quoque, magni Davidis more, ex omni confinio Israelis, Saulem deleamus; terrenum scilicet ac corporalem **291** legis ritum; hoc est Judaicum cultus modum, sensumque in solo Scripturæ omnis contextu primo obvium crassioremque, ex omni modo theoreticæ institutionis; atque ad spiritalem eorum quæ intelliguntur deificam vim, transeamus; nobisque Gabaonitas conciliemus (naturales scilicet rationes) quos incolumes verus divinarum promissionum distributor atque arbiter Jesus esse voluit [85]; ob quorum Saulis injuria necem, divinum Deus scientiæ imbrem inhibuit; occidamusque per eosdem Gabaonitas (naturales scilicet speculationes) velut viros septem ex filiis Saulis (nimirum libidinosam legis, terrenamque et temporaneam intelligentiam) quam Rhespha (*oris* scilicet *cursus*) parere habet (corporalis nimirum legis disciplina) et Merobe, quam *gutturis affluentem satietatem* interpreteris; id est, ventris voluptatem. Prior, Memphibosthe parens atque Ermonthi (quorum alter, *oris pudor;* alter, *eorum anathema* sit, si nomen interpreteris; nempe vitiorum habitus ac operatio) sequens, quinque Esdrieli suscipit filios (contemplanti scilicet parti animi, libidinosos quin-

Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, κατὰ τὸν μέγαν Δαβὶδ, ἀφανίσωμεν τὸν Σαοὺλ ἐκ παντὸς ὁρίου Ἰσραήλ· τουτέστι, τὸν γεώδη καὶ σωματικὸν τοῦ νόμου θεσμόν· ἤτουν τὸν Ἰουδαϊκὸν τῆς λατρείας τρόπον, καὶ τὸν ἐν μόνῳ τῷ ῥητῷ πρόχειρον τῆς ὅλης Γραφῆς καὶ σωματικώτερον νοῦν, ἐκ παντὸς τρόπου θεωρητικῆς μυσταγωγίας· καὶ μετέλθωμεν πρὸς τὴν πνευματικὴν τῶν νοουμένων ἐκθέωσιν· καὶ περιποιησώμεθα τοὺς Γαβαωνίτας, τουτέστι, τοὺς κατὰ φύσιν τῶν ὄντων λόγους· οὓς ἀπαθεῖς διετήρησεν ὁ ἀληθινὸς κληροδότης τῶν θείων ἐπαγγελιῶν Ἰησοῦς· δι' οὓς ἀναιρουμένους ὑπὸ Σαοὺλ, τὸν θεῖον ἀνέσχε τῆς μυστικῆς γνώσεως ὑετὸν ὁ Θεός· καὶ ἀποκτείνωμεν D δι' αὐτῶν τῶν Γαβαωνιτῶν, τῆς φυσικῆς δηλαδὴ θεωρίας, ὥσπερ ἄνδρας ἑπτὰ τῶν υἱῶν Σαοὺλ, τὴν ἐμπαθῆ τοῦ νόμου, πρόσυλόν τε καὶ χρονικὴν ἐκδοχὴν, ἣν τίκτειν πέφυκεν ἡ Ῥεσφὰ, *στόματος δρόμος* ὑπάρχουσα (ὅπερ ἐστὶν ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου μάθησις)· καὶ ἡ Μερὼβ, *πλησμονὴ φάρυγγος* ἑρμηνευομένη, τουτέστιν, ἡ τρυφὴ τῆς γαστρός. Ἡ μὲν τὸν Μεμφιβοσθὲ τίκτουσα καὶ τὸν Ἐρμονθὶ (τὸν μὲν *αἰσχύνη στόματος* ἑρμηνευόμενον· τὸν δὲ, *ἀνάθεμα αὐτῶν*), ἤγουν τὴν ἕξιν τῶν παθῶν καὶ τὴν ἐνέργειαν· ἡ δὲ, τοὺς πέντε υἱοὺς τῷ Ἐσδριὴλ, τῷ θεωρη-

[83] I Cor. x, 4. [84] Psal. CIII, 15. [85] Josue IX, 20.

τικῷ δηλαδὴ τῆς ψυχῆς μέρει, τοὺς κατὰ παραχρῆσιν A ἐμπαθεῖς πέντε τρόπους τῶν ἐν ἡμῖν αἰσθήσεων· οὓς διὰ τῆς φυσικῆς ἀναιροῦντες θεωρίας, ὠργισμένον τὸν Θεὸν ἱλεούμεθα, πρὸς τὸ πνεῦμα μετενεχθέντες ἀπὸ τοῦ γράμματος· καὶ τοὺς θείους ἐκκαλούμεθα τῆς γνώσεως ὄμβρους· καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς δαψιλῶς τῆς δικαιοσύνης καρπῶν ἀπολαύομεν. Τὸ γὰρ γράμμα τοῦ νόμου, καθάπερ τινὰ Σαοὺλ, ἢ τὴν ἐκ τοῦ γράμματος γεννωμένην πρόσυλον ἐκδοχὴν τοῖς χοϊκοῖς τὴν διάνοιαν, ὡς τέκνα Σαοὺλ καὶ ἔκγονα, διὰ μέσης τῆς φυσικῆς θεωρίας πρὸς τὸ ὕψος τῆς πνευματικῆς μυσταγωγίας ἀναγαγόντες, πᾶν σωματικὸν τοῦ νόμου καὶ πρόσκαιρον νόημα, καὶ κυριώτερον εἰπεῖν, χοϊκὸν ἀποκτείνομεν, εἴπερ καὶ ἡμεῖς μετὰ τοῦ Θεοῦ τὸν Σαοὺλ μεμισήκαμεν, καὶ ἐξουδενώκαμεν αὐτὸν, τοῦ μὴ βασιλεύειν ἐπὶ B Ἰσραήλ· ἤγουν τὸν κατὰ σάρκα προφανῆ τῆς Γραφῆς τρόπον, τουτέστι τὸν Ἰουδαϊσμὸν, ἀπωσάμεθα, τοῦ μὴ βασιλεύειν πρὸς σαρκὸς δουλείαν τῆς ἐν ἡμῖν νοερᾶς δυνάμεως.

Δεῖ γὰρ τὸν Σαοὺλ (ἤγουν τὸν σωματικὸν τοῦ νόμου θεσμὸν) μισηθῆναι (56) καὶ ἀπωσθῆναι τῆς βασιλείας, ὡς τὸν Ἀγὰγ βασιλέα Ἀμαλὴκ, καὶ τὰ πίονα τῶν ποιμνίων καὶ βουκολίων, καὶ τὴν ἄμπελον καὶ τὴν ἐλαίαν (τὰ τοῦ θυμοῦ λέγω καὶ τῆς ἐπιθυμίας ὑπεκκαύματα, καὶ τὰ περιποιητικὰ τῆς τρυφῆς αἴτια) περιποιούμενον, καὶ αὐτὸν ζῶντα τὸν Ἀγὰγ πρὸς τὴν γῆν μεταφέροντα τῆς ἐπαγγελίας C (τουτέστι *τὸν μόσχον*, ἤγουν τὸ χοϊκὸν φρόνημα τῆς σαρκὸς), εἰς τὸν τῆς θείας ἐπιγνώσεως τόπον· λέγω δὴ τὴν καρδίαν· *μόσχος* γὰρ ὁ Ἀγὰγ (*b*) ἑρμηνεύεται· μόσχος ἐκεῖνος τυχὸν, ὃν ὁ μωρὸς καὶ ἀσύνετος Ἰσραὴλ (57) κατὰ τὴν ἔρημον χωνεύσας ἐθεοποίησε, καὶ τῆς θείας θεραπείας τὴν ἡδονὴν τῆς γαστρὸς προετίμησεν· ὄντινα μόσχον Μωϋσῆς ἀφανίζει, καὶ Σαμουήλ· ὁ μὲν λεαίνων καὶ διασπείρων ὑπὸ τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ μαχαίρᾳ πνευματικῇ κατασφάττων· τουτέστιν, ἡ ζῶσα καὶ ἐνεργὴς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις (τοῦτο γὰρ Μωϋσῆς), καὶ ἡ διὰ τῶν ἐντολῶν ὑπακοὴ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ Σαμουήλ. Μωϋσῆς γὰρ ὕδωρ ἑρμηνεύεται *σπαίρων* (*c*)· καὶ Σαμουὴλ *ὑπακοὴ Θεοῦ* (*d*), ὅπερ ἐστὶ πίστις ἀληθὴς, καὶ βίος ἔνθεος.

A quæ abusu constantes in nobis sensuum modos) quos naturalis ope speculationis necantes, Dei iram placamus, ad spiritum a littera translati; divinosque excimus scientiæ imbres, ac quorum illa parens, justitiæ fructus ubertim percipimus. Legis namque litteram, velut Saulem, seu quæ ex littera, animo terrenis terrena intelligentia nascitur, haud secus ac Saulis filios atque nepotes, interjecta naturali speculatione, ad spiritalis doctrinæ celsitatem quidquid corporalis ac temporanei legis sensus est, sive, ut verius loquar terreni, provehentes, interficimus; si modo nos quoque, haud secus ac Deus, Saulem odimus, eumque, ne regnet super Israelem sprevimus [86]: id est, carnalem ultro conspicuum Scripturæ modum (nempe Judaismum) repulimus, B ne intelligentis in nobis animæ facultatis, quam carnis servituti addicat, dominetur.

Necesse enim est Saulem (id est, corporalem legis ritum) odio haberi ac regno expelli, velut qui Agag regem Amalec pinguesque greges et armenta, necnon vitem atque olivam (iræ scilicet ac cupiditatis incentiva, ac quæ libidini fomento exsistant, argumenta) servet [87]; **292** atque in terram promissionis (divinæ scilicet cognitionis atque fidei locum, nempe C animum) vivum ipsum Agag (*vitulum* scilicet, id est, terrenum carnis sensum) transferat. Agag enim, si nomen interpreteris, *vitulum* sonat; quem forte vitulum stultus et insipiens Israel, in deserto conflatum, deum consecravit, ventrisque libidinem divino cultui anteposuit [88]. Hunc vitulum abolent Moyses atque Samuel; alter quidem, comminuendo et seminando sub aqua; alter, spiritali gladio jugulando [89]: nempe viva et efficax Spiritus sancti gratia (id enim Moyses significat), mandatorumque Dei obauditio (quod sibi vult Samuel). Moyses enim, si nomen interpreteris, *aqua saliens* est; Samuel vero, *obauditio Dei*; quod est vera fides, atque divina vita.

[86] I Reg. xvi, 1. [87] I Reg. xv, 8. [88] Exod. xxxii, 4. [89] ibid. 20; I Reg. xv, 32.

Diversorumque difficiliorum capitum electa.

[C]

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Τίνες ἀρεταὶ ψυχῆς, καὶ τίνες σώματος;

Ἀπόκρισις.

Ἀρεταὶ ψυχῆς εἰσιν αὗται· ἀγάπη, ταπείνωσις, πραότης, μακροθυμία, ἀνεξικακία, ἀμνησικακία, ἀοργησία, τὸ ἄθυμον, τὸ ἄφθονον, τὸ ἄκριτον, τὸ ἀκενόδοξον, ἐλεημοσύνη, σωφροσύνη, ἀφιλαργυρία, συμπάθεια, ἄτυφον, ἀνυπερήφανον, κατανυκτικόν. Ἀρεταὶ δὲ σώματός εἰσιν αὗται· νηστεία, χαμευνία, ἀγρυπνία, ἐγκράτεια, ἀκτημοσύνη, τὸ ἀπερίσπαστον.

INTERROGATIO I.

Quænam animi, ac quænam sint corporis virtutes?

Responsio.

Animi virtutes sunt hæ: charitas seu dilectio, humilitas, mansuetudo, longanimitas, patientia, injuriarum oblivio, ab ira, furore, invidia immunem esse, non judicare, inani gloriæ non studere, eleemosyna, castitas animique sobrietas, non avari mores, animi miserantis affectio, sensus ab omni arrogantia ac superbia alienus, compunctio. Corporis autem virtutes sunt: jejunium, lecti durities nudaque humi cubatio, vigiliæ, continentia, rerum abdicatio, non divagatio seu distractio.

* Ex Regio cod. alteroque excel. V. Petri Seguier, Franciæ cancellarii.

INTERR. II.

Quid sibi vult, quod in Apostolo dictum est : «Psallam spiritu, psallam et mente [1].»

Resp.

Psallit quis spiritu, cum ea quæ in Psalmis habentur, sola lingua **301** profert : Psallit vero mente, cum eorumdem vim pernoscens, spiritali intelligentia delectatur.

INTERR. III.

Quid sibi volunt illa verba ? « In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis catuliens concepit me mater mea [2]. »

Resp.

Quia prima Dei voluntas erat, ut non nuptiarum copula ex corruptione nasceremur; mandati vero transgressio nuptias invexit, eo quod Adamus inique egerit (quod nimirum datam a Deo legem violaverit) : hinc est, ut omnes qui ex Adamo gignuntur, in peccato concipiantur; primi scilicet parentis damnationi facti obnoxii. Illud autem : *Et in peccatis catuliens concepit me mater mea*, hoc significat : Evam, omnium nostrum parentem primam, libidine peccatum concepisse, ad quam affectu incitaretur, ac velut inturgeret. Unde et nos, maternæ damnationi facti obnoxii, in peccatis nos libidine conceptos profitemur.

INTERR. IV.

Quid est, quod ab Apostolo dictum est ? « Anathema esse a Christo pro cognatis meis [3]. »

Resp.

Optabam, inquit, a Christo tradi diabolo ad

A

ΕΡΩΤ. Β'.

Τί ἔστι τὸ ἐν τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον· « Ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ. »

Ἀπόκρισις.

Ψάλλει τις τῷ πνεύματι (a), ὅταν μόνον τὴν προφορὰν τῶν ψαλλομένων διὰ γλώσσης φέρει. Ψάλλει δὲ τῷ νοΐ, ὅταν τὴν δύναμιν τῶν ψαλλομένων γινώσκων, τῇ θεωρίᾳ εὐφραίνεται.

ΕΡΩΤ. Γ'.

Τί ἐστιν; « Ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. »

Ἀπόκρ.

B Ἐπειδὴ ὁ προηγούμενος σκοπὸς (b) τοῦ Θεοῦ ἦν, τὸ μὴ διὰ γάμου γεννᾶσθαι ἡμᾶς ἐκ φθορᾶς· ἡ δὲ παράβασις τῆς ἐντολῆς τὸν γάμον εἰσήγαγε διὰ τὸ ἀνομῆσαι τὸν Ἀδάμ· τουτέστιν ἀθετῆσαι τὸν ἐκ Θεοῦ δοθέντα αὐτῷ νόμον. Πάντες οὖν οἱ ἐξ Ἀδὰμ γεννώμενοι, ἐν ἀνομίαις συλλαμβάνονται, ὑποπίπτοντες τῇ τοῦ προπάτορος καταδίκῃ. Τὸ δὲ, *Καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου*, σημαίνει, ὅτι ἡ Εὔα ἡ πάντων ἡμῶν μήτηρ πρώτη, ἐκίσσησε τὴν ἁμαρτίαν ὥσπερ ὀργῶσα τὴν ἡδονήν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, τῇ τῆς μητρὸς ὑποπίπτοντες καταδίκῃ, κισσᾶσθαι λέγομεν ἐν ἁμαρτίαις.

ΕΡΩΤ. Δ.

Τί ἐστι τὸ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λεγόμενον. « Ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν συγγενῶν μου. » C

Ἀπόκρ.

Ηὐχόμην, φησὶ, παραδοθῆναι (c) ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ

[1] I Cor. XIV, 15. [2] Psal. L, 7. [3] Rom. IX, 3.

(a) *Ψάλλει τι τῷ πνεύματι.* Scite Theodoret. : Πνεῦμα, τὸ χάρισμα καλεῖ· νοῦν δὲ, τὴν σαφήνειαν τῶν λεγομένων. *Spiritum, vocat donum : mentem autem, rerum quæ dicuntur explanationem.* Nec aliter Chrys. hom. 35 : Αἴτει μὴ γλώττης ἔχειν χάρισμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑρμηνείας· *Pete non solum linguæ donum, verum etiam interpretationis.* Sic quoque Maximus spiritum exponit, quod quis Psalmorum loquatur verba, eaque canat; mentem, seu sensum, νοῦν, quod intelligentiam assecutus, in illis meditetur ac oblectetur.

(b) *Ὁ προηγούμενος σκοπός. Voluntas* scilicet *Dei antecedens*, τὸ προηγούμενον θέλημα, ut Damasc. loquitur post Chrys. nostrique cum illis theologi : quasi Dei a se voluntas, non nostro reatu ac causa. Opinio hæc non futuræ nuptialis copulæ Adamo non peccante, totidem pene verbis habetur in Corderiana Psalmi paraphrasi. Ἐπεὶ προηγουμένως ἦν σκοπὸς τῷ Θεῷ, μὴ διὰ γάμου γενέσθαι ἡμᾶς καὶ φθορᾶς, κ. τ. ἑ. *Quandoquidem Dei primario scopus erat* (destinata scilicet voluntas) *ut non nuptiarum copula ac corruptione procrearemur.* Sic Euseb. in Cat. : Μακάριον ἦν, τὸ μηδὲ τὴν πρώτην γυναῖκα παραβῆσαι, μηδὲ τῇ φθαρτῇ γενέσει διακονήσασθαι· μένειν δὲ ἐν παραδείσῳ θείοις ὡμοιωμένην ἀγγέλοις, κ. τ. ἑ. *Beatum erat primam mulierem nec transgressam esse, nec ortui corruptibili* (qui scilicet ex corruptione est ac in corruptionem ducit] *ministrasse; sed ut divinis angelis facta similis maneret*, etc. Nec aliter Amphil. in *Symeonem et Annam*, Greg. Nyss. De opificio hominis, aliisque; exque illis passim Maximus et Damasc. Nempe senserunt illi theologi, non deesse Deo alios humanæ propagationis modos, uti etiam innumeros angelorum, nulla aliorum ex aliis successione, produxit populos; eique adeo, qui jam viget, ac cum brutis animantibus nobis communis est, peccati reatu hominem addixisse. Vocem ἐκίσσησε exponit Suid. eodem ipso Maximi sensu, ex ipso hoc Psalmi loco. Nec Hebr. abhorrent יחמתני, *calore concepit, catulivit.* Vel quod passivum, et verbum niphal, *a me calefacta est* (*meo scilicet conceptu*). Sym. ἐκύησε, quod est *in utero habere,* D *prægnantem esse :* addit Hesych. et γεννᾷν. Etiam Opp. de Venat. l. III ἐκυήσατο, pro *peperit.* Κυήσατο τοξεύτειρα Ἀρμενίη. Unde in Cat. Hermolai Barbari Theodoretus Sym. et Aquil. tribuit, *cum dolore parturiit me mater*; sive peperit. Maximi hoc caput relatum inter alias Cæsarii interrogationes et respons. ejusdem Maximi nomine.

(c) *Παραδοθῆναι.* Aliquid altius cogitavit Chrysostomus hom. 16, in illis verbis Pauli, serio excussa vi vocis ἀνάθημα et ἀνάθεμα· quæ utraque separationem sonat; altera, ob Dei reverentiam, qua sic separata quæ illi consecrata sunt, ut nemo jam contingere audeat, aut in communes usus revocare; altera, ob exsecrationem, et quod sic a Deo et Ecclesia quispiam sit abjunctus. Sic itaque Paulus, quo in Christum ardebat amore, si fieri posset, χωρισθῆναι τοῦ περὶ τὸν Χριστὸν χοροῦ, καὶ ἀλλοτριωθῆναι, οὐχὶ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ (μὴ γένοιτο· ἐπεὶ καὶ ταῦτα δι' ἀγάπην ἐποίει)· ἀλλὰ καὶ

τῷ διαβόλῳ, ὥστε μαστιγωθῆναι, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ κολάσεις ὑπομεῖναι· ἅσπερ κατὰ τὸ δίκαιον ἐχρεώστουν ὑπὲρ τῆς εἰς Θεὸν ἀπιστίας, μόνον ἵνα σωθῶσι· καθ' ὃν τρόπον καὶ ὁ Κύριος παρέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα.

cruciandum, et ut debitas Israeli pœnas ipse sustinerem, quarum illi merito, ob suam in Deum incredulitatem, rei tenebantur; modo solum ipsi salutem consequerentur : quem in modum etiam Dominus tradidit semetipsum, et factus est pro nobis maledictum [b].

ΕΡΩΤ. Ε'.

Κατὰ πόσους τρόπους ἐξαμαρτάνει ὁ ἄνθρωπος.

'Απόκρ.

Οἶμαι κατὰ τέσσαρας τρόπους ἁμαρτάνειν τὸν ἄνθρωπον· κατὰ συναρπαγὴν, κατὰ ἀπάτην, κατὰ ἄγνοιαν, κατὰ διάθεσιν. Καὶ αἱ μὲν πρῶται τρεῖς, εὐχερῶς εἰς ἐπίγνωσιν καὶ μετάνοιαν ἔρχονται· ὁ δὲ ἐκ διαθέσεως ἁμαρτάνων, καὶ μήτε τῇ πείρᾳ μήτε τῷ χρόνῳ εἰς μετάνοιαν ἐρχόμενος, ἀνήκεστον ἔχει τὴν κόλασιν.

INTERR. V.

Quot modis contingit hominem peccare?

Resp.

Arbitror quatuor modis id contingere; nempe per subreptionem, per errorem ac quod deceptus sis, per ignorantiam, animi propenso affectu. Ac quidem qui tribus prioribus modis peccant, facile culpam agnoscunt, eosque pœnitet ejus quod deliquerunt. **302** Qui vero propenso animi affectu peccat, ac neque rei periculo neque temporis mora pœnitudinis sensum assumit, omni carens remedio habet supplicium.

ΕΡΩΤ. Ϛ'.

Τί δηλοῖ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ Κύριος λέγων· «Δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται.»

'Απόκρ.

Φασὶ τινὲς τὸ *ἀσσάριον* δεκάνουμον (*d*) εἶναι. Δηλοῦται δὲ διὰ τοῦ δέκα, τοῦ *ἰῶτα* γράμματος· ἀρχὴ δέ ἐστι τοῦτο τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐξαγοράζεται οὖν διὰ τοῦ ὀνόματός τοῦ Κυρίου ὁ παλαιὸς καὶ ὁ νέος λαός· καὶ ὁ ἔσω καὶ ὁ ἔξω ἄνθρωπος.

INTERR. VI.

Quid in Evangelio significat Dominus cum ait « Duo passeres veneunt assario [c]. »

Resp.

Aiunt quidam, quod sic dicitur, ἀσσάριον decem nummos esse. Significatur autem per decem litteram scilicet *iota*. Est autem hæc littera, initialis nominis Domini nostri Jesu Christi. Redimitur itaque per nomen Domini vetus populus ac novus; nosterque homo interior et exterior.

ΕΡΩΤΗ. Ζ'.

Τί ἐστι τὸ ὑπὸ Ἐλισσαίου ἀναλαμβανόμενον τῷ Ἠλιοῦ ῥηθέν· «Ποῦ ὁ Θεὸς Ἀφφοῦ (e);»

'Απόκρ.

Κατὰ τρεῖς ἐπιβολὰς ἑρμηνεύεται, ἤ, *Ποῦ ὁ Θεὸς τοῦ Πατρός μου*· ἤ, *Ποῦ ὁ Θεὸς τοῦ μεγάλου μου*· ἤ, *Ποῦ ὁ Θεὸς τοῦ κρυβέντος*·

INTERR. VII.

Quodnam illud ab Eliseo resumptum Eliæ dictum : « Ubi Deus Apphu [d]? »

Resp.

Triplicem admittit expositionem; quod sic dictum est, vel : *Ubi est Deus Patris mei ?* Vel: *Ubi est Deus magni mei?* Vel denique: *Ubi est Deus ejus qui delituit ?*

[b] Galat. II, 10; III, 13. [c] Matth. X, 29. [d] IV Reg. II, 14.

τῆς ἀπολαύσεως ἐκείνης καὶ τῆς δόξης, κατεδεξάμην ἄν, ὥστε μὴ τὸν δεσπότην βλασφημηθῆναι τὸν ἐμόν· *Libens habuissem ab eo choro separari qui est circa Christum, fierique extraneum, non ab ejus dilectione* (*absit; nam et illa causa erat cur hoc faceret*) *sed a fruitione illa et claritate, ut Dominus meus non blasphemaretur;* ex eo scilicet quod Israelitæ, electus olim populus, ad salutem per eum non adducebantur. Sic quoque Theodoret.

(*d*) *Τὸ ἀσσάριον δεκάνουμον*. Varin. Ἀσσάριον, πεντανούμιον, ἢ δεκανούμμον, prout scilicet vel pro antiquo asse sumitur, vel pro novo atque minuto. Ut enim Fr. Lucas, *Fuit assarius dimidia pars assis, quem testatur percussum leg. Papiria Plinius* l. XXXIII, c. 3. Lucæ interpr. pro asse integro accepit XII, 6. Οὐχὶ πέντε στρουθία ἀσαρίων δύο πωλεῖται· cum reddit, *Dipondio veneunt*. Assaria ista valde minuta esse oportuit, atque ærea, quæ tot nummos, sive obolos continerent. Erant vero decem asses denarius. Corderius, apud quem exstat hic Maximi locus Matth. X, pro δεκάνουμον, δεκάλογον habet, ac decoquit; quasi sit decalogus, nummus ille, moneta, denarius, quo redempti a Christo intelligimur, ex mysterio numeri denarii, ejusque nominis littera initiali. Nec unus Cord. error, quem tantisper excuset libri mendum: crassior est, qui sequitur, ἐξαγοράζεται οὖν, *Veneunt igitur per nomen ejus*, etc. Imo certe, venditi, per ejus nomen redimuntur. Plures de re nummaria, deque veterum nummorum, qui in Scriptura habentur, reductione ad eam monetam, qua nunc utimur. Verum hæc nobis sufficiant ad Maximi institutum.

(*e*) *Ὁ Θεὸς Ἀφφοῦ*. Edita, ἀφφώ· unus cod. ἀπφοῦ. Procopii interpr. *ampho*. Hebr. אף הוא *Ipse etiam*; et ut Vulg. *Etiam num*. Syr. *Ah Domine Deus domini mei Eliæ*. Arab. *Suscipe deprecationem meam, Domine Deus Eliæ*. Theodor. et Procop. aiunt alios interpretatos, ὁ κρύφιος, *Deus occultus, qui hominibus inaspectus sit et inaccessus;*, quod Maximus ad Eliam retulit, ὁ Θεὸς τοῦ κρυβέντος, *Deus illius qui sublatus ab oculis est et jam occultus*; id est, *Deus Eliæ* : quod ipsum voluerint Syr. et Arab. pro periphrasi nominis, ipsum proprium nomen reddentes; sitque ab אפף, quod est, *circumdedit*, etc., ut quæ videntur diversæ, una interpretatio, unus sensus sit.

INTERR. VIII.

Quot modis dicta allegoria; et quid tropologia?

Resp.

Allegoria est, quæ in rebus inanimis sumitur; verbi gratia, in montibus et collibus et arboribus, et reliquis. Tropologia vero, quæ in membris nostris; puta capite, oculis, ac reliquis. Dicta vero est tropologia ab eo quod est τρέπεσθαι, hoc est *verti*, seu *moribus mutari*.

INTERR. IX.

Quid est quod dictum est in Psalmo? « Sedens adversus fratrem tuum obloquebaris, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum[7]. »

Resp.

Qui ejus, cui fidei societate conjunctus est, actionem moresque **303** vituperat, inque hoc velut incumbit, ut dicacitate illum mordeat, hic merito etiam adversus fratrem obloqui perhibetur; qui vero præ invidia, eum qui sapientia ornatus est, criminatur, cunctosque ea re scandalizat, ille nimirum est, qui matris filio posuit scandalum.

INTERR. X.

Cum scriptum sit a sancto Diadocho centesimo capite: In futuro sæculo quosdam per ignem judicandos et purgandos esse; rogo ut expositione tua, Patris mihi sensum aperias.

Resp.

Qui perfectam in Deum dilectionem adepti sunt, animique alas, velut Apostolus[7*], virtutum remigio sublimes extulerunt; hi in nubibus rapientur, et non venient in judicium[8]. Qui autem non omnino quod perfectum est assecuti sunt, sed virtutes peccatis commistas habent; hi, ad judicii tribunal adducentur, proque illo, bonorum malorumque operum ex adverso examine, velut igne probati, siqui-

A

ΕΡΩΤ. Η'.

Κατὰ πόσους τρόπους (*f*) *αἱ ἀλληγορίαι· καὶ τί ἐστι τροπολογία;*

Ἀπόκρ.

Ἀλληγορία ἐστὶν ἡ ἐπ' ἀψύχων· οἷον, ὀρέων, βουνῶν, δένδρων, καὶ τῶν λοιπῶν· τροπολογία δέ ἐστιν, ἡ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων μελῶν, οἷον κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν. Τροπολογία γὰρ, ἀντὶ τοῦ τρέπεσθαι λέγεται.

ΕΡΩΤ. Θ'.

Τί ἐστι τὸ ἐν τῷ Ψαλμῷ εἰρημένον; « Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις· καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. »

B

Ἀπόκρ.

Ὁ τὴν τοῦ ὁμοπίστου πρᾶξιν κατηγορῶν, καὶ ὥσπερ ἐγκαθήμενος τῇ τούτου λοιδορίᾳ, οὗτος εἰκότως λέγεται καὶ τοῦ ἀδελφοῦ καταλαλεῖν· ὁ δὲ τὸν τῇ σοφίᾳ κοσμούμενον, φθόνῳ φερόμενος, ἐνδιαβάλλων, καὶ πάντας σκανδαλίζων, οὗτός ἐστιν ὁ τιθεὶς τῷ υἱῷ τῆς μητρὸς (*g*) σκάνδαλον.

ΕΡΩΤ. Ι'.

Ἐπειδὴ ἐν τῷ ἁγίῳ Διαδόχῳ ἐν τῷ ἑκατοστῷ κεφαλαίῳ γέγραπται, Κριθήσεσθαί τινας διὰ πυρὸς καὶ καθαίρεσθαι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, παρακαλῶ ἐκκαλυφθῆναι διὰ τῆς σαφηνείας τὸν σκοπὸν τοῦ Πατρός.

C

Ἀπόκρ.

Οἱ τὸ τέλειον τῆς ἀγάπης κεκτημένοι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τὸ πτερὸν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἀρετῶν μετεωρίσαντες, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐν νεφέλαις ἁρπάζονται, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχονται. Οἱ δέ γε μὴ πάντη τὸ τέλειον κτησάμενοι· ἀλλ' ἁμαρτήματα καὶ κατορθώματα κεκτημένοι, οὗτοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῆς κρίσεως ἔρχονται, κἀκεῖ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν (*h*) καὶ φαύλων πράξεων ἀντεξετάσεως οἱονεὶ πυρού-

[7] Psal. XLIX, 20. [7*] II Thess. IV, 16. [8] Joan. V, 24

(*f*) *Κατὰ πόσους τρόπους*. Non satis executus Maximus, quod postulat titulus; quot modis dicta allegoria, allato duntaxat unius generis exemplo, rebus inanimatis, in quibus illud illustrius est: sed non in eis solum versatur allegoria, ut liquet ex Epist. ad Hebræos, in qua Paulus alia exponit per allegoriam; quæ scilicet Novi Testamenti fuerunt figura. Suid. Ἀλληγορία, ἡ μεταφορά· ἄλλο λέγον τὸ γράμμα, καὶ ἄλλο τὸ νόημα. Cum præter sensum quem verba ingerunt, spiritalis alius intelligitur, ipse ab Spiritu sancto præcipue intentus. Hesych. τροπολογίαν exponit τὴν ἀλληγορίαν. Ita sæpe confunduntur τὸ, ἀλληγορικῶς et τὸ τροπικῶς. quod *figurate* reddatur; quandoque *etiam moraliter*, quasi tropologia sermo moribus componendis institutus, qui τρόπος Græcis dicuntur; idcirco forsitan ἀπὸ τοῦ τρέπεσθαι. quod morum facilis sit mutatio. Sic certe Suid. Τροπολογία, ἀλλοίωσις ἑτέρου πρὸς ἕτερον κατά τι. *Commutatio unius cum altero secundum aliquam rationem*: καθ' ἓν τῶν ὑποκειμένων τριῶν νοημάτων, λέξεως καὶ μέλους. Malim λέξεων καὶ μελῶν, ut etiam Maximus, exemplum ponit ἐπὶ τῶν ἡμετέρων μελῶν· quod qui reddat, *in nostris carminibus*, velut reddit Portus, *Secundum unum subjectorum trium, sententiarum, dictionis et carminis*, plane ridiculus sit. Est sane tropologia, ipsaque illustrior, in membris humanis, cujus præcipue exempla exstant in Cantico canticorum: nihilque novum aut insolens, quod tria illa sic assignata sunt, in quibus versetur tropologia, conceptus, dictiones et voces humana membra; nec porro necesse fuit N. L. tanquam pro rei novitate, ascribere.

D

(*g*) *Τῷ υἱῷ τῆς μητρός*. Videtur Maximus quasi sapientiæ filium dicere. Pressius Orig. fratrem, Fideles ex gentibus: filium matris, sive couterinum, qui ex circumcisione, interpretatus est: quos ipsos Judæi subvertere studeant.

(*h*) *Διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν*. Paulo hæc humanius dicta, ac nonnullis visionibus comprobata, de illa bonorum malorumque operum comparatione, ac quasi ex lance ac trutina appensione, non sic accipienda velut aliquis gravis alicujus sceleris, ulliusve peccati, quod mortale vocant, reus, pro Dei tribunali misericordiam consequatur, pro meritorum atque virtutum majori cumulo, cum jam e vivis excesserit (aperta Dei sententia in contrarium est Ezech. XVIII et XXXIII, ac fides catholica)

μενοι, εἴπερ ἡ τῶν ἀγαθῶν πλάστιγξ ἐπιβαρήσῃ, καθαίρονται τῆς κολάσεως.

ΕΡΩΤ. ΙΑ'.

Περὶ διαφόρων δικαιοσυνῶν.

'Απόκρ.

Τρεῖς δικαιοσύνας οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ λέγουσιν εἶναι, ἀνθρωπίνην, ἀγγελικὴν καὶ θείαν. Καὶ τὴν μὲν ἀνθρωπίνην φασὶ, τὴν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς τοῦ κόσμου τούτου ἰσονομίαν τε καὶ εὐγνωμοσύνην· τὴν ἀγγελικὴν δὲ, τῆς θείας γνώσεως ἄφθονον μετάδοσιν· ἣν δὲ θείαν δικαιοσύνην ὁρίζονται, τὸ πάσχειν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτανόντων.

ΕΡΩΤ. ΙΒ'.

Τίνος χάριν ἐπιτιμήσας ὁ Κύριος τῷ Πέτρῳ, B *εἴρηκεν αὐτῷ, Σατανᾶ;*

'Απόκρ.

Οὐχ ὡς τινες νομίζουσι τὸν Πέτρον ἀπεκάλει Σατανᾶν ὑβριστικῶς (i) ὁ Κύριος· ἀλλ' ἐπειδὴ αἱ τοῦ Κυρίου στερήσεις ἡμῖν ἕξεις ἐγένοντο· οἷον, ὁ αὐτοῦ θάνατος, ἡμῖν ζωὴ γέγονεν· ἡ αὐτοῦ ἀτιμία, ἡμῖν ἐγένετο δόξα. Τοῦτο δὲ ἀγνοῶν ὁ ἀπόστολος Πέτρος, τοῦ Κυρίου λέγοντος, μέλλειν πάσχειν αὐτὸν, ὑπελάμβανε τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἑπόμενος, ὡς ἀδύνατόν ἐστι τὴν Ζωὴν ἀποθνήσκειν, ἢ τὴν τοσαύτην δόξαν ἀτιμασθῆναι. Ὁ οὖν Κύριος τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ἀναιρῶν, ὡς οὐ δεῖ φύσεως ἀκολουθίαν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἐπιζητεῖν, διὰ τῶν ἐναντίων ταῦτα ποιῆσαι βεβούλευται· διὰ θανάτου, ζωήν· δι' ἀτιμίας, C δόξαν. Ὡς οὖν [*Ἴσ.* πρὸς] ἀντικειμένην αὐτοῦ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην, λέγει, *Ὕπαγε ὀπίσω μου*· ἀντὶ τοῦ, ἕπου μοι τῇ βουλῇ, καὶ μὴ προλάμβανε, ζητῶν ἀκολουθίαν πραγμάτων. Τὸ δὲ Σατανᾶς ὄνομα, φασὶν

A dem bonorum lanx altera illis depressa fuerit, justa animadversione pronaque expiabuntur.

INTERR. XI.

De justitiæ diversis generibus.

Resp.

Triplicem dicunt esse justitiam, viri divinarum rerum scientia præditi: humanam, angelicam et divinam. Ac quidem humanam esse dicunt, æquabilem honorum bonorumque in iis quæ sensum afficiunt, distributionem et probitatem; angelicam, divinæ scientiæ uberem impartitionem: postremo divinam justitiam definiunt, in peccatorum gratiam mala sustinere.

INTERR. XII.

Quid causæ est, cur Dominus Petrum increpans, Satanam appellarit ?*

Resp.

Non ut quidam sentiunt, convitii specie ac quasi per injuriam, Dominus Petrum Satanam appellavit; sed quia Domini privationes, nostri habitus factæ erant; puta ejus mors, nobis exstitit **304** vita; ejus ignominia, nobis exstitit gloria. Id vero cum apostolus Petrus nesciret, dicente Domino, fore ut pateretur, existimabat, rerum proclive indolem secutus, fieri non posse ut Vita moreretur, vel ut tanta gloria, ignominia afficeretur. Igitur Dominus hanc sub'aturus opinionem; non esse scilicet in iis, quæ naturam excedunt, quærendam naturæ seriem atque ordinem, per ea quæ contraria sunt, hæc præstanda decrevit; per mortem, vitam; per ignominiam, gloriam. Velut ergo hanc ejus adversantem opinionem insectatus, ait: *Vade post me*; pro eo ac dicat: Sequere meum consilium, et noli

* Matth. xvi, 23

sed solum qui minora, et quæ Dei amicitiam non penitus excludant; sive etiam qui dum adhuc vivit majorum reatum pœnitentia diluerit. Hoc etiam dicta hæc visionesque admonent, propensa bonitate indulgere, seu pœnitentiam concedere, ei cujus bona opera longe peccata excedant, etsi gravia et mortalia: sola tamen indulgentia, ac quadam velut æquitate, non ulla certa lege, ac quæ Deum ullo modo astringat. Altiora Dei judicia, ipsaque justa, cum unius peccati reum vivis sublatum æternis addicit suppliciis, tametsi vitam omnem sanctis operibus duxerat. Totam πύρωσιν, igneque probationem seu purgationem Maximus referre videtur ad judicii ἀντεξέτασιν· quæ sit ignis metaphoricus; ipse nimirum pavor, quem discussio illa de eventu suspensis ac sententia judicis ingerit; probrum etiam conscientiæ, aliaque animi propria qua animus est; ac quibus maximum animorum cruciatum esse, haud inficiandum. In Diadoci illo capite, dicuntur illi sic igne examinati, sortes sibi debitas pro ratione factorum a Deo recipere; vel scilicet ærumnam vel requiem; ærumnam æternaque supplicia, quorum malis depressa lanx fuerit; qui majora scilicet commiserint, nec pœnitentia diluerint; requiem vero, quorum bonis; qui vel minora peccaverint, vel majora pœnitendo diluerint; alicujus duntaxat pœnæ rei, quam ignis illa conflagratione in judicio luant, et sic τῆς κολάσεως καθαίρονται, vel, *supplicio liberantur*; ut est apud Herod. l. v, καθαίρεσθαι πονηρῶν ἀνθρώπων. vel subintel. διὰ, *supplicio, pœna purgantur*, quod τῷ καθαρτηρίῳ mire favet, ac duos laudatos auctores, alterumque probe antiquum, habet.

(*i*) *Ὑβριστικῶς*. Chrysostomus ad eum Matth. locum vim maximam increpationis in illis verbis agnoscit, μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἐπετίμησεν αὐτῷ· vocavitque Dominus Satanam, quod Satanæ (id est adversarii) præstaret opus, et ut ipsum ac socios ab ea serio mente deterreret: καὶ γὰρ ἐπι- D θυμία ἦν τοῦ ἀντικειμένου, τοῦ μὴ παθεῖν τὸν Χριστόν. Interpret. *Hæc enim illius oppositi voluntas erat. ut non pateretur Christus.* Cord. *Cupiebat enim adversarius non pati Christum.* Ego sic, *Erat adversarii* (Satanæ scilicet et diaboli) *desiderium, ut Christus non pateretur*, Τὸ μὴ παθεῖν με τῆς τοῦ διαβόλου γνώμης ἐστίν *Diaboli consilium est atque animus, quod non patiar.* Hoc itaque Dominus, καθικνούμενος αὐτοῦ, *carpens* Petrum, eumque suggillando ad officium revocans; nec video ut non sit in illis verbis aliquid ὕβρεως, vel non liceat ὑβριστικὸν aliquid usurpare, tum præsertim, cum juxta subditum increpandi ac submordendi ratio est, ut saniorem illi sensum ingeras. Sic Paulus, *O insensati Galatæ*, etc. Galat. III, 1. Habet Corderii Catena Μάρκου ἀσκητοῦ, nomine, eodem sensu, ac pene verbis, istud Maximi caput, etsi paulo brevius; ex quo Maximus accipere potuit ac dilatare, sicut illius capita νηπτικὰ in sua alia ducentena capita transtulit.

prævertere, qui quæras rerum seriem atque ordinem. Vocem autem Satanas, adversarium aiunt nominis notatione sonare; quam Dominus non conviciando protulit, sed tanquam diceret : Qui meo consilio ac fini adverseris.

A ἀντικείμενον ἑρμηνεύεσθαι· ὅπερ ὁ Κύριος οὐχ ὑβριστικῶς προήγαγεν, ἀλλ' ὡσανεὶ ἔλεγεν, ἀντικείμενέ μου τῷ σκοπῷ.

INTERR. XIII.

Cum ubique in suis libris Gregorius Nyssenus * τὴν ἀποκατάστασιν (in integrum *scilicet* restitutionem) *his, qui sublimis ejus intelligentiæ altitudinem non satis capiant, videatur insinuare, obsecro, ut dicas quæ illo argumento noveris?*

ΕΡΩΤ. ΙΓ'.

Ἐπειδὴ Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασι, φαίνεται τοῖς μὴ τὸ βάθος ἐπισταμένοις τῆς ὑψηλῆς αὐτοῦ θεωρίας πανταχοῦ [R. πολλαχοῦ] *ἀποκατάστασιν ὑπεμφαίνειν, παρακαλῶ ὅπερ ἐπίστασαι περὶ τούτου εἰπέ.*

Resp.

Triplicem ἀποκατάστασιν (*in integrum restitutionem*) novit Ecclesia : Unam quidem, uniuscujusque singulorum, secundum virtutis rationem; ad quam restituitur, ubi in se virtutis rationem expleverit. Alteram, universæ naturæ in resurrectione, qua ad incorruptionem ac immortalitatem reparetur. Tertia denique (qua et maxime Gregorius Nyssenus in suis orationibus abusus est) hæc scilicet est, qua animi vires, quæ peccato succubuerant, in pristinum illum restituantur, in quo conditæ erant. Necesse enim est, ut sicut omnis natura in resurrectione, quo tempore speramus, incorruptionem carnis receptura est; sic et perversas animi vires, insitas illi ad memoriam vitiositatis malitiæque imagines, longa sæculorum duratione amittere; cunctisque superatis sæculis, nec requiem aliquam nactum, ad Deum, qui fine caret, venire; sicque agnitione, non bonorum participatione ac commercio, vires recipere, ac in pristinum iis reparari,
305 palam prodito, verum conditorem, peccati auctorem non esse?

Ἀπόκρ.

Τρεῖς ἀποκαταστάσεις οἶδεν ἡ Ἐκκλησία. Μίαν μὲν, τὴν ἑκάστου κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς λόγον· ἐν ᾗ ἀποκαθίσταται, τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον τῆς ἀρετῆς ἐκ-
B πληρώσας. Δευτέραν δὲ, τὴν τῆς ὅλης φύσεως ἐν τῇ ἀναστάσει. Τὴν εἰς ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἀποκατάστασιν. Τρίτην δὲ, ᾗ καὶ μάλιστα κατακέχρηται ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὁ Νύσσης Γρηγόριος, ἔστιν αὕτη, ἡ τῶν ψυχικῶν δυνάμεων τῇ ἁμαρτίᾳ ὑποπεσουσῶν, εἰς ὅπερ ἐκτίσθησαν πάλιν ἀποκατάστασις. Δεῖ γὰρ, ὥσπερ τὴν ὅλην φύσιν ἐν τῇ ἀναστάσει τῆς σαρκὸς ἀφθαρσίαν χρόνῳ ἐλπιζομένῳ ἀπολαβεῖν· οὕτως καὶ τὰς παρατραπείσας τῆς ψυχῆς δυνάμεις, τῇ παρατάσει τῶν αἰώνων ἀποβαλεῖν τὰς ἐντεθείσας αὐτῇ τῆς κακίας μνήμας· καὶ περάσασαν τοὺς πάντας αἰῶνας, καὶ μὴ εὑρίσκουσαν στάσιν, εἰς τὸν Θεὸν ἐλθεῖν τὸν μὴ ἔχοντα πέρας. Καὶ οὕτως τῇ ἐπιγνώσει, οὐ τῇ μεθέξει τῶν ἀγαθῶν (*j*), ἀπολαβεῖν
C τὰς δυνάμεις, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκατασταθῆναι, καὶ δειχθῆναι τὸν δημιουργὸν ἀναίτιον τῆς ἁμαρτίας.

INTERR. XIV.

Quid causæ est, cum multæ sint graviores injuriæ, cur Dominus in Evangeliis, gehennæ reum decernat eum, qui fratrem suum fatuum appellaverit; eum autem qui dixit Raca, statuat obnoxium esse concilio [10].

ΕΡΩΤ. ΙΔ'.

Τί δήποτε πολλῶν οὐσῶν βαρυτέρων ὕβρεων, ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις, τὸν λέγοντα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Μωρὸν, τῆς γεέννης ὑπεύθυνον ὁρίζεται· τὸν δὲ λέγοντα Ῥακὰ, τῷ συνεδρίῳ ὑποκεῖσθαι λέγει,

Resp.

Fatui nomen de insipiente atque amente accipi

Ἀπόκρ.

Τὸ Μωρὸν ὄνομα (*k*) λέγουσιν, ἐπὶ τοῦ ἄφρονος

[10] Matth. v, 22

* Libr. *De opific. hom.*, c, 21 *et* sequent.

(*j*) *Τῇ ἐπιγνώσει, οὐ τῇ μεθέξει τῶν ἀγαθῶν.* Hoc Maximus, damnatam Origenis et sequacium ἀποκατάστασιν, lenit, ut aliquid habere videatur sensus catholici, fiatque in specie satis Gregorii Nysseni locis, alias eo argumento perplexis ac lubricis. Haud tamen assequor, quid opus sit, longa illo sæculorum duratione, παρατάσει αἰώνων, ad malitiæ abjiciendam memoriam, præsertim in animis. Videndus ipse Maximus ad locos Gregorii difficiles, ubi Origenianam ἀποκατάστασιν serio ex propriis elidit; præsertim ad Orat. de amore pauperum fecit Origenis assidua lectio, ut vel affinis ejus quædam expressio, ipsius aliquid furfuris nonnullis Patrum, ac in illis Nysseno, aspersisse videretur. Certe caput illud XXI de Opificio hominis, quo maxime respexisse Maximus videatur, difficillimum est; dum illo probat necessarium esse mali finem, ac qui illo moveatur, velut qui in tenebris motu feratur, necessario tandem ad bo-
D num evasurum ac lucem; ejus exemplo qui omni terræ umbra superata, ad solis demum lucem perveniat, videaturque Maximi ipsa solutio subtilior, quam verior. Nec video posse aliter catholice exponi Nyssenum, quam ut intelligatur συνεκδοχικῶς locutus, tribuens naturæ, quod in ea electorum sit; quibus reipsa πάλιν παράδεισος, πάλιν τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ὃ δὴ καὶ ζωῆς ἐστι ξύλον. κ. τ. ἑ. *Rursus paradisus; rursus arbor illa, quæ utique arbor est vitæ. Rursus imaginis gratia, imperiique præstantia:* quod ipsum non ex vitæ præsentis usu sit, se ἑτέρας τινὸς βασιλείας ἡ ἐλπὶς, ἧς ὁ λόγος ἐν ἀπορρήτοις μένει· *alterius cujusdam regni exspectatio, cujus sermo et ratio arcana manet:* regni scilicet in cœlis ac spiritalis cum Christo, quæ vera nostra ἀποκατάστασις est, et in integrum restitutio.

(*k*) *Τὸ, Μωρὸν ὄνομα.* Eadem fere in Catena, Macarii nomine *Raca* volunt expressionem motus-

λαμβάνεσθαι καὶ ἀνοήτου· τὸ δὲ Ῥακὰ Ἑβραίων A φωνῇ, *κατάπτυστον* ἑρμηνεύεται. Ἐπεὶ οὖν ἐπὶ τοῦ ἀθέου καὶ ἀπίστου τὸ *μωρὸς* ὄνομα εἴρηται, κατὰ τό· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, Οὐκ ἔστι Θεός*. Καὶ κατὰ τὸν Μωϋσῆν λέγοντα, *Οὗτος λαὸς μωρὸς, καὶ οὐχὶ σοφός*· ὅστις τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν ὁμόπιστον, ἄθεον καὶ εἰδωλολάτρην, ἢ αἱρετικὸν καὶ ἄπιστον ἀποκαλεῖ, οὗτος λέγει μωρὸν, καὶ τῆς γεέννης δικαίως ὑπεύθυνος γίνεται. Ὅστις δὲ λέγει *Ῥακὰ*, τουτέστιν ἐμπτυσμένε [Cord. ἔμπτυστε] καὶ ἀκάθαρτε, οὗτος τὸν βίον διαβάλλει τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ εἰκότως κουφοτέρῳ ἐπιτιμίῳ ὑπόκειται.

ferunt : Raca vero Hebræorum lingua, si interpreteris, *despuendus* dicitur. Quia igitur *Fatui* nomen de impio et incredulo dictum est, juxta illud : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus* [11]; juxta item Moysen dicentem, *Populus hic fatuus et non sapiens* [12]; qui fratrem suum ejusdem secum fidei societate conjunctum, impium vocat ac idolorum cultorum, vel hæreticum ac infidelem; hic fatuum dicit, ac merito gehennæ se obnoxium facit. Qui autem dicit *Raca*, hoc est, despuende atque immunde, hic fratris sui mores vitamque accusat, ac merito mitiori pœnæ subjacet.

ΕΡΩΤ. ΙΕ'.

Πῶς χρὴ νοεῖν τὸ ἐν τῷ συμβόλῳ λεγόμενον, « Σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. » B

INTERR. XV.

Quonam modo intelligendum est, quod in Symbolo dicitur : « Incarnatum de Spiritu sancto et Maria Virgine. »

Ἀπόκρ.

Φασί τινες τῶν ἁγίων, ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου (*l*) δίκην γονῆς ἀνδρὸς τὴν ψυχὴν καταβληθῆναι· τὴν δὲ σάρκα διαπλασθῆναι ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων.

Resp.

Aiunt quidam sanctorum, animam, ex Spiritu sancto, quasi ex virili semine esse satam; carnem vero, ex virgineis sanguinibus fuisse formatam.

ΕΡΩΤ. ΙϚ'.

Τίνας σημαίνει ὁ Ἀπόστολος, λέγων, « Τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ; » πρὸς Ἐφεσίους γράφων.

INTERR. XVI.

Quosnam significat Apostolus, cum sic ait ad Ephesios ? « Qui ante speraverunt in Christo [13]. »

Ἀπόκρ.

Πᾶς τις τῶν ἁγίων, τῶν πρὸ τῆς ἐπιδημίας (*m*) τοῦ Κυρίου, οἱανοῦν ἀρετὴν ἐξασκῶν, κἂν εἰ μὴ τὸ ὅλον τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἐγίνωσκεν· ἀλλ' ἐκ

Resp.

Quisquis sanctorum ante Domini adventum quamlibet virtutem coluit, etsi totum incarnationis mysterium non noverat; partim tamen natura motus,

[11] Psal. xiii, 1. [12] Deut. xxxii, 6. [13] Ephes. i, 12.

indignantis aut spernentis, uti exposuit Basil. C Gravem injuriam existimat Photius, quod quis fidelem *fatuum* vocet, quod hæc injuria ejus sit, qua fidelis est et Christianus, quos omnes φρονίμους decet appellari et σοφούς· *prudentes et sapientes*, non *fatuos et stupidos*. רקה, seu רקא Syriac. si quidem est κενὸς, quasi *vacui cerebri*, Hebr. haud minor injuria est, quam *fatui*

(*l*) *Ἐκ Πνεύματος ἁγίου*. Chrysost. hom. 4 in Matth. ubi dixerat, tanquam de re nova et insolita extraque omnem exspectationem, dictum esse: *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto*, μὴ περαιτέρω χώρει, μηδὲ ζήτει πλέον τι τῶν εἰρημένων. *Noli ulterius procedere, neve aliud quid quæras, præter ea quæ dicta sunt*. Εἰπὼν τὸν ἐργασάμενον τὸ θαῦμα, ἀπηλλάγη. Οὐδὲν γὰρ οἶδα, φησὶ, πλέον, ἀλλ' ἢ ὅτι ἐκ Πνεύματος γέγονε τὸ γεγεννημένον. Anian. *Dixit quis mirabile illud effecerit, atque a cunctis pariter quæstionibus compendio liberavit. Nihil enim, inquit, novi amplius, quam a sancto Spiritu factum esse, quod natum est*. Auctor Imperfecti Spiritum sanctum exponit ipsum Verbum ac Filium, qui animam et corpus, templum denique (humanam scilicet naturam, quam assumpsit) condiderit. In quo tamen minime Sabellianum esse, qui Anomæus potius audiat vel Macedonianus, productis ejus Serm. in Bibl. PP. concionat. ostendi. Liquet certe totam Trinitatem Christi animam condidisse ac ejus corpus formasse, cui tandem id personæ appropries. Passim Græci de Filio τὸ ὑπεστήσατο, quod melius reddas, *sibi condidit*, quam illud quorumdam barbarum, *suppositavit*. Scite illud καταβληθῆναι, quasi de conditione ac creatione, quomodo mundi καταβολὴ Vul. *constitutio* dicitur : quasi scilicet *projectio ac fundatio* : in qua voce Orig. sui passim erroris male præsidium quærit, quasi animi et cœlo projecti in corpora sint, non in eis recens creentur, tum cum aliquem nasci contigerit. Non satis explicat Maximus, an ipse, vel ii ex quorum sensu loquitur, existimaverint, fieri animam ex traduce, cum anima Christi, cui semen non præivit, immediate a Deo fuerit condita ; et an vis seminis, ipsam animæ substantiam attingat, aut ejus solum unionem ad corpus : quod olim anceps fuit; modo non licet creationem in dubium vocare. De quo S. Thom. i, q. 90, art. 2.

(*m*) *Τῶν πρὸ τῆς ἐπιδημίας*. Verius loqui Paulum de ipsis fidelibus, seu qui jam in Christum crediderant, velut apostoli, ac reliquis exemplo erant. De se enim suique similibus loquitur Paulus, Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ. *Ut simus in laudem ejus nos, qui ante speravimus in Christo*. Ubi bene Theodoret.: Πάντες γὰρ εἰς ἡμᾶς ὁρῶντες, τοὺς εἰς D τὸν Δεσπότην πεπιστευκότας, Χριστὸν ἀνυμνοῦσι τὸν τοιούτων αἴτιον ἀγαθῶν· *Omnes in nos aspicientes, qui in Dominum credidimus, Christum laudant talium bonorum auctorem*. Nihil igitur ibi Paulus de sanctis veteris testam. seu ante Christum. Quod ait Maximus ἐκ μέρους; *partim natura cognovisse mysterium incarnationis*, seu humanæ instaurationis, φυσικῶς, affine est illi, quod ait Paulus Rom. ii, 14, de gentibus facientibus φύσει, *natura* seu *naturaliter*, opus legis ; quasi scilicet ex instinctu absque legis doctrina ; non tamen sine interiori afflatu, Deique per Christum gratia, quæ ipsa natura dicitur, quod Dei notitiam ejusque providentiæ solum confusam ipsique naturæ affinem tribuat : quæ ipsa ante fidem clarius revelatam, ad salutem illis proderat.

sperabat, ac fore exspectabat, ut qui naturam condiderat, ipse quoque corruptam repararet.

306 Herodes, si nomen interpreteris, *pelliceus* dicitur. Operæ pretium igitur est, ut carnales cogitationes exsecremur.

INTERR. XVII.

Quid sibi vult juxta Apostolum: « Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt[14]. »

Resp.

Caro, cupiditas est, sanguis autem, ira. Merito igitur, qui non ab eis mundus est, regnum Dei possidere non potest.

INTERR. XVIII.

Quid est diapsalma?

Resp.

Existimo esse mutationem ab uno conceptu ad alium; seu etiam modi doctrinæ in alium modum.

INTERR. XIX.

Quid sibi vult Lamechi historia[15].

Resp.

Aiunt viri quidam in divinis eruditi, Lamechi temporibus, turbato rerum ordine nulloque certo magistratu ac qui imperio præesset, eo res statu fuisse, ut qui potentior erat, eum qui infirmior esset, opprimeret. Hic itaque Lamechus, hominem sibi factum obviam cum uxore, occidit, illiusque uxorem accepit. Fratrem quoque cum sorore itidem obviam factum, occidit, ejusque sororem accepit. Atque alterum quidem Scriptura, *virum*, alterum vero, *adolescentem*, vocavit. Et hæc quidem quod attinet ad historiam: quod vero ad spiritalem sensum ac intelligentiam, sumitur Lamechus pro mali-

A μέρους φυσικῶς κινούμενος, ἤλπιζε καὶ προσεδόκα, ὅτι ὁ τὴν φύσιν ποιήσας, αὐτὸς καὶ παραφθαρεῖσαν ἀνασώσεται.

Ἡρώδης δερμάτινος (n) ἑρμηνεύεται· χρὴ οὖν τοὺς σαρκικοὺς λογισμοὺς βδελύττεσθαι.

ΕΡΩΤ. ΙΖ'.

Τί ἐστι κατὰ τὸν Ἀπόστολον· Ὅτι « Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται. »

Ἀπόκρ.

Σάρξ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία (o)· οἶμαι δὲ, ὁ θυμός. Καὶ εἰκότως οὖν, ὁ μὴ τούτων καθαρεύων, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται.

B

ΕΡΩΤ. ΙΗ'.

Τί ἐστι διάψαλμα (p);

Ἀπόκρ.

Οἶμαι ὅτι ἡ ἀπὸ νοήματος εἰς νόημα μεταβολή· ἢ καὶ τρόπου διδασκαλίας εἰς ἕτερον τρόπον.

ΕΡΩΤ. ΙΘ'.

Τί δηλοῖ ἡ κατὰ τὸν Λάμεχ ἱστορία.

Ἀπόκρ.

Φασί τινες τῶν τὰ θεῖα πεπαιδευμένων, ὅτι ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ Λάμεχ, ἀταξίας καὶ ἀναρχίας οὔσης, ὁ δυνατὸς τὸν ἀσθενοῦντα κατεδυνάστευεν. Οὗτος οὖν ὁ Λάμεχ (q) ὑπαντήσας ἀνδρὶ μετὰ τῆς γυναικὸς, ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καὶ ἔλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Ἀπαντήσας δὲ ἀδελφῷ μετὰ ἀδελφῆς, ἀπ- C έκτεινε καὶ αὐτὸν, καὶ ἔλαβε τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ· καὶ τὸν μὲν ἐκάλεσεν ἡ Γραφὴ *ἄνδρα*· τὸν δὲ *νεανίσκον*. Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν ἱστορίαν· κατὰ δὲ θεωρίαν λαμβάνεται ὁ Λάμεχ, ἐπὶ τῆς ἐνεργείας τῆς κακίας. Ἀπέκτεινε γὰρ ἐν ἡμῖν τὸν ἄνδρα, τὸν φυσικὸν νόμον· καὶ τὸν νεανίσκον, τὸν πνευματικόν φημι νό-

[14] I Cor. xv, 50. [15] Gen. iv, 23 seqq.

(n) *Ἡρώδης δερμάτινος*. Sic passim alibi Maximus. Ut autem ita *pelliceus* dicatur, est a voce טרד, quod est *extendit*; eo quod pelles sic extentæ sint. Unde Psal. *Extendens cælum sicut pellem*. Georg. Pasor. opinatur a רדה, ut sit quasi *dominans*. Verum non sunt hæc majoris operæ. Quæstio hæc ex Regio. cod. mutila.

(o) *Σάρξ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία*. Sic quidem Maximus amica ubique tropologia. Alioqui plana Apostoli littera; *carnem et sanguinem*, naturam scilicet mortalem, quandiu mortalis est, non posse regnum cœlorum adipisci; proinde ut illo potiatur, transmutandam ad immortalitatem ac incorruptionem; quod toto illo capite contendit Paulus. Sicque bene Theodoretus.

(p) *Διάψαλμα*. Laboraverunt in ea voce olim Orig. Hier. et alii; laborantque Hebræi in voce סלה, quam οἱ LXX sic transtulerunt: non facile novi aliquid addere. Hesych. eodem fere modo exponit ac Maximus. Διάψαλμα, μουσικοῦ μέλους ἢ ῥυθμοῦ, τροπῆς γινομένης, ἢ διανοίας καὶ δυνάμεως λόγου ἐναλλαγή· *Cantus musici seu moduli, sensusve ac sermonis vis immutatio*. R Chim. *elevationem* vocis certo quodam modulo, Buxt. *depressionem*, certo itidem modulo, ac lenem quasi ac modulatam pausationem; prout quisque ab alia atque alia deducunt radice. Hieronymus ad Marcellam, *magis inclinat, ut sit quasi* ἐπιφώνημα et adprecatio, animique optantis expressio, uti est vox ἀμήν. quod præsertim Aquila, Hebraicarum vocum solertissimus indagator, vocem illam ubique, *semper*, reddiderit.

(q) *Οὗτος ὁ Λάμεχ*. Sic quoque Chrys., Hom. 20 *in Gen.*, cædes memorat. Τοὺς παρ' αὐτοῦ γενομένους φόνους ἐξαγορεῦσαι οὐ παρῃτήσατο· *Cædes abs se commissas detegere ac confiteri non refugit*; qua confessionis ingenuitate pœnam evasit. Eorum D accepisse uxores, non meminit. Habet tamen etiam Suid. καὶ τοῦ δύο τὰς γυναῖκας εἰληφότος· νεανίσκος *qui duorum accepit uxores*; ipsas nimirum, quas illius uxores Scriptura memorat; videaturque ex Talmudicis acceptum. Maximus alteram sororem occisi dicit, non uxorem; næ forte quod νεανίσκος dicitur, *adolescentior*, quem alterum occisum existimavere, ex quibus ille accepit, ac inde non tam uxorem, quam sororem putaverunt, quas tamen per id tempus fratribus copulari nuptiali fœdere, nihil vetabat. Nihil in his certæ traditionis: sicque Theodoretus, duos a Lamecho occisos inficiatur, q. 44, sed unum eumdemque, quem Scriptura, ea repetitione, juvenem fuisse indicat, non duos esse pronuntiat: οὐ δύο, οὐδὲ τὸν Κάϊν, ὡς ἕτεροι μεμυθολογήκασιν, ἀλλ' ἕνα καὶ τοῦτον νέον. De Caino, omnium maxime olet fabulam; nec vacat temeritate, nullis prodita certioribus monumentis quasi historica fide tradere.

μον, καὶ ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ [αὐτῶν] τὴν διάνοιαν, ὅπως A ταύτῃ μιγνύμενος ὁ τῆς κακίας σπορεὺς, ἀποτελεῖν ποιήσῃ τὴν ἁμαρτίαν. Ἐκ τούτου οὖν τοῦ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ ἐκδικεῖται· ὑπὲρ τῆς συγκαταθέσεως καὶ ἐνεργείας δίκας εἰσπράττεται. Ὅθεν καὶ ὁ Κύριος λέγοντος Πέτρου, *Ποσάκις ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ· ἕως ἑπτάκις;* Ἀπεκρίθη αὐτῷ, *Οὐ μόνον ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Τουτέστι, τῷ μετανοοῦντί σοι, μὴ μόνον τὰ μικρὰ τὰ ἐν συγκαταθέσει γινόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνεργείας ἀφήσεις.

tiæ actu. Occidit enim in nobis virum (legem scilicet naturalem) et adolescentem (nimirum legem spiritalem) tulitque ex illis intelligentiam, ut illi commistus malitiæ sator, peccati partum eliciat. De hoc igitur Lamecho sumitur ultio septuagies septies; hoc est, pœnas luit tum ratione actus atque operis. Unde et Dominus, dicente Petro : *Si peccaverit in me frater meus, quoties dimittam ei? usque septies* [16]? Respondit illi : *Non solum usque septies, sed usque septuagies* **307** *septies* [17]. Hoc est, ei qui pœnitudine ductus offendisse dolet, non solum minora dimittes, quæ consensu fiunt, verum etiam opera actusque.

ΕΡΩΤ. Κ'.

Περὶ διαφόρων θελημάτων Θεοῦ.

Ἀπόκρ.

Τρία θελήματα ἐπὶ Θεοῦ χρὴ ὑπολαμβάνειν· κατ' εὐδοκίαν, κατ' οἰκονομίαν, κατὰ συγχώρησιν. Καὶ τὸ μὲν κατ' εὐδοκίαν δηλοῖ, τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ, λέγοντος πρὸς αὐτὸν, *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου.* Τὸ δὲ κατ' οἰκονομίαν, δηλοῖ τὰ κατὰ τὸν Ἰωσὴφ οἰκονομηθέντα, πρὸς τὴν τῶν μελλόντων ἔκβασιν, τὸ δὲ κατὰ συγχώρησιν, δηλοῖ τὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ γενόμενα.

INTERR. XX.

B *De diversis Dei voluntatibus.*

Resp.

Triplicem Dei voluntatem existimemus necesse est; propensæ voluntatis seu beneplaciti, dispensationis ac permissionis. Propensæ voluntatis, seu beneplaciti voluntatem, declarant, quæ in Abrahamo gesta sunt, dicente ad eum Deo, *Egredere de terra tua* [18]. Dispensationis, quæ certa consilii ratione in Josepho contigerunt, ad præstruendum rerum futurarum eventum; permissionis denique, quæ in Jobo evenerunt.

ΕΡΩΤ. ΚΑ'.

Τί σημαίνει ὁ Ψαλμῳδὸς περὶ ἐχθρῶν λέγων; « Τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων [a]. »

Ἀπόκρ.

Τὸ κύκλῳ ἐστὶ τὸ ἔμπροσθεν, ὀπίσω, τὸ δεξιὸν, τὸ ἀριστερόν. Ἐπιτίθενται οὖν ἡμῖν οἱ δαίμονες, ἔμπροσθεν μὲν, ὅταν διὰ τῶν τῆς ὕλης ἐπιφανειῶν δελεάζωσιν· ὄπισω δὲ, ὅταν διὰ τῶν προλήψεων τῶν λογισμῶν τῆς κακίας τὴν μνήμην [R. τὸν λογισμὸν τῆς κακίας κατὰ μνή.] ἀνακινῶσιν· ἀριστερὰ δὲ, ὅταν διὰ τῶν σαρκικῶν καὶ ἀκολάστων παθῶν, τὴν ψυχὴν ἐκμοχλεύωσι· δεξιὰ δὲ, ὅταν διὰ κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας τῇ ψυχῇ ἐπιτίθενται.

INTERR. XXI.

Quid sibi vult Psalmorum modulator, dum loquens de inimicis? ait : « Qui in circuitu ingruunt [19]. »

C *Resp.*

In circuitu, ante est et retro, a dextrisque et a sinistris. Ingruunt igitur nobis dæmones, ante quidem, cum externa corporearum rerum specie, velut esca nos capiunt : retro autem, cum per occupatas opiniones pravarum cogitationum, memoriam excitant. A sinistris vero, cum per carnales ac lascivos affectus seu libidines, animum emovent : a dextris denique, cum per inanem gloriam et superbiam animum adoriuntur illique imminent.

ΕΡΩΤ. ΚΒ'.

Τί ἐστι τό; « Λάβετε ψαλμὸν, καὶ δότε τύμπανον· ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας. »

Ἀπόκρ.

Λάβετε διδασκαλίαν ἔνθεον, καὶ δότε πρᾶξιν ἐνάρετον διὰ τῆς νεκρώσεως τοῦ σώματος. Τὸ δὲ *ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας*· ψαλτήριον λέγει, τὸ πνεῦμα· κιθάραν δὲ τὴν ψυχήν· τύμπανον δὲ, τὸ σῶμα.

INTERR. XXII.

Quid sibi vult? « Sumite psalmum, et date tympanum; psalterium jucundum, cum cithara [20]. »

Resp.

D Sumite divinam doctrinam, et date studiosam æque virtutis ratione actionem per corporis mortificationem. Quantum vero ad id quod sequitur, *Psalterium jucundum cum cithara;* psalterium appellat spiritum; citharam, animam; tympanum, corpus.

ΕΡΩΤ. ΚΓ'.

Τί ἐστι; « Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τετυφωμένον οὐ σβέσει. »

Ἀπόκρ.

Ὁ κατὰ μίμησιν τοῦ Κυρίου συμπαθείας λόγῳ

308 INTERR. XXIII.

Quid est? « Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non exstinguet [21].

Resp

Qui Domini exemplo, propensiore miseratione in-

[16] Matth. XVIII, 21. [17] ibid. 22. [18] Gen. XII, 1. [19] Psal. III, 6. [20] Psal. LXXX, 3. [21] Isa. XLII, 3; Matth. XII, 20.

[a] Ita etiam Syx. Reg. συνεπιτιθ.

dulgentiaque, nec eum, qui peccato contritus sit, per animi desperationem omnino confringit, nec cujus animus visque rationis ex quarumdam virtutum quæsito fulgore, inanis gloriolæ ventilante aura fumigat, exstinguit; sed sinit esse alacrem, donec ad scientiæ perfectionem evaserit. Hoc enim, ut existimo, sibi vult, quod et zizania cum bona semente pariter sinuntur crescere [22], hoc est, una cum virtutibus studium placendi hominibus ac inanis gloriæ, tantisper succrescere. Idcirco animarum cultor, donec virtutes altas radices miserint, hæc evelli prohibet; ne forte, dum quis talia vult evellere, una quoque virtutis alacritatem evellat.

INTERR. XXIV.

Quid sibi vult illud evangelicum : « Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe illi et alteram [23] ? »

Resp.

Cum te, inquit, dæmones immissis cogitationibus, dexteræ maxillæ ratione tentaverint, ita nimirum ut per secunda faustaque opera, gloria efferant, verte alteram : nempe, quæ perpetrata sint sinistræ actionis opera, sub aspectum ponens.

INTERR. XXV.

Quonam modo evangelicum illud pie intelligamus ? « Pater non judicabit quemquam, sed omne judicium dedit Filio [24]. » Quomodo item ait alio loco : « Ego non judicabo quemquam; sed sermo quem locutus sum, ille judicabit eum [25]. »

Resp.

Qua ratione Deus est, neque Pater neque Filius quemquam judicabit. Neque enim homo brutarum animantium judex efficitur, sed hominum. **309** *Pater autem dedit judicium Filio;* non ea ratione qua Filius Deus est, sed qua homo factus est. Judicabit autem omnes, quam iniit adversum nos componens vitæ rationem. Rursus vero judicabit illius sermo, hoc est, quam ipsis operibus exhibuit

A χρώμενος, οὔτε τὸν τῇ ἁμαρτίᾳ συντετριμμένον τῇ ἀπογνώσει εἰς τέλος κατεαγῆναι ποιεῖ· οὔτε τὸν τὸ λογιστικὸν ἔχοντα τετυφωμένον, διὰ κενοδοξίαν τινῶν ἀρετῶν, σβεννύει, ἀλλ' ἐᾷ ἔχειν τὴν προθυμίαν, μέχρις ἂν εἰς τὸ τέλειον ἔλθοι τῆς γνώσεως· τοῦτο γάρ ἐστιν, ὡς οἶμαι, καὶ τὸ συναυξάνειν τῷ ἀγαθῷ σπόρῳ τὰ ζιζάνια· τουτέστι ταῖς ἀρεταῖς, τὸ τῆς ἀνθρωπαρεσκείας καὶ κενοδοξίας πάθος συναναβλαστάνειν. Ὅθεν ὁ τῶν ψυχῶν γεωργὸς μὴ ἐκτίλλεσθαι ταῦτα προστάσσει, μέχρις ἂν αἱ ἀρεταὶ λάβωσι πῆξιν, μή ποτε ἀνασπάσαι τὰ τοιαῦτα θέλων τις, συνεκτίλῃ τὴν τῆς ἀρετῆς προθυμίαν.

ΕΡΩΤ. ΚΔ'.

Τί ἐστι τό· « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δε-
B *ξιὰν, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην; »*

Ἀπόκρ.

Ἐάν σε, φησὶν, οἱ δαίμονες διὰ τῶν λογισμῶν πειράσωσιν εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, ἐπαίροντες διὰ τῶν δεξιῶν ἔργων, στρέψον τὴν ἄλλην· τουτέστι, τὰ τῆς ἀριστερᾶς πράξεως ἔργα, ὅσα ἡμῖν πέπρακται, ὑπ' ὄψιν ἄγων.

ΕΡΩΤ. ΚΕ'.

Πῶς ὀφείλομεν εὐσεβῶς νοῆσαι τὸ τοῦ Εὐαγγελίου; Ὅτι « Ὁ Πατὴρ κρινεῖ οὐδένα· ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ. » Καὶ πῶς ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει; ὅτι « Ἐγὼ κρινῶ οὐδένα· ἀλλ' ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτόν. »

C *Ἀπόκρ.*

Καθὸ Θεός ἐστιν (r), οὐδὲ ὁ Πατὴρ, οὐδὲ ὁ Υἱὸς κρινεῖ οὐδένα. Οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος ἀλόγων γίνεται κριτὴς, ἀλλ' ἀνθρώπων. *Ὁ δὲ Πατὴρ δέδωκε τῷ Υἱῷ τὴν κρίσιν·* οὐ καθὸ Θεός ἐστιν ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ καθὸ ἄνθρωπος γέγονε. Κρινεῖ δὲ πάντας, συγκρίνων τὴν ἑαυτοῦ ὡς ἀνθρώπου πολιτείαν πρὸς ἡμᾶς. Πάλιν δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ κρινεῖ, τουτέστι διδασκαλία, ἥντινα διὰ τῶν ἔργων ἀνεδείξατο, κατὰ τὸ γεγραμ-

[22] Matth. xi, 13. [23] Matth. v, 29. [24] Joan. v, 22. [25] Joan. viii, 15; xii, 48.

(r) *Καθὸ Θεός ἐστιν*. Pugnat responsio hæc cum Chrys. hom. 35 *in Joan.* et Cyrill. Hi enim putant, judiciaria hac universa potestate, Christi deitatem maxime astrui; quam a Patre dicatur accepisse, uti et vitam, ipsa generatione; ut sicut vivus Filius, sic et Judex natus intelligatur; qui proinde, ut judex, ex his verbis Judæos percellat; idcirco nimirum, quod, ut ait idem Chrys., Εὐεργετούμενοι ἄνθρωποι οὐχ οὕτω προσάγονται, ὡς τιμωρούμενοι· *Non sic beneficiis adducuntur ac suppliciis.* Ubi interpr., *Beneficia accepta non ita sentiunt;* quomodo Cat. auctor sibi composuit, εὐεργετούμενοι οὐχ οὕτως αἰσθάνονται. Sed debuit alteram partem comparationis addere, ὡς τιμωρούμενοι, quam et interpr. Chrys. male omisit. Tantam vero Chrys. Filii cum Patre æqualitatem his importari existimavit, ut Sabellianæ objectioni occurrendum putaverit, et ne ipse Filius, qui Pater, crederetur: Οὐκοῦν καὶ Πατέρα αὐτὸν προσεροῦμεν; Ἄπαγε. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν τὸν Υἱὸν, ἵνα μένοντα Υἱὸν, τιμῶμεν ὡς τὸν Πατέρα· *Num ergo et Patrem nuncupabimus? Absit! Id enim causæ est cur Filium dixerat, ut cum Filius maneat, honoremus* D *eum sicut Patrem*. Ubi inscite interpr. *Igitur Patrem præponemus ?* Sunt hæc quidem bona, non tamen Maximi quæstionem expediunt: cur Filius, non Pater judicaturus dicatur. Uterque enim judicabit in ea sententia: Pater, ut auctor; Filius, ut qui habeat a Patre. Maximus ad judicium refert comparationis, ut vita sua Christus, nostram judicaturus sit; quomodo plerique apostolos judices cum Christo futuros interpretantur; longeque potiori ratione reginam Austri et Ninivitas. Sicque liquet, nec Deum proprie judicare homines, nec homines bruta; quod alius sit Dei modus, alius hominis; aliusque hominis, et brutarum animantium alius. Verum hic modus nihil singulare Christo tribuit, proque illius majestate. Melius itaque August. tract. 22 *in Joan.* de judicio manifesto exponit; in eadem ipsa forma, qua ascendit; in forma scilicet servi : in qua et vere accepit a Patre, uti exponit Hier. Matth. xxviii : *Data est mihi omnis potestas*, etc., et in qua omnes Filium honorare debent, sicut honorant et Patrem, quod idem vere Dei Filius est et Deus, qui filius hominis, et cui nihil ex assumpta forma servi decesserit.

μένον· « Ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. »

A doctrinam, juxta quod scriptum est : « *Quæ cœpit Jesus facere et docere* [26]. »

ΕΡΩΤ. ΚϚʹ.

Τί ἐστιν ἡ τοῦ Πνεύματος βλασφημία· καὶ πῶς; « Πᾶν ἁμάρτημα ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· τοῖς δὲ εἰς αὐτὸ βλασφημήσασιν, οὐκ ἀφεθήσεται, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. »

INTERR. XXVI.

Quid est spiritus blasphemia? Quomodo etiam : « Omne peccatum remittetur hominibus; iis autem qui blasphemaverint in ipsum, non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro [27]. »

Ἀπόκρ.

Ἡ περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος βλασφημίας ἀπορία, αὐτόθεν ἔχει τὴν λύσιν. Τοῦ γὰρ Κυρίου ἰάσεις ποιοῦντος ποικίλας, οἱ Ἰουδαῖοι τὰς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας, τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμόνων ταύτας ἀνετίθεσαν. Τὸ δὲ, *Οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι*, ἄφεσιν γίνεσθαι τοῖς βλασφημοῦσιν, ἑξῆς ζητητέον. Φασὶ τινὲς (s) τῶν τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ Πνεύματος ἠκριβωκότων, τέσσαρας εἶναι τρόπους, δι' ὧν συγχώρησις γίνεται ἁμαρτημάτων· δύο ἐνταῦθα, καὶ δύο ἐν τῷ μέλλοντι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξικνεῖται ἡ μνήμη ὅλου τοῦ χρόνου μνημονεύειν τὰ σφάλματα, ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν ἐνταῦθα μετανοήσῃ ὁ ἄνθρωπος, ᾠκονόμησε φιλάνθρωπος ὢν ὁ Δεσπότης τῆς φύσεως, καὶ ἡμῶν μὴ μετανοούντων τρόπους μετανοίας· ἐν μὲν τῷ μέλλοντι, ὡς εἴρηται, δύο. Ὅταν τις ἀδιαφόρως [*R. non bene* διαφόρως] ἐνταῦθα ἁμαρτήσας, καὶ πάλιν ἀδιαφόρως ἀγαθοεργήσας, εἴτε εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν πρὸς τὸν πλησίον κινηθεὶς, ἢ ὅσα ἄλλα φιλανθρωπίας ἐχόμενα, ταῦτα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως ζυγοστατούμενα, ἐφ' ἃ τὴν ῥοπὴν ἕξει, συγχώρησις γίνεται. Οὗτος μὲν ὁ εἷς τρόπος· Δεύτερος δὲ, οὗτος· ὅταν τις ἐν ἁμαρτίαις ἐνεχόμενος· ἀκούων δὲ τοῦ Κυρίου λέγοντος, *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*, φοβούμενος οὐδένα κρίνῃ, ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων, ὡς φύλαξ τῆς ἐντολῆς οὐ κρίνεται. Τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ἐντολῆς οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος. Οἱ δὲ δύο ἕτεροι τρόποι, ἐνταῦθα τὴν συγχώρησιν ἔχουσιν, ὅταν ἐν ἁμαρτίαις τις ὢν, οἰκονομεῖται ἐκ τῆς προνοίας ἐν συμφοραῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν νόσοις. Ὡς οὐκ οἶδε γὰρ διὰ τῶν τοιούτων καθαίρει αὐτὸν ὁ Θεός· καὶ εἰ μὲν εὐχαριστεῖ πειραζόμενος, τὸν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ μισθὸν λαμβάνει. Εἰ δὲ ἀχαριστεῖ, δι' ἃς μὲν ἁμαρτίας παιδεύεται, ἐκ τούτων καθαίρεται· τὴν δὲ ὑπὲρ τῆς ἀχαριστίας εἰσπράττεται ποινήν. Ἔπειτα, ἅτινα εἰς ἀνθρώπους τις ἁμαρτάνει, ὡς ἔδειξεν ὁ λόγος,

Resp.

Quæ de Spiritus blasphemia quæstio est, inde solutionem habet. Cum enim Dominus varia sanitatum munera præstaret, Judæi Spiritus operationes principii dæmonum ascribebant. Quod autem additur : *Neque hic, neque in futuro*, remittendum fore, B his, qui blasphemant, deinceps inquirendum. Aiunt aliqui, divini Spiritus afflatu talia diligentius exsecuti, quatuor esse modos quibus peccata condonantur; binos ævo hoc, binosque in futuro. Quia enim memoria imbecillior est, quam ut totius temporis delicta possit recolere, de quibus homo, quandiu vita hæc superstes est, pœnitentiam agat, indulgentiori pietate benignissimus naturæ Dominus, statuit pœnitentiæ modos, cum nec ipsi pœnitentiam agimus : futuro quidem ævo, uti dictum est, geminos. Cum quis nimirum vita hac promiscue peccatis indulsit, bonaque rursus operatus est, sive erga proximum miseratione affectus, sive alio ductus humanitatis sensu; hæcque adeo futuro illo C ævo judicii tempore cum illis appensa, a se lancem depresserint, indulgetur eis venia. Atque hic unus est remissionis modus : Alter vero est; cum quis peccatorum reus, audiens a Domino : *Nolite judicare, et non judicabimini* [28]; Dominicæ vocis reverentia neminem judicaverit, cum ea, quæ per vitam egimus, examini subjicientur, velut qui mandatum servaverit, non judicabitur. Non enim veracissimus Dominus, sui illius mandati immemor erit. Qui autem sequuntur **310** ambo reliqui modi, ipso hoc ævo indulgentiam habent; cum quis nimirum peccatis obnoxius, certa Dei providentia ac consilio in ærumnis, in necessitatibus, in ægritudinibus disponitur. Deus enim talia infligendo, qua ille ratione nescit, eum emundat. Ac quidem, D si dum tentatur gratias agit, eo nomine quod gratus exstiterit, mercedem recipit : sin autem ingra-

[26] Act. I, 1. [27] Matth. XII, 31; Luc. XII, 10. [28] Matth. VII, 1.

* Basil. in Regul. brevior. c. 273, auctorque QQ. ad Antioch., q. 71.

(s) *Φασί τινες*. Quod hic Maximus tantis vexat, de modis quibus peccata, etiam nobis non pœnitentibus, indulgeantur, refertque tanquam ex veterum sententia, aliquid difficultatis habet, nisi dicamus (quod et ipse non obscure habet) sermonem esse de oblitis, quæ memoria assequi non possumus; quorum proinde non potest esse expressus dolor, sed solum implicitus, ac virtualis pœnitentia, quam ipsam velut impetrent, proximorum miseratio, et quod alios minime judicemus; vel etiam alii aliorum delicta ignoscamus. Sic et passim Chrys. salutis parandæ vias veniæque exaggerat : quæ omnia sic ἀνθρωπινώτερον dicta, modo jam dicto exponenda sunt, non velut quis, graviorum scelerum reus, absque interiori in hac vita pœnitentia, saltem virtuali, veraque charitate, veniam aut regnum consequatur. Qua de re jam annot. n. 8. Ad ærumnas ac necessitates quod attinet, purgant hæ quidem; sed qui ferat patienter, Deumque in eis ultorem agnoscat ac colat; sin vero, reatum augent; nec video quæ purgatio, cum inter vitæ mala quis in Deum ingratus est ac morosus. De loco hic vexato, plura ex Patribus in Bibl. PP. concionat.

tus exstiterit, emundatur quidem ab illis peccatis, ob quæ castigatur; ingrati tamen animi labe punitur. Deinde, quæ quis in homines peccat, multas impetrandæ veniæ causas habent, uti sermo ostendit. Dum enim quis in hominem peccat, atque alium demeretur, in quam peccavit, ipsa eadem propitia natura crimen depulit. Spiritus autem blasphemia (nempe incredulitas) cum nullam aliam habeat indulgentiæ causam, quam ut ea laborans fidelis efficiatur, merito, qui vitam in incredulitate clauserit, neque in hoc neque futuro, incredulitatis impietatisque reatu solvendus erit.

A πολλὰς ἔχει προφάσεις συγχωρήσεων. Ἁμαρτάνων γάρ τις εἰς ἄνθρωπον, ἄλλον δὲ ἄνθρωπον εὖ ποιῶν· εἰς ἣν φύσιν ἥμαρτεν, αὕτη καὶ ἀπελογίσατο. Ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα βλασφημία· ἔστι δὲ ἡ ἀπιστία, μὴ ἔχουσα ἑτέραν πρόφασιν συγχωρήσεως, ἢ μὴ τὸ γενέσθαι πιστόν· εἰκότως τῷ ἐν ἀπιστίᾳ τὸν βίον κατακλείσαντι, οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι ἀφεθήσεται τῆς ἀπιστίας καὶ ἀθεΐας ἡ ἁμαρτία.

INTERR. XXVII.

Quid sibi vult Proverbiorum illud ænigma, seu obscure dictum ? « Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitierit, da ei potum : hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus [18]. »

Resp.

Inimicum animo adversantem, corpus habemus, insurgentibus semper vitiis ac affectibus infestum. Si ergo conscientia sensum carnis premente, esurire ipsum contigerit; hoc est salutem appetere, aut divinam scientiam sitire; operæ pretium est, ut ipsum continentiæ laboribus cibemus, ac divinorum eloquiorum meditatione potemus : sic enim congerentur super caput ejus (mentem scilicet) carbones ignis; nempe divinæ ac spiritales cogitationes.

ΕΡΩΤ. ΚΖ'.

Τί δηλοῖ τὸ τῶν Παροιμιῶν αἴνιγμα, τό; « Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς B *σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. »*

Ἀπόκρ.

Ἐχθρὸν ἔχομεν (1) κατὰ τῆς ψυχῆς, τὸ ἡμέτερον σῶμα· ἀεὶ διὰ τῆς ἐπαναστάσεως τῶν παθῶν πολεμοῦν ἡμᾶς. Ἐὰν οὖν ἐκ τῆς συνειδήσεως πιεζόμενον τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα πεινᾷ, τουτέστιν ὀρέγεται σωτηρίας· ἢ διψᾷ θείαν γνῶσιν, δέον τρέφειν αὐτὸν δι' ἐγκρατείας καὶ πόνων· καὶ ποτίζειν τῇ μελέτῃ τῶν θείων λογίων. Οὕτως γὰρ σωρεύονται ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τουτέστιν ἐπὶ τὸν νοῦν, ἄνθρακες πυρός· θεῖοι καὶ πνευματικοὶ λογισμοί.

INTERR. XXVIII.

Quid significat, quod in psalmo centesimo primo dictum est ? « Similis factus sum pelicano solitudinis [19]. »

Resp.

Pelicanus iste avis est : porro serpens illius pul-

ΕΡΩΤ. ΚΗ'.

Τί σημαίνει τὸ ἐν τῷ ρα' ψαλμῷ εἰρημένον, « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ. »

C

Ἀπόκρ.

Ὁ πελεκὰν οὗτος (2) ὀρνεόν ἐστιν· ὁ δὲ ὄφις, πολὺ

[18] Prov. xxv, 21; Rom. xii, 20. [19] Psal. ci, 7.

(1) *Ἐχθρὸν ἔχομεν*. Paulo remotior videtur hæc allegoria. Clara littera, quam prosequuntur Isid. lib iv, epist. 11, et Theodor. Rom. xii. Est vero adhortatio ad ferendas fortiter injurias, et iis, qui inferunt, contrariis rependendum, præbendaque illis necessaria : quæ videlicet, philosophantibus coronas contexant, pœnam vero injuriarum auctoribus augeant. Monet tamen Theodoret. non eo animo præstanda hæc hortari Apostolum, quod ad virtutem inducat ac philosophiam : sic tamen Salomoni scriptum admittit Isidor. nec eo documento magnum aliquid ac eximium contineri, sed quod etiam optandum; in eas angustias videre redactum inimicum, ut (quod illi omni gravius supplicio) a te cibum potumque exspectare debeat. Quod eo munere charitatis ardoribus inimici mens succendenda sit, atque ad meliora transferendus animus (in quo ipso Maximi allegoria est) non probat Isid. Τοῖς γὰρ λέγουσιν, ὅτι θερμανεῖς αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικὸν καὶ ἀνανῆψαι ποιήσεις, οὐ πάνυ προσεκτέον. Chrys. hom. 22 in Epist. ad Rom. ex qua sua mutuatus, ut solet, Isidor. rite exponit Apostoli mentem, terrentis gravissimæ pœnæ metu, qui injuriam faciat, eumque qui sit passus hortantis ut inimico sufficiat sic dejecto, ut in vitæ necessariis illo egeat : quod præstando, ad ejus tandem dilectionem proficiat; etsi forte primum, exulceratum injuria animum, ea ipsa præstatione pœnaque inimici recreabat.

(2) *Ὁ πελεκὰν οὗτος*. Quod hic de pelicano refert Maximus, ejusque in pullos amore, eorumque suscitatione, ex vulgi usu petitum, ac fabulosum est; etsi ita censuerunt nonnulli Patrum, Epiph. in *Physiol.*, Eustath. in Hexaem., August. psal. ci, Greg., Isid., Orig. l. xii, c. 7, qui tamen, non ut Maximus, ejus pullos a serpente necari tradunt, sed ab ipsis parentibus nimiis osculis; alii a masculo, alii a femella. Imposuit viris sanctis, qui primus hanc fabellam mendacio suo adornavit; quam illi proclive arripuere, quasi faventem mysterio resurrectionis : quod tamen supra naturæ vires exsistens, aliunde sua momenta petit. Non videtur esse eadem avis, quæ psal. ci, 8; Levit. xi, 18, קאת, *pelicanus* dicitur, sic dicta a vomitu, quod D conchas gurgulione exceptas inque illo calefactas evomat, ipsa nimirum *platea*, et quæ grammaticis Græcis Hesych., Suid., aliisque describitur, Πελεκᾶς ὄρνεον τὸ κολάπτον καὶ τρυπῶν τὰ δένδρα, ἀφ' οὗ καὶ δενδροκολάπτης· *Avis tundens arbores easque perforans, unde et nomen habet :* nempe *picus martius*. Nihil sane utrique avi commune. Avem sic in pullos amore proclivem, non quæ suo cruore exstinctos suscitet, sed quæ illo mortis periculum ab inedia arceat, vere φιλόστοργος, quod ipsa vox Hebraica sonat חסד, quasi *misericors*, vulturem ostendit Bochart. Arias vocem φιλόστοργος posuit, quod non est rem explicare, sed vocis etymum dare; quod in Aquila quandoque carpit Hier. Vulg. illo Levit. ii *cygnum* habet. Alii exponunt *meropem;* atque Buxt. sic dictam avem ab amore et misericordia erga parentes, quod eos in altissimis rupibus reconditos alat, ut auctor est Plin. l. x, c. 33. At vox Hebr. potius φιλότεκνον significat. Vultur

ἐχθραίνει τῶν νεοττῶν [*Reg.* τοῖς νεοττοῖς] αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ τί μηχανᾶται; Εἰς ὕψος πήγνυσι τὴν καλιὰν αὐτοῦ, πανταχόθεν περιφράσσων αὐτὴν διὰ τὸν ὄφιν. Τί οὖν ποιεῖ ὁ κακομήχανος ὄφις, Περισκοπεῖ ὅθεν πνέει ὁ ἄνεμος, κἀκεῖθεν ἐμφυσᾷ τοῖς νεοττοῖς τὸν ἰὸν αὐτοῦ, καὶ τελευτῶσιν. Ἔρχεται οὖν ὁ πελεκὰν, καὶ θεωρεῖ ὅτι ἀπέθανον αὐτοῦ τὰ παιδία· καὶ σκοπεῖ νεφέλην, καὶ πέταται εἰς ὕψος μετὰ τῶν πτερύγων· τύπτει τε αὐτοῦ τὰς πλευρὰς, καὶ διὰ τῆς νεφέλης ἐπιστάζει τούτοις, καὶ ἐγείρονται. Λαμβάνεται οὖν ὁ πελεκὰν εἰς τὸν Κύριον· τὰ δὲ παιδία αὐτοῦ, ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα, ἡ ἡμετέρα φύσις· ἡ δὲ καλιὰ αὐτοῦ, ὁ παράδεισος· ὁ δὲ ὄφις, ὁ ἀποστάτης διάβολος. Ἐνεφύσησεν οὖν ὁ ἀρχέκακος ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τοῖς πρωτοπλάστοις, καὶ γεγόνασιν νεκροὶ τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γοῦν Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην ὑψοῦται ἐπὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ· καὶ νυγεὶς τὴν πλευρὰν, διὰ τῆς νεφέλης τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζωὴν ἡμῖν ἐδωρήσατο τὴν αἰώνιον.

los gravi odio insectatur. **311** Ad hæc ille quid machinatur? Figit in alto nidum suum, undequaque serpenti aditum præstruens. Quidnam igitur malis solers ac versipellis serpens? Circumspecto qua parte aura spiret, inde venenum afflat, quo pulli intereant. Veniens itaque pelicanus, pullos exstinctos videt. Nubemque considerans, pennis sublatus in altum volat; lateraque percutiens, per nubem illis instillat ac suscitantur. Significat igitur pelicanus Dominum: ejus parvulæ proles, Adamus et Eva (humanum scilicet genus) sunt: nidus ejus, paradisus: serpens, desertor diabolus. Insufflavit autem mali auctor serpens per inobedientiam protoplastis, ac peccato mortui sunt. Dominus ergo noster ac Deus, propter suam in nos charitatem in pretiosa cruce exaltatur; percussoque latere, per nubem (nempe Spiritum sanctum) sempiternam nobis donavit vitam.

ΕΡΩΤ. ΚΘ'.

Τί ἐστιν, « Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι (v);»

Ἀπόκρ.

Στρουθία, ἢ τὰς ψυχὰς, ἢ τὰς διαφόρους ἀρετὰς λέγει.

INTERR. XXIX.

Quid sibi vult quod ita dictum est: « Illic passeres nidificabunt[30]?»

Resp.

Passerum nomine, vel animas, vel virtutes diversas significat.

ΕΡΩΤ. Λ'.

Τί σημαίνει τὸ, « Ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν (x);»

Ἀπόκρ.

Ἐρωδιόν φασιν ὄρνεον εἶναι· τοσαύτη δὲ σωφρο-

INTERR. XXX.

Quid illa verba significant: « Herodii domus dux est eorum[31]?»

Resp.

Herodium avem esse dicunt: tanta vero conti-

[30] Psal. CIII, 17. [31] ibid. 18.

avis omnium minime noxia. Plutarch. in Romulo et in Romanis quæst. δικαιότατον καὶ ἀβλαβέστατον probat triplici ratione, quod nihil vivum attingat, sed solum morticinis utatur; quod a sui generis etiam morticinis abstineat; quod segetes humanosque labores nihil lædat. Horus Apollo l. I, c. 11, auctor est, Ægyptios in hieroglyphicis suis, misericordem picto vulture significasse. Μητέρα δὲ γράφοντες ἢ ἐλεήμονα, γῦπα ζωγραφοῦσι· *Ut matrem aut misericordem significent, vulturem pingunt.* Sed et senes jamque deplumes a pullis ali in monte Atlante tradit Scaliger in Card. exercit. 231, hincque scite aliud verbum jam Græcis fingendum ait, quam ἀντιπελαργεῖν (nempe ἀντοιωνεῖν) ad gratitudinis illam vicem pullorum in parentes significandum, sic olim in ciconiis celebratam, et quæ eadem in vulturibus eluceat. Nam οἰωνὸς, ὄρνις ὁ γύψ. Etymol. mag. Varin et alii passim. Nec quod ita dictum sit ac lusum, debuit male habere virum doctum, quasi Græcorum id convicio, aut non satis Græce dictum.

(v) *Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι.* Nempe in cedris Libani: quod proinde de avibus communiter accipi debet, non de passeribus, quos liquet non nidificare in altis adeo montibus, sicque excelsis arboribus. Unde Aquil. Ἐκεῖ ὄρνεα νοσσεύσουσι.. Et Hieronymus: *Ibi aves nidificabunt.* Quod hic Maximus, ἢ τὰς διαφόρους ἀρετὰς exponit, valde tropologicum est: aptius ad allegoriam, quod in simili Hieronymus, Matth. XIII, volucres cœli dicit, *vel animas credentium, vel fortitudines Dei servitio mancipatas:* quas scilicet Δυνάμεις Græci proclive vocant: ἀρετὰς vero nunquam.

(x) *Ἐρωδιοῦ ἡ κατοικία ἡγεῖται αὐτῶν.* Ἐρωδιόν, alii *fulicam*, alii *ciconiam* interpretantur; quæ sic in sublimibus nidulatur; crebrius quidem in turribus, quandoque etiam in arboribus. Velit textus Græcus, supra aves alias altius nidulari: hoc enim volucrum κατοικία. Hebr. habent ברושים, *abietes domus ejus*, quo significatur in abietibus, quæ sint proceræ arbores, altisque insideant montibus, perinde ac cedri, nidificare. LXX et Hieron. quod sic reddiderunt, legerunt בראשים, *in capitibus, in verticibus*, qui est optimus sensus, eoque magis consentaneus, quod de excelsis omnibus, in quibus nidulatur ciconia, possit accipi, quæ sunt crebrius, non proceræ abietes, sed turrium celsarumque ædium fastigia. Sunt qui *ardeam* velint: eique convenit, quod hic Maximus in typum accipit castitatis, quod copulatam coitumque non appetit; Nempe quia sine dolore non coit. Philosoph. l. IX, c. 1: Τῶν δὲ ἐρωδιῶν ἐστι τρία γένη· ὅ τε πέλλος καὶ ὁ λευκὸς, καὶ ὁ ἀστερίας καλούμενος. Τούτων ὁ πέλλος χαλεπῶς εὐνάζει τε καὶ ὀχεύει· κράζει τε γὰρ, καὶ αἷμα, ὥς φασιν, ἀφίησιν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ὀχεύων. Unde Plin. l. X, c. 60: *Ardeolarum tria genera, leucon, asterias, pellus. Hi in coitu anguntur. Mares quidem cum vociferatu, sanguinem ex oculis profundunt.* Hincque Etymolog. et Eustat. Ἰλιάδ. κ. nomen deducunt, παρὰ τὸ ἔαρ vel ἔωρ, id est, *sanguine*, et ἰδύειν, quod est, *sudare*. Alii forte melius, ἐρωδιὸν volunt, quasi ἐλωδιὸν, id est, *palustrem*, quod locis palustribus delectetur.

nentia vivere, ut appetente per anni tempora coitu dies quadraginta lugeat, tumque eo transacto, rursus dies quadraginta luctu transigat. Figit autem nidum in arboribus, ubi nulla obtegente umbra, aere puro fruitur. Hæc vero sua indole, castitatem significat. Præit enim illa cunctis virtutibus; atque ab eis quæ in sensum cadunt secreta, ex rerum temporalium umbra, nullum nubilum patitur. Quadragenarius enim numerus, cujusque quatuor elementorum perfectionem complectitur.

INTERR. XXXI.

Quid sibi vult quod dictum est : « Reddens iniquitatem patrum in filios in tertiam **312** *et quartam generationem, his qui oderunt me* [33] *? »*

Resp.

Primam generationem, mali proseminationem esse existimo; ejus scilicet animo suggestionem; alteram vero, cupiditatem; tertiam, generationis mali habitum (nempe consensum); quartam, operationem (actionem scilicet ac effectionem). Redditur ergo usque ad tertiam et quartam generationem; pro consensu scilicet et actione. Quæ enim animo suggestio est et cupiditas, innoxiæ sunt, idcirco nimirum, quod malum in finem non processerit.

INTERR. XXXII.

Quonam modo pie intelligenda sit, quæ in Scriptura habetur Dei pœnitentia ?

Resp.

Qui de divinis pie religioseque sentire norunt, impossibile aiunt Deum, qui naturæ rerum conditor sit, non etiam iis quæ condita sunt, natura providere. Sin autem res ita habet, omnino necesse est, cum Deus humano generi natura provideat, plures apud eum exstare salutis ei præstandæ modos. Nam cum homo animal sit versatile ac inconstans, facileque pro temporum morumque ratione mutabile, plane etiam necesse est, ut divina Providentia, etsi ipsa eadem est, pro affectionum nostrarum ratione mutetur; quæ nimirum per ea quæ natura conveniant, succrescentibus in natura vitiis modum inveniat. Ac sicut arti medicæ multi subjacent morbi; ac necesse ut solers medicus, qui in multa diversaque ægrotantium corporum genera incidat, ipse quoque a deterioribus ad potiores modos transeat : sic et in Deo, mutatio ab

A σύνη συζῆν, ὥστε ἡνίκα πρὸς συνουσίαν συνέρχεσθαι μέλλει, τεσσαράκοντα ἡμέρας πενθεῖν· καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα, ἄλλας τεσσαράκοντα. Τὴν δὲ καλιὰν πήγνυσιν ἐν τοῖς δένδροις, ἔνθα μὴ ἐπισκιάζεται ὑπό τινος, ἀλλὰ καθαρὸν τὸν ἀέρα ἔχει. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὴν σωφροσύνην. Αὕτη γὰρ ἡγεῖται πασῶν τῶν ἀρετῶν· ἀποδιάκειται δὲ καὶ τῶν αἰσθητῶν, ὑπὸ μηδενὸς σκιαζομένη τῶν προσκαίρων. Ὁ τεσσαρακοστὸς γὰρ ἀριθμὸς, τὴν ἑκάστου τῶν δ' στοιχείων ἐμπεριέχει τελείωσιν.

ΕΡΩΤ. ΛΑ'.

Τί ἐστι τὸ, « Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας γονέων ἐπὶ τέκνα, ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς, τοῖς μισοῦσί με ;»

B *Ἀπόκρ.*

Πρώτην γενεὰν (z) ὑπειλήφαμεν εἶναι, τὴν σποράν τοῦ κακοῦ· τουτέστι, τὴν προσβολήν· δευτέραν δὲ, τὴν ἐπιθυμίαν· τρίτην δὲ τὴν ἕξιν τοῦ κακοῦ γενεᾶς, τουτέστι, τὴν συγκατάθεσιν· τετάρτην δὲ, τὴν ἐνέργειαν, τουτέστι τὴν πρᾶξιν. Ἀποδίδοται οὖν ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς· τουτέστιν, ὑπὲρ τῆς συγκαταθέσεως καὶ τῆς πράξεως. Ἡ γὰρ προσβολὴ καὶ ἡ ἐπιθυμία, ἀνεύθυνός ἐστιν, ὡς μὴ εἰς πέρας τοῦ κακοῦ προελθόντος.

ΕΡΩΤ. ΛΒ'.

Πῶς ὀφείλει εὐσεβῶς νοηθῆναι ἡ ἐν τῇ Γραφῇ κειμένη τοῦ Θεοῦ μεταμέλεια.

C *Ἀπόκρ.*

Φασὶν οἱ τὰ θεῖα εὐσεβῶς φρονεῖν διεγνωκότες, ἀδύνατον εἶναι τὸν Θεὸν φύσει ὄντα δημιουργὸν, μὴ καὶ προνοητὴν εἶναι φύσει τῶν δεδημιουργημένων. Εἰ δὲ τοῦτο, ἀνάγκη πᾶσά ἐστι φυσικῶς προνοουμένου τοῦ Θεοῦ τῆς ἀνθρωπότητος, πολλοὺς εἶναι παρ' αὐτῷ τοὺς περὶ τὴν προνοουμένην φύσιν τῆς σωτηρίας τρόπους. Ἐπειδὴ γὰρ ἀγχίστροφον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, εὐχερῶς τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς τρόποις συμμεταβαλλόμενον, ἀνάγκη πάντως καὶ τὴν θείαν Πρόνοιαν, καίτοι τὴν αὐτὴν οὖσαν, συμμεταβάλλεσθαι ταῖς ἡμῶν διαθέσεσι, διὰ τῶν προσφυῶς ἁρμοζόντων ταῖς ἐν τῇ φύσει ἀναφυομέναις κακίαις τρόπον ἐφευρίσκουσαν. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς, πολλαὶ αἱ D ταύτῃ ὑποκείμεναι νόσοι· καὶ ἀνάγκη τὸν ἐπιστήμονα ἰατρὸν, τοῦ ὑποκειμένου σώματος εἰς πολλὰ καὶ διάφορα παθήματα πίπτοντος, καὶ αὐτὸν εἰς κρείττονας τρόπους ἀπὸ τῶν ἡττόνων μεταβαίνειν· οὕτως καὶ

[33] Deut. v, 9.

(y) *Πρώτην γενεάν*. Maximi hæc doctrina, quod suggestio, primaque velut apprehensio, ac qui eam sequitur, animi concupiscentis motus, ante consensum ac deliberatam rationem, seu etiam actionem, quæ sit vere actus humanus, seu hominis agentis ex consilio nutuque rationis et ut liber est, a Deo non puniantur, nondum in eis completa ratione peccati, sed quadam illius inchoatione, cujus ipsa compressio virtutis laude non careat, vera morum doctrina est : remotior tamen tropologia videtur ex illo Deut. loco, cujus mitior fere Græcorum expositio est. Peccantibus prima, secunda, tertia et quarta generationibus Deoque differente pœnam pro sua clementia, quartam tandem generationem puniri velut esset omnium rea; quasi in ea completa peccatorum mensura, ultra quam Dei decreto non erat proroganda illius clementia. Quod liquido ita contigisse videmus in veteri populo; Deo sæpius indulgente; tumque, obstinata eorum malitia, pœnam immittente : nec alio spectat sequens post alteram quæstio, de tribus et quatuor sceleribus Tyri et aliorum.

ἐπὶ Θεοῦ, ἡ ἀπὸ τοῦ τοιοῦδε τρόπου ἐπὶ ἕτερον τρόπον τῆς προνοίας μετάβασις, μεταμέλειά τοῦ Θεοῦ τῇ Γραφῇ σύνηθες ὀνομάζεσθαι.

A hoc tali in alium Providentiæ modum, Scripturæ usu, Dei indigetatur pœnitentia.

ΕΡΩΤ. ΛΓ'.

Τί σημαίνει τὸ, « Ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἢ τέσσαρσιν ἀσεβείαις Τύρου οὐκ ἀποστραφήσομαι (a); »

Ἀπόκρ.

Ἀσεβείας οἶμαι τέσσαρας τὸν προφητικὸν αἰνίττεσθαι λόγον· ταύτης [R. ταύτας] τὴν προσβολὴν, τὴν ἐπιθυμίαν, τὴν ἕξιν τοῦ κακοῦ καὶ τὴν ἐνέργειαν. Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πρώτης καὶ τῆς δευτέρας, τουτέστι τῆς προσβολῆς καὶ τῆς ἐπιθυμίας, ἀνοχὴν ποιεῖται ὁ Θεὸς, ὡς μὴ τοῦ κακοῦ προβάντος εἰς τελείωσιν. Ἐπὶ δὲ τῆς τρίτης καὶ τῆς τετάρτης ἀσεβείας, τουτέστιν ἕξεως καὶ ἐνεργείας, ἤγουν συγκαταθέσεως καὶ πράξεως, τὴν ἀπειλὴν ὁ Λόγος εἰκότως ἐνδείκνυται.

INTERR. XXXIII.

Quidnam illud significat : « Super tribus, quatuorve Tyri impietatibus, non convertam [33] *? »*

Resp.

Quatuor impietates, seu scelera, quod loquitur propheta, **313** hoc eum insinuare arbitror; ejus scilicet suggestionem ac velut aggressionem et cupiditatem, malique habitum et operationem. Super prima quidem alteraque (aggressione scilicet et cupiditate) Deus sustinet, quasi malo non prorsus adulto ac consummato. Erga vero tertiam et quartam impietatem (habitum scilicet et operationem, B sive consensum et actionem) merito Scriptura minas intentat.

ΕΡΩΤ. ΛΔ'.

Διὰ τί οὐ δύναται λέγεσθαι Πατὴρ Πνεύματος, ἢ Χριστὸς Πνεύματος καθάπερ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγεται διαφόρως [ἀδιαφόρως] Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα Χριστοῦ;

Ἀπόκρ.

Ὥσπερ ἐστὶ αἴτιος τοῦ Λόγου ὁ Νοῦς, οὕτως καὶ τοῦ Πνεύματος, διὰ μέσου δὲ τοῦ Λόγου (b). Καὶ ὥσπερ οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν τὸν λόγον εἶναι τῆς φωνῆς, οὕτως οὐδὲ τὸν Υἱὸν λέγειν τοῦ Πνεύματος.

INTERR. XXXIV.

Quid causæ est, cur non possit dici Pater, aut Christus Spiritus, quemadmodum in Patre et Filio promiscue dicitur Spiritus Dei et Spiritus Christi?

Resp.

Quemadmodum Mens Verbi auctor est, sic et Spiritus; Verbo tamen intermedio. Sicut vero non possumus dicere verbum vocis, sic nec Filium esse Spiritus dicere possumus.

ΕΡΩΤ. ΛΕ'.

Τί δηλοῖ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγόμενον, τὸ, « Ἐὰν ὁ ὀφθαλμὸς ἢ ἡ χεὶρ ἢ ὁ ποὺς σκανδαλίζῃ σε, ἔκκοψον αὐτοὺς, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ; »

Ἀπόκρ.

Ἔστι μὲν καὶ περὶ φίλων, ὡς ὀφθαλμῶν, καὶ οἰκείων, ὡς περὶ χειρῶν ἡμῶν ὄντων ἀναγκαίων· καὶ ἑταίρων [R. ἑτέρων], ποδῶν δίκην διακονούντων ἡμῖν, ὑπονοεῖν τὴν παραβολὴν, κατὰ τὸ πρόχειρον αἰνίττεσθαι· οὕσπερ ἐὰν σκανδαλίζωσι καὶ τὴν ψυχὴν καταβλάπτωσιν, ἐκκόπτειν ὁ λόγος παρεκελεύσατο. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλως ἐκλαβεῖν τὸ παράγγελμα, κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς τρόπον. Ἐὰν ἔχῃς θεωρητικὴν γνῶσιν ὥσπερ ὀφθαλμόν· πρὸς τῦφον δὲ αὕτη ἐπαί-

INTERR. XXXV.

Quid sibi vult quod ait Dominus : « Si oculus tuus, C vel manus aut pes scandalizat te, abscinde eos et projice abs te [34] *? »*

Resp.

Licet quidem et de amicis, tanquam oculis, deque illis qui de familia sunt, qui nobis haud secus ac manus necessarii sint; nec non de sodalibus qui velut pedes nobis ministrent, procliviore sensu intelligi, quod per parabolam obscure designatur: quos si offendiculo sint, animoque noceant, abscindendos Scriptura jussit. Potest tamen etiam aliter secundum sensus spiritalis modum exponi, quod ita præcipitur. Si contemplationis scientia velut

[33] Amos I, 9. [34] Matth. v, 29.

(a) *Οὐκ ἀποστραφήσομαι.* Addunt οἱ LXX αὐτήν. Sixt. interpr. *Non aversabor eam.* Quod sane abhorret : melius Vulg. *Non convertam eam*; quod Hebraica vox omnino significat, לא אשיבנו, ipsaque Græca nulla vi exponi potest : utrumque enim, et si contraria, significat τὸ, ἀποστρέφομαι, pro subjecta materia; exstantque passim in Lexicogr. exempla : nec in eo pœna est, quam Deus comminatur, quod non aversetur sceleratas civitates ac populos, sed quod non convertat.

(b) *Διὰ μέσου δὲ τοῦ Λόγου.* Hæc vera processionis Spiritus doctrina, vera confessio, verbis solum a Latinorum de ea confessione diversa : quod Latini, utrumque, Patrem scilicet et Filium, ejus αἴτιον esse dicant, id est, auctorem, exque illis ut uno principio, seu auctore, procedere; Patre scilicet ipso totius deitatis fonte, qui tamen sic Filium ac Verbum ipse unus gignat, ut per Filium velut os suum, unumque cum eo principium unus Spi- D rator Spiritum profundat : non ea solum ratione qua eo creaturas impartit, quæ frigida schismate laborantis, sequioris Græciæ commentitiaque solutio est, sed qua vere emanat, vera in Deitate persona; cujus ipsius emanationis modum a Filio perinde ac a Patre explicat, quod sic a Patre et Filio promiscue dari dicitur, et amborum Spiritus esse, ac sicut Filius παρὰ τοῦ Πατρὸς, *a Patre Spiritum Veritatis, id est suum,* ut Cyrillus interpretatur, habet, sic et παρὰ τοῦ Πατρὸς habet, ut ipsum cum Patre (principium scilicet ex principio unumque ipse cum eo principium) producat. Optaram omnino ut Leo Allatius, tertium suum tomum *Græciæ orthodoxæ* produceret, ne accepti a me Georgii Metochitæ libri, quibus ille catholicam fidem strenue propugnat, exque traditione, mihi perirent, nec in communem, cui destinatum, utilitatem cederent. Ac vero periere ejus morte, quisquis sibi usurpaverit.

oculo præditus sis, ac per eam fastu efferris ac superbia, ipsam abscinde. Sin autem etiam lepida actione atque honesta, indeque tibi elatio subrepat, exscinde illam. Simili quoque ratione, si ministerio idoneus, quod pedis nomine designetur, indeque fastu tumes ac gloriaris, ab eo abscede. Præstat enim his quæ videntur virtutibus carere quam ut elationis ac superbiæ noxa omnino intereas.

ρει σε καὶ ὑπερηφανίαν, ἔκκοψον αὐτήν. Ἐὰν δὲ καὶ πρᾶξιν ἀστείαν, καὶ αἰτία σοι γίνεται ἐπάρσεως, ἔκκοψον αὐτήν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἱκανότητα ἔχῃς διακονίας, ὅπερ ἐστὶν ὁ πούς, καὶ ὡς ἐκ τούτου φυσᾷς, ἀπόστηθι ἀπ' αὐτῆς. Συμφέρει γάρ σε παρὰ ταύτας δοκούσας εἶναι ἀρετὰς γενέσθαι, καὶ μὴ διὰ τῆς ἐπάρσεως καὶ ὑπερηφανίας εἰς παντελῆ χωρῆσαι ἀπώλειαν.

314 INTERR. XXXVI.

Quid significat, quod ita scriptum est : « Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo [35] *? »*

Resp.

Sole justitiæ, bonis operibus veraque scientia in nobis exaltato, tunc luna stat in ordine suo : nostra scilicet natura, quæ mutationi obnoxia est, aliamque ex alia deterente motu asciscit qualitatem, firmum ac stabilem statum recipit.

ΕΡΩΤ. ΛϚʹ.

Τί δηλοῖ τὸ, « Ἐπήρθη ὁ ἥλιος (c), καὶ ἡ σελήνη ἔστη ἐν τῇ τάξει αὐτῆς. »

Ἀπόκρ.

Ὅταν ἐν ἡμῖν ὑψωθῇ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων, καὶ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως, τότε ἡ σελήνη ἵσταται ἐν τῇ τάξει αὐτῆς· τουτέστιν ἡ ἡμετέρα φύσις ἡ ὑπὸ τροπὴν οὖσα καὶ ἀλλοίωσιν, τάξιν λαμβάνει βάσιμον.

INTERR. XXXVII.

Quid sibi vult quod in Petri Catholica scriptum est : « Ut judicentur secundum homines, carne; vivant autem secundum Deum, spiritu [36] *? »*

Resp.

Quandoquidem hæc de illis dicta sunt, qui diluvii tempore exstiterunt : hi vero, Dei prorsus ignorantia tenebantur, malisque studiis vitam traducebant : ea quidem illis dimisit, quæ alii in alios peccabant, per ea quæ quotidie, bellaque et ærumnas, adversique alii varii casus, illis contingebant; quæ autem ad ejus ignorantiam spectabant delicta, non eis di-

ΕΡΩΤ. ΛΖʹ.

Τί ἐστι τὸ ἐν τῇ καθολικῇ Πέτρου γεγραμμένον, « Ἵνα κριθῶσι κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν πνεύματι ; »

Ἀπόκρ.

Ἐπειδὴ περὶ τῶν ἐν τῷ κατακλυσμῷ (d) εἴρηται ταῦτα· οὗτοι δὲ εἶχον παντελῆ ἀγνωσίαν Θεοῦ, καὶ πονηροῖς ἐπιτηδεύμασι συνέζων· ὅσα μὲν εἰς ἀνθρώπους ἡμάρτανον, διὰ τῶν καθ' ἑκάστην συμβαινόντων αὐτοῖς πολέμων τε καὶ ἐπαγωγῶν, καὶ ποικίλων συμβάσεων, ἀφῆκεν αὐτοῖς· τὰ δὲ περὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγνοίας ἁμαρτήματα οὐκ ἀφῆκεν αὐτοῖς·

[35] Habac. III, 11. [36] I Petr. IV, 6.

(c) Ἐπήρθη ὁ ἥλιος. Sic Græca et Cyril. a quibus non abludit Maximi tropologia : Hebr. tamen, Chald. Syr. Vulg. nec non Theodoret. prioribus jungunt, ut sit, Τὸ ὕψος τῆς φαντασίας αὐτῆς ἐπήρθη· ac tunc, sequatur, ὁ ἥλιος κ. τ. ἑ. Cyril. αὐτῆς, id est, ἀβύσσου · *altitudo* τῆς ἐν αὐτῇ φαντασίας, τουτέστιν, inquit, πᾶν ὅσον ἐστὶν ἐν αὐτῇ (credentium scilicet multitudine, uti ipse exponit) λαμπρόν τε καὶ ἐπηρμένον, καὶ ταῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ φαντασίαις, ἤτοι δόξαις κεναῖς κατηγλαϊσμένον, ἔδωκε φωνὴν αὐτῆς· *ejus quæ in ipsa magnificentia est et splendor (nempe quidquid in ea splendidum est et excelsum, mundique hujus pompatico cultu; inani scilicet claritate magnifice ornatum) dedit vocem suam.* Eodem sensu usurpata hæc vox Lucæ Act. XXV : Τῇ οὖν ἐπαύριον, ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας. Vulg. *cum multa ambitione :* cum magno scilicet fastu et ostentatione seu apparatu (quod reddit Erasm.) atque ornatu : magnifico cultu ac comitatu. Suid. incerto auctore, Αὖθις δὲ Ῥωμαῖοι μετὰ μεγάλης φαντασίας καὶ συμπαθείας τοῦ δήμου προῆγον, *Magno apparatu ac pompa.* Usus est et Athen. aliique; longeque a vero abest Nobil. qui Cyrillum et Theodoret. abyssi cogitationem interpretatos dicat. Cyril. quid velit, cæcus est qui non videat : Theodoret., qua brevitate utitur, rem levius perstringit, nec eam vocem pluribus explicat. Major proinde fides, nedum ἀκρίβεια mihi in Nobilio desideretur. Vocem ידיו, id est, *manus suas* sic metaphorice ol LXX reddere potuerunt; uti etiam alii *robur, amplitudinem,* aliaque in illis reddunt.

(d) Περὶ τῶν ἐν τῷ κατακλυσμῷ. Locus hic difficilior est. Exponit Maximus, ut et scholia Græca, de mortuis ante Christum, non satis illius imbutis fide : nec desunt ex scholasticis, qui eam fidem Christi explicatam ad ingressum regni necessariam putarent, quam Christus descensu suo ad inferos Patribus invexerit. Sicque forsitan Maximus et scholia possint intelligi, de illis qui vel sanctis moribus vitam traduxissent, vel de malis commissis pœnituissent, cum explicatior illa Christi fides illis desideraretur; non qui graviorum scelerum rei, vivis excessissent : de illis denique, quos illatæ divinitus pœnæ ad saniorem mentem reduxissent; quales erant, quos diluvii aquæ sustulissent. Par sane est, plurimos qui Noemo fabricanti arcam præ incredulitate illuserant, aquis paulatim crescentibus, cunctisque commune exitium afferentibus, divinam justitiam cogitasse, eamque placare studuisse, serio pœnitendo, ipsumque, quoad ita delebantur, scelerum suorum ἀπόλυτρον, illisque expiandis probo animo a Deo suscepisse : quomodo passim etiam scelestissimos videmus in ipso patibulo omni patientia tormenta sustinere, Deoque offerre, hoc exorantes, ut iis misericordiam ab eo consequantur; quibus nec deest latronis exemplum, cui sic propense Christus indulsit in cruce, quod vel in extremis suorum scelerum, ejusque cum majestatis tum innocentiæ confessor, cultorque exstitisset. Grot. de fidelibus exponit, et quibus esset prædicata Christi fides, sed jam mortui essent, κατὰ ἀνθρώπους carne, hominum existimatione, vel etiam eorum dolo et machinatione, qui solam carnem et corpus possunt occidere; viverent vero spiritu secundum Deum, ea vita cujus Deus auctor est : animi scilicet ac spiritali, uti Stephanus et Jacobus, qui jam sublati hominibus, Deo viverent.

ἵνα διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, ἡνίκα διὰ φιλανθρω- A πίαν ἐν τῇ τοῦ ᾅδου γένηται χώρᾳ, ὅσοι πιστεύσωσιν, ἀφεθῇ αὐτοῖς ἡ τῆς ἀσεβείας ἁμαρτία· καὶ ζήσωσι κατὰ Θεὸν πνεύματι, κριθέντες δηλονότι σαρκὶ, καθὼς εἴρηται, ὑπὲρ τῶν εἰς ἀνθρώπους πλημμελειῶν.

ΕΡΩΤ. ΛΗ'.

Τί σημαίνει Δαβὶδ ψάλλων, καὶ τὸ πονηρὸν πνεῦμα τοῦ Σαοὺλ ἀποκαταπαύων;

Ἀπόκρ.

Πᾶς ὁ κατὰ τὸν μακάριον Δαβὶδ ποιμαίνων τὰ πρόβατα, τουτέστιν, τὸ λογιστικὸν τῆς ψυχῆς· καὶ κτένων θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν καθάπερ ἐκεῖνος τὸν λέοντα καὶ τὴν ἄρκον· οὗτος τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας χρώμενος μετά τινος ὑψηλῆς θεωρίας, ἡδύνει B τὸν ἀκούοντα, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάθη τῆς κακίας κατευνάζει.

ΕΡΩΤ. ΛΘ'.

Ἐπειδὴ ἡ Γραφὴ τρανῶς λέγει, ὅτι δέδωκε δεκάτας ὁ Ἀβραὰμ τῷ Μελχισεδέκ· ἄλλως τε καὶ εἰ πάντα ἀπέδωκε, καθὼς αὐτὸς λέγει, ὅτι ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος οὐκ ἔλαβε, πόθεν δέδωκε δεκάτας; Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἴδιόν τι ἐπεφέρετο εἰς πόλεμον ἔκπληκτος ἀπερχόμενος

Ἀπόκρ.

Ἐπειδὴ ἡ θεία Γραφὴ ἱερέα τοῦ Θεοῦ τὸν Μελχισεδὲκ λέγει εἶναι, προσηκόντως ἄρα ὁ Ἀβραὰμ ὡς λαϊκοῦ τάξιν ἐπέχων δεδωκέναι τῷ ἱερεῖ τὰς δεκάτας πιστευθήσεται. Ὅτι δὲ καὶ εἶχε πόθεν παρασχεῖν, C ἐκεῖθεν δῆλον. Οἱ γὰρ ἐπιστρατεύσαντες βασιλεῖς ἐπὶ Σόδομα, οὐ μόνον τὰ Σοδόμων εἶχον λαβόντες, ἀλλὰ καὶ ἄλλων χωρῶν εἶχον μεθ' ἑαυτῶν λάφυρα, ἅπερ ἦσαν προαιχμαλωτεύσαντες. Ἅπερ πάντα κατακόψας αὐτοὺς ὁ Ἀβραὰμ, καὶ λαβὼν, τὰ μὲν τῶν Σοδομιτῶν ἀπέδωκε· τὰ δὲ ἄλλα παρ' ἑαυτῷ κατέσχεν, ἐξ ὧν καὶ τὰς δεκάτας τῷ Μελχισεδὲκ παρέσχετο.

ΕΡΩΤ. Μ'.

Τίνος χάριν, οἱ μὲν κατὰ νόμον ἱερεῖς γυναῖκας ἔχειν οὐκ ἐκωλύοντο· οἱ δὲ κατὰ Χριστὸν ἱερεῖς κωλύονται, ὅσον ἀπὸ τῆς συνηθείας;

Ἀπόκρ.

Ἐπειδὴ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου ἱερωσύνη κατὰ τὴν D τάξιν Μελχισεδὲκ γενέσθαι πιστεύεται, καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρών· Μελχισεδὲκ δὲ, γυναῖκα ἐσχηκέναι οὐκ ἀναγέγραπται. Ἀναγκαίως ἄρα καὶ οἱ κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν (e) ἱερατεύοντες ἐπίσκοποι γυναῖκας οὐ προσίενται.

misit: ut scilicet per fidem in ipsum, cum benignissima clementia ad inferna descendisset, universi in eum credituri, impietatis reatu solverentur, viverentque spiritu secundum Deum; carne scilicet judicati, eorum nomine, quæ in homines deliquissent.

INTERR. XXXVIII.

Quid sibi velit David psallendo, spiritumque malum a Saule sedando ac mitigando [37]?

Resp.

Quisquis in beati Davidis morem, oves pascit (animi scilicet cogitantis vim ac rationis) ac velut ille leonem et ursum (iram et cupiditatem) occidit [38]; hic doctrinæ sermonem cum sublimi quadam contemplatione usurpans, audientem delectat, vitiososque in eo affectus ac libidines sedat.

315 INTERR. XXXIX.

Cum Scriptura clare habeat, dedisse Abrahamum decimas Melchisedeco: alioqui vero reddiderit omnia, uti ipse ait, nec ad calcei usque ligulam quidquam acceperit, quomodo decimas dedit. Neque enim ipse tumultuarie profectus, ad belli apparatum quidquam attulerat [39].

Resp.

Cum divina Scriptura Melchisedecum Dei sacerdotem esse dicat, apte utique Abrahamus, laici hominis ipse tenens ordinem, sacerdoti decimas æstimabitur dedisse. Quod vero non deesset unde præberet, inde liquet. Ii namque reges, qui adversus Sodomam expeditionem susceperant, non solum Sodomorum, verum etiam aliarum regionum, quas ante diripuerant, manubias spoliaque habebant. Cuncta hæc, illis profligatis, cum Abrahamus tulisset, quæ erant Sodomorum. Sodomitis reddidit; reliqua vero penes se retinuit, ex quibus Melchisedeco decimas præbuit.

INTERR. XL.

Quid causæ est cur legales sacerdotes uxores habere non prohiberentur; Christiani autem sacerdotes prohibentur, quod ad consuetudinem attinet?

Resp.

Idcirco nimirum quod sacerdotium evangelicum secundum ordinem Melchisedec exstitisse creditur, non secundum ordinem Aaronis, non autem scriptum est Melchisedecum habuisse uxorem. Necessario itaque etiam, qui secundum ejus ordinem sacerdotio funguntur episcopi, non admittunt uxorem.

[37] I Reg. XVI, 16. [38] I Reg. XVII, 36. [39] Gen. XIV, 20 seqq.

* Hactenus Regius cod. Quæ sequuntur ex solo Segueriano.

(e) *Οἱ κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν.* Quod sic Maximus ad episcopos restringit, usum respicit sua Ecclesiæ, quo simplicibus sacerdotibus indulgentur conjugia: sic nempe ille modeste, et ne videretur in cœlum os ponere, ac simplex monachus, sacerdotibus præscribere. Cæterum ejus ratio ad omnes Christi sacerdotio fungentes spectat; sunt enim illi omnes Melchisedeciani ordinis, non Aaronici, offerentes et ipsi panem et vinum (corpus scilicet ac sanguinem Christi conficientes) ac quos, perinde ac episcopos, maxima inde sanctitas ac castimonia deceat: quam et statuto suo ab eis Ecclesia sancte exigat, non ut templum Domini majoribus impudicitiis in se polluant, vere majestatis rei, quam sic adeant, quidquam indulgeat.

INTERR. XLI.

Quid causa est cur in propositione pretiosi corporis et sanguinis Domini, panes ac calices impari numero proponere Ecclesia soleat?

Resp.

Omnia quæ in Ecclesia peraguntur, eximiam quamdam habent rationem. Quia vero hæc in primis symbola, **316** divinæ substantiæ exsistunt mysteria ac simulacra; vacat autem illa omni compositione: creatura vero omnis composita est; sola autem, sicut dictum est, sancta Trinitas simplex est omnisque compositionis expers; idcirco igitur Ecclesia impari numero panes proponit ac calices, in quibus Deitatem figura repræsentet.

INTERR. XLII.

Quia nonnulli quæstionem movent: Qui fiat ut incarnatio Dominica cœlestes omnes Virtutes latuisse dicatur, cum inveniamus, tum vaticinia quæ de illo erant per angelos fuisse exhibita, tum Gabrielem Virgini conceptum nuntiare; ac demum angelos, pastores docere?

Resp.

Equidem scivisse angelos futuram Domini, salutis hominum causa, incarnationem, nullo modo in dubium vocandum est. Quod vero eos latuit, hoc est, incomprehensa Domini conceptio modusque: quomodo totus in Patre totusque in omnibus ac cuncta implens, totus in Virginis utero esset.

INTERR. XLIII.

Quid sibi vult Garizin, et Bal[60]*?*

Resp.

Garizin, si nomen interpreteris, *cicumcisio* est. Bal autem, *conspersio*, seu *massa*. In conspersione igitur destructæ partis nationum, altare figit Dominus noster Jesus Christus.

INTERR. XLIV.

Quid sibi volunt Chavones[61]*, Cana*[62]*, Galilæa, Doeb*[63] *et Hermon*[64]*?*

Resp.

Chavones, *fenestras* interpretantur. Cana, si no-

A

ΕΡΩΤ. ΜΑ'.

Τίνος χάριν ἐν τῇ προθέσει τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου, τοὺς ἄρτους καὶ τὰ ποτήρια ἀνίσους (f) προτιθεῖν ἔθος τῇ Ἐκκλησίᾳ;

Ἀπόκρ.

Πάντα ὑπερφυῆ λόγον ἔχουσι τὰ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τελούμενα. Ἐπειδὴ δὲ κατ' ἐξαίρετον τὰ σύμβολα ταῦτα τῆς θείας οὐσίας εἰσὶ μυστήρια καὶ ἀπεικονίσματα· ἔστι δὲ αὕτη ἀσύνθετος· πᾶσα δὲ κτίσις σύνθετός ἐστι· μόνη δὲ, ὡς εἴρηται, ἡ ἁγία Τριὰς ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετος· διὰ τοῦτο οὖν ἄνισα προτίθησιν ἡ Ἐκκλησία τοὺς ἄρτους καὶ τὰ ποτήρια, τὸ Θεῖον ἐν τούτοις χαρακτηρίζουσα.

B

ΕΡΩΤ. ΜΒ'.

Ἐπειδή τινες ἀποροῦσιν, ὅτι πῶς λαθεῖν λέγεται πάντας τὰς οὐρανίους δυνάμεις ἡ τοῦ Κυρίου ἐνανθρώπησις, ὁπόταν εὑρίσκομεν, ὅτι καὶ αἱ προφητεῖαι αἱ περὶ τοῦ Κυρίου δι' ἀγγέλων γεγόνασι, καὶ τὴν σύλληψιν τῆς Παρθένου ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελίζεται, καὶ τοὺς ποιμένας ἄγγελοι μυσταγωγοῦσι;

Ἀπόκρ.

Ὅτι μὲν ᾔδεισαν οἱ ἄγγελοι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων τοῦ Κύριου ἐνανθρώπησιν, οὐ δεῖ ἀμφιβάλλειν. Ἐκεῖνο δὲ ἔλαθεν αὐτοὺς, ἡ ἀκατάληπτος τοῦ Κυρίου σύλληψις καὶ ὁ τρόπος· πῶς ὅλος ἐν τῷ Πατρὶ ὢν καὶ ὅλος ὢν ἐν πᾶσι καὶ πάντα πληρῶν, ὅλος ἦν ἐν τῇ γαστρὶ C τῆς Παρθένου.

ΕΡΩΤ. ΜΓ'.

Τί σημαίνει τὸ Γαριζὶν, καὶ τὸ Βάλ;

Ἀπόκρ.

Γαριζὶν (g) ἑρμηνεύεται *περιτομή*· Βὰλ δὲ, *φύραμα*. Ἐν τῷ φυράματι οὖν τῆς ἐθνικῆς μερίδος τῆς καθῃρημένης, πήγνυσι θυσιαστήριον ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

ΕΡΩΤ. ΜΔ'.

Τί Χαυῶνες, Κανὰ, Γαλιλαία, Δωὴκ καὶ Ἀερμών.

Ἀπόκρ.

Χαυῶνες (h) *θυρίδες* ἑρμηνεύονται. Κανὰ ἑρ-

[60] Josue VIII, 33. [61] Jerem. VII, 18 sec. LXX. [62] Josue XIX, 28; Joan. II, 1. [63] I Reg. XXI, 7; XXII, 18, 22. [64] Deut. III, 8; IV, 48.

(f) *Τοὺς ἄρτους καὶ τὰ ποτήρια ἀνίσους*. Triplicis προσφορᾶς (nos *oblatas* dicimus) meminit Liturgia Chrysostomi, sed velut quasi ex uno pane, cujus pars in Dei honorem et Christi immolationis memoriam offeratur; altera, in sanctæ Dei Genitricis; tertia, in omnium sanctorum memoriam, secundum distributionem novem ordinum angelorum, quibus accenseantur pro meritorum ratione etiam sancti. Maximus vero loqui videtur de panibus et calicibus, qui plures, pro sumentium Eucharistiam numerositate, vel pauciores offerrentur: impari tamen numero; quod vix alii observasse videntur. Sic memini legisse qui collectas in missa, sic impari numero recitandas statuant; sicque ternas diebus non solemnibus præscribunt rubricæ, cum alias addere occurrentis festi, seu justæ alicujus necessitatis, pietas non suaserit.

D (g) *Γαριζίν*. Garizin nota derivatio, ἀπὸ τοῦ גרז. *succidit, excidit*. Unde in expositione nominum Bibliorum, *secures*, vel *scissores* exponitur. Quod sequent. habet Maximus, βὰλ, reliqui Γαιβὰλ habent, ipsaque Hebr. עיבל, exponuntque *acervus vetustatis*, vel *acervus defluens*. Nempe עי, *cumulus* est seu *acervus*. בלל, *confudit, perfudit, miscuit*; quo respicit illud φύραμα Maximi, uti בלה est, *veterascere, vetustate teri, deleri*.

(h) *Χαυῶνες*. כונים, *Liba, popana, placentæ effigiatæ*, effigiem idoli habentes impressam, quod colebatur, et cui offerebantur, Jerem. VII, 18; et XLIV, 19, nempe stellam magnam, quam reginam cœli vocabant. Aben Esr. ex lingua Arabica et Persica, τὸ כיון, Amos V, 25, constare ait appellari stellam *Saturni*; a verbo כום, *aptavit*, etc. Maximus. quod

μηνεύεται κτῆσις· Γαλιλαία δὲ ἀποκάλυψις [ἀποκύλισις]. Δωὴκ ὁ Σύρος, ὁ ὑπερήφανός ἐστι λογισμός. Ἀερμὼν ἑρμηνεύεται *ἀποστροφὴ θηρίων*. Φασὶ δὲ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἐκεῖθεν γεννᾶσθαι. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων, τὴν χάριν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

ΕΡΩΤ. ΜΕ'.

Τί ἐστι τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον, « Σχολάσατε, καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός ; »

Ἀπόκρ.

Ἓξ εἰσι σχολαί, ἅστινας κατορθοῦντες, Θεὸν ἐπιγνῶναι δυνάμεθα. Πρώτη ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργείας· δευτέρα, ἡ τῆς ἐξαπτικῆς διαίτης· τρίτη, ἡ τοῦ τύπου τῆς ἐπιμιξίας τῶν ἀφυλάκτως βιούντων· τετάρτη, ἡ τοῦ ἀπροσφόρου ἐπιτηδεύματος B τοῦ κατὰ Θεὸν βίου· πέμπτη, ἡ τῆς ὑπάρξεως τῆς διαβεβλημένης καὶ εἰς πολλὰ περισπώσης τὸν νοῦν· ἕκτη, τὸ μὴ ἔχειν καθόλου ἴδιον θέλημα. Καὶ τοῦτό ἐστι καὶ ἀποταγὴ καὶ ὑποταγὴ ἡ ἀληθινὴ καὶ κατὰ Θεόν.

ΕΡΩΤ. ΜϚ'.

Εἰς πρόσωπον τίνος λαμβάνεται ὁ Ἰεφθάε, καὶ ἡ τούτου θυγάτηρ;

Ἀπόκρ.

Ὁ μὲν Ἰεφθάε εἰς πρόσωπον τοῦ Κυρίου· ἡ δὲ τούτου θυγάτηρ, εἰς τὴν αὐτοῦ πανάχραντον σάρκα. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ἰεφθάε ἐκ πόρνης ἦν γεγεννημένος, καὶ ἀπὸ τῶν ἰδίων ἐξεδιώχθη· καὶ ἐξελθὼν ἐπολέμησε, καὶ ἐνίκησε τοὺς ὑπεναντίους, C ὑποσχόμενος τῷ Θεῷ τὸν ὑπαντῶντα αὐτῷ ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ προσάγειν εἰς θυσίαν· οὕτως καὶ ὁ Κύριος ἐκ τῆς πορνευσάσης ἡμῶν φύσεως, τὸ κατὰ σάρκα ἀναμαρτήτως προελθὼν, καὶ τῆς οἰκείας σαρκὸς γενόμενος σπορεύς. Ἐκδιωχθεὶς τε ὑπὸ τῶν δοκούντων εἶναι Ἰουδαίων, καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν πόλεμον νικήσας, προσήγαγε τὴν οἰκείαν σάρκα τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἰεφθάε γὰρ ἑρμηνεύεται, ἄνοιξις Θεοῦ.

ΕΡΩΤ. ΜΖ'.

Πῶς νοήσομεν τὸ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτι « Μείζων Ἰωάννου ἐν γεννητοῖς οὐκ ἐγήγερται· ὁ δὲ

A men interpreteris, *possessio* est. Galilæa vero, *revolutio*. Doec Syrus, superbus est animus, atque ratio. Hermon, si nomen interpreteris, est *aversio ferarum*. Aiunt autem inde oriri Jordanem fluvium. Per hæc autem significat gratiam sancti baptismatis.

317 INTERR. XLV.

Quid sibi vult, quod in Psalmis dictum est : Vacate, et scitote quia ego sum Deus [45]*?* »

Resp.

Sex partibus dicta vacatio est; quas omnes si præstiterimus, Deum nosse poterimus. Prima vacatio est, a peccati actu; altera, a victus ratione, quæ ipsum succendit; tertia, ab eorum convictu ac societate, qui incaute vivunt; quarta, ab eo instituto quod non conducit ad vitam religiose pieque instituendam; quinta, a substantia quæ vitio vertitur, animumque pluribus distrahit; sexta, ut omnino careamus propria voluntate. Hæcque vera et ex pietatis rationibus abrenuntiatio est ac subjectio.

INTERR. XLVI.

Cujus rei figura Jephthe exponatur ejusque filia [46]*?*

Resp.

Jephthe quidem sic sumitur, ut figura Dominum referat; ejus vero filia, intemeratissimam ipsius carnem. Quemadmodum enim Jephthe, scorto matre susceptus, atque a suis exagitatus, egressus pugnavit, atque adversarios vicit; voto nuncupato, Deo se victimam oblaturum, quidquid e familia domoque venienti primum occurrisset. Sic et Dominus, ex scortante humana natura, secundum carnem, nulla peccati labe progressus, suæque ipse carnis sator effectus; atque ab illis, qui Judæos præferrent, exagitatus, belloque pro nobis suscepto, victor, suam Deo ac Patri obtulit carnem. Jephthe enim, si nomen interpreteris, *Dei apertio* dicitur.

INTERR. XLVII.

Quid sibi vult, quod ita in Evangelio scriptum est : « Inter natos non surrexit major Joanne; qui autem

[45] Psal. XLV, 11. [46] Judic. XI, 1 seqq.

Θυρίδα, *fenestram* interpretatur, vocem בוא *spectavit*, quæ Chaldaice est *fenestra*; ex qua plurale כוין, *fenestræ*, Dan. VI, 11. Vocis *Cana*, nota est derivatio, ἀπὸ τοῦ קנה, *possedit*. De Galilæa quod scriptum est, ἀποκάλυψις, *revelatio*, nullus adduci possim, ut ita scripsisse Maximum existimem, et non potius ἀποκύλισις, *revolutio*, quod notum est, eam vocem ex Hebraicis sonare. Qui in aliis sic accuratus, in re sic trita cunctisque nota, non sic a vero procul abiisset. Proclive sic errare imperito scribæ, ex vocum vicinitate; uti etiam nonnulli Latinorum *revelationem* scripserunt, pro, *revolutionem*; quos me suffixisse memini in Bibl. mea PP. Concionat. Suid. Γαλιλαία, κατακυλιστή. גלל. *devolutio*, Chald. ac præteritum Hebrai. *devolvit*, *convolutavit*. Vocem Δωὴκ, non ex Hebraicæ vocis etymo interpretatus est Maximus, sed ex ipso hominis genio. Est vero D דאג, *anxius*, *sollicitus*, *piscator*; quæ non male in hominem sic maleficum et insidiosum cadunt. Vocem חרמון accepit Maximus, ut est ἀπὸ τοῦ חרם quinque punctorum, quod est, *sagena*, *plagæ*, *rete*; hæc enim *ferarum* ἀποστροφή, seu *bestiarum*, sive quod hæc fugiant studeantque cavere, sive quod incauta animalia se in illa, esca scilicet illecta, conjiciant, juxta utramque ejus vocis significationem, etsi contrariam. Hincque adeo est ut internecioni dentur, ac pereant, vere devota in hominum usus, quæ altera, ipsaque prior Hebraicæ vocis significatio est. Quod vero ratione Jordanis inde orientis, gratiam sacri baptismatis significare ait Maximus, contrario sensu accipiendum anathema, ut qui illo capiuntur Dei ἀνάθημα sint, et ad vitam capiantur.

minor est in regno cœlorum, major est illo [47]? »

A *μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν;*

Resp.

Quisquis præ Joanne sese humiliaverit (hoc enim sibi vult, **318** quod dictum est, *minor*), ille major est Joanne. Vel etiam aliter : quia Joannes eam contemplationis vim, quam pro hoc ævo assequi licet, comprehendisse existimatur, exigua extremaque eo statu qui futurus est, exhibenda scientia, major est, quam quidquid præsenti ævo scientiarum habetur. Vel qui inter homines summus theologus longeque divinorum scientia provectissimus est, postremo inter angelos minor est. Aut denique, qui secundum evangelicam institutionem postremum obtinet gradum, supremo, quod ad legalem justitiam attinet, major est.

Ἀπόκρ.

Ὅστις ὑπὲρ τὸν Ἰωάννην ταπεινώσει ἑαυτὸν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *μικρότερος*), ἐκεῖνος μείζων ἐστὶ τοῦ Ἰωάννου. Ἢ καὶ ἄλλως, ἐπειδὴ ὁ Ἰωάννης τὴν ἐνταῦθα ἐφικτὴν διὰ θεωρίας γνῶσιν κατειληφέναι πιστεύεται, ἡ μικρὰ καὶ τελευταία κατὰ τὴν μέλλουσαν φανήσεσθαι κατάστασιν γνῶσις μείζων ὑπάρχει τῆς ἐνταῦθα. Ἢ καὶ ὁ ἐν ἀνθρώποις ἄκρος θεολόγος τοῦ ἐν ἀγγέλοις ἐσχάτου ἐστὶ μικρότερος. Ἢ καὶ ὁ κατὰ τὴν ἀγγελικὴν [εὐαγγελ.] πολιτείαν τὴν ἐσχάτην ἔχων τάξιν, τοῦ κατὰ τὴν νομικὴν δικαιοσύνην ἄκρου, μείζων ἐστί.

INTERR. XLVIII.

Quid sibi vult illud Proverbiorum : « Manui manus immittens, non erit innocens [48]? »

Resp.

Actioni studiosæ malam actionem miscens, non erit innocens.

B

ΕΡΩΤ. ΜΗ'.

Τί ἐστι, τὸ τῶν Παροιμιῶν, « Χειρὶ χεῖρας ἐμβαλὼν, οὐκ ἀθωωθήσεται; »

Ἀπόκρ.

Πράξει ἐναρέτῳ ὁ πρᾶξιν μίσγων φαύλην, οὐκ ἀθωωθήσεται.

INTERR. XLIX.

Quid sibi vult : « Septies cadet justus, et resurget [49]? »

Resp.

Justum hoc loco, solum vere justum Dominum nostrum Jesum Christum existimemus, operæ pretium est. Quia igitur ipse in nobis tum cadere dicitur, tum resurgere, velut qui nostra omnia, humanissima pietate susceperit. Cecidit vero septies C humana natura, primum primi parentis transgressione, quæ prima exstiterit; tum attentato Caini homicidio [50], qui cædem prior designavit; tertio, Noemi ætate, per quam non permansit Spiritus Dei in hominibus, eo quod carnes essent; quarto, tempore exstructæ turris; quinto, Abrahami ætate, qui solus placuit Deo [51]; sexto, sub Moyse, sic adulta auctaque ejus ætatis hominum impietate, ut adversus eam adjutor ipse a Deo mitti debuerit; septimo, prophetarum ætate, quæ superiores ætates majore impietatis cumulo superavit. Quod igitur, uti dictum est, natura humana septies ceciderat, hanc Dominus ineffabili pietate motus excitavit, sibi ipse eamdem naturam unione quæ est per hypostasim, D copulans.

ΕΡΩΤ. ΜΘ'.

Τί ἐστι τὸ, « Ἑπτάκις πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται; »

Ἀπόκρ.

Δίκαιον ἐνταῦθα, τὸν μόνον ἀληθῶς δίκαιον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὑπολαμβάνειν χρεών. Ἐπεὶ οὖν αὐτὸς ἐν ἡμῖν λέγεται καὶ πίπτειν καὶ ἀνίστασθαι, ὡς τὰ ἡμέτερα πάντα διὰ φιλανθρωπίαν καταδεξάμενος· ἔπεσε δὲ ἡ φύσις ἡμῶν ἑπτάκις, κατά τε τὴν τοῦ προπάτορος παράβασιν πρώτην γεγενημένην· δευτέραν δὲ, τὴν τολμηθεῖσαν τοῦ Κάϊν μιαιφονίαν, πρῶτον καινοτομήσαντος φόνον· τρίτην ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Νῶε γενεᾶς, ἐφ' ἧς οὐ κατέμεινε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας· τέταρτον, ἐπὶ τῆς πυργοποιίας· πέμπτον, ἐπὶ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ γενεᾶς, ἐξ ἧς μόνος αὐτὸς τῷ Θεῷ εὐηρέστησε· ἕκτην, ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως, εἰς τοσοῦτον τῆς ἐπ' αὐτοῦ γενεᾶς ἀθεΐας ἐξοχειλάσης, ὡς αὐτὸν εἰς ἐπικουρίαν τῆς τοσαύτης ἀσεβείας ἀπὸ Θεοῦ πεμφθῆναι· ἑβδόμον, ἐπὶ τῆς τῶν προφητῶν γενεᾶς, ἥτις τὰς προλαβούσας γενεὰς εἰς κακίας μέτρον ὑπερηκόντισεν. Ἐπεὶ οὖν, ὡς εἴρηται, ἑπτάκις ἔπεσεν ἡ φύσις ἡμῶν, ταύτην ἀφάτῳ φιλανθρωπίᾳ νικηθεὶς ἀνέστησεν ὁ Κύριος, αὐτὴν τὴν φύσιν ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν.

319 INTERR. L.

Quid sibi vult illud evangelicum : « Lava faciem tuam, et unge caput tuum [52]? »

Resp.

Facies nostra, vita est, quæ quasi vultus, quale simus secundum interiorem hominem certis ductibus repræsentet. Hanc igitur Scriptura lavare jubet,

ΕΡΩΤ. Ν'.

Τί σημαίνει τὸ Εὐαγγέλιον, λέγον, « Νίψαι σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν; »

Ἀπόκρ.

Τὸ πρόσωπον ἡμῶν ἐστιν ὁ βίος, χαρακτηρίζων καθάπερ ἡ ὄψις ὁποῖοί τινές ἐσμεν κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Τοῦτο οὖν ὁ λόγος παρακελεύεται νίπτειν,

[47] Matth. xi, 11; Luc. vii, 28. [48] Prov. xvi, 5. [49] Prov. xxiv, 16. [50] Gen. iii, 6; iv, 8. [51] Gen. vi, 3 seqq. xi, 2 seqq. xii, 1 seqq. [52] Matth. vi, 17.

τουτέστι καθαίρειν τὸν βίον, κηλῖδος πάσης ἁμαρτιῶν· κεφαλὴ δέ ἐστιν ὁ ἡμέτερος νοῦς, ὃν ὁ λόγος ἀλείφειν κελεύει, τουτέστι τῇ θείᾳ καταφαιδρύνειν γνώσει.

ΕΡΩΤ. ΝΑ'.

Τί ἐστι τὸ, « Συνέφερεν αὐτῷ, ἵνα μύλος ὀνικὸς περιτεθῇ ἐν τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ, καὶ ῥιφῇ ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν; »

Ἀπόκρ.

Μικροὺς, οἶμαι, λέγει τοὺς κατὰ διάνοιαν ἀφελεῖς, καὶ διὰ σμικρότητα νοὸς, μὴ δυναμένους διακρίνειν τὰ τῆς Προνοίας κρίματα. Ὅστις ἂν σκανδαλίσῃ τοὺς τοιούτους, συνέφερεν αὐτῷ Ἑλληνικῆς εἶναι μοίρας, οἳ δίκην ὄνου ἐν μύλωνι μόνῃ τῇ κινήσει τοῦ κόσμου ἐνίσχηνται· καὶ ἵνα ῥιφῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης· τουτέστιν ἐν τῇ συγχύσει τοῦ βίου. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος Πέτρος βεβαιοῖ λέγων· *Κρεῖσσον μὴ ἐπιγνῶναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνόντας, εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι.*

ΕΡΩΤ. ΝΒ'.

Εἰς τί λαμβάνεται ὁ Κάϊν, καὶ ὁ Ἄβελ;

Ἀπόκρ.

Ὁ Κάϊν (i) λαμβάνεται ἐπὶ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκός· ὁ δὲ Ἄβελ, ἐπὶ τοῦ πένθους, ἤγουν τῆς μετανοίας.

ΕΡΩΤ. ΝΓ'.

Τί ἐστι τὸ, « Μὴ μακαρίσῃς ἄνδρα πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ; »

Ἀπόκρ.

Salvat Deus dextera sua, dando unigenitum Filium suum (est enim Filius Patris dextera) redemptionem pro mundi salute. Exaudit vero dando justo, præter remissionem peccatorum, etiam spiritalia dona. Nam audit Deus suum supplicem, primum per pœnitentiam tribuendo veniam peccatorum; exaudit vero ac quasi cumulate audit, dum præter remissionem peccatorum, etiam afflatus ac dona per gratiam spiritalem concedit. In Sancto autem suo loquitur, hoc est, in Verbo suo incarnato, divinum suum consilium ac propositum, quod a sæculis ac generationibus fuerat absconditum; per Christi nimirum in carne dispensationem, ejus humana nobiscum conversatione, quodam modo diserte clamans, mundoque ad æternæ vitæ informationem, omni voce clarius insonantem, bonorum operum exhibitionem præbens. Loquitur vero etiam in quovis sancto, ejus servante mandata quasi viventes per opera sermones, omnique voce vocaliores ostentans.

Exsultat autem tunc justus, cum Unigeniti gratia perfectus ac consummatus, idoneus factus fuerit, ut dividat Sichima; nempe ut pro cujusque captu ac ratione ex docta experientia, virtutum viriles modos, colendo actionem, reliquis documento tradat. Est enim Sichima, si nomen interpreteris, *humerorum latitudo;* ejusmodi scilicet habitus, qui et omnes perturbationes vitiaque coerceat, omniumque parens ac causa virtutum exsistat. Aiunt enim humerum virtutis præferre symbolum.

Et convallem Tabernaculorum dimetitur; convenientes scilicet cuique rei rationes per naturalem contemplationem tribuens. Convallis enim Tabernaculorum mundus iste est, in quo scilicet, pro diversa cujusque voluntate animique proposito,

A ώπου τόξου φησὶν ὁ Λόγος φεύξεσθαι τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τόξου. Τὸ γὰρ τόξον τῆς ἁμαρτίας, ἄνευ προσώπου τυχὸν, οὐδέ τι δράσειε κατὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον.

Ἐφ' ᾧ ῥυσθῆναι τοὺς ἀγαπητοὺς τοῦ Θεοῦ. Ἀγαπητοὶ δὲ Θεοῦ εἰσιν, οἱ κατὰ θεωρίαν συνεκτικοὶ τῆς θείας γνώσεως λογισμοί· οὓς ῥύονται, οἱ κατὰ τὴν πρακτικὴν συνιστάμενοι τρόποι τῶν ἀρετῶν, ἀπὸ πάσης πλάνης καὶ πασῶν τῶν διοχλουσῶν τῇ ψυχῇ κατὰ πρόληψιν τῆς ἁμαρτίας [*Fr.* ἁμαρτιῶν] μνημῶν.

Σῶσον τῇ δεξιᾷ σου, καὶ ἐπάκουσόν μου. Ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ· Ἀγαλλιάσομαι καὶ διαμεριῶ Σίκημα, καὶ τὴν κοιλάδα τῶν B *Σκηνῶν διαμετρήσω.*

Σώζει ὁ Θεὸς τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, διδοὺς τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱόν· δεξιὰ γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός· λύτρον ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Ἐπακούει δὲ, διδοὺς τῷ δικαίῳ, πρὸς τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ πνευματικὰ χαρίσματα. Ἀκούει μὲν γὰρ τοῦ ἱκετεύοντος αὐτὸν ὁ Θεὸς, πρῶτον διὰ τῆς μετανοίας ἄφεσιν διδοὺς ἁμαρτημάτων, ἐπακούει δὲ, πρὸς τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ τὰ διὰ χάριτος πνευματικῆς διδοὺς ἐνεργήματα. Λαλεῖ δὲ ἐν τῷ Ἁγίῳ αὐτοῦ· τουτέστιν, ἐν τῷ σαρκωθέντι αὐτοῦ λόγῳ, τὸν θεῖον αὐτοῦ σκοπὸν τὸν ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, κατὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίαν. Διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεποῦς αὐτοῦ ἀναστροφῆς, οἱονεὶ C διαῤῥήδην βοῶν, καὶ τῷ βίῳ διδοὺς εἰς ὑποτύπωσιν αἰωνίου ζωῆς, εἰκόνα πάσης γεγωνοτέραν φωνῆς, τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπίδειξιν. Λαλεῖ δὲ καὶ ἐν ἑκάστῳ ἁγίῳ φυλάττοντι αὐτοῦ τὰς ἐντολάς· οἷον ζῶντας δεικνὺς διὰ τῶν ἔργων τοὺς λόγους, καὶ πάσης φωνῆς γεγωνοτέρους.

Ἀγαλλιᾶται δὲ ὁ δίκαιος, ἡνίκα τελειωθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Μονογενοῦς, ἱκανὸς γένηται διαμερίσαι τὴν Σίκημα· τουτέστιν, ἄλλοις ἀναλόγως ἐκ πείρας ἐπιστήμονος ὑποθέσθαι, τοὺς κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀνδρικοὺς τῶν ἀρετῶν τρόπους. *Ὠμίασις* (*d*) γὰρ ἡ Σίκημα ἑρμηνεύεται· ὅπερ ἐστὶν ἡ πάντων μὲν ἐφεκτικὴ τῶν παθῶν, πασῶν δὲ ἐνεργητικὴ τῶν ἀρετῶν ἕξις. Πράξεως γὰρ σύμβολον τὸν ὦμον D εἶναί φασι.

Καὶ τὴν κοιλάδα τῶν Σκηνῶν (*e*) διαμετρεῖ· τοὺς προσφόρους ἑκάστῳ τῶν ὄντων κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν λόγους ἀπονέμων. Ἡ γὰρ κοιλὰς τῶν Σκηνῶν, ὁ παρὼν ἐστι κόσμος, ἐν ᾧ πάντων κατὰ τὴν ἑκάστου διάφορον γνώμην τε καὶ διάθεσιν, ἁπαντᾷ

(*d*) *Ὠμίασις.* שכם *humerus* est, ὠμίας· qui latis humeris est, Poll. l. III, c. 30, unde sibi Maximus eam vocem habuit. Est autem humerus virtutis symbolum, quod athletæ eorum maxime firmitate victoria potiuntur, et quod sint ferendo onera.

(*e*) *Τὴν κοιλάδα τῶν Σκηνῶν.* Videatur in vi potius nominis proprii accipi, quod ita singulariter *vallis Tabernaculorum* dicitur סכות, quod forte locus in Syria paulo humilior et populosissimus, ut Syria pro vastitate regionis, alia aliaque induebat nomina. Sic passim in regionibus alta et depressa dividimus; montana et convalles, quarum fere major fertilitas, ac proinde incolarum frequentia. Nec forte alia sit *vallis Succot*, quam *vallis* ipsa *Salis*, quam notiori nomine significare voluerit, qui titulum psalmo apposuit, vel Esdras, vel ipse David. Campestrium crebra mentio in Veteri Instrumento, ubi vel itinera narrantur vel prœlia.

ὑπάρχει καὶ πρόσκαιρος σκηνῶν δίκην ἡ παροῦσα A ζωή.

Ἢ πάλιν Σκηναὶ τυγχάνουσιν τῆς παρούσης κοιλάδος, οἱ τῶν ἀρετῶν τρόποι, οὓς διαιρεῖ γνωστικῶς τοῖς διδασκομένοις, πρὸς τὴν ἑκάστου ἕξιν κατάλληλον διδοὺς ἀγωγὴν καὶ προσφυλακὴν [προφυλακὴν] τῶν τιμίων, ὁ διανέμειν εἰδὼς ἑκάστῳ διὰ τῆς καλῆς διδασκαλίας τὴν ἁρμόζουσαν πρὸς σωτηρίαν ὁδόν.

Ἢ Σκηναὶ κοιλάδος ὑπάρχουσιν, αἱ διὰ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ παγεῖσαι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῶν πιστευσάντων ἐθνῶν Ἐκκλησίαι· ὃ καὶ μᾶλλον, ὡς οἶμαι, τῶν ἄλλων ἐστὶν ἐπιφανέστερον.

Ἢ πάλιν, κοιλάδα Σκηνῶν διαμετρεῖ, ὁ τὸν κόσμον τῶν σωμάτων καθάπερ κοιλάδα Σκηνῶν γνώσει B περιλαμβάνων. Σκῆνος γὰρ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς, τὸ σῶμα προσηγορεύθη.

Ἐμός ἐστι Γαλαὰδ, καὶ ἐμός ἐστι Μανασσῆς, καὶ Ἐφραῒμ κραταίωσις (f) *τῆς κεφαλῆς μου.*

Γαλαὰδ κατὰ μίαν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ ἑρμηνειῶν, ἐστὶν *ἀποκάλυψις*. Μανασσῆς δὲ, ἑρμηνεύεται *λήθη*. Ἀποκάλυψις δὲ καὶ λήθη εἰκότως προσγίνονται δικαίῳ· λαμβάνοντι μὲν διὰ θεωρίας τῶν ἀποῤῥήτων τὴν μύησιν· τῶν δὲ κατ' ἀρετὴν πόνων τὴν λήθην, διὰ τὴν διαδεχομένην τοὺς πόνους τῶν ἀρετῶν εὐφροσύνην τῆς πνευματικῆς θεωρίας. Ἐφραῒμ δὲ ἑρμηνεύεται *πλατυσμός*· ὅπερ ἐστὶν ἡ κατὰ πίστιν ἐπὶ τοῖς C μέλλουσιν ἀγαθοῖς ἄπτωτος ἐλπίς· ἥτις ἐστὶν *ἀντίληψις* τῆς κεφαλῆς τοῦ δικαίου· τουτέστι, τῆς πίστεως. Παντὸς γὰρ δικαίου κεφαλὴ ἡ πίστις ἐστὶ, καὶ παντὸς ἔργου ἀγαθοῦ. Κραταίωσις δὲ ταύτης καθέστηκεν ἀσφαλὴς, ἡ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀδιάπτωτος ἐλπίς· καθ' ἣν ὡς παρόντα τὰ μέλλοντα θεωροῦντες, ἐμπλατυνόμεθα ταῖς θλίψεσιν, ἀκατάπτωτοι ἐν τοῖς πειρασμοῖς διαμένοντες.

Ἰούδας βασιλεύς μου, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.

Ἰούδας *ἐξομολόγησις* ἑρμηνεύεται. Ἄρχει γὰρ ἡ δι' εὐχῶν ἐξομολόγησις ἐν τοῖς ἁγίοις παντὸς ἀγαθοῦ. Δύναται δὲ νοηθῆναι καὶ εἰς τὸν Κύριον ὁ Ἰούδας· ὅς ἐστιν ἀληθινὸς βασιλεὺς τοῦ πνευματικοῦ D Ἰσραὴλ καὶ ὁρῶντος Θεόν· ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἡνίκα γέγονεν ἄνθρωπος, ἐξομολογούμενος πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ λέγων, *Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ ἅγιε*. Μωὰβ δὲ, *ἔντερον πατρὸς* (g) ἑρμηνεύεται, νοεῖται δὲ τὸ ἡμέτερον σῶμα, δι' οὗ κατὰ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν λουτροῦ δίκην, ὅπερ δηλοῖ σαφῶς ὁ λέβης, ἡ κάθαρσις πέφυκε γίνεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων. Κάθαρσις γάρ ἐστιν ὁ λέβης, τῆς ἐλπίδος· τουτέστιν,

A nihil constans ac fixa temporaneaque præsens vita tabernaculorum more agitur.

Aut rursus, convallis hujus Tabernacula sunt, virtutum modi, quos sapienter ac scite discipulis dividit, qui, pro eo ac quisque habitu dispositus est, **340** convenientem disciplinam præbens, donisque ac virtutibus cavens, bene apteque docendo, quæ cuique congruat ad salutem, viam novit assignare.

Aut convallis Tabernacula sunt, quæ toto terrarum orbe per Christum Salvatorem nostrum Deum erectæ sunt fidelium gentium Ecclesiæ: quod etiam, puto, reliquis manifestius ac illustrius est.

Aut rursus convallem Tabernaculorum metitur, B qui mundum corporum velut convallem Tabernaculorum cognitione scientiaque complectitur. Corpus enim non uno loco Scripturæ, *Tabernaculum* est appellatum.

VERS. 9. *Meus est Galaad, et meus est Manasses: et Ephraim fortitudo capitis mei.*

Galaad, juxta unam hujus nominis interpretationem, *revelatio* est: Manasse autem, si nomen interpreteris, *oblivionem* sonat. Merito autem revelatio ac oblivio justo contingunt, qui nempe per contemplationem arcana doceatur, virtutisque laborum obliviscatur, per eam quæ virtutum laboribus, spiritalis contemplationis jucunditas succedit. Ephraim denique, si nomen interpreteris, *dilatationem* signi- C ficat, quod est certa firmaque, pro fidei ratione bonorum futurorum spes; quæ ipsa, *susceptio* seu *defensio* capitis justi est, id est, fidei. Omnis enim justi caput, fides est, omnisque boni operis. Hujus autem firmitas ac fortitudo roburque, futurorum bonorum spes constans ac stabilis est; qua nimirum, futura, ac si jam præsentia essent, contuentes, dilatamur in tribulationibus [a], stabiles ac firmi perseverantes in tentationibus.

VERS. 10. *Judas, rex meus: Moab, olla spei meæ.*

Judas, si nomen interpreteris, *confessionem* sonat. Quæ enim in precibus confessio est, omne in sanctis bonum auspicatur. Potest autem etiam Judas ut D Domini figura intelligi, qui est verus rex spiritalis Israelis ac videntis Deum. Pro nobis enim factus homo ad Patrem confitetur, aitque, *Confiteor tibi, Pater sancte* [b]. Moab autem, si nomen interpreteris, est *intestinum patris*. Intelligitur autem corpus nostrum; quo, ceu labro, per eam philosophiæ partem quæ in actione versatur (id enim perspicue olla significat) comparatum; ut emundatio fiat peccatorum Est enim lebes, **341** spei emundatio; quæ scilicet

[a] Psal. IV, 2. [b] Matth. XI, 25.

(f) *Κραταίωσις*. Psal. CVII, 9, ubi eadem vox Hebraica, iidemque repetiti versus, est ἀντίληψις *auxilium, susceptio*, quam utramque vocem Maximus exponit; cum sit sola variatio interpretis. Ephraim quod πλατυσμὸς redditur, intelligatur ampla progenie secundum quod fructificare significat et fecundum esse.

(g) *Ἔντερον πατρός*. מאב simplicius *a patre*, quod incesto concubitu ex patre susceptus, Gen. XIX, 37, mutato *tzere* in *vau cholem*.

rite institutis vitæ rationibus, per emundationem, ad bona nobis in spe reposita, præparatio ac habilitas exsistit.

Potest autem rursus Moab etiam de Dominica incarnatione intelligi. Propter nos enim Filius hominis verus lebes spei nostræ factus est exstititque; hoc est, qui nobis ex peccato contractas sordes ac maculas eluat atque emundet.

In Idumæam extendam calceamentum meum.

Idumæa, si nomen interpreteris, *lutum* est *rubei* seu *argillacei coloris*, potestque de Dominica carne exponi; qua is, ceu calceamento, ad homines ingressus venit; cum alias creatura Creatorem natura infinitum ac incomprehensum nequaquam capere posset.

Potest vero rursus etiam de cujusque nostrum carne intelligi; in quam extendimus calceamentum: munientem scilicet a diaboli pravis tribulis ac spinis exercitationem ac continentiam. Hoc enim calceamentum intelligendum est. Absque enim exercitatione, seriaque continentia, fieri non potest, ut carnis vitia expugnet, qui pietatis cultor est, et ad eam exercet.

Quin et rursus intelligi potest animi calceamentum, mortificatus sensus rationis cultu et contemplationis; quo animus in eis incedens quæ sensu percipiuntur, innoxie transit hocce sæculum; eorum scilicet, intermedio sensu velut calceamento, colligens rationes; rerum aspectabilium figura formaque differentias informante imagine, ad unam solamque atque principem rationem intelligendam agnoscendamque.

Mihi alienigenæ subditi sunt.

Veniente enim Domino per carnem ad nostra loca, subjecti sunt ejus forti imperio, non solum quos destruxit spiritus nequitiæ, sed et cunctæ gentes, suscepta per vocationem Evangelii prædicatione, caput ei submisere. Subjiciuntur vero etiam omni justo alienigenæ, cum missa velut calceo, in suæ carnis terram, peccati legem mortificante continentia, nedum in ea latitantes immundos affectus vitiaque edomuerit, sed etiam eorum auctores ac incentores nequissimos dæmones destruxerit.

VERS. 11. *Quis deducet me in civitatem præsidii?*

Præsidii civitas, Græce περιοχῆς, ac si **342** *ambitus* dicas valloque munitam, sapientia est ex multis divinis atque mysticis contemplationibus collecta, *circumvallata* ac *undique munita*, ut alius quis interpretum (*Sym.*, *Theod.*) reddidit, virtutum munitionibus ac præsidiis.

Aut rursus civitas præsidii est, status ejusmodi, quo vir vere pius ac religiosus, inexpugnabilis ac

A ἡ διὰ βίου κατὰ τὴν κάθαρσιν πρὸς κληρονομίαν τῶν κατ' ἐλπίδα ἀποκειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν ἑτοιμότης.

Δύναται δὲ πάλιν νοηθῆναι ὁ Μωὰβ καὶ εἰς τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου. Υἱὸς γὰρ ἀνθρώπου δι' ἡμᾶς γέγονέ τε καὶ ἐχρημάτισεν ὁ ἀληθινὸς λέβης τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, τουτέστιν ὁ ῥυπτικὸς καὶ καθαρτικὸς τῶν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἡμετέρων κηλίδων τε καὶ μολυσμῶν.

Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου.

Ἰδουμαία, *αἱματώδης πηλὸς* (*h*) ἑρμηνεύεται· δύναται δὲ ληφθῆναι καὶ εἰς τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου· δι' ἧς ἐπέβη ὡς δι' ὑποδήματος τοῖς ἀνθρώποις· ἄλλως χωρῆσαι τὸν Ποιητὴν μὴ δυναμένης τῆς κτίσεως· ἄπειρόν τε καὶ ἀχώρητον κατὰ φύσιν τυγ-
B χάνοντα.

Δύναται δὲ πάλιν νοηθῆναι καὶ εἰς τὴν ἑκάστου ἡμῶν σάρκα· ἐφ' ἧς ἐκτείνομεν τὸ ὑπόδημα· τουτέστι τὴν φρουροῦσαν τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν πονηρῶν τοῦ διαβόλου τριβόλων τε καὶ ἀκανθῶν ἄσκησίν τε καὶ ἐγκράτειαν· τοῦτο γὰρ χρὴ νοεῖσθαι τὸ ὑπόδημα. Ἄνευ γὰρ ἀσκήσεως καὶ ἀκριβοῦς ἐγκρατείας, τὰ τῆς σαρκὸς πάθη καταπαλαῖσαι τὸν ἀσκητὴν τῆς εὐσεβείας, ἀμήχανον.

Δύναται δὲ πάλιν νοηθῆναι ὑπόδημα ψυχῆς, καὶ ἡ διὰ λόγου καὶ θεωρίας νεκρωθεῖσα αἴσθησις· δι' ἧς ἐπιβαίνουσα ἡ ψυχὴ τοῖς αἰσθητοῖς, τὸν αἰῶνα τοῦτον ἀβλαβῶς διαπορεύεται, τοὺς αὐτῶν λόγους διὰ μέσης τῆς αἰσθήσεως ὡς ὑποδήματος, φαντασιου-
C μένης τὰς τῶν ὁρατῶν κατ' εἶδος καὶ σχῆμα διαφορὰς ἀναλεγομένη πρὸς τὴν τοῦ ἑνὸς μόνου τε καὶ ἀρχικοῦ λόγου σύνεσιν καὶ ἐπίγνωσιν.

Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.

Ἡνίκα γὰρ διὰ σαρκὸς τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπεχωρίασε τόποις ὁ Κύριος, ὑπετάγη τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· οὐ μόνον καταργηθέντα τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη δεξάμενα διὰ τῆς κλήσεως τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, ὑπέκυψεν· ὑποτάσσονται δὲ καὶ παντὶ δικαίῳ οἱ ἀλλόφυλοι, ἡνίκα ἐπιβαλὼν ὥσπερ ὑπόδημα τῇ γῇ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ τὴν νεκροῦσαν τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας ἐγκράτειαν, δαμάσσει οὐ μόνον τὰ ἐμφωλεύοντα αὐτῇ ἀκά-
D θαρτα πάθη, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνεργοῦντας ταῦτα πονηροὺς καταργήσει δαίμονας.

Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς;

Πόλις ἐστὶ περιοχῆς, ἡ ἐκ πολλῶν συνηθροισμένη θείων καὶ μυστικῶν θεωρημάτων σοφία *περιεχομένη*, ἤγουν *περιπεφραγμένη*, καθὼς ἕτερος ἔφη τῶν ἐκδοτῶν, τοῖς τῶν ἀρετῶν ὀχυρώμασιν.

Ἢ πάλιν πόλις ἐστὶ περιοχῆς, ἡ κατάστασις, καθ' ἣν ἀνάλωτος καὶ ἀπροσπέλαστος γίνεται τοῖς

(*h*) *Αἱματώδης πηλός* אדם, *rubere*, *rubrum esse*, *ruber*, *homo*, *terra rubri* seu *argillacei coloris*, ex qua et nomen homini inditum, quod de illa formatus sit.

πολεμίοις, διὰ τὴν φρουροῦσαν αὐτὸν τῶν ἁγίων A Δυνάμεων περιβολὴν, ὅ γε ἀληθῶς θεοσεβὴς καὶ φιλόθεος.

Ἢ πάλιν πόλις ἐστὶ περιοχῆς, ἡ λόγῳ καὶ βίῳ κατειχισμένη ψυχὴ, καὶ πάσαις ταῖς τῶν ἀρετῶν πλήθουσα χάρισιν.

Ἢ πάλιν πόλις ἐστὶ περιοχῆς, ἡ τῆς ἀληθοῦς καὶ ἀπταίστου γνώσεως ἕξις, ἡ ἐκ πάντων ἠθικῶν τε καὶ φυσικῶν καὶ θεολογικῶν θεωρημάτων περιεχομένη· εἰς ἣν ἀπάγεται πᾶς εὐσεβὴς, ὑπ' ἄλλου μὲν οὐδενὸς, ὑπὸ μόνου δὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντας πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντος δι' ἄφατον ἀγαθότητος μέγεθος.

Ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας.

Ἰδουμαία, καθὼς ἔδειξε προλαβὼν ὁ λόγος, ἐστὶν ἡ πάντων τῶν ὑπὸ αἴσθησιν κτισμάτων σύστασις· B περὶ ἣν ἡ ἐν πνεύματι φυσικὴ θεωρία συνίστασθαι πέφυκε· καθ' ἣν ἐκ καλλονῆς καὶ μεγέθους κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς τῷ εὐσεβῶς ἀναλεγομένῳ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν θεωρεῖται.

Ἢ τυχὸν, ἡ κατ' ἀρετὴν πρακτικὴ διὰ σαρκὸς φιλοσοφία· καθ' ἣν τοῦ ἁγίου Πνεύματος γίνεται ναὸς τὸ ἡμέτερον σῶμα, τοῖς τῶν ἐντολῶν συνοικοδομούμενον κάλλεσιν· εἰς ἣν ὁ αὐτὸς πάλιν ὁδηγεῖ Κύριος, χαριζόμενος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν καὶ τῶν ὁρωμένων τὴν ἐπιστήμην, καὶ διδάσκων τῶν μελῶν τῆς γηΐνης ταύτης καὶ ἐπικήρου σαρκὸς τὴν νέκρωσιν.

Ἢ, ἵνα συνελὼν εἴπω, πόλις ἐστὶ περιοχῆς ἡ τῶν C νοητῶν γνωστικὴ θεωρία. Ἰδουμαία δὲ, ἡ τῶν αἰσθητῶν ἐπιστήμη· εἰς ἃς ἀπάγει τε καὶ ὁδηγεῖ ἡ μόνη τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς σοφία, ὁ μονογενὴς Υἱός. Διὸ ἐπάγων ὁ Προφήτης, φησίν·

Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς;

Τουτέστιν, ὅτι Σὺ ὁ Θεὸς ὁ κατ' ἀρχὰς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπωσάμενος ἡμᾶς· αὐτὸς διὰ σπλάγχνα ἐλέους σου οἰκτειρήσας, ἀπάγεις εἰς πόλιν περιοχῆς, καὶ ὁδηγεῖς ἕως τῆς Ἰδουμαίας, κατὰ τὴν προαποδεδομένην ἐξήγησιν.

Καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ, ὁ Θεὸς, ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν.

Οὐ γὰρ ἐξελεύσεται ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἐφ' ἑαυτῷ θαρ- D ῥοῦντι, καὶ ἐπὶ τῷ τόξῳ ἐλπίζοντι, κατὰ τὴν ῥομφαίαν ἐπιγραφομένῳ ἑαυτοῦ σωτήριον. Ἀλλ' ἐν τοῖς ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ κερατιοῦσι τοὺς ἐχθροὺς, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐξουδενοῦσι τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῖς, εἰκότως ὁ Θεὸς ἐξελεύσεται πρὸς τὸν κατὰ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν πόλεμον.

Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου.

Εὐκτικῶς δέεται τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἐκ προσώπου τῆς κοινῆς φύσεως ὁ Προφήτης, δοθῆναι ἡμῖν βοήθειαν ἐκ τῆς θλίψεως· δηλαδὴ τῆς κατασκεδασθείσης τῆς φύσεως διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ μέχρι

A inaccessus hostibus efficitur, quod sanctarum Potestatum præsidio vallante muniatur.

Aut rursus civitas præsidii anima est, quæ ratione ac vita munita est, omnibusque virtutum gratiis abundat.

Aut rursus civitas est præsidii, veræ certæque scientiæ habitus, quem moralia omnia, naturaliaque ac theologica scita, ceu præsidio vallent: ad quam deducitur quisquis est pietatis cultor; non alio ductore, quam solo Deo, qui præ immensæ bonitatis magnitudine, ad se universos trahit.

Aut quis deducet me usque in Idumæam?

Idumæa, uti paulo ante declaravit oratio, omnis B illa est rerum in sensum cadentium complexio ac congeries, circa quam versatur naturalis in spiritu contemplatio; qua, ex pulchritudine et magnitudine rerum creatarum, per proportionem earum ipse Conditor ab eo conspicitur [7], qui ipsarum pie scientiam colligat.

Aut forte philosophia, per carnem actionis functione virtutem colens; qua corpus nostrum Spiritus sancti templum effectum, mandatorum pulchre ornamentis coædificatur: ad quam Dominus rursus deducit, qui diligentibus ipsum, etiam rerum in aspectum cadentium scientiam largiatur; doceatque terrenæ hujus ac mortalis carnis membrorum mortificationem.

Sive, ut paucis expediam, civitas præsidii ac mu- C nitionibus cincta, docta est rerum spiritalium contemplatio. Idumæa vero, eorum, quæ sensu percipiuntur, scientia; ad quas deducit dirigitque, qui sola Dei sapientia [8], unigenitus Filius exsistit. Quamobrem subdens Propheta, ait:

Vers. 12. *Nonne tu, Deus, qui repulisti nos?*

Hoc est, tu Deus, qui a principio propter peccatum nos repulisti, ipse propter viscera misericordiæ tuæ misertus, deduces nos in civitatem præsidii **343** atque munitam; ductorque eris usque in Idumæam, juxta expositionem in superioribus traditam.

Et non egredieris, Deus, in exercitibus nostris.

D Non enim Deus cum illo egredietur, qui in seipso confidit, speratque in arcu suo, ac qui gladio suo salutem ascribit: sed cum iis, qui in ipso Domino inimicos ventilabunt cornu, et in ejus nomine spernent insurgentes in ipsos [9], merito Deus egredietur, ad conferendum adversus invisibiles hostes prœlium.

Vers. 13. *Da nobis auxilium de tribulatione; et vana salus hominis.*

Precantis more Deum ac Salvatorem communis generis nomine rogat Propheta, ut detur nobis auxilium de tribulatione; quæ scilicet propter peccatum in naturam late effusa est, atque ad inferni

[7] Sap. xiii, 5. [8] I Cor. i, 24. [9] Psal. xliii, 6, 7.

usque portas eam premit. Est enim, ut existimo, A tribulatio, mortis dira vis, ac dominatio; auxilium vero, firma per gratiam resurrectionis spes: in quam aspicientes pii homines, mortis mœstitiam, nulla tristitia seu dolore subacti, tolerant.

Aut rursus tribulatio est, qui virtutis causa labor suscipitur: auxilium vero, quæ per Dei gratiam illi comes est, imperturbatio; cui comparata omnis hominum salus, vanitas est merumque nihil et cessatio. Id enim merito vanitatem intelligas.

VERS. 14. *In Deo faciamus virtutem: et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.*

In Deo faciunt virtutem, qui non sibi ipsis tribuunt virtutum facinora, neque suæ sapientiæ ascribunt, quod divina mysteria comprehendunt; in B quibus singularissimus ipse Deus, totusque immeans, omnem efficit virtutem ac donat scientiam; adversantes omnes cum virtuti, tum scientiæ nequissimos dæmones, ac per vitia et ignorantiam conantes exterere, eos, qui ipsum metuunt, ad nihilum deducens atque profligans. Ipse namque universorum Salvator exsistit, quippe cum etiam sit omnium Conditor. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν αὐτὴν καταπιεσάσης. Θλῖψις γὰρ, κατ' ἐμὲ φάναι, ἡ τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς ἐστι τυραννὶς καὶ ἐπικράτεια· βοήθεια δὲ, ἡ διὰ τῆς χάριτος βεβαία τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς· πρὸς ἣν ἀφορῶντες οἱ εὐσεβεῖς, τὴν τοῦ θανάτου κατήφειαν ἀλύπως διαφέρουσιν.

Ἢ πάλιν θλῖψις ἐστὶν, ὁ ὑπὲρ ἀρετῆς πόνος· βοήθεια δὲ, ἡ τοῦτον διαδεχομένη κατὰ Θεοῦ χάριν ἀπάθεια· πρὸς ἣν πᾶσα συγκρινομένη ἀνθρώπων σωτηρία, ματαιότης ἐστὶ καὶ παντελὴς ἀνυπαρξία. Τοῦτο γὰρ δίκαιον νοεῖσθαι τὴν ματαιότητα.

Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς.

Ἐν τῷ Θεῷ ποιοῦσι δύναμιν, οἱ μὴ ἐπιγράφοντες ἑαυτοῖς τῶν ἀρετῶν τὰ κατορθώματα, μηδὲ τῇ ἑαυτῶν σοφίᾳ τὴν τῶν θείων μυστηρίων κατάληψιν· ἐν οἷς αὐτὸς ὁ Θεὸς μονώτατος, καὶ ὅλος χωρῶν, πᾶσαν ἀρετὴν ἐργάζεται καὶ χαρίζεται γνῶσιν, ἐξουδενῶν πάντας τοὺς ἀντικειμένους τῇ τε ἀρετῇ καὶ τῇ γνώσει πονηροὺς δαίμονας, καὶ διὰ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐκθλίβειν ἐπιχειροῦντας τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Αὐτὸς γὰρ πάντων ὑπάρχει Σωτὴρ, ὅτι καὶ πάντων Δημιουργός. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

MONITUM.

Ad expositionem in Orationem Dominicam.

Declaranda Oratione Dominica desudavit olim præcipuorum Patrum Græcorum pariter ac Latinorum industria; quibus Maximus felici conatu pene colophonem addidit post aliquot sæcula, sua hac lucubratione, qua sic alte Dominicos in ea sensus et mysteria, ut vocat, seu sacramenta reliquis pleniora et universaliora, quibus nostra paratur salus, septena numero, exposuit. Auctor *Catenæ in Matth.* VI, Corderio vulgatus, pleraque hæc Maximi in suos alveos derivavit.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

ΜΟΝΑΧΟΥ ΚΑΙ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣΕΥΧΗΝ ΤΟΥ ΠΑΤΕΡ ΗΜΩΝ, *ΠΡΟΣ ΕΝΑ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΝ*

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΣΥΝΤΟΜΟΣ

SANCTI MAXIMI

MONACHI ET CONFESSORIS,

ORATIONIS DOMINICÆ BREVIS EXPOSITIO

AD QUEMDAM CHRISTO DEVOTUM.

---

344 Ipsum a Deo conservatum suscepi dominum *meum, suis ad me* venientem auspicatissimis litteris;

Αὐτὸν ἐδεξάμην τὸν θεοφύλακτόν μου δεσπότην διὰ τῶν αὐτοῦ πανευφήμων γραμμάτων παραγινό-

μενον· τὸν ἀεὶ μὲν παρόντα, καὶ ἀπεῖναι τῷ πνεύ- A
ματι παντελῶς οὐ δυνάμενον· ὅμως δὲ δι' ἀρετῆς περιουσίαν θεομιμήτως συγγίνεσθαι τοῖς αὐτοῦ δούλοις, καὶ δι' ἧς ὁ Θεὸς δέδωκε τῇ φύσει προφάσεως, οὐκ ἀπαναινόμενον. Διὸ θαυμάσας αὐτοῦ τὸ μέγεθος τῆς συγκαταβάσεως, πόθῳ σύγκρατον τὸν πρὸς αὐτὸν φόβον ἐποιησάμην· καὶ μίαν ἐξ ἀμφοτέρων, φόβου τε καὶ πόθου, ἀγάπην ἐνεστησάμην, δι' αἰδοῦς καὶ εὐνοίας συνισταμένην· ἵνα μήτε μῖσος ὁ φόβος γίνηται τοῦ πόθου γυμνούμενος, μήτε καταφρόνησις ὁ πόθος, τὸν σώφρονα φόβον συνημμένον οὐκ ἔχων· ἀλλὰ νόμος ἡ ἀγάπη τυγχάνουσα δειχθῇ στοργῆς ἐνδιάθετος, ἅπαν τὸ κατὰ φύσιν συγγενὲς οἰκειούμενος· δι' εὐνοίας μὲν, τὸ μῖσος χειρούμενος· δι' αἰδοῦς δὲ, πόῤῥω ποιούμενος τὴν καταφρόνησιν· ὃν
δὴ μάλιστα πάντων, φημὶ δὲ τὸν φόβον, τῆς θείας B
ἀγάπης συστατικὸν ἐπιγνοὺς Δαβὶδ ὁ μακάριος, φησίν· *Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος*· ἕτερον δηλαδὴ τοῦτον εἰδὼς, παρὰ τὸν ἐπ' ἐγκλήμασι δέει τιμωρίας συνιστάμενον φόβον· εἴπερ ὁ μὲν ἔξω γίνεται, τῇ παρουσίᾳ τῆς ἀγάπης παντελῶς ἀφανιζόμενος, ὥς που τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ὁ μέγας εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης δείκνυται, φάσκων· *Ἡ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον*· ὁ δὲ, τὸν τῆς ἀληθοῦς στοργῆς φυσικῶς χαρακτηρίζει νόμον· αἰδοῖ συντηρῶν εἰς αἰῶνα τοῖς ἁγίοις, πρός τε Θεὸν καὶ ἀλλήλους, τὸν τῆς ἀγάπης θεσμόν τε καὶ τρόπον παντελῶς ἀδιάφθαρον.

qui semper quidem præsens sit, nec usquam prorsus spiritu abesse possit; nec virtutis tamen abundantia, Deo pene affini ratione dedignetur cum servis suis ipse congredi, ac qua Deus naturæ occasione concessit. Quamobrem ejus se ita mihi demittentis ac inclinantis admiratus animi magnitudinem quo ipsum prosequor, timorem desiderio temperavi; unamque ex ambobus (timore scilicet ac desiderio) dilectionem, reverentiæ ac benevolentiæ affectibus constantem, institui; ut nec timor desiderio destitutus in odium degeneret, neque vicissim desiderium in contemptum cedat, quod una conjunctus sobrius ac castus timor ipsum deficiat: sed dilectio amoris lex penitius animo indita appareat, quidquid natura cognatum est concilians sibique vindicans; ac quæ, benevolentia quidem, odium subigat, reverentia autem, contemptum procul submoveat. Hunc (nempe timorem) cum beatus David ejusmodi nosset, ut præ omnibus maxime divinæ dilectioni comparatus, illius velut constituendæ ac insigniendæ vi præditus sit, ita infit: *Timor Domini castus, permanens in sæculum sæculi* [1]; qui nempe hunc alium timorem non ignoraret, qui metu pœnæ, ob ea quæ quis mala patravit, concrescit: quippe cum ille dilectionis adventu penitus evanescens, excedat, uti quodam loco magnus Joannes evangelista scriptis suis ostendit, ita loquens: *Charitas foras mittit timorem* [2]; hic autem, veri natura amoris legem peculiari velut nota insigniat; **345** qui nempe modesti animi reverentia incorruptam omnino legem modumque dilectionis, qua tum Deo, tum alii aliis sancti proclive utuntur, in ævum custodiat.

Πόθῳ γοῦν, ὡς ἔφην, κἀγὼ κεράσας τὸν φόβον, C
πρὸς τὸν ἐμὸν Δεσπότην, τοῦτον τῆς ἀγάπης συνεστησάμην τὸν νόμον μέχρι τῆς σήμερον· αἰδοῖ μὲν τοῦ γράφειν εἰργόμενος, ἵνα μὴ λάβῃ χώραν ἡ καταφρόνησις· εὐνοίᾳ δὲ πρὸς τὸ γράφειν ὠθούμενος, ἵνα μὴ νομισθῇ μῖσος ἡ τελεία τοῦ γράφειν παραίτησις. Γράφω δὲ, τοῦτο πράττειν κελευόμενος, οὐχ ὅσα λογίζομαι· *Λογισμοὶ γὰρ ἀνθρώπων δειλοὶ*, κατὰ τὴν Γραφήν· ἀλλ' ὅσα βούλεται Θεὸς, καὶ χάριτι πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος γένεσιν ἐπιδίδωσιν. *Ἡ γὰρ βουλὴ τοῦ Κυρίου* (1), φησὶν ὁ Δαβὶδ, *εἰς τὸν αἰῶνα μένει· λογισμοὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν*· βουλὴν μὲν τυχὸν φήσας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὴν ἐπὶ θεώσει τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀπόῤῥητον κένωσιν τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ,
καθ' ἣν ἔχει πάντων τῶν αἰώνων τὸ πέρας περιγρα- D
φόμενον· λογισμοὺς δὲ τῆς καρδίας αὐτοῦ, τοὺς τῆς προνοίας καὶ τῆς κρίσεως λόγους· καθ' οὓς τήν τε παροῦσαν ἡμῶν ζωὴν καὶ τὴν μέλλουσαν, ὥσπερ τινὰς γενεὰς διαφόρους σοφῶς διεξάγει, καταλλήλως ἑκάστῃ τὸν πρέποντα τρόπον τῆς ἐνεργείας προσνέμων.

Ipse quoque igitur, uti dicebam, timorem desiderio temperans, hanc hactenus erga Dominum meum institui dilectionis regulam; quam reverentia quidem ab scribendo deterreat, ne forsan contemptus subeat; benevolentia autem ad scribendum impellat, ne omnino scribendi detrectans partes odisse videar. Scribo autem, qui sic jussus sim, non quæ cogitanti succurrunt omnia; nam ut loquitur Scriptura: *Cogitationes hominum timidæ* [3]; sed quæcunque ex Dei sunt voluntate, ac quæ ille gratiæ munere, ut commodum aliquid proveniat, tribuit atque suppeditat: *Consilium* enim *Domini*, inquit David, *in æternum manet; cogitationes cordis ejus in generationem et generationem* [4]; consilium forte appellans Dei ac Patris, quam unigenitus Filius nullis verbis explicabilem suscepit, ad genus humanum deitate donandum, exinanitionem; qua videlicet omnium finem sæculorum circumscriptum habet: cogitationes vero cordis ejus, providentiæ ac judicii rationes quibus, tum præsentem, quam agimus vitam, tum futuram, ceu diversas quasdam generationes sapienter traducit transigitque, congrua cuique ratione convenientem operationis modum dividens ac impartiens.

Εἰ δὲ θείας ὑπάρχει βουλῆς ἔργον ἡ τῆς ἡμετέρας φύσεως θέωσις· καὶ τῶν θείων λογισμῶν ἐστι σκοπὸς, ἡ πρὸς τὸ πέρας διεξαγωγὴ τῶν ζητουμένων τῆς

Quod si divini consilii opus est humani generis deificatio, eoque collineant divinæ cogitationes, ut vita nostra in eorum quæ oratione petuntur, fi-

[1] Psal. xviii, 10. [2] Joan. iv, 18. [3] Sap. ix, 14. [4] Psal. xxxii, 11.

nem dirigatur, utique utilissimum est et nosse et exsequi orationis Dominicæ vim, ac sic scripto eam consignare. Quoniam vero etiam ejus potissimum orationis ad me servum suum Dominus meus scribens, divino instinctu commeminit, quam et eorum quæ mihi dicenda sunt necessario argumentum assumo; ipsum orationis hujus præceptorem Dominum obsecro, ut mentem mihi aperiat, ad intelligenda mysteria quæ in illa continentur, ac quantum necesse sit sermonem elargiatur, ut quæ intellexero, clare possim explicare. Comprehendit enim brevi complexu ac informatione mystice occultum; vel (ut melius dicam) his qui intellectu valent, manifeste enuntiatum, scopum omnem et finem, **346** qui in iis, quæ sunt dicta, habetur. Omnium enim quorum per carnem Dei Verbum exinanitum ipsum auctor exstitit, petitionem orationis textus complectitur, docens, ut ea bona assequi studeamus, quorum solus Deus et Pater per Filium naturaliter mediantem in Spiritu sancto vere largitor est; quandoquidem juxta divinum Apostolum, Dominus Jesus Dei et hominum mediator est [a]; qui nimirum intermedia carne Patrem hominibus ignotum, notum faciat; Patrique homines, in se ipse, per Spiritum reconciliatos, adducat; pro quibus, ac quorum gratia citra omnem mutationem factus homo, tot tantorumque, ut eorum vel multitudinis vel magnitudinis nulla unquam iniri possit ratio, novorum mysteriorum ipse auctor atque opifex, doctorque exsistat: e quibus præ cæteris septem numero universaliora, pro eximia sua liberalitate liquido hominibus concessit; quorum mystice vim, uti dicebam, complectitur scopus orationis: nempe, theologiam, adoptionem in gratia, parem cum angelis honoris sortem, sempiternæ vitæ societatem, naturæ in seipsam nulla vitii labe aut libidine inclinantis in integrum restitutionem, legis peccati destructionem, ac nequissimi, qui nos seducendo addixerat, tyrannidis abolitionem. Dictorum igitur veritatem sedulo exquiramus.

A ἡμετέρας ζωῆς· ἄρα συμφέρει τῆς τοῦ Κυρίου προσευχῆς γνῶναί τε καὶ πρᾶξαι, καὶ οὕτω δεόντως γράψαι, τὴν δύναμιν. Ἐπεὶ δὲ μάλιστα ταύτης καὶ ὁ ἐμὸς Δεσπότης πρὸς ἐμὲ τὸν αὐτοῦ δοῦλον γράφων θεόθεν κινηθεὶς ἐπεμνήσθη τῆς προσευχῆς, ἣν καὶ τῶν ἐμῶν ἀναγκαίως ὑπόθεσιν λόγων ποιούμενος, αἰτοῦμαι τὸν ταύτης διδάσκαλον τῆς προσευχῆς Κύριον, διανοῖξαί μου τὸν νοῦν πρὸς κατανόησιν τῶν ἐν αὐτῇ μυστηρίων, καὶ δοῦναι σύμμετρον λόγον πρὸς τὴν τῶν νοουμένων σαφήνειαν. Ὅλον γὰρ ἔχει κατὰ περιγραφὴν τὸν ἐν τοῖς εἰρημένοις σκοπὸν μυστικῶς κεκρυμμένον· ἤ, τόγε κυριώτερον εἰπεῖν, τοῖς ἐῤῥωμένοις τὸν νοῦν ἐμφανῶς κηρυττόμενον. Πάντων γὰρ ὧν διὰ σαρκὸς γέγονεν αὐτουργὸς κενωθεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, αἴτησιν ἔχει τῆς προσευ- B χῆς ὁ λόγος, διδάσκων ἐκείνων μεταποιεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν, ὧν μόνος ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δι' Υἱοῦ φυσικῶς μεσιτεύοντος ἐν ἁγίῳ Πνεύματι κατ' ἀλήθειάν ἐστι χορηγός· εἴπερ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ὁ Κύριός ἐστιν Ἰησοῦς· τοῖς μὲν ἀνθρώποις, διὰ σαρκὸς ἐμφανῆ ποιῶν ἀγνοούμενον τὸν Πατέρα· τῷ δὲ Πατρὶ διὰ Πνεύματος ἐν ἑαυτῷ τοὺς ἀνθρώπους καταλλαγέντας προσάγων· ὑπὲρ ὧν, καὶ δι' οὓς ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος, πολλῶν ὅσον οὐδέπω μέτρῳ περιλαβεῖν, τό τε πλῆθος καὶ μέγεθος δεδύνηται λόγος, καινῶν μυστηρίων αὐτουργὸς γίνεται καὶ διδάσκαλος· ὧν ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν γενικώτερα τῶν λοιπῶν, κατ' ἐξαίρετον φιλοτιμίαν πέφανται τοῖς ἀνθρώποις δεδωρη- C μένος· ὧν μυστικῶς περιέχει τὴν δύναμιν, ὡς ἔφην, τῆς προσευχῆς ὁ σκοπός· θεολογίαν, υἱοθεσίαν ἐν χάριτι, ἰσοτιμίαν τὴν πρὸς ἀγγέλους, ἀϊδίου ζωῆς μετοχὴν, φύσεως ἀπαθῶς πρὸς ἑαυτὴν νευούσης ἀποκατάστασιν, τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας κατάλυσιν, καὶ τῆς τοῦ κρατήσαντος ἡμῶν δι' ἀπάτης πονηροῦ τυραννίδος καθαίρεσιν. Σκοπῶμεν οὖν τὴν τῶν λεχθέντων ἀλήθειαν.

Nam theologiam quidem docet, quod carnem assumpsit, Dei Verbum, in se nimirum Patrem et Spiritum sanctum ostendens. Totus enim Pater, totusque adeo Spiritus sanctus essentialiter in toto perfecte Filio erant, etiam incarnato, non tamen ipsi incarnati; sed ea ratione quod Pater propense volens ac complacens, Spiritus cooperans erat, Filio, qui ipse sibi carnem conderet: quippe cum Verbum mente præditum perseveraverit, vitaque incolumi, ac ejusmodi, ut a solo duntaxat Patre et Spiritu sancto, quod essentia est, capiatur; tum etiam, cum pro summæ benignitatis clementia, unionem, quæ est in persona, cum carne contraxit.

Θεολογίαν μὲν γὰρ διδάσκει σαρκούμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅλος γὰρ ἦν ὁ Πατὴρ, καὶ ὅλον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐσιωδῶς ἐν ὅλῳ τελείως τῷ Υἱῷ καὶ σαρκουμένῳ, οὐ σαρκούμενοι· ἀλλ' ὁ D μὲν εὐδοκῶν, τὸ δὲ συνεργοῦν, αὐτουργοῦντι τῷ Υἱῷ (a) τὴν σάρκωσιν· εἴπερ ἔννους ὁ Λόγος διέμεινε καὶ ζῶν, καὶ μηδενὶ τὸ παράπαν ἄλλῳ κατ' οὐσίαν χωρούμενος, ἢ μόνῳ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ πρὸς τὴν σάρκα διὰ φιλανθρωπίαν, τὴν καθ' ὑπόστασιν ποιησάμενος ἕνωσιν.

[a] I Timoth. II, 5.

(a) *Αὐτουργοῦντι τῷ Υἱῷ.* Primum quod continet oratio Dominica, divina theologia est: Trinitatis fides et incarnationis, quæ sit a tota Trinitate indivise, ita tamen ut solus Filius incarnatus sit, ipse sibi αὐτουργῶν τὴν σάρκωσιν, *auctor incarnationis*, et qui seipsum incarnaverit, sed εὐδοκοῦντος Πατρὸς καὶ συνεργοῦντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος· *Patris propensa voluntate et Spiritu sancto adjutore*; non qui ipsi αὐτουργοῦντες illi τὴν σάρκωσιν, Maximo, aut probato ulli theologo dicti sint, ut gravi mendo repræsentat Catena Corder. redditque ipse simplicius minusque theologice.

σίαν δὲ δίδωσι, τὴν ὑπὲρ φύσιν ἄνωθεν διὰ A
τος ἐν χάριτι δωρούμενος γέννησιν· ἧς ἐν
Ι. σὺν Θεῷ] φυλακή τε καὶ τήρησίς ἐστιν,
γνωμένων προαίρεσις (b)· διαθέσει γνησία
ἴσαν στέργουσα χάριν, καὶ τῇ πράξει τῶν
ἐπιμελῶς τὸ κατὰ χάριν δοθὲν ὡραΐζουσα
καὶ τοσοῦτον τῇ κενώσει τῶν παθῶν μετα-
νῆ θεότητος, ὅσον ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τῆς οἰ-
κραιφνοῦς δόξης, οἰκονομικῶς ἑαυτὸν κατὰ
κενώσας, γενόμενος ἀληθῶς κεχρημάτικεν
ος.

Adoptionem vero tribuit, quatenus scilicet illam natura superiorum cœlitus per Spiritum in gratia tribuit ac donat nativitatem; cujus Deo auspice custodia ac conservatio est, libera eorum, qui sic nati sunt, voluntas; sincero animi affectu concessam gratiam colens, ac **347** quibus mandata exsequatur, sedulo per gratiam concessum decus exornans; tantumque perturbationum evacuatione deitatis commercio provehens, quantum Dei Verbum vere exstitit homo, a sua se vera ac magnifica gloria per voluntatem dispensatione exinaniens.

μους δὲ τοῖς ἀγγέλοις τοὺς ἀνθρώπους πε-
, οὐ καθότι μόνον *Εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ*
τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καταργήσας τὰς πληρού- B
μέσον οὐρανοῦ καὶ γῆς τόπον ἀντικειμένας
ς, μίαν πρὸς τὴν τῶν θείων δώρων διανομὴν
γείων καὶ οὐρανίων δυνάμεων ἀπέδειξεν οὖσαν
ριν· τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν ἀγαλλιάσει
ὃ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ θέλημα ταῖς ἄνω δυνάμεσι
ίαν τοῦ Θεοῦ συνεπηχούσης· ἀλλ' ὅτι καὶ
ν πλήρωσιν τῆς ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίας, μετὰ
σληφθέντος ἀναληφθεὶς σώματος (c), οὐρα-
γῆν ἥνωσε δι' ἑαυτοῦ· καὶ τοῖς νοητοῖς
τὰ αἰσθητά, καὶ μίαν ἔδειξε τὴν κτιστὴν
αῖς τῶν ἑαυτῆς ἀκρότησι μερῶν, κατ' ἀρετὴν
τῆς πρώτης αἰτίας ἐπίγνωσιν, πρὸς ἑαυτὴν
ένην· δεικνύς, οἶμαι, δι' ὧν ἐπετέλει μυ-
ῶς ὁ μὲν λόγος ἐστὶ τῶν διεστώτων ἕνωσις· C
γία, τῶν ἡνωμένων διαίρεσις· καὶ μάθωμεν
εταποιεῖσθαι διὰ τῆς πράξεως, ἵνα μὴ μόνον
ς κατ' ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ Θεῷ γνωστικῶς
ν τῶν ὄντων ἑνωθῶμεν ἀφαίρεσιν.

Pari vero homines angelis dignitate auxit atque provexit, non ea duntaxat ratione, quod *Pacificans per sanguinem crucis suæ, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt*[6], cœlique ac terræ intermedia spatia implentes adversarias potestates destruens, ad divinorum distributionem donorum quod attinet, unam terrestrium cœlestiumque potestatum concionem cœtumque ostendit; dum scilicet humanum genus, una eademque voluntate cum supernis potestatibus, socioque illis agmine Dei gloriam in exsultatione personat ac canit; sed quod etiam, impleto nostræ salutis in carne negotio, una cum assumpto corpore in cœlum receptus, cœlum terramque per se ipse copulaverit, rebusque spiritalibus et quæ mente intelliguntur, ea quæ in sensum cadunt, conjunxerit; necnon unicam naturam creatam, suarum partium extremitatibus, virtutis cultu primique auctoris sui notitia, sibi ipsi devinctam ac cohærentem, exhibuerit; id puto ostendens, per ea quæ mystice peragebat, verbum quidem ac rationem, quæ sunt dissita counire; rationis vero absentiam (brutam scilicet affectionem) sint unita, dividere, ac per actionem capessere discamus rationem : ut nedum angelis, virtutione, sed et Deo sapienter per ablationem rerum uniamur.

δὲ θείας ποιεῖται μετάδοσιν, ἐδώδιμον ἑαυ-
ιζόμενος, ὡς οἶδεν αὐτός, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ
ν αἴσθησιν νοερὰν εἰληφότες, ὥστε τῇ γεύσει
τῆς βρώσεως, εἰδέναι, κατ' ἐπίγνωσιν ἀλη-
ι χρηστὸς ὁ Κύριος, ποιότητι θείᾳ πρὸς θέω-
ακιρνῶν τοὺς ἐσθίοντας· οἷα δὴ σαφῶς ζωῆς
ἰμεως ἄρτος καὶ ὢν καὶ καλούμενος.

Divinæ autem vitæ societatem tribuit, esculentum se ac manducabilem præstans, qua novit ipse ratione, et qui ab eo intelligentis animi sensum ejusmodi acceperunt; ita nimirum, ut cibi hujus gustu vere agnoscant ac intelligant, quod bonus ac suavis Dominus[7], qui videlicet manducantes, ut deitate imbuantur divina qualitate commisceat[8]; D ut qui palam panis vitæ[9] et fortitudinis tum exsistat, tum et audiat.

ρύσιν δὲ πρὸς ἑαυτὴν ἀποκαθίστησιν, οὐ κα-
ιον γενόμενος ἄνθρωπος, ἀπαθῆ τὴν γνώμην
ὴν φύσιν ἐτήρησε καὶ ἀστασίαστον· μηδὲ
τοὺς τοὺς σταυρώσαντας τῆς κατὰ φύσιν οἰ-
αλευομένην τὸ σύνολον βάσεως· τοὐναντίον
ιον αἱρουμένην ἀντὶ ζωῆς τὸν ὑπὲρ αὐτῶν
· καθ' ὃ καὶ τὸ τοῦ πάθους ἑκούσιον δεικνυ-

Naturam autem sibi ipsam restituit, non solum quatenus factus homo, animi voluntatem nullis adversus naturam incitatam affectibus, aut ei rebellantem, servavit (ut ne quidem in eos qui in crucem sustulerant a naturali sua sede, ulla prorsus animositate emota sit; **348** sed quæ potius, eorum salutis causa, mortem vitæ prætulerit. Quo et

oss. I, 20. [7] Psal. XXXIII, 9. [8] Psal. LXXVII, 25. [9] Joan. VI, 48.

I τῶν γεννωμένων προαίρεσις *Libera vo-orum, qui sic, eaque adoptione, nascuntur.* Cat. et Dufr. cod. τῶν γενομένων· ubi Cord. *quæ fiunt, prædilectio;* in quo nullum acu-

(c) *Μετὰ τοῦ προσληφθέντος ἀναληφθεὶς σώματος. In cœlum receptus, cum corpore quod assumpserat.* Nihil his communius vocibus, in dispensatione, ubi sic male Corder. *post assumpti corporis susceptionem.*

A passio seu mors spontanea proditur, humanissima patientis ac morientis affectione firmata), sed quod etiam inimicitiam destruxit, affigens cruci peccati chirographum [10], cujus ergo natura, implacabile secum bellum habebat; ac, tum eos qui longe, tum qui prope erant, vocans (eos scilicet qui sub lege, et qui exleges erant) *ac medium parietem maceriæ solvens; nempe legem mandatorum decretis dilucidans, duos condidit in unum novum hominem, faciens pacem* [11], ac per se ipse, nos Patri, atque alios aliis *reconcilians;* non habentes amplius animi voluntatem legi naturæ obluctantem: sed qui sicut natura, sic et animi voluntate ac sententia invariabiles simus.

ται, τῇ τοῦ πάσχοντος φιλανθρώπῳ διαθέσει κυρούμενον· ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν ἔχθραν κατήργησε, προσηλώσας τῷ σταυρῷ τὸ τῆς ἁμαρτίας χειρόγραφον, * δι' ὃ πρὸς ἑαυτὴν ἀσπόνδως εἶχεν ἡ φύσις τὸν πόλεμον· καὶ τοὺς μακρὰν καὶ τοὺς ἐγγὺς καλέσας, τοὺς ὑπὸ νόμον δηλαδὴ καὶ τοὺς ἔξω νόμου· *καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὸν νόμον δηλονότι τῶν ἐντολῶν σαφηνίσας ἐν δόγμασι* (d)· *τοὺς δύο ἔκτισεν εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην* καὶ *ἀποκαταλλάσσων* ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ τῷ Πατρὶ, καὶ ἀλλήλοις, οὐκ ἔχοντας ἔτι τὴν γνώμην ἀνθισταμένην τῷ λόγῳ τῆς φύσεως· ἀλλ' ὥσπερ τὴν φύσιν, οὕτω καὶ τὴν γνώμην ὄντας ἀναλλοιώτους.

B Mundam vero a peccati lege præstat naturam, ea scilicet ratione, quod susceptioni carnis, quam nostri causa iniit, libidinem præire non permisit. Fuit enim nova et insolita ratione seminis expers conceptio, supraque naturam incorrupta nativitas ac partus editio; nempe, ipso qui natus sit, Deo, puerperæ matri virginitatis vincula astringente supra ipsum naturæ modum, nativitate sua: omnemque naturam, in iis qui velint, a legis dominantis liberante potentia; qui nimirum sensu, mortificatione membrorum quæ sunt super terram [12], quam ille sponte mortem suscepit, imitantur. Eorum enim qui voluntate in animum inducunt, non quibus vis inferatur, est salutis mysterium

Καθαρὰν δὲ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας τὴν φύσιν καθίστησιν, ἡδονὴν προκαθηγεῖσθαι τῆς δι' ἡμᾶς αὐτοῦ μὴ συγχωρήσας σαρκώσεως· ἄσπορος γὰρ γέγονε παραδόξως ἡ σύλληψις, καὶ ἄφθορος ὑπὲρ φύσιν ἡ γέννησις· ἐπισφίγγοντος (e) δηλαδὴ τοῦ τεχθέντος Θεοῦ τῇ μητρὶ, πλέον τῆς φύσεως, τὰ δεσμὰ τῆς παρθενίας διὰ γεννήσεως· καὶ τὴν φύσιν ἅπασαν, τῆς τοῦ κρατήσαντος νόμου δυναστείας, ἐν τοῖς βουλομένοις ἐλευθεροῦντος τῇ κατ' αἴσθησιν νεκρώσει τῶν ἐπὶ γῆς μελῶν, τὸν αὐτοῦ μιμουμένοις αὐθαίρετον θάνατον. Βουλομένων γὰρ, οὐ τυραννουμένων τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον.

C Nequissimi denique, qui seducendo nostri potitus erat, tyrannidem evertit, dum carnem in Adamo victam, in eum mucronem ostendit, vincitque; quo nimirum, quæ prius in mortem capta fuerat, ipsum qui ceperat, capientem ostendat, morteque naturali, illius vitam interimat; quæ nempe illi quidem veneno sit, ad omnes evomendos, quos tanquam mortis fretus imperio, invalescens absorbuerat [13]; humano autem generi vitæ cedat, totam massæ instar naturam, ad vitæ resurrectionem provehens: in cujus potissimum gratiam, Verbum,

Τῆς δὲ τοῦ κρατήσαντος ἡμῶν δι' ἀπάτης πονηροῦ τυραννίδος ποιεῖται καθαίρεσιν, τὴν σάρκα τὴν νικηθεῖσαν ἐν τῷ Ἀδὰμ, ὅπλον κατ' αὐτοῦ προβαλλόμενος, καὶ νικῶν· ἵνα δείξῃ τὴν πρότερον ἁλοῦσαν πρὸς θάνατον, ἑλοῦσαν τὸν ἑλόντα, καὶ θανάτῳ φυσικῷ τὴν ἐκείνου ζωὴν διαφθείρουσαν· καὶ γινομένην, αὐτῷ μὲν δηλητήριον, πρὸς τὸ πάντας οὓς κατέπιεν ἰσχύσας, ὡς ἔχων τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἐμέσαι· ζωὴν δὲ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, πᾶσαν ὥσπερ φύραμα (f) τὴν φύσιν πρὸς ἀνάστασιν ὠθοῦσαν ζωῆς, ὑπὲρ ἧς μάλιστα Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, ἄν-

[10] Coloss. II, 14. [11] Ephes. II, 14, 15. [12] Coloss. III, 5. [13] Hebr. II, 14.

* Catena διὸ, ut et Fr. interp., *ideoque*, etc.

(d) *Σαφηνίσας ἐν δόγμασι.* Videtur potius Maximus scripsisse ἀφανίσας, quod sit quasi expositio illius Vulgati, καταργήσας, *abolens, cessare faciens legem mandatorum*, vel quæ posita in decretis, et ex arbitrio decernit, jubetque imperiose, cui sit pro ratione voluntas, ut contendit Erasmus; vel *abolens per decreta*, nempe evangelica, mandata scilicet legalia, quod sensit Chrys. ejusque discipuli; exque modernis Drus., Grot. etc. Sic quoque Arab. et Syriac. videturque velle Vulg. quod præpositionem ex Hebraismo omisit. Auctor Catenæ istud curtavit, ut ex eo non liceat emendare. Putem Maximum ea usum voce haud extra genium, ut altum aliquid insinuaret. Nempe sic abolitam mandatorum legem, ea quæ Judaici ritus essent ac cæremonialia, præcipientem, quod decretis evangelicis, his lux allata sit; Christo nimirum veritatem figuris subrogante, nec hæc alia quam figuras monstrante, quorum abrogatio sit ipsa veritatis præsentia ejusque exhibitio. Ac num id voluit antiquarius Regius significare, qui margini breviate ascripserit τὸ ὡραῖον, pulchram hujus loci sententiam indicans?

D (e) *Ἐπισφίγγοντος.* Astringit vincula virginitatis Christus nascendo, supra quam essent astricta natura; majore scilicet supra naturam incorruptione suo partu matri concessa: nec alia Maximi expressio etiam in Cat. quidquid Cord. *Astringente Deo uterum arctius, quam ipsum naturæ vinculum virginitatis. Claustra pudoris* vocant: nihil apte uteri vox supposita.

(f) *Πᾶσαν ὥσπερ φύραμα.* Quod naturæ est, ut sit massa et conspersio, quam sic Christi mors, et facta vita, ad resurrectionis vitam impellat, inscite Cord. Christi facit, qui ipse conspersio, ita naturam impellat: *dum tanquam conspersio*, etc. Sobria verba: Christus ἀπαρχὴ, *primitiæ;* quibus massæ allata salus, non ipsa salutis auctor (num enim Christo et ἀπαρχῇ?) effecta. Nec aliud φύραμα, quam ipsa natura humana: quæ salvatur, non salvat; ipsa primum in Christo reparata factaque primitiæ et delibatio, unde salus in omnes proveniat.

γίνεται (τὸ ξένον ὄντως πρᾶγμα καὶ ἀκου- A
. τὸν τῆς σαρκὸς θέλων καταδέχεται θάνατον.
ἁπάντων, ὡς ἔφην, αἴτησιν ἔχων ὁ τῆς
ῆς εὑρεθήσεται λόγος.

α γὰρ, καὶ Πατρὸς ὄνομα λέγει, καὶ βασι-
αὶ τούτου τοῦ Πατρὸς αὖθις Υἱὸν ἐν χάριτι,
ευχόμενον ὄντα παρίστησιν. Ἑνός τε θελή-
ὺς ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ γενέσθαι ζητεῖ. Ἄρτον
: προστάττει τὸν ἐπιούσιον. Καταλλαγὴν τοῖς
ις νομοθετεῖ [*alter codex* ἐπιζητεῖ], καὶ τῷ
ἶν καὶ συγχωρεῖσθαι τὴν φύσιν πρὸς ἑαυτὴν
ῇ διαφορᾷ τῆς γνώμης μὴ τεμνομένην. Εἰς
ισμὸν εἰσελθεῖν, ὡς νόμον ἁμαρτίας, ἀπεύ-
ιδάσκει· καὶ ῥυσθῆναι τοῦ πονηροῦ παραι-
ι γὰρ τὸν αὐτουργὸν καὶ δοτῆρα τῶν ἀγα-
ιι καὶ διδάσκαλον, οἷα δὴ μαθηταῖς, τοῖς B
σιν εἰς αὐτὸν, καὶ μιμουμένοις αὐτοῦ τὴν
ιὸς ἀγωγὴν, ὑποθήκας ζωῆς ταύτης παρ-
τῆς προσευχῆς τὰ ῥητά [*Cat. Fr. Venet.*,
· δι' ὧν τοὺς ἐν αὐτῷ κατ' εἶδος ὑφεστῶτας
ίας καὶ τῆς γνώσεως ἀποκρύφους ἐμήνυε
ὺς, πρὸς τὴν αὐτῶν ἀπόλαυσιν δηλονότι
ύντων ἐλαύνων τὴν ἔφεσιν.

ὕτο προσευχὴν, οἶμαι, ταύτην κέκληκε τὴν
ίαν ὁ λόγος, ὡς αἴτησιν ἔχουσαν τῶν ἀν-
κατὰ χάριν ἐκ Θεοῦ διδομένων δώρων. Οὕτω
εόπνευστοι Πατέρες ἡμῶν ὁριστικῶς περὶ
ευχῆς διεξῆλθον, φήσαντες, εἶναι τὴν προσ-
τησιν, ὧν Θεὸς πρεπόντως ἑαυτῷ δωρεῖσθαι
ἀνθρώποις· ὥσπερ καὶ τὴν εὐχὴν, ὑπό- C
ἥγουν ἐπαγγελίαν, ὧν γνησίως λατρεύοντες
σκομίζουσιν ἄνθρωποι, τὴν Γραφὴν μαρτυ-
ῷ οἰκείῳ λόγῳ πολλαχῶς παραστήσαντες, ὡς
ασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν·
ια ηὐξάμην, ἀποδώσω σοι Σωτῆρί μου τῷ
ῳ)· περὶ τῆς εὐχῆς εἰρημένα· καὶ αὖθις περὶ
ῆς, ὡς τὸ, *Καὶ προσηύξατο* (*h*) *Ἄννα πρὸς*
λέγουσα· Κύριε Ἀδωναΐ, Ἐλωῒ σαβαώθ,
ακούων εἰσακούσῃς τῆς δούλης σου,
μοι καρπὸν κοιλίας· καὶ, *Προσηύξατο*
; βασιλεὺς Ἰούδα, καὶ Ἡσαΐας υἱὸς
ι προφήτης πρὸς Κύριον· καὶ τὸ, *Ὅτ' ἂν*
ροσεύχησθε, λέγετε, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν
ρανοῖς, παρὰ τοῦ Κυρίου τοῖς μαθηταῖς
ν· ὡς εἶναι δύνασθαι τὴν μὲν εὐχὴν, ἐντολῶν D
κατὰ γνώμην τοῦ ηὐγμένου κεκυρωμένην·
ροσευχὴν, τῆς πρὸς τὰ τηρηθέντα καλὰ τοῦ
ἰτος μεταποιήσεως αἴτησιν· ἢ μᾶλλον, τὴν
ιν ἀρετῆς ἆθλον, ὃ δὴ μάλιστα προσφιλῶς
Θεὸς προσκομιζόμενον· τὴν δὲ προσευχὴν,

Deus cum esset, homo fit (rem plane novam et auditionem!) ac carnis mortem sponte admittit. Cuncta hæc petenda, uti dicebam, orationis Dominicæ textum insinuare invenias.

349 Patrem enim, et Patris nomen regnumque loquitur: hujusque rursus Patris Filium in gratia, orantem ostendit. Unius item voluntatis, qui in cœlo et qui in terra, fieri petit. Panem quotidianum petamus jubet. Hominibus, alii ut aliis reconcilientur, sancit; eaque ratione quod et dimittant, et illis dimittatur, naturam sibi ipsam, nullo voluntatis animique sententiæ dissidio scissam, nectit. Ad hæc, intrare in tentationem, tanquam legem peccati, deprecandum documento tradit. A malo denique hortatur liberari. Decebat enim, ut bonorum auctor ipse et largitor, etiam doctor esset, qui scilicet fidelibus suis, tanquam discipulis, ejusque per carnem disciplinam vitæque institutionem imitantibus, documenta vitæ orationis sententias dictaque præberet; quibus apud se vere exsistentes sapientiæ et scientiæ thesauros absconditos ostendit[14]; ad quos fruendos, eorum qui orant ac petunt, cupiditatem amoremque impellit.

Idcirco, puto, hanc Scriptura doctrinam, orationem, Græce προσευχὴν, appellavit, ut quæ eorum, quæ a Deo hominibus per gratiam tribuuntur, donorum, petitionem complectatur. Sic enim divino afflati numine Patres nostri de oratione (Græce προσευχῇ), disseruerunt, dicentes: esse orationem petitionem eorum, quæ Deus pro innata bonitate, atque ut ipsum decet elargiri hominibus proclive habet; quemadmodum votum, Græce εὐχὴν, eorum promissionem, seu nuncupationem, quæ veri cultores Deo offerunt: atque huic suæ sententiæ ac definitioni Scripturam multis locis astipulantem producunt, ut est illud de voto dictum: *Vovete, et reddite Domino Deo nostro*[15]. Et: *Quæ vovi omnia, reddam tibi Domino salutari meo*[16]; quæ dicta sunt de voto; ac rursus de oratione, ut est illud: *Et oravit Anna ad Dominum, dicens: Domine Adonai, Deus exercituum, si exaudiens exaudieris ancillam tuam, et dederis mihi fructum ventris*[17]. Item, *Oravit Ezechias rex Juda, et Isaias filius Amos propheta ad Dominum*[18]. Id denique quod a Domino dictum est discipulis: *Cum oraveritis vos, dicite: Pater noster qui es in cœlis;* ut possit quidem votum esse mandatorum observatio, ejus, qui vovit, sententia ac voluntate confirmata; oratio vero, petitio, ut is qui observavit, in ea quæ observata sunt, **350** bona reducatur. Sive potius, votum quidem, virtu-

ss. II, 3. [15] Psal. xv, 12. [16] Jonæ II, 10. [17] I Reg. I 10. [18] II Paral. XXXII, 20.

ωτῆρί μου, τῷ Κυρίῳ. Græca Vulg. σωῷ Κυρίῳ, qua voce passim salutem ol LXX nt. Cod. Alex. εἰς σωτήριόν μου, a quo e Vulg. *pro salute Domino*, ut et Arab. alutem accipientes, pro voto in eam euo: nam Hebræa sonant, *Salus Domino: Pagn. Domini.*

αὶ προσηύξατο. Maximum fefellit, quod ec, quæ Annæ cantico præeunt, ad versum II, c. I, traxit; ea scilicet quæ sunt orationis, ad ea quæ sunt voti. Ibi enim est, Καὶ ηὔξατο εὐχὴν Κυρίῳ, nec ullus est, qui non reddat, *Et votum vovit Domino*, quod ipsum tanta sequentibus verborum emphasi Anna repræsentat; nec usquam in Scriptura major voti expressio, etsi nec illi deest admixta oratio. Commodius tamen exemplum licebat afferre Maximo.

tis certamen est, quod sane oblatum Deus benignissime suscipit; oratio autem, virtutis præmium, quod Deus lubentissimus reponit.

Cum igitur ex dictis probatum sit, esse orationem bonorum petionem, quorum Verbum incarnatum auctor exsistit, ipsum nobis contextus orationis doctorem præficientes, fidenter enarremus, ita sane ut cujusque sententiæ sensum, quoad assequi contemplando licebit, expediamus; uti nimirum ipsum commode Verbum suppeditare solet, et ut dicentis sententiæ vis intelligatur, tribuit.

Pater noster, qui es in cœlis; sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum.

διὰ τοῦτο πρότερον ἡμᾶς βούλεται τὰς πρὸς ἀλλή-
λους ποιεῖσθαι καταλλαγὰς ὁ Θεὸς, οὐχ ἵνα παρ'
ἡμῶν μάθῃ καταλλάττεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι, καὶ
τῶν πολλῶν συγχωρεῖν καὶ φοβερῶν ἐγκλημάτων
τὴν ἔκτισιν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς καθάρῃ παθῶν, καὶ δείξῃ
συμβαίνουσαν τῇ σχέσει τῆς χάριτος τὴν τῶν συγ-
χωρουμένων διάθεσιν (7). Σαφῶς δὲ καθέστηκε δῆ- D
λον, ὅτι τῆς γνώμης ἑνωθείσης τῷ λόγῳ τῆς φύσεως,
ἀστασίαστος ἔσται πρὸς τὸν Θεὸν ἡ τῶν τοῦτο
κατωρθωκότων προαίρεσις· εἴπερ οὐδὲν πέφυκεν
ἐνθεωρεῖσθαι παράλογον τῷ λόγῳ τῆς φύσεως, ὃς
καὶ νόμος ἐστὶ φυσικός τε καὶ θεῖος (8), ὅταν καθ'
ἑαυτὸν ἐνεργουμένην λάβῃ τῆς γνώμης τὴν κίνησιν.
Εἰ δὲ παράλογον οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ τῆς φύ-
σεως, εἰκότως ἡ γνώμη κατὰ τὸν λόγον κινουμένη
τῆς φύσεως, συμβαίνουσαν ἕξει διὰ πάντων τῷ Θεῷ
τὴν ἐνέργειαν· ἥτις ἐστὶ [*Fr.* ἥτις ἔσται] διάθεσις
ἔμπρακτος, τῇ χάριτι τοῦ φύσει καλοῦ πρὸς ἀρετῆς
γένεσιν πεποιωμένη.

ac expositionem, in sæculo hoc, cujus symbolum
esse diximus hodiernum diem, incorruptum sapien-
tiæ panem, a quo nos primi temporis transgressio
exclusit, orationis suffragio inquirit (ut qui unicam
hanc voluptatem noverit, quæ divinorum consecu-
tione consistit; cujus quidem dandæ Deus arbiter
natura exsistit; custos autem libero voluntatis pro-
posito, ipse est, qui accepit : huncque unicum
dolorem intelligat, quod est iis frustrari; cujus
damni suggestor quidem diabolus est; auctor vero,
quisquis per animi ignaviam, ac mollitiem divina
consectando fatiscit) id custodiens, enixeque ser-
vans, quod animi affectu charissimum ducit; cujus
voluntas nulli prorsus, iis ex rebus quæ in oculos
incurrunt, proclivior hæreat; quique adeo ita com-
paratus sit, ut quibus corpus molestis afficitur, a
recti tramite minime abducatur; is plane tranquillo
animo, nullisque exasperato affectibus, iis, qui in
ipsum peccant, dimittit; quod nempe, quod ipse
donum desiderio colit, nemo prorsus subigere
possit, tantum illud ac tale, ut ejus omnino robur
natura inexpugnabile existimetur. Quin se ipse Deo
(absit verbo invidia) virtutis constituit exemplum,
ad sui imitationem eum, qui omni major imitatione
est, hisce verbis compellans, velutque adhortans :
*Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris;* talem obsecrans sibi fore Deum,
qualis ipse proximis fuit. Nam si ea ratione, qua
ipse in eum peccantibus dimisit, Deum quoque ipsi
dimittere cupit; plane sicut Deus absque omni
perturbatione dimittit, quibus dimittit, sic ipse
quoque in iis quæ accidunt, imperturbatus ac tran-
quillæ mentis manens, quod offensus est, dimittit,
nullis eorum quæ tristia in eum præcesserunt ani-
mum informari sinens, nequando, qui ipse homo
sit, vel ab uno aliquo hominum dissidens, voluntate
animique sententia naturam scindere convincatur.
Sic namque voluntate cum naturæ ratione unita,
comparatum, ut Dei cum natura reconciliatio præ-
stetur. Alioqui enim minime fieri potest, ut Dei se
nobis, inque modum nostrum inclinantis, nullis
verbis explicabilem **362** dignationem suscipiat.
Idque forsitan in causa sit, cur nos ipsos Deus,
prius alios aliis reconciliari velit, ac quæ inter nos
simultates vigent, omnino componere, non ut quasi
nostri præludio ipse peccatoribus reconciliari con-
discat, multorumque ac immanium scelerum pœnam
condonare; sed ut nos a perturbationibus vitiisque
emundet, eorumque, quibus venia indulgetur, ani-
mum haud abhorrere a necessitudine gratiæ osten-
dat. Palam enim perspicuum est, voluntate animi-
que sententia cum naturæ ratione unita, fore ut
quibus id demum obtigerit, nihil a Deo voluntate
animisque dissideant; quippe cum nihil abhorrens
a ratione atque absonum in naturæ ipsa ratione
intelligi queat, quæ et lex naturalis et divina exsi-
stat, cum motum voluntatis ex suis ipsa rationibus
exercitum, consentaneumque acceperit. Quod si nihil abhorrens a ratione atque absonum in naturæ
ratione exsistit, merito voluntas quæ moveatur ut naturæ rationi comparatum est, operationem in

omnibus Deo consentientem habebit; efficacem nimirum atque robustam animi affectionem, ejus quod natura bonum est gratia imbutam, ad progignendam virtutem.

Sic igitur in oratione affectus est, qui spiritalem ac sapientiæ panem petit; post quem etiam ille, qui ob naturæ vim ejusque necessitate quotidianum duntaxat panem (qui scilicet in diem sufficiat) quærit, consimili modo afficietur; nempe dimittens debitoribus debita, ut qui se natura mortalem non nesciat; quique jam quotidie quod natura comparatum est, præ ejus incerto, exspectans, voluntate atque animo antevertit naturam, sponte mundo mortuus, uti divino expressum oraculo est: *Propter te mortificamur tota die* [26]; *æstimati sumus sicut oves occisionis* [27]; quique adeo amice omnibus consocietur, ne quam hujus sæculi pravitatis notam secum inferat, cum ad illam senii expertem vitam commigrandum erit; paremque inde ab omnium Judice ac Salvatore, pro eo quod vita hac abusus est, vicem recipiat. Utrisque namque ex eorum rationibus, ac quod conducat necessaria est, munda in eos qui injuriæ aliquid fecerint, animi affectio; cum omnium gratia, tum maxime ob reliquarum in orationis contextu sententiarum vim, quæ ipsa in hunc modum se habet:

A Οὕτω μὲν οὖν, ὁ τὸν γνωστικὸν ἄρτον αἰτῶν διάκειται προσευχόμενος, μεθ' ὃν κἀκεῖνος ὁ μόνον τὸν ἐφήμερον ἄρτον ἐπιζητῶν διὰ τὴν βίαν τῆς φύσεως, κατὰ τὸν αὐτὸν διατεθήσεται τρόπον· ἀφεὶς τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα, οἷα δὴ γνοὺς, ὅτι κατὰ φύσιν ὑπάρχει θνητὸς, καὶ λοιπὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν διὰ τὴν ἀδηλίαν τὸ φύσει πεφυκὸς ἐκδεχόμενος, προλαμβάνει τὴν φύσιν κατὰ τὴν γνώμην· αὐθαίρετος νεκρὸς πρὸς τὸν κόσμον γινόμενος, κατὰ τὸ φάσκον λόγιον, ὅτι *Ἕνεκεν σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς*· καὶ διὰ τοῦτο σπενδόμενος ἅπασιν, ἵνα μηδὲν ἑαυτῷ συνεπικομίζηται γνώρισμα τῆς μοχθηρίας τοῦ νῦν αἰῶνος, πρὸς τὴν ἀγήρω ζωὴν μεθιστάμενος· καὶ λάβῃ παρὰ τοῦ κριτοῦ καὶ Σωτῆρος τῶν

B ὅλων, ὧν ἐνταῦθα προκέχρηκε τὴν ἴσην ἀντίδοσιν. Ἀναγκαία γὰρ ἀμφοτέροις πρὸς τὴν σφῶν αὐτῶν λυσιτέλειαν καθέστηκεν ἡ καθαρὰ πρὸς τοὺς λελυπηκότας διάθεσις· πάντων μὲν ἕνεκεν, οὐχ ἥκιστα δὲ διὰ τῶν λειπομένων ῥητῶν δύναμιν, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον,

363 *Et ne nos inferas in tentationem; sed libera nos a malo.*

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

His enim Scriptura significat, fore ut nisi quis iis, a quibus offensæ aliquid acceperit, perfecte indulgeat, mundumque a rancore animum, reconciliationis cum proximo luce prænitentem, Deo exhibeat, a bonorum quæ exoptat votisque prosequitur, gratia excidat; justoque judicio tentationi ac malo obnoxius fiat, ut scilicet emundari delictis doceatur, a se amputans ac amoliens, quod alios criminatur. Tentationem autem hic vocat peccati legem, a qua immunis editus primus parens. Malum vero dicit, nempe diabolum, per quem hæc humanæ naturæ inolevit, ac quo auctore seductus homo, ut ab eo quod ei concessum erat, ad id quo illi erat interdictum animi cupiditatem transferret, et ad mandati trangressionem verteretur; qua temeritate, ejus, quam per gratiam concessam acceperat, incorruptionis jacturam fecit.

Δηλοῖ γὰρ ἐν τούτοις ὁ λόγος, ὡς ὁ μὴ συγχωρήσας τελείως τοῖς πταίουσι, καὶ καθαρὰν λύπης παραστήσας τῷ Θεῷ τὴν καρδίαν, λελαμπρυσμένην τῷ φωτὶ τῆς πρὸς τὸν πέλας καταλλαγῆς, τῆς τῶν ηὐγμένων καλῶν ἀποτεύξεται χάριτος· καὶ τῷ πει-

C ρασμῷ, καὶ τῷ πονηρῷ κατὰ δικαίαν ἐκδοθήσεται κρίσιν· ἵνα μάθῃ καθαίρεσθαι πλημμελῶν, τὰς κατ' ἄλλων ἑαυτοῦ μομφὰς ἀφαιρούμενος. Πειρασμὸν δὲ λέγει νῦν τὸν τῆς ἁμαρτίας νόμον· ὃν οὐκ ἔχων ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἦλθεν εἰς γένεσιν· πονηρὸν δὲ, τὸν τοῦτον ἐμφύραντα τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων διάβολον, καὶ πείσαντα δι' ἀπάτης τὸν ἄνθρωπον, ἀπὸ τοῦ συγκεχωρημένου πρὸς τὰ κεκωλυμένα τῆς ψυχῆς μετενέγκαι τὴν ἔφεσιν, καὶ πρὸς τὴν τῆς θείας ἐντολῆς τραπῆναι παράβασιν· ἧς ἔργον γέγονεν ἡ τῆς δοθείσης κατὰ χάριν ἀφθαρσίας ἀπόθεσις.

Aut rursus, tentationem quidem appellat voluntarium animi in carnis passiones atque vitia consensum; malum vero, modum quo vitiosa libidinosaque affectio seu dispositio in actu completur: neutroque horum liberabitur justi judicis sententia, qui non dimiserit debitoribus debita; tametsi is, nudo vocis sono in oratione id efflagitet: quin et eum qui ea sit indole, peccati lege coinquinari sinet, ac qui durus animo sit justoque rigidior, malo mancipandum deseret; qui nempe perturbationum probra, satore diabolo, naturæ prætulerit, cujus Deus conditor est. At neque carnis ultro libidinibus vitiisque sese dedere prohibebit, nec ab ejus dispositionis modo redimet, quo hæc actu

Ἢ πάλιν, πειρασμὸν μέν φησι τὴν τῆς ψυχῆς ἑκούσιον πρὸς τὰ πάθη τῆς σαρκὸς συνδιάθεσιν· πονηρὸν δὲ, τὸν κατ' ἐνέργειαν συμπληρωτικὸν τῆς

D ἐμπαθοῦς διαθέσεως τρόπον· ὧν οὐδενὸς ὁ δίκαιος ἐξαιρεῖται κριτὴς, τὸν μὴ τοῖς ὀφειλέταις ἀφέντα τὰ ὀφειλήματα· κἂν τοῦτο ψιλῶς διὰ τῆς προσευχῆς ἐξαιτῆται· ἀλλὰ καὶ τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας συγχωρεῖ μολύνεσθαι τὸν τοιοῦτον, καὶ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κυριεύεσθαι τὸν σκληρὸν καὶ ἀπότομον τὴν γνώμην ἐγκαταλιμπάνει· οἷα δὴ τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας ὧν σπορεύς ἐστιν ὁ διάβολος, προτετιμηκότα τῆς φύσεως, ἧς ἐστι δημιουργὸς ὁ Θεός. Καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰ πάθη τῆς σαρκὸς ἑκουσίως συνδιατιθέμενον οὐ κωλύει, καὶ τοῦ κατ' ἐνέργειαν συμπληρωτικοῦ τρόπου

[26] Psal. XLIII, 22. [27] Rom. VIII, 36.

A τῆς κατ' αὐτὰ διαθέσεως οὐ λυτροῦται· ὅτι παθῶν ἀνυποστάτων ἧττονα τὴν φύσιν ἡγησάμενος, τῇ περὶ ταῦτα σπουδῇ, τὸν ταύτης λόγον ἠγνόησε· καθ' ὃν ἔδει κινηθέντα γνῶναι τίς μὲν φύσεως νόμος, τίς δὲ παθῶν ἢ καθ' αἵρεσιν γνωμικῶς, ἀλλ' οὐ φυσικῶς ἐπισυμβαίνουσα κατέστη τυραννίς· καὶ τὸν μὲν περιποιήσασθαι ταῖς φυσικαῖς συντηρούμενον ἐνεργείαις, τὴν δὲ τῆς γνώμης ἀπελάσαι μακρὰν, καὶ τῷ λόγῳ διατηρῆσαι τὴν φύσιν, ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν καθαρὰν καὶ ἀμώμητον [ἄμωμον], χωρὶς μίσους καὶ διαστάσεως· καὶ τῇ φύσει πάλιν καταστῆσαι τὴν γνώμην συνέμπορον, μηδὲν παντελῶς ἐπιφερομένην, ὧν ὁ τῆς φύσεως οὐκ ἐπιδίδωσι λόγος· καὶ διὰ τοῦτο μῖσος ἅπαν, καὶ πᾶσαν τοῦ κατὰ φύσιν συγγενοῦς ἀποστῆσαι διάστασιν, ἵνα ταύτην λέγων τὴν προσευχὴν εἰσακούηται, B καὶ διπλῆν ἀνθ' ἁπλῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δέχηται χάριν, τήν τε τῶν φθασάντων πλημμελημάτων συγχώρησιν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς μέλλουσι σκέπην καὶ λύτρωσιν· εἴς τε πειρασμὸν ἐλθεῖν μὴ συγχωρούμενος, καὶ τῷ πονηρῷ δουλωθῆναι μὴ ἀφιέμενος, ὑπὲρ ἑνὸς, τοῦ τοῖς πέλας ἑτοίμως ἀφιέναι τὰ ὀφειλήματα.

compleantur; quod nimirum perturbationibus vitiisque, quæ nec sint quidem, ac nihil sint, posthabita natura, quo se illis studio addixit, hujus rationem ignoravit; qua motum atque instinctum, legem naturæ, quænam sit, nosse eum oportuit; quænam item perturbationum vitiorumque vis ac tyrannis, quæ non natura, sed voluntate ac arbitrio ei inolevit : ac illam quidem (nempe naturæ legem) sibi asciscere, quam naturales operationes conservant; hanc vero (vim scilicet ac tyrannidem) procul animo ablegare, atque ratione continere naturam, quæ in se munda ac **364** labis pura, sine odio divortioque consistat; rursusque naturæ voluntatem una comitem sociare, quæ nihil prorsus inferat, quam quod naturæ ratio tribuit; ac proinde omne odium, ac quidquid dissidii est, ab iis quos ejusdem naturæ necessitudo consociat, submovere, ut hanc recitans orationem exaudiatur, duplicemque a Deo pro simplici gratiam consequatur; tum scilicet ut præteritorum venia delictorum donetur, tum ut adversus futura Dei præsidio tutus sit iisque liberetur : atque ut non permittatur venire in tentationem, nec mancipandus malo deseratur; uno hoc nomine ac titulo, quod prompto animo proximis debita remittat.

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς, ἵνα μικρὸν ἀναποδίζων ἐπιτόμως ἐπέλθω τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, εἴπερ τοῦ πονηροῦ ῥυσθῆναι, καὶ εἰς πειρασμὸν εἰσελθεῖν οὐ βουλόμεθα, πιστεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἀφῶμεν τὰ ὀφειλήματα τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· Ἐὰν γάρ, C φησί, *μὴ ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, οὔτε ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει ὑμῖν*· ἵνα μὴ μόνον ἄφεσιν λάβωμεν ὧν πεπλημμελήκαμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον νικήσωμεν τῆς ἁμαρτίας, εἰς τὴν αὐτοῦ πεῖραν εἰσελθεῖν οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καὶ τὸν τούτου γεννήτορα πονηρὸν πατήσωμεν ὄφιν, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι παρακαλοῦμεν· στρατηγοῦντος ἡμῖν τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος Χριστοῦ, καὶ τοῖς νόμοις τῶν ἐντολῶν καθοπλίζοντος, καὶ νομίμως τῇ τῶν παθῶν ἀποθέσει, πρὸς ἑαυτὴν δι' ἀγάπης τὴν φύσιν συνδέοντος· καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἄρτον ὄντα ζωῆς, σοφίας τε καὶ γνώσεως καὶ δικαιοσύνης, κινοῦντος ἡμῶν ἀκορέστως τὴν ὄρεξιν· καὶ τῇ πληρώσει τοῦ Πατρικοῦ θελήματος τοῖς ἀγγέλοις ὁμολάτρας ἡμᾶς καθιστῶντος, τῇ κατὰ τὸν βίον D ἀγωγῇ τὴν ἐπουράνιον εὐμιμήτως ἐμφαίνοντας εὐαρέστησιν· κἀκεῖθεν πάλιν ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην τῶν θείων ἀνάβασιν πρὸς τὸν Πατέρα τῶν φώτων ἐνάγοντος, καὶ θείας ἀπεργαζομένου φύσεως κοινωνούς, τῇ κατὰ χάριν μεθέξει τοῦ Πνεύματος, καθ' ἣν τέκνα Θεοῦ χρηματίσωμεν, αὐτὸν τὸν [*marg. Fr.* Ἄκουε, Νεῖλε] ταύτης αὐτουργὸν τῆς χάριτος, καὶ κατὰ φύσιν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, ὅλον ὅλοι δίχα περιγραφῆς ἀχράντως περικομίζοντες· ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ τὸ εἶναί τε καὶ κινεῖσθαι, καὶ ζῆν ἔχομέν τε καὶ ἕξομεν.

Ergo nos quoque, ut, tantisper reducta oratione, dictorum vim compendio exponam, siquidem a malo liberari volumus, Deo morem geramus, ac debitoribus nostris debita dimittamus : *Si enim non dimiseritis*, inquit, *hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis* [38]; ut non solum delictorum veniam consequamur, verum etiam peccati legem vincamus, quos Deus non deserat ut in illius tentationem intremus; ejusque nequissimum parentem (serpentem scilicet [39], a quo nos liberari rogamus) proteramus; Christo, qui mundum vicit [40], nobis duce ac imperatore, necnon mandatorum scitis quasi armis instruente; legitimeque abjectis perturbationibus atque vitiis, dilectionis vinculis naturam sibi astringente, atque ad se, qui panis vitæ, sapientiæque et scientiæ ac justitiæ sit, insatiabili desiderio appetitum nostrum illiciente; ac, qui Patris voluntatem adimpleamus, pares angelis cultores ac adoratores reddente, institutis vitæ rationibus morumque disciplina, qua illi accepti sunt, cœlestem vitæ rationem præclare æmulantes atque imitatione reddentes; indeque rursus ad supremum divinorum ascensum (Patrem scilicet luminum [41]) inducente, ac divinæ consortes naturæ [42], Spiritus gratiæ impartitione, reddente; qua nimirum Dei filii sumus, ipsum ejus doni auctorem, Patrisque natura Filium totum toti citra omnem circumscriptionem intemerate circumferentes; ex quo, et per quem, et in quo, ut simus et moveamur atque vivamus [43] et habemus et habituri sumus.

Πρὸς τοῦτο δὲ τῆς θεώσεως τὸ μυστήριον βλέπων ἡμῖν ἔστω τῆς προσευχῆς ὁ σκοπὸς, ἵνα γνῶμεν,

Ad hoc autem nobis deificationis mysterium spectet orationis scopus, ut noverimus **365** quales ex

[38] Matth. vi, 14. [39] Gen. iii, 1. [40] Joan. xvi, 33 [41] Jac. i, 17. [42] II Petr. i, 4. [43] Act. xvii, 28.

quibus Unigeniti nos per carnem exinanitio reddiderit, ac unde, quo (qui infimam rerum hujus universi sedem, gravi nos peccati onere deprimente, receperamus) benignissimæ nos dexteræ potentia evexerit, impensiusque eum diligamus, qui hanc nobis salutem sapienti adeo consilio struxerit; nostrisque adeo ipsi actionibus, plenum orationem effectum consecutam, monstremus, atque eum, qui vere per gratiam Pater est, Deum nos prædicare, liquido ostendamus; non vero eum, qui per probrosissimos affectus vitiaque, naturam tyrannice conatur opprimere ac sibi addicere (malum scilicet) vitæ nos parentem habere manifeste prodamur, ac imprudentes, vitam morte commutemus; siquidem ita comparatum, ut uterque clientes suos his quæ suppetunt impartiatur; sic nimirum ut ille quidem vitam æternam, his, qui ipsum diligunt, subministret; hic vero, his, qui ad ipsum accedunt, mortem importet, earum suggestione tentationum, quæ non illubentibus nobis ingeruntur.

A ἀνθ' οἵων, οἵους ἡμᾶς ἡ διὰ σαρκὸς κένωσις τοῦ Μονογενο ς ἀπειργάσατο· καὶ πόθεν, ποῦ, τοὺς τὸ κατώτατον τοῦ παντὸς εἰληφότας χωρίον, εἰς ὅπερ ἡμᾶς τὸ τῆς ἁμαρτίας βάρος κατέωσε, δυνάμει φιλανθρώπου χειρὸς ἀνεβίβασε· καὶ πλέον ἀγαπήσωμεν τὸν ταύτην οὕτω σοφῶς ἡμῖν τὴν σωτηρίαν ἑτοιμασάμενον· καὶ δι' ὧν πράττομεν, δείξωμεν τὴν προσευχὴν πληρουμένην, καὶ τὸν ἀληθῶς κατὰ χάριν Πατέρα Θεὸν φανῶμεν κηρύττοντες· ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, τὸν ἀεὶ τυραννικῶς δεσπόζειν ἐπιχειροῦντα τῆς φύσεως πονηρὸν, ἔχοντες τοῦ βίου πατέρα σαφῶς ἀποδειχθῶμεν, καὶ λάθωμεν ζωῆς ἀντικαταλλάττοντες θάνατον· ἐπειδήπερ τῶν προσόντων ἑκάτερος [*marg.* ὁ Θεὸς δηλονότι, καὶ ὁ διάβολος] τοῖς προσχωροῦσι ποιεῖσθαι μετάδοσιν πέ-B φυκεν· ὁ μὲν, ἀΐδιον ζωὴν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν χορηγῶν· ὁ δὲ, θάνατον τῇ τῶν ἑκουσίων ὑποβολῇ πειρασμῶν τοῖς ἐγγίζουσιν ἐμποιῶν.

Duplex enim est (quantum ex Scriptura discimus) tentationis genus: quorum alterum, libidinem habet; alterum, dolorem ac cruciatum; atque alterum, a libera voluntate est; alterum, invitis infertur. Ac illud quidem, peccati parens est, in quod orare nobis præceptum est, juxta Domini doctrinam, ne intremus, cum ait: *Et ne nos inferas in tentationem.* Et: *Vigilate, ut non intretis in tentationem* [44]; istud vero, peccati ultor est, his, quos invitis inductos sustinemus, laboribus, peccati amantem animum castigans; istiusmodi tentationem si quis sustinuerit (is maxime qui vitiorum ac nequitiæ clavis minime confixus sit) beatum Jacobum diserte clamantem auditurus est: *Omne gaudium existimate, fratres, cum in tentationes varias incideritis; quia probatio fidei vestræ patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio autem opus perfectum habeat* [45]. Utrumque autem tentationum genus (tum scilicet earum quæ a voluntate sunt, tum quæ exterius ingeruntur) maligne pravoque consilio malus persequitur enixeque curat; primum quidem ipse seminando, corporisque voluptatum illecebra animum proliciendo ac irritando, ut a divina dilectione cupiditatem avocet; alterum vero, astu **366** fraudeque deposcendo, hoc satagens, ut dolore ac cruciatu labefactata natura, animum laboribus fatiscentem ad Creatoris injuriam ac calumniam cogat.

Διττὸς γὰρ κατὰ τὴν Γραφὴν τῶν πειρασμῶν ὁ τρόπος· ὁ μὲν, ἡδονικὸς, ὁ δὲ, ὀδυνηρό,· καὶ ὁ μὲν, προαιρετικὸς, ὁ δὲ, ἀπροαίρετος. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἁμαρτίας γεννήτωρ, εἰς ὃν εἰσελθεῖν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν, ἀπεύχεσθαι προσετάγημεν, φάσκοντος· *Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.* Καὶ, *Γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν·* ὁ δὲ, τῆς ἁμαρτίας τιμωρὸς, ἀκουσίοις πόνων ἐπιφοραῖς τὴν φιλαμαρτήμονα κολάζων διάθεσιν· ὃν εἴ τις ὑπομείνῃ, καὶ μάλιστα κακίας C ἥλοις οὐκ ἐμπεπαρμένος, ἀκούσεται τοῦ μεγάλου διαῤῥήδην βοῶντος Ἰακώβου· *Πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε, ἀδελφοί μου, ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις, ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ, δοκιμήν· ἡ δὲ δοκιμὴ, ἔργον τέλειον ἐχέτω.* Ἀμφοτέρους δὲ τοὺς πειρασμοὺς, τὸν ἑκούσιόν τε καὶ τὸν ἀκούσιον, περιέπει κακούργως ὁ πονηρός· τὸν μὲν, σπείρων καὶ διερεθίζων τὴν ψυχὴν ἡδοναῖς σώματος, ἀποστῆσαι τῆς θείας ἀγάπης τὴν ἔφεσιν μηχανώμενος· τὸν δὲ σοφιστικῶς ἐξαιτεῖται, δι' ὀδύνης φθεῖραι τὴν φύσιν βουλόμενος, ἵνα βιάσηται τὴν ψυχὴν, ἀτονίᾳ πόνων καταβληθεῖσαν, πρὸς τὴν τοῦ κτίσαντος διαβολὴν κινῆσαι τοὺς λογισμούς.

Nos vero, quos non lateant mali consilia, id quidem genus tentationis quod voluntate comite est, deprecemur, ne a divina dilectione desiderium animi abstrahamus: quod autem violentum est, cum Dei permissu nutuque advenerit, strenue fortique animo sustineamus, ut naturæ Auctorem ipsi clare naturæ nos prætulisse monstremur. Utinam vero omnes qui nomen Domini nostri Jesu Christi invocamus, tum a vitæ hujus delectabilibus, quæ mali suggestione ingeruntur, tum a futuræ

D Ἀλλ' ἐπεγνωκότες ἡμεῖς τοῦ πονηροῦ τὰ νοήματα, τὸν μὲν ἑκούσιον ἀπευξώμεθα πειρασμὸν, ἵνα μὴ τῆς θείας ἀγάπης τὴν ἔφεσιν ἀποστήσωμεν· τὸν δὲ ἀκούσιον ἐπερχόμενον συγχωρήσει Θεοῦ γενναίως ὑπομείνωμεν, ἵνα φανῶμεν προτετιμηκότες τῆς φύσεως, τὸν κτίστην τῆς φύσεως. Γένοιτο δὲ πάντας ἡμᾶς τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῶν τε νῦν ἡδέων τοῦ πονηροῦ λυτρωθῆναι, καὶ τῶν μελλόντων ἀλγεινῶν ἐλευθερωθῆναι, τῇ μεθέξει τῆς κατ' εἶδος τῶν μελλόντων

[44] Matth. xxvi, 41. [45] Jac. i, 2; Rom. v, 4.

A ἀγαθων ὑποστάσεως, ἐποφθείσης ἡμῖν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, τῷ μόνῳ σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι δοξαζομένῳ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως. Ἀμήν.

ΣΧΟΛΙΑ.

α'. *Fr.* Ταυτὸν ἐπὶ Θεοῦ βουλὴ καὶ βούλησις.

β'. Ἐπαίνου, φησὶ, καὶ ψόγου κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ λόγος ἐλεύθερος, ἀπαθῆ ποιεῖ τὸν μόνῳ λόγῳ ζῆν προαιρούμενον· χωρίζειν πείθων τῶν φθοροποιῶν τῆς ψυχῆς τὴν ἐπιθυμίαν· ἧς ἀπογενομένης τῶν ὑλικῶν, οὔτε τῶν ἐπαινούντων, οὔτε τῶν ψεγόντων ὡς πάσχων, ὁ καθ' ἕξιν πρᾶος αἰσθάνεται,

B γ. *Ven. et Fr.* Ἀνίσους διαθέσεις λέγει, τὰς πρὸς ἑαυτὰς τὴν ψυχὴν μορφούσας, τοῦ τε θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας κινήσεις· ὧν ἐλεύθερον εἶναι δεῖ τὸν Χριστοῦ μαθητήν· μήτε χύσει τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος πρὸς ἡδονὰς ὀλισθαίνοντα, μήτε ζέσει τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος πρὸς ὀργὰς ἐκμαινόμενον.

δ'. *Fr.* Λόγων δηλονότι Ἑλληνικοῦ καὶ Ἰουδαϊκοῦ· ὧν ἐν Χριστῷ παντελῶς οὐδείς. Ἐπίσης γὰρ τῆς πολυαρχίας, καὶ τῆς ἐνὶ προσώπῳ περιγραφομένης μοναρχίας, ὁ τοῦ Χριστοῦ καθαρεύει λόγος.

ε'. *Fr.* Οὐ γὰρ κατὰ γέννησιν, ἢ πρόοδον, ἤτοι ἔκφανσιν.

ς'. *Fr.* Πῶς τις δύναται ἀφιέναι τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα;

C ζ'. *Fr.* Ταῖς τῶν ψυχῶν ἡμῶν διαθέσεσιν ἡ θεία δεόντως ἐφαρμόζεται δικαιοσύνη, τοιαύτη ἡμῖν γινομένη, οἵους ἀλλήλοις ἑαυτοὺς πεποιήμεθα· καὶ τοιοῦτον ἡμῖν αὐτοῖς τὸν Θεὸν καθιστῶσα, οἵους φθάσαντες τοῖς ὁμοιοπαθέσιν ἑαυτοὺς διεθήκαμεν.

η'. Ὁ τῆς φύσεως λόγος, φησὶ, καὶ νόμος γίνεται φύσεως, λαμβάνων συμφωνοῦσαν τὴν γνώμην εἰς ἐνέργειαν τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων.

tristibus ac cruciamentis eruamur, ipso per speciem donati substantiæ bonorum commercio, cujus aspectu fruamur, in ipso Christo Domino nostro, qui solus cum Patre et Spiritu sancto a creatis omnibus laudatur. Amen.

SCHOLIA.

1. Dei idem consilium est ac voluntas.

2. Cum enim ratio natura a laude atque vituperio libera sit; cum ab affectibus immunem præstat, qui ut sola vivat ratione in animum inducit; nempe suadens ut animi cupiditatem ab iis abstrahat, quæ corruptionem labemque inducunt. Qua, a terrenis abjuncta, qui habitu mitis est, neque laudantes sentit neque vituperantes, quasi alterutro afficiatur.

3. Inæquales affectiones vocat, iræ scilicet ac cupiditatis motus, ex sui ratione animum informantes, a quibus liberum esse oportet Christi discipulum; ut neque sanguinis circa cor diffusione ad libidines prolabatur, neque sanguinis circa cor accensione iræ furore concitetur.

4. Horum, Græcanici scilicet ac Judaici sermonis, neuter prorsus in Christo est. Perinde enim Christi sermo ac doctrina a principatu abest inter multos diviso, et ab eo, qui ipse unus, unius personæ angustiis arctatur.

5. Non enim generatione, aut processione sive ortu ac quod eluxerit.

6. Quonam modo potest quis dimittere debita debitoribus?

7. Divina convenienter justitia, animi nostri affectibus aptatur; talis scilicet ipsa nobis exsistens, quales alii aliis nos ipsi exsistimus; Deumque talem nobis constituens, quales erga ejusdem sortis misellos homines atque mortales nos ipsi exhibuimus.

8. Naturæ ratio in naturæ ipsam legem vertitur, voluntatem assumens quæ assensum præbeat naturalium operationi virium ac facultatum.

MONITUM AD LIBRUM ASCETICUM.

Maximi librum asceticum (id est, *ad pietatem exercentem*, ut dixit Nobilius qui ipse Latine repræsentavit, et Romæ cum aliquot Chrysostomi et duabus Basilii epistolis an. 1578 edidit) nullo alio commodius loco visum dare, quam ut subnecterem Orationi Dominicæ, sic pie, luculenter, et ad charitatis sensum, ab eo expositæ: quam charitatem ac dilectionem, toto nostræ salutis negotio cunctis dominam, et scopum ac finem, omniumque admirandam complexionem, et sanctitatis ac perfectionis metam in eo Maximus mirifice laudavit; liquideque adeo nulla allegoriarum ambage, aut styli productioris anfractu, familiari duorum colloquio sua hic digessit, ut nullas meas notas primum adhibendas putaverim : etsi ipsa Nobilii versio, unusque fere aut alter scripturæ locus, ut ne omnino iis intactum relinquerem, suasit. Hoc certe audens dicam in Patrum asceticis, quæ tanta Græcis exstant, ac quæ adhuc magna segete, necdum vulgata possint repræsentari, ascetamque formant, nihil occurrere quod in eo genere majoris videri possit, aut quod utilius, omnium virtutis palæstra merentium teri manibus, inque illis, vel monastices religiosa institutione, vel communi ipsa augustaque Christiana sorte ac nuncupatione, assidue versari. Prodit ex duplici Em. card. Mazarini cod. membranaceo, altero antiquo, altero bombycino, emend. ex meliore Raph. Dufrenii, nunc Regio.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΑΣΚΗΤΙΚΟΣ

Κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν.

—

S. P. N. MAXIMI CONFESSORIS

LIBER ASCETICUS

(I. E. AD PIETATEM EXERCENS)

Per interrogationem et responsionem.

—

367 FRATER, SENEX.

1. Frater interrogavit senem his verbis : Amabo te, mi Pater, dic mihi, quo spectet, quisve ejus finis quod Dominus homo factus est ? Cui respondit senex : Miror te, frater, qui quotidie Symbolum fidei audias, quod me ea de re interrogas. Verumtamen istud habeto, quod Dominus homo factus sit, finis, nostra salus fuit. Ad quem frater, Modum explica, Pater. Respondit senex : Quod nimirum homo ab initio a Deo creatus, et in paradiso collocatus, ejus transgressione, quod in mandatis acceperat, interitioni mortique obnoxius factus erat; tumque varia Dei providentia per omnes ætates nequidquam gubernatus atque adjutus, nequiore semper statu majorique nequitia manebat, quem variæ carnis illecebræ ac libidines ad desperationis postremo barathrum adigerent : eam ob rem, unigenitus Dei Filius, sæculis antiquius Verbum ex Deo Patre exsistens, fons ille vitæ ac immortalitatis, nobis apparuit, qui sedebamus in tenebris et umbra mortis [1]; incarnatus de Spiritu sancto exque sancta Virgine, vitæ nobis Dei æmulæ rationem ostendit; sanctisque mandatis contraditis, ac cœlorum regnum pollicitus, his, qui illorum disciplina viverent, æternumque supplicium eorum violatæ religionis reatu comminatus : salutari denique perfunctus passione, exque mortuis suscitatus, resurrectionis æternæque vitæ spem nobis liberaliter concessit; progenitorum transgressionis reatum, obedientiæ solvens munere, mortisque imperium morte destruens [2]; ut, *sicut in Adam omnes moriuntur, sic in eo omnes vivificentur* [3]: **368** ascendensque in cœlos et ad Patris dexteram sedens, Spiritum sanctum in vitæ arrhabonem misit ut nostris animis illuminationem

A

ΑΔΕΛΦΟΣ, Ο ΓΕΡΩΝ.

α'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα, λέγων· Παρακαλῶ
σε, Πάτερ, εἰπεῖν μοι, τίς ὁ σκοπὸς ἦν τῆς τοῦ Κυρίου
ἐνανθρωπήσεως; Καὶ ὁ γέρων ἀποκριθεὶς εἶπε· Θαυ-
μάζω σε, Ἀδελφὲ, ὅτι καθ' ἡμέραν τοῦ συμβόλου
ἀκούων τῆς πίστεως, περὶ τούτου με ἐρωτᾷς. Πλὴν
λέγω σοι, ὅτι ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως,
ἡ ἡμετέρα ἦν σωτηρία. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπε· Πῶς
λέγεις, Πάτερ; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἐπειδὴ γὰρ
ὁ ἄνθρωπος ἀπ' ἀρχῆς γεγονὼς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν
τῷ παραδείσῳ τεθεὶς, τὴν ἐντολὴν παραβὰς, τῇ φθορᾷ
καὶ τῷ θανάτῳ ὑπέπεσεν· εἶτα τῇ ποικίλῃ τοῦ Θεοῦ
προνοίᾳ κατὰ πᾶσαν γενεὰν καὶ γενεὰν κυβερνώμε-
νος, ἐπέμενεν ἐπὶ τὸ χεῖρον προκόπτων, ὑπὸ τῶν
ποικίλων τῆς σαρκὸς παθημάτων ἀγόμενος τῷ ἀπ-

B

ελπισμῷ τῆς ζωῆς· τούτου χάριν ὁ μονογενὴς τοῦ
Θεοῦ Υἱὸς, ὁ προαιώνιος Λόγος ὁ ἐκ Θεοῦ Πατ
ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας, ἐπέφανεν
τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις· σα
θεὶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς ἁγίας Παρθέ
καὶ πολιτείαν ἡμῖν θεοειδοῦς ζωῆς ἐπέδειξε· κα
τολὰς ἁγίας δεδωκὼς, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἐ
γειλάμενος τοῖς κατ' αὐτὰς πολιτευομένοις, καὶ
λασιν αἰώνιον τοῖς παραβαίνουσιν ἀπειλήσας·
παθὼν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀνασ
τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς αἰωνίου ζω
ἐδωρήσατο ἡμῖν [*Fr. alterque M.* ἡμῖν ἐχαρίσατ
τὸ κατάκριμα δι' ὑπακοῆς λύσας τῆς προγονι
ἁμαρτίας· καὶ τὸ κράτος τοῦ θανάτου θανάτῳ κατ

C

γήσας· ἵνα, *ὥσπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθ
σκουσιν, οὕτως ἐν αὐτῷ πάντες ζωοποιηθήσοντ*
καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθὼν, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατ
καθεσθεὶς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέπεμψεν εἰς ἀ
ῥαβῶνα τῆς ζωῆς· καὶ εἰς φωτισμὸν καὶ ἁγιασμ
τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· καὶ εἰς βοήθειαν τῶν ἀγω

[1] Isa. IX, 2; Matth. IV, 16. [2] Hebr. II, 14. [3] I Cor. XV, 24

ζομένων ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας φυλάξαι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν.

βʹ. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπε· Ποίας οὖν ἐντολὰς ὀφείλω ποιῆσαι, Πάτερ, ἵνα δι' αὐτῶν σωθῶ, ἤθελον συντόμως ἀκοῦσαι. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπε μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις· *Πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν.* Ὥστε οὖν ὅσα ἐνετείλατο δεῖ τηρεῖν, πάντα ἄνθρωπον βαπτισθέντα εἰς τὸ ὄνομα τῆς ζωοποιοῦ καὶ θεαρχικῆς Τριάδος. Τούτου γὰρ χάριν τῇ ὀρθῇ πίστει ὁ Κύριος B τὴν πασῶν τῶν ἐντολῶν συνέζευξε τήρησιν· ὡς εἰδὼς, ὅτι ἀμήχανον τὴν μίαν διαζευχθεῖσαν τῆς μιᾶς σώζειν τὸν ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἔχων, πρὸς τὸν Θεὸν ἔλεγε· *Πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου κατωρθούμην· πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησα.* Κατὰ γὰρ πάσης ὁδοῦ ἀδίκου, πᾶσαι ἡμῖν αἱ ἐντολαὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου δεδώρηνται· καὶ ἐὰν παραλειφθῇ μία, τὴν ἀντικειμένην αὐτῇ ὁδὸν τῆς κακίας ἀντεισάγει πάντως.

γʹ. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδελφός· Καὶ τίς δύναται, Πάτερ, [πάσας τὰς ἐντολὰς, τοσαύτας γε οὔσας, ποιεῖν; Ἔφη ὁ γέρων· Ὁ τὸν Κύριον ἐκμιμούμενος, καὶ κατ' ἴχνος αὐτῷ ἐπακολουθῶν. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδελφός· Καὶ τίς δύναται] τὸν Κύριον μιμήσασθαι; ὁ γὰρ Κύριος C ἦν Θεὸς, εἰ καὶ ἄνθρωπος γέγονεν· ἐγὼ δὲ ἄνθρωπός εἰμι ἁμαρτωλὸς, καὶ μυρίοις πάθεσι δεδουλωμένος· πῶς οὖν δύναμαι τὸν Κύριον μιμήσασθαι; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Τῶν τῇ ὕλῃ τοῦ κόσμου δεδουλωμένων, οὐδεὶς δύναται τὸν Κύριον μιμήσασθαι· οἱ δὲ δυνάμενοι λέγειν· *Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι·* ἐκεῖνοι λαμβάνουσι δύναμιν τοῦ τε μιμήσασθαι αὐτὸν, καὶ τοῦ πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ κατορθῶσαι. Καί φησιν Ἀδελφός· Ποίαν δύναμιν; ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Αὐτοῦ ἄκουσον λέγοντος· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει.*

δʹ. Ταύτην τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν λαβὼν ὁ D Παῦλος, ἔλεγε· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.* Καὶ πάλιν· *Οὐκ ἔστι νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.* Καὶ πάλιν· *Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.* Καὶ πάλιν· *Ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.*

εʹ. Περὶ ταύτης τῆς ἐξουσίας καὶ βοηθείας προφητεύων ὁ Δαβὶδ, ἔλεγε· *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. Ἐρεῖ τῷ Κυρίῳ· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ*

A ac sanctimoniam tribuat, præstetque auxilium his, qui pro sua salute mandata servare contendunt. Hic nimirum finis, eoque spectat, quod Dominus homo factus, ut sic paucis dicam.

2. Dixitque frater: Velim ex te, Pater, paucis audire, quænam me oporteat mandata facere, ut per illa compos salutis efficiar. Respondit senex: Ipse Dominus, cum ex mortuis resurrexisset, dixit discipulis: *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis* [4]. Quamobrem omnia servare necesse est, quæcunque mandavit, quisquis mortalium in nomine vivificæ ac deificæ Trinitatis baptizatus est. Idcirco enim Dominus rectæ fidei omnium observationem mandatorum copulavit, quippe qui sciret, fieri non posse, ut unum ab altero disjunctum salutem homini præstaret. Propterea etiam David, qui certa præditus fide esset, ad Dominum dicebat: *Ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui* [5]. Adversus enim omnem viam iniquitatis, omnia nobis a Domino mandata donata sunt: ac si vel unum defuerit, contrarii vitii viam ac malitiæ omnino vicissim inducit.

3. Dixitque frater: Ecquisnam, Pater, omnia mandata, quæ tam multa sint, exsequi potest? Ad quem senex: Qui Dominum imitatur, atque illius vestigia sequitur. Tum frater: Quisnam vero Dominum imitari potest? Dominus enim Deus erat, tametsi homo factus erat: ego autem homo peccator sum, innumerisque vitiis ac affectibus mancipatus. Quanam igitur ratione Dominum imitari possim? Respondit autem senex: Nemo eorum qui terrenis sæculi rebus addicti animo sunt, Dominum imitari potest; sed ii, quibus liberum est dicere: *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te* [6]; illi virtutem accipiunt, tum eum imitandi, tum ut ejus omnia mandata adimpleant. Aitque frater: Quamnam virtutem? Respondit senex: Audi eum dicentem: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici: et nihil vobis nocebit* [7].

369 4. Hac virtute ac potestate accepta, aiebat Paulus: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* [8]. Et iterum: *Nulla jam damnatio est his, qui sunt in Christo Jesu; qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum* [9]. Ac rursus: *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis* [10]. Iterumque: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo* [11].

5. De hac potestate et auxilio vaticinans David, aiebat: *Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Domino: Adjutor meus es tu, et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum* [12]. Paucisque interjectis, *Super*

[4] Matth. XXVIII, 19, 20. [5] Psal. CXVIII, 129. [6] Psal. XVII, 27. [7] Luc. X, 19. [8] Philipp. III, 17. [9] Rom. VIII, 1. [10] Galat. V, 24. [11] Galat. VI, 14. [12] Psal. XC, 1, 2.

aspidem et basiliscum incendes, et conculcabis leonem et draconem : quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis [13]. Hi autem qui carni animo addicti sunt, ac terrenorum amore tenentur, vide ex illo quid audiant, *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus* [14]. Paucisque interjectis : *Et qui non accipit crucem suam, et post me sequitur, non est me dignus.* Et, *Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus* [15]. Qui ergo illius discipulus fieri cogitat, ejusque dignus inveniri, necnon ab eo virtutem accipere adversum spiritus nequitiæ, is ab omni carnali affectione abscedit, nudatque seipsum omni terrenorum amore; atque in hunc modum adversus invisibiles hostes certamen B pro illius mandatis init, haud aliter ac ipse Dominus se nobis exemplum exhibuit, tum in deserto ab illorum duce tentatus, tum in deserto ab illorum duce tentatus, tum, cum se mundo dedisset, ab iis, qui illius agebantur afflatu.

6. Tum frater : At multa sunt, inquit, Domini mandata; et quis animo coram omnia habere potest, ut pro omnibus certamine contendat; vel ego maxime, qui fragilis memoriæ sum, nec plurium possum meminisse? Velim audire compendiosum sermonem, ut eum mente tenens, illius ope meæ ipse saluti consulerem. Respondit senex : Multa quidem sunt, mi frater, in uno tamen sermone summa colliguntur; quod scilicet dicitur : *Diliges* C *Dominum Deum tuum ex tota fortitudine tua et ex tota mente tua; et proximum tuum sicut teipsum* [16]: ac, qui unum hunc sermonem servare contendit, omnia simul mandata implet. Non potest autem, uti jam in superioribus dictum est, qui a terrenorum affectione animum non abjunxerit, aut **370** Deum vere diligere aut proximum; quod simul terrenis affici, Deumque diligere, haud unquam contigerit. Quod ita Dominus designavit, cum ait: *Nemo potest duobus dominis servire* [17]. Et : *Nullus potest Deo servire et mammonæ* [18]. Quantum enim mens nostra affectu terrenis rebus adhærescit, illis mancipatur, spernitque Dei transgrediendo mandatum.

. Ait frater : Quibus rebus dicis, Pater? D Respondit senex : Cibis, pecuniis, prædiis, gloria, cognatis seu affinibus, et ejusmodi. Ad quem frater : Quæso te, Pater, nunquid non ea Deus condidit, atque hominibus utenda concessit? Respondit senex : Sane liquet Deum ea condidisse, atque hominibus utenda tradidisse. Omnia enim a Deo bona condita sunt [19], ut bene illis utendo, Deo placeremus. Nos enimvero qui infirmi ac terreni animo simus, res terrenas dilectionis præcepto prætulimus; illisque affecti, hominibus pugnamus; cum par esset, ut iis omnibus quæ in aspectum cadunt,

A ἐπ' αὐτόν. Καὶ μετ' ὀλίγα· *Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου.* Οἱ δὲ τῇ σαρκὶ προσκείμενοι, καὶ τὴν ὕλην ἀγαπῶντες τοῦ κόσμου, ἄκουε ποῖα παρ' [*Alt.* ἄκουσον τί παρ'. *Fr.* ἄκουε οἷα] αὐτοῦ ἀκούουσιν· *Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος.* Καὶ, *Ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.* Ὁ οὖν θέλων γενέσθαι αὐτοῦ μαθητὴς, καὶ ἄξιος αὐτοῦ εὑρεθῆναι· καὶ δύναμιν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, χωρίζει ἑαυτὸν πάσης σαρκικῆς σχέσεως· καὶ γυμνοῖ ἑαυτὸν πάσης ὑλικῆς προσπαθείας· καὶ οὕτως πρὸς τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς ὑπὲρ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ἀγωνίζεται· ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἑαυτὸν τύπον ἡμῖν παρέσχεν, ἔν τε τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν πειραζόμενος· καὶ ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἐλθὼν, ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐνεργουμένων.

ς'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Ἀλλὰ πολλαί εἰσι, Πάτερ, αἱ τοῦ Κυρίου ἐντολαί· καὶ τίς δύναται πάσας ἔχειν κατὰ νοῦν, ἵνα ὑπὲρ πασῶν ἀγωνίσηται; ἐγὼ δὲ μάλιστα, ὀλιγόνους ὑπάρχων; σύντομον λόγον ἤθελον ἀκοῦσαι, ἵνα αὐτὸν κρατῶν, δι' αὐτοῦ ἐσωζόμην. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Εἰ καὶ πολλαί εἰσιν, Ἀδελφὲ, ἀλλ' ἐνὶ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦνται, ἐν τῷ, *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Καὶ ὁ ἀγωνιζόμενος τοῦτον κρατεῖν τὸν λόγον, πάσας ὁμοῦ τὰς ἐντολὰς κατορθοῖ. Οὐ δύναται δέ τις μὴ χωρίσας ἑαυτὸν, ὡς προείρηται, τῆς τῶν ὑλικῶν προσπαθείας, οὔτε τὸν Θεὸν, οὔτε τὸν πλησίον ἀγαπῆσαι γνησίως· ἐπειδὴ ὁμοῦ τῇ ὕλῃ προσκεῖσθαι, καὶ τὸν Θεὸν ἀγαπῆσαι, ἀμήχανον. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος· *Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.* Καὶ· *Οὐδεὶς δύναται Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ.* Ὅσον γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν τῶν τοῦ κόσμου ἀντέχεται πραγμάτων, δεδούλωται αὐτοῖς, καὶ καταφρονεῖ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ παραβαίνων.

ζ'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπε· Ποίων πραγμάτων λέγεις, Πάτερ; Καὶ ὁ γέρων ἀπεκρίθη· Βρωμάτων, χρημάτων, κτημάτων, δόξης, συγγενῶν, καὶ τῶν ἑξῆς. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Εἰπὲ, Πάτερ, οὐχὶ ὁ Θεὸς αὐτὰ ἔκτισε, καὶ τοῖς ἀνθρώποις εἰς χρῆσιν δέδωκε; καὶ πῶς κελεύει αὐτῶν μὴ ἀντέχεσθαι [*alt.* ἅπτεσθαι]; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Δῆλον ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὰ ἔκτισε, καὶ δέδωκεν εἰς χρῆσιν τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ, καλὰ πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονότα, ἵνα καλῶς αὐτοῖς χρησάμενοι, τῷ Θεῷ εὐαρεστήσωμεν· ἀλλ' ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες, καὶ ὑλικοὶ τῇ διανοίᾳ [*Al.* τὴν διάνοιαν], προετιμήσαμεν τὰ ὑλικὰ τῆς ἐντολῆς

[13] Psal. xc, 11-13. [14] Matth. x, 37. [15] Luc. xiv, 33, 34. [16] Marc. xii, 30. [17] Matth. vi, 24. [18] Luc. xvi, 13. [19] Gen. i, 31.

τῆς ἀγάπης· καὶ αὐτῶν ἀντεχόμενοι, τοῖς ἀνθρώποις μαχόμεθα· δέον πάντων τῶν ὁρωμένων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, τὴν παντὸς ἀνθρώπου προτιμῆσαι ἀγάπην· ἥτις ἐστὶν γνώρισμα τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, καθὼς αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις δείκνυσιν· *Ὁ ἀγαπῶν ἐμὲ*, φησὶ, *τὰς ἐντολάς μου τηρήσει*. Καὶ τίς ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἣν τηρήσαντες, αὐτὸν ἀγαπήσωμεν, αὐτοῦ ἄκουσον, λέγοντος· *Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους*. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ἀλλήλων ἀγάπη, τὴν εἰς Θεὸν ἀγάπην συνίστησιν, ἥτις ἐστὶ πλήρωμα πάσης Θεοῦ ἐντολῆς; Διὰ τοῦτο οὖν κελεύει αὐτῶν μὴ ἀντέχεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἀποτάξασθαι πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, πάντα τὸν αὐτῷ μαθητεύειν ἐπιθυμητικῶς ἔχοντα.

A ipsoque corpore, cujusvis hominum dilectionem pluris faceremus; quæ videlicet indicio est illius charitatis, quæ ad Deum est, uti ipse Dominus in Evangeliis ostendit: *Qui diligit me*, inquit, *mandata mea servabit* [10]. Quodnam vero mandatum sit, quod servando ipsum dilexerimus, audi ipsum loquentem: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem* [11]. Vides, quod alii alios diligamus, dilectionem in Deum conflare ac commendare, quæ omnium Dei præceptorum plenitudo est [12]? Id igitur causæ est cur jubeat his non adhærescere; sed ut is, qui ejus cupit esse discipulus, renuntiet omnibus quæ possidet.

η'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Ἐπειδὴ εἶπες, Πάτερ, ὅτι δέον πάντων τῶν ὁρωμένων, καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος, τὴν παντὸς ἀνθρώπου προτιμῆσαι ἀγάπην, πῶς δύναμαι τὸν μισοῦντά με καὶ ἀποστρεφόμενον ἀγαπῆσαι; Εἰ δὲ καὶ φθονεῖ μοι, καὶ λοιδορίαις κατατοξεύει, καὶ δόλους κατασκευάζει, καὶ ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρεῖ, πῶς δύναμαι αὐτὸν ἀγαπῆσαι; Φύσει μοι, Πάτερ, φαίνεται τοῦτο ἀδύνατον, τοῦ πάθους τῆς λύπης φυσικῶς τὸν λυπήσαντα ἀποστρέφεσθαι ἀναγκάζοντος. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἐπὶ μὲν τῶν ἑρπετῶν καὶ τῶν θηρίων τῶν ὑπὸ φύσεως ἀγομένων, τῷ ὄντι ἀδύνατον μὴ πάντως ἀμύνασθαι ὅσον δύναται τὸ καταπονοῦν· ἐπὶ δὲ τῶν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθέντων, καὶ λόγῳ ἀγομένων· καὶ γνώσεως Θεοῦ καταξιωθέντων, καὶ νόμον παρ' αὐτοῦ δεξαμένων, δυνατὸν τοὺς λυποῦντας μὴ ἀποστρέφεσθαι, καὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπᾷν. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, *Ἀγαπᾶτε*, λέγων, *τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς*, καὶ τὰ ἑξῆς, οὐχ ὡς ἀδύνατα ἐντέλλεται, ἀλλ' ὡς δυνατὰ δηλονότι· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐκόλασε τὸν παραβαίνοντα. Δηλοῖ δὲ αὐτὸς ὁ Κύριος, αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ἡμῖν δείξας· καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ πάντες ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης μέχρι θανάτου ἀγωνισάμενοι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀποκτεινάντων θερμῶς προσευξάμενοι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐσμὲν φιλόϋλοι καὶ φιλήδονοι, καὶ ταῦτα τῆς ἐντολῆς μᾶλλον προτιμῶντες, διὰ τοῦτο τοὺς μισοῦντας ἀγαπῆσαι οὐ δυνάμεθα· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγαπῶντας διὰ ταῦτα πολλάκις ἀποστρεφόμεθα, θηρίων καὶ ἑρπετῶν χεῖρον διακείμενοι· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἴχνεσι τοῦ Θεοῦ ἀκολουθῆσαι μὴ δυνάμενοι, οὐδὲ τὸν σκοπὸν αὐτοῦ γνῶναι δυνάμεθα, ἵνα λάβωμεν δύναμιν.

8. Tum frater: Quandoquidem dixisti, Pater, B par esse, ut rebus omnibus, quæ sub aspectum cadunt, ipsoque corpore, cujusvis hominum dilectionem pluris faciamus; quinam fieri potest ut eum diligam qui me habet odio et aversatur? Quod si etiam invidia agitur, petitque conviciis et dolos struit ac insidias machinatur: hunc quomodo diligere possum? Videtur, Pater, hoc in eis numerandum, quæ natura fieri non possunt, quod nempe passionis dolor illatæque sensus injuriæ natura cogat, ut infenso animo in eum simus, qui illius auctor exsistat. Responditque senex: In serpentibus quidem et bestiis, quæ natura aguntur, haud plane fieri possit, ut **371** non omnino, quoad liceat, ulciscantur, quod molestiam facit: in iis autem, qui ad Dei imaginem conditi sunt et ratione C ducuntur, Deique scientia dignati sunt, et ab eo legem acceperunt, utique fieri potest, ut nihil infenso animo sint in eos, qui injuriæ auctores sunt, et ut eos diligant, qui oderunt. Quamobrem etiam Dominus, dum ait: *Diligite inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos* [13], et quæ sequuntur, non hæc tanquam impossibilia jubet, sed ut quæ nimirum fieri possint. Palamque facit ipse Dominus, ejus nobis dilectionis rebus ipsis luculentum a se specimen factus; ejus quoque omnes discipuli, dum ad mortem usque dilectionis proximi causa decertarunt, et pro his qui occiderunt animi fervore oraverunt. Quod enimvero terrenis rebus ac voluptati amore impensi sumus, hæcque mandato pluris facimus, idcirco eos qui nos oderunt haud D diligere possumus; quin et eorum causa in eos qui diligant, haud raro, bestiis ac serpentibus deterius affecti, infenso animo sumus: quamobrem etiam Dei vestigia sequi non valentes, ne ejus quidem scopum, ac quis illi finis sit, capere possumus, ut virtutem roburque accipiamus.

θ'. Καὶ ὁ Ἀδελφὸς εἶπεν· Ἰδοὺ, Πάτερ, κατέλιπον πάντα, συγγένειαν, ὕπαρξιν, τρυφὴν, καὶ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου, καὶ οὐδὲν κέκτημαι ἐν τῷ βίῳ πλὴν τοῦ σώματος· καὶ τὸν ἀδελφὸν μισοῦντά με καὶ ἀποστρεφόμενον ἀγαπῆσαι οὐ δύναμαι· εἰ καὶ βιάζομαι κακὸν ἀντὶ κακοῦ κατ' ἐνέργειαν μὴ ἀνταποδοῦναι. Εἰπὲ οὖν τί ὀφείλω ποιῆσαι, ἵνα δυνηθῶ αὐτὸν ἐκ καρδίας ἀγαπῆσαι, ἢ καὶ τὸν καθοιονδήποτε τρόπον θλίβοντα καὶ ἐπιβουλεύοντα.

9. Dixitque frater: Ecce, Pater, reliqui omnia, cognationem, substantiam, delicias, mundi gloriam, nec præter corpus in vita aliquid possideo, nec tamen fratrem qui odio habeat ac aversetur, diligere valeo; quanquam ne reipsa malum pro malo reddam, me ipse cohibeo atque caveo. Dic ergo, quid mihi facto opus, ut ex animo diligere valeam, sive etiam qui ullo modo molestiam faciat et affligat ac insidias struat.

[10] Joan. XIV, 15. [11] Joan. XV, 12. [12] Rom. XIII, 10. [13] Matth. V, 44; Luc. VI, 27.

Respondit senex : Fieri non potest ut eum qui affligit auctorque molestiæ est, quis diligat, quantumvis terrenis sæculi rebus nuntium remisisse videtur, nisi Domini scopum vere cognoverit. Sin autem illo donante nosse potuerit, studeatque ex ejus ratione ambulare, eum qui odio habeat et affligat, ex animo diligere poterit, ut et apostoli diligebant, qui illum cognovissent.

10. Tum frater : Rogo te, Pater, scire quisnam Domini scopus exstiterit. Ad quem senex : Si Domini scopum nosse vis, solerter audi. Igitur Dominus noster Jesus Christus, cum Deus natura esset, ac per summam clementiam hominumque amore homo fieri dignatus **372** esset, natus ex muliere, sub lege factus est, ut auctor divinus Apostolus est [94]; quo nimirum ut homo, mandati observatione, veterem Adami maledictionem noxamque everteret. Cum itaque illi exploratum esset, totam legem ac prophetas in duobus legis mandatis pendere; hinc nimirum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum sicut teipsum*; hæc a principio et in finem usque ex humana studuit ratione servare. Qui autem a principio hominem seduxit, ejusque victoria mortis imperium (nempe diabolus) accepit, cum vidisset, quo tempore baptismo tinctus est, Patris testimonio celebratum, cognatumque Spiritum sanctum, qua homo erat, e cœlis accepisse, atque in desertum ut ab eo tentaretur venisse, omnem in eum belli molem convertit, si forte hunc quoque inducere posset, ut terrena mundi divinæ dilectioni anteferret. Sciens itaque diabolus tria hæc esse, in quibus humana cuncta vertuntur, cibos nimirum, pecunias vitæque claritatem, quibus etiam nunquam non hominem in perditionis barathrum solet detrudere, triplici hoc cuneo eum in deserto adortus est : quorum Dominus victor effectus, diabolum retro jussit abire.

11. Hoc igitur Dei dilectionis insigne, cujus præceptum ut transgrederetur, cum nulla promissorum vi obtinere ab eo tentator potuisset; ut jam dilectionis proximi præceptum violaret in hominum frequentiam veniens, scelestissimorum Judæorum usus opera, cunctis artibus adnixus est. Idcirco igitur interim dum vias vitæ doceret, ac cœlestis vitæ disciplinam opere monstraret, resurrectionisque mortuorum præco, vitam æternam ac cœlorum regnum fidelibus promitteret, æternaque supplicia incredulis serio intentaret, atque ad certam doctrinæ fidem, stupenda ac inaudita divina signa ederet, ac turbas ad fidem invitaret, nequissimos hominum Pharisæos ac Scribas, ad varias in eum struendas insidias, concitabat : quo scilicet vim eam tentationum ferre non valens, ut quidem videbatur, in eorum qui sic eas necterent, odium verteret, atque in eum modum intentum finem scele-

Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἀδύνατόν τινα ἀγαπῆσαι τὸν θλίβοντα, κἂν τῇ ὕλῃ τοῦ κόσμου ἔδοξεν ἀποτάξασθαι, ἐὰν μὴ τὸν σκοπὸν τοῦ Κυρίου ἐν ἀληθείᾳ γινώσκῃ· ἐὰν δὲ τοῦ Κυρίου αὐτῷ χαριζομένου δυνηθῇ γνῶναι, καὶ σπεύδῃ κατ' αὐτὸν περιπατεῖν, δύναται ἐκ καρδίας ἀγαπῆσαι τὸν μισοῦντα καὶ θλίβοντα, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐγνωκότες ἠγάπων.

ι'. Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδελφός· Καὶ τίς ὁ σκοπὸς τοῦ Κυρίου ἦν, παρακαλῶ γνῶναι, Πάτερ. Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Ἐὰν τὸν σκοπὸν τοῦ Κυρίου γνῶναι θέλῃς, συνετῶς ἄκουσον. Ὁ οὖν Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, φύσει Θεὸς ὢν, καὶ ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενέσθαι καταξιώσας, ἐκ γυναικὸς τεχθεὶς [*Fr. alterque M.* γεννηθεὶς], ὑπὸ νόμον ἐγένετο, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· ἵνα ὡς ἄνθρωπος τὴν ἐντολὴν φυλάξας, τὴν ἀρχαίαν τοῦ Ἀδὰμ ἀνατρέψῃ κατάραν. Εἰδὼς οὖν ὁ Κύριος, ὅτι ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἐν ταῖς δυσὶ τοῦ νόμου κρέμανται ἐντολαῖς, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις *Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν*· ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς καὶ μέχρι τέλους φυλάξαι ἀνθρωποπρεπῶς ἔσπευσεν. Ὁ δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἀπατήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τοῦτο κράτος ἐσχηκὼς τοῦ θανάτου, διάβολος, ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μαρτυρούμενον, καὶ τὸ συγγενὲς ἅγιον Πνεῦμα ὡς ἄνθρωπον ἀπ' οὐρανῶν δεχόμενον, καὶ εἰς τὴν ἔρημον πρὸς τὸ πειρασθῆναι ὑπ' αὐτοῦ ἐληλυθότα· ὅλον αὐτοῦ τὸν πόλεμον κατ' αὐτοῦ συνεκρότει, εἴ πως δυνηθῇ καὶ αὐτὸν ποιῆσαι τὴν τοῦ κόσμου προτιμῆσαι ὕλην τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Εἰδὼς οὖν ὁ διάβολος ὅτι τὰ τρία ταῦτά εἰσιν, ἐν οἷς πάντα δονεῖται τὰ ἀνθρώπινα [*al.* πᾶν τὸ ἀνθρώπινον], βρώματα, λέγω, καὶ χρήματα, καὶ δόξα, δι' ὧν καὶ εἰς τὸ βάραθρον τῆς ἀπωλείας ἀεὶ κατήγαγε [*al.* κατάγει. *Fr.* κατῆγε] τὸν ἄνθρωπον· εἰς ταῦτα τὰ τρία αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπείρασεν, ὧν ὁ Κύριος ἡμῶν κρείττων φανεὶς, εἰς τοὐπίσω χωρεῖν τῷ διαβόλῳ [*al.* τὸν διάβολον] προσέταττε.

ια'. Τοῦτο οὖν τὸ γνώρισμα τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης, ἧς τὴν ἐντολὴν δι' ὧν ἐπήγγελτο πεῖσαι αὐτὸν παραβῆναι μὴ δυνηθεὶς, τῆς εἰς τὸν πλησίον λοιπὸν ἀγάπης τὴν ἐντολὴν, εἰς τὴν οἰκουμένην ἐλθόντα, διὰ τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐνεργῶν, παραβαίνειν αὐτὸν δι' ὧν ἐμηχανᾶτο ἠγωνίζετο. Τούτου χάριν διδάσκοντα αὐτὸν τὰς ὁδοὺς τῆς ζωῆς, καὶ ἔργῳ ὑποδεικνύοντα τὴν οὐράνιον πολιτείαν, καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν καταγγέλλοντα, καὶ ζωὴν αἰώνιον καὶ βασιλείαν οὐρανῶν τοῖς πιστεύουσιν ἐπαγγελλόμενον· τοῖς δὲ ἀπίστοις κόλασιν αἰώνιον ἀπειλοῦντα, καὶ πρὸς βεβαίωσιν τῶν λεγομένων τὰς παραδόξους θεοσημίας ἐπιδεικνύμενον, καὶ εἰς πίστιν τοὺς ὄχλους προσκαλούμενον, συνεκίνει τοὺς παρανόμους Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς, εἰς τὰς κατ' αὐτοῦ ποικίλας ἐπιβουλάς· ἵνα τοὺς πειρασμοὺς ὑπενεγκεῖν, ὡς ᾤετο, μὴ δυνάμενος, εἰς μῖσος τῶν ἐπιβουλευόντων παρατραπῇ· καὶ οὕτως τοῦ σκοποῦ ὁ ἀλάστωρ ἐπιτύχῃ,

[94] Galat. iv, 4. [95] Matth. xx, 37.

παραβάτην τῆς ἐντολῆς τῆς εἰς τὸν πλησίον ἀγάπης ἀποφήνας.

31. Dæmones ex subjectis in animo affectibus, C occasiones ansamque arripiunt, ut vitiosas ac libidinosas in nobis cogitationes exsuscitent. Tumque per illas animum impugnantes, in peccati consensum cogunt. Eoque superato, in peccatum quod mentis cogitatu agitur, trahunt. Quo demum peracto, captivum in actionem ac opus ferunt. Post actionem vero ac opus, qui immissis cogitationibus animam desolaverunt, cum eis secedunt; manet vero in mente solum inane peccati simulacrum, de quo ait Dominus : *Cum videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto; qui legit, intelligat* [47]; nempe, locum sanctum ac Dei templum, esse hominis animum seu mentem, in qua dæmones per libidinosas cogitationes desolata anima, peccati idolum statuerunt. Hæc vero etiam juxta rei gestæ D iidem jam evenisse, nemo, arbitror, ambiget, qui libros a Josepho conscriptos legerit (t). Sunt tamen qui tempore Antichristi, hæc eadem futura dicant.

32. Tria sunt nos ad ea quæ honesta sunt ac officii provocantia; naturalia scilicet semina, sanctæ Virtutes, et bona voluntas. Ac quidem naturalia

[46] Galat. III, 28. [47] Matth. XXIV, 15.

[45] Orat. 13 et alibi, 39, 49.

(s) *Ἐπεὶ τί ἔχει παράδοξον*. Quod Maximus inconveniens affert adversus Tritheitas, quod nulla major unio sit juxta illos, Filii cum Patre, quam est filii hominis cum homine patre, id vero Obsop. assertum facit, ac si doceat Maximus, quod nec forte grammaticus admitteret, nec alius ex ea schola. Nam sic reddit: *Quemadmodum enim homo homini unitus est, et segregatus, sic etiam Patri Filius, et nihil plus*. Sed bene est, quod Gesn. emendavit, ac sic putida sustulit.

(t) Libro *De bello Judaico*. Vide Baron. ad an. 68.

semina, ut, cum id quod volumus ut faciant nobis homines, nos quoque illis similiter fecerimus [47]; vel, ut cum aliquem in angustia aut necessitate videntes, illius, naturali ductu atque instinctu, miserti fuerimus. Sanctæ autem virtutes, ut cum honestum aliquid ac officii aggressi, bonum adjutorium invenerimus, resque nobis prospere cesserit. Bona denique voluntas, ut cum bonum a malo discernentes, id quod est bonum elegerimus.

33. Tria rursus sunt quæ nos movent ad mala: nempe affectus seu perturbationes, dæmones et mala voluntas. Ac quidem affectus seu perturbationes, ut cum invita ratione, rei alicujus cupiditate ducimur; puta cibi, præter quam quod vel opportunum tempus, vel justa necessitas suaserit; vel uxoris alio fine quam suscipiendi liberos, aut non
415 legitimæ conjugis, ac rursus, cum aut iræ aut tristitiæ indulserimus secus ac decet; puta, adversus eum qui probro affecit, aut damnum intulit. Dæmones vero, ut cum nobis negligentius agentibus occasionem captantes, derepente magna vehementia ac impetu in nos invaserint, movendo, quos dixi, affectus, atque his similes. Mala denique voluntas, ut cum cognito quod honestum sit ac officii, præ illo tamen malum eligimus.

34. Laborum, quos virtutis causa suscipimus, præmia, imperturbati animi tranquillitas ac scientia. Hæ enim sunt, quæ nobis conciliant regnum cœlorum; quemadmodum etiam affectus seu perturbationes, ac ignorantia, supplicium æternum. Qui igitur humanæ gloriæ causa, vel alio, quam rei ipsius honestatis, fine, hæc quærit ac consectatur, abs Scriptura audit: *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis* [48].

35. Multa sunt, eorum, quæ humano studio geruntur, natura sua bona atque honesta, ipsa tamen rursus aliqua ex causa non bona ac honesta; puta jejunium et vigiliæ, oratio et psalmodia, eleemosyna et hospitalitas, opera sunt natura bona atque honesta; ipsa tamen non amplius bona ac honesta, cum inanis gloriæ studio fiant.

36. Omnium, quæ a nobis aguntur, Deus finem quærit, sive propter ipsum, sive ob aliam causam agimus.

37. Cum audieris ex Scriptura: *Quoniam tu reddes unicuique secundum opera sua* [49]; cave ita accipias, ut secundum ea, quæ non recto aguntur fine, etiam si bona videantur ac honesta, Deus bona retribuat; sed secundum ea utique, quæ fiunt recto fine. Dei enim judicium non ipsa attendit, quæ fiunt, sed eorum finem ac propositum.

38. Superbiæ dæmon, duplici præditus malitia est: aut enim monacho auctor est, ut sibi ipse virtutis opera ascribat, non autem Deo, qui et bonorum largitor est, et ad præstanda virtutis opera, adjutor; aut, nisi paruerit, imperfectiores adhuc fratrum contemnendos suggerit. Ignorat vero qui

A ὃ θέλομεν ἵνα ποιῶσιν ἡμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἡμεῖς ὁμοίως ποιῶμεν αὐτοῖς· ἢ ὡς ὅταν ἴδωμέν τινα στενώσει ἢ ἐν ἀνάγκῃ, καὶ φυσικῶς ἐλεῶμεν. Αἱ δὲ ἅγιαι Δυνάμεις, οἷον ὅταν κινούμενοι ἐπὶ καλῷ πράγματι, εὕρωμεν συνεργίαν ἀγαθὴν, καὶ κατευοδώμεθα. Ἡ δὲ ἀγαθὴ προαίρεσις, ὡς ὅταν διακρίνοντες ἀπὸ τοῦ κακοῦ τὸ καλὸν, αἱρώμεθα τὸ ἀγαθόν.

λγ'. Τρία δὲ πάλιν εἰσὶ τὰ κινοῦντα ἡμᾶς ἐπὶ τὰ κακά· τὰ πάθη, οἱ δαίμονες, καὶ ἡ κακὴ προαίρεσις. Καὶ τὰ μὲν πάθη, ὡς ὅταν ἐπιθυμῶμεν πράγματος παρὰ λόγον· οἷον ἢ βρώματος, παρὰ τὸν καιρὸν, ἢ παρὰ τὴν χρείαν, ἢ γυναικὸς παρὰ τὸν σκοπὸν τῆς παιδοποιίας, καὶ τῆς μὴ νομίμου. Καὶ
B πάλιν, ὅταν ὀργιζώμεθα, ἢ λυπώμεθα παρὰ τὸ εἰκός· οἷον, κατὰ τοῦ ἀτιμάσαντος, ἢ ζημιώσαντος. Οἱ δὲ δαίμονες, οἷον ὅταν ἐν τῇ ἀμελείᾳ ἡμῶν, καιροσκοποῦντες ἐπιτίθωνται ἡμῖν ἄφνω μετὰ πολλῆς σφοδρότητος κινοῦντες τὰ προειρημένα πάθη, καὶ τὰ ὅμοια. Ἡ δὲ κακὴ προαίρεσις, οἷον, ὅτε ἐν γνώσει τοῦ καλοῦ, κακῶν ἀνθαιρώμεθα.

λδ'. Μισθοὶ τῶν πόνων τῆς ἀρετῆς, εἰσὶν ἡ ἀπάθεια καὶ ἡ γνῶσις. Αὗται γὰρ πρόξενοι γίνονται βασιλείας οὐρανῶν· ὡς καὶ τὰ πάθη καὶ ἡ ἀγνωσία,
C κολάσεως αἰωνίου. Ὁ οὖν τούτους [*in uno Reg. cod.* ταύτας] διὰ δόξαν ἀνθρώπων ζητῶν, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, ἀκούει παρὰ τῆς Γραφῆς· *Αἰτεῖτε, καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε.*

λε'. Εἰσὶ πολλά τινα φύσει καλὰ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων γινόμενα, ἀλλ' οὐ καλὰ πάλιν διά τινα αἰτίαν· οἷον, νηστεία καὶ ἀγρυπνία, προσευχὴ καὶ ψαλμῳδία, ἐλεημοσύνη καὶ ξενοδοχία, φύσει καλὰ ἔργα εἰσίν· ἀλλ' ὅταν διὰ κενοδοξίαν γίνωνται, οὐκ ἔτι καλά.

λς'. Πάντων τῶν πραττομένων ὑφ' ἡμῶν τὸν σκοπὸν ζητεῖ ὁ Θεός· εἴτε δι' αὐτὸν πράττομεν, εἴτε
D δι' ἄλλην αἰτίαν.

λζ'. (17) Ὅταν ἀκούσῃς τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ·* οὐ τὰ παρὰ τὸν ὀρθὸν σκοπὸν πραττόμενα, εἰ καὶ δοκεῖ καλὰ εἶναι, ὁ Θεὸς καλὰ ἀποδίδωσιν· ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν ὀρθὸν δηλονότι. Οὐ γὰρ εἰς τὰ γινόμενα, ἀλλ' εἰς τὸν σκοπὸν τῶν γινομένων, ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις ἐφορᾷ.

λη'. Ὁ τῆς ὑπερηφανίας δαίμων, διπλῆν ἔχει τὴν πονηρίαν· ἢ γὰρ ἑαυτῷ ἀναπείθει τὸν μοναχὸν ἐπιγράφειν τὰ κατορθώματα, καὶ οὐχὶ τῷ Θεῷ, τῷ καὶ χορηγῷ τῶν καλῶν, καὶ βοηθῷ πρὸς κατόρθωσιν· ἢ τούτῳ μὴ πειθόμενον, τοὺς ἔτι ἀτελεστέρους τῶν ἀδελφῶν (u) ὑποβάλλει ἐξουθενεῖν. Ἀγνοεῖ δὲ καὶ

[47] Matth. vii, 12. [48] Jac. iv, 3. [49] Rom. ii, 6

(u) *Τῶν ἀδελφῶν*. Simplicior mihi visa hæc lectio ac verior, quæ ipsa unius cod. Regii est

οὕτως ὁ ἐνεργούμενος, ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἀναπείθει αὐτὸν ἀπαρνεῖσθαι. Εἰ γὰρ ἐκείνους ὡς μὴ δυνηθέντας κατορθῶσαι ἐξουθενεῖ, ἑαυτὸν δηλονότι ὡς ἐξ ἰδίας δυνάμεως κατορθώσαντα εἰσάγει. Ὅπερ ἐστὶ ἀμήχανον, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*. Ἐπειδὴ ἡ ἡμετέρα ἀσθένεια κινουμένη ἐπὶ τὰ καλὰ (v), ἄνευ τοῦ χορηγοῦ τῶν καλῶν εἰς τέλος ἄγειν οὐ δύναται.

λθʹ. Ὁ ἐγνωκὼς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, οὗτος εἴληφε πεῖραν τῆς θείας δυνάμεως· καὶ ὁ τοιοῦτος δι' αὐτῆς τὰ μὲν κατορθώσας· τὰ δὲ σπεύδων κατορθῶσαι, οὐκ ἐξουθενεῖ ποτε οὐδένα ἀνθρώπων. Οἶδε γὰρ, ὅτι ὥσπερ αὐτῷ ἐβοήθησε, καὶ πολλῶν παθῶν καὶ χαλεπῶν ἠλευθέρωσεν, οὕτω δυνατός ἐστι καὶ πᾶσι βοηθῆσαι ὅτε θέλει· καὶ μάλιστα τοῖς δι' αὐτὸν ἀγωνιζομένοις· εἰ καὶ κρίμασίν τισιν, ὑφ' ἓν πάντας τῶν παθῶν οὐκ ἀπαλλάττει· ἀλλ' ἰδίοις καιροῖς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος ἰατρὸς, ἕκαστον τῶν σπευδόντων ἰᾶται.

μʹ. Ἐπὶ τῇ τῶν παθῶν ἀνενεργησίᾳ, ἡ ὑπερηφανία ἐπισυμβαίνει, ἢ τῶν αἰτιῶν ἀποκρυπτομένων, ἢ τῶν δαιμόνων δολερῶς [*edit.* δολουργῶς] ὑποχωρούντων.

μαʹ. Πᾶσα σχεδὸν ἁμαρτία, διὰ ἡδονὴν γίνεται· καὶ ἡ ταύτης ἀναίρεσις, διὰ κακοπαθείας καὶ λύπης, ἢ ἑκουσίου ἢ ἀκουσίου (x), διὰ μετανοίας, ἢ οἰκονομικῆς ἐπιφορᾶς [*edit.* περιφορ.] διὰ τῆς προνοίας ἐπαγομένης· *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν*, φησὶν, *οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ, ὑπὸ Κυρίου*

sic afflatur, hoc illum agere, ut suadeat negare Dei auxilium. Si enim eos contemnit, velut qui virtutem præstare nequiverint, omnino scipsum inducit, tanquam qui propria ipse virtute præstiterit. Quod plane impossibile est, **416** dicente Domino: *Sine me nihil potestis facere* [10]. Ea enim nostra infirmitas est, ut in ea incitata quæ officii sunt et honesta, nisi Deo eorum largitore, in finem perducere non possit.

39. Cui explorata humanæ naturæ infirmitas est, is divinæ virtutis periculum fecit; cujus ope, cum alia quidem gesserit, studeatque alia gerere ac præstare nullum unquam mortalium contemnit. Novit enim quemadmodum illi Deus auxiliatus est, et a multis gravibusque affectibus atque vitiis ipsum liberavit, sic posse cunctis etiam auxiliari, cum velit, iis maxime, qui ejus causa decertant; tametsi certis quibusdam judiciis, non omnes ad unum, ab affectibus atque vitiis liberet: sed suis temporibus, ut benignus ac humanissimus medicus, unumquemque hoc ipsum satagentem sanet.

40. Tantisper sedatis ac velut otiantibus affectibus, vel causis latentibus, vel dæmonibus se fraude doloque subducentibus, superbia supervenit.

41. Omne ferme peccatum ob voluptatem ac libidinis causa committitur: tollitur vero per laboris afflictationem et dolorem, vel sponte assumptum, vel invitis illatum, per pœnitentiam, aut certæ dispensationis illatam Dei providentia ultionem ac pœnam: *Si enim*, inquit, *nosmetipsos dijudicaremus*,

[10] Joan. xv, 5.

cum alii duo, ipseque Dufr. habeant μοναχῶν. Edita, μοναχῶν ἀδελφῶν. Putem vocem μοναχῶν, e margine irrepsisse in textum; tumque alios submovisse, alios solam retinuisse, cum sic ambæ non satis ex usu et phrasi Maximi viderentur, alteraque vacaret.

(v) *Κινουμένη ἐπὶ τὰ καλά.* Non ita accipiendum, quasi ipsa a se nostra infirmitas (infirma scilicet voluntas) moveatur et incitetur ad bonum, ad quod tamen implendum indigeat Dei gratia. Hæc enim mitiorum Pelagianorum sententia, ipsa fidei adversa, quæ, uti finem operis Deo tribuit, sic et initium bonæ voluntatis, ipsamque bonum voluntatem. Posuit vero Maximus potius exemplum in fine operis, quod in eo manifestior sit necessitas divini auxilii, maxime in monachis jamque exercentibus, et (ut loquitur Maximus) τοῖς δι' αὐτὸν ἀγωνιζομένοις, quibus non ita deest bona voluntas, aut videtur deesse, ea ratione, qua jam, favente Deo, stant in acie; ut cum Paulo dicere eis liceat, *Velle mihi adjacet, sed perficere non invenio*, Rom. vii, 18. Verba mihi relata, τοῖς δι' αὐτὸν ἀγωνιζομένοις, ipsa sic plana, *qui propter ipsum, ejus causa et gratia certamen gerunt*; id est, exercentur in vitæ religiosæ palæstra, ac certant; non bene Obsop. et Gesn. *Qui sua ope annisi, adversus carnem, mundum et dæmones assidue belligerantur*: sic longa lacinia augentes maximi textum, quam nec ipsorum Græca, nec ulla alia habent; atque illud δι' αὐτὸν, reddentes, *sua*, vel *ipsius ope annisi*, contra omnem vim vocis ac mentem Maximi.

(x) *Ἢ ἑκουσίου ἢ ἀκουσίου.* Male Obsop. et Gesn. quibus altera vox desideraretur, cum sequenti διὰ μετανοίας, jungunt, cum sit jungendum cum superiori κακοπαθείας καὶ λύπης, uti infinitis locis distinguit Maximus, labores, ærumnas, afflictationes, quas sponte assumimus, per pœnitentiam, et quas Deus certæ dispensationis ultione per providentiam invitis immittit, ut hic loquitur. Quæ ipsa ejus verba augusta sunt, sed nihil frigidis interpretibus expressa. Quid enim ad hæc, *Aut per propriam condemnationem, quæ providentia quadam inducitur?* τὸ περιφορᾶς quod erat, etsi pro vitæ errore rerumque et casuum vicissitudine, qua ipsa Deus castigat providentia sua, ac ulciscitur nostra scelera, ferri posset; longe tamen melius est, ἐπιφορᾶς, quæ vox nullas patitur ambages, et forte eamdem ipsam legit Obsop. qua sic reddidit, ut jam retuli. Sic enim Hesych. et Suid. ἐπιφορὰς, καταδίκας. Pleniusque ac bene Phavor. ἐπιφοραῖς, καταδίκαις, ἐπελεύσεσι. Quomodo ipse Maximus seq. statim cap. 45: Αἱ ἐπιφοραὶ τῶν πειρασμῶν. *Tentationes quæ immittuntur, quasi ultore Deo*: pœnæ et ærumnæ; id enim Maximo passim οἱ πειρασμοὶ, nisi aliter pro subjecta materia ea vox exponenda de tentationibus, quæ ad peccatum inducunt. Clarissime c. 66: Ἄνευ ἑκουσίων ἐνταῦθα πόνων, ἢ ἀκουσίων ἐπιφορῶν· ubi Gesn. *Necessario illatis afflictionibus*: dixisset melius, *necessario ferendis*: non enim necessario inferuntur, sed certo Dei consilio et providentia; invitis tamen, nec consulta nostra voluntate, sed quas velimus nolimus necesse est ut perferamus: non tamen *animo invito*, ut reddidit Obsop., nam libenti etiam animo perferre possumus, et debemus.

non utique judicaremur : dum judicamur autem, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur [31].

42. Cum ex improviso tibi tentatio venerit, ne illum accusaveris, per quem venit, sed causam quære ob quam illa venerit, inveniesque quo ad meliorem frugem componaris. Alioqui enim, sive hoc, sive alio auctore, ebibendum tibi erat divinorum judiciorum absinthium.

43. Quantum improbus es ac pravis moribus, ne renuas carne affligi; ut ejus laboribus humiliatus, expuas superbiæ fastum.

44. Tentationum aliæ, voluptates; aliæ, mœrorem; aliæ, corporum cruciatus hominibus adducunt. Pro affectuum enim animo hærente causa, animorum medicus per sua judicia adhibet et medicinam.

45. Quæ inferuntur tentationes, aliis quidem inferuntur, ut præterita peccata diluant; aliis vero, ut quæ impræsentiarum peccant; aliis denique, ut in
417 posterum committenda inhibeant; præter ea mala quæ probationis causa eveniunt, ut in beato Job.

46. Cordatus homo, divinorum judiciorum remedium reputans, quæ inde illi tristitia malaque eveniunt, æquo animo gratias agens tolerat; nullum alium horum auctorem, præterquam peccata sua existimans. Vecors autem ac insipiens, sapientissimam Dei providentiam ignorans, dum peccat et castigatur, aut in Deum, aut in homines suorum malorum refert causam.

47. Sunt quædam quæ affectuum ac libidinum motum inhibeant, nec augmentum facere sinant; suntque alia quæ imminuant atque deterant. Puta, jejunium et labor et vigiliæ cupiditatem augeri non sinunt; solitudo vero et contemplatio et oratio Deique amor ipsam minuunt atque elidunt. Similiter quoque in ira; verbi gratia, longanimitas, injuriarum oblivio et mansuetudo motu sistunt, nec sinunt augescere; charitas vero et eleemosyna et benignitas morumque suavitas et humanitas, minuunt ac debilitant.

48. Cujus animus semper in Deum conversus est, hujus quoque cupiditas in divinum superexcrevit amorem; iraque, tota vi sua in divinam transiit charitatem. Diuturno enim divinæ dilectionis commercio, totus lucidus redditus, sibique ipse patibilem sui partem arctius astringens, in divinum incessabilem, uti dictum est, amorem, jugemque ac perennem charitatem convertit; omnino a terrenis in Deum traducens.

49. Haud prorsus qui nec invidet, nec irascitur, nec injuriæ memor, illi qui læsit injuria, offensus est, jam quoque in eum dilectionem habet. Potest

A *παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.*

μβ'. Ὅταν σοι ἔλθῃ ἐξ ἀπροσδοκήτου πειρασμὸς, μὴ τὸν δι' οὗ αἰτιῶ· ἀλλὰ τὸ διὰ τί ζήτει, καὶ εὑρίσκεις διόρθωσιν. Ἐπεὶ, εἴτε δι' ἐκείνου, εἴτε δι' ἄλλου, πιεῖν εἶχες τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀψίνθιον.

μγ'. Ὅσον εἶ κακότροπος, τὸ κακοπαθεῖν μὴ ἀπαναίνου, ἵνα δι' αὐτῆς ταπεινωθεὶς, τὴν ὑπερηφανίαν ἐμέσῃ.

μδ'. Οἱ μὲν τῶν πειρασμῶν, ἡδονάς· οἱ δὲ, λύπας· οἱ δὲ, ὀδύνας σωματικὰς τοῖς ἀνθρώποις προσάγουσι. Κατὰ γὰρ τὴν ἐγκειμένην τῇ ψυχῇ αἰτίαν τῶν παθῶν, καὶ τὸ φάρμακον ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν διὰ τῶν
B αὐτοῦ κριμάτων ἐπιτίθησιν.

με'. Αἱ ἐπιφοραὶ τῶν πειρασμῶν, τοῖς μὲν πρὸς ἤδη γεγονότων ἁμαρτημάτων ἀναίρεσιν· τοῖς δὲ, πρὸς νῦν ἐνεργουμένων· ἄλλοις, πρὸς μελλόντων ἐνεργεῖσθαι ἀνακοπὴν, ἐπάγονται. Δίχα τῶν πρὸς δοκιμὴν ἐπισυμβαινόντων, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰώβ.

μς'. Ὁ μὲν ἐχέφρων, τῶν θείων κριμάτων τὴν ἰατρείαν ἀναλογιζόμενος, εὐχαρίστως φέρει τὰς διὰ τούτων ἐπισυμβαινούσας αὐτῷ συμφοράς· μηδένα ἄλλον τούτων αἴτιον, ἢ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας λογιζόμενος. Ὁ δὲ ἄφρων, τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγνοῶν σοφωτάτην πρόνοιαν, ἁμαρτάνων καὶ παιδευόμενος, ἢ τὸν Θεὸν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἑαυτοῦ κακῶν αἰτίους
C λογίζεται.

μζ'. Εἰσί τινα ἱστῶντα τὰ πάθη τῆς κινήσεως, καὶ μὴ ἐῶντα προβῆναι εἰς αὔξησιν· καὶ εἰσὶν ἕτερα ἐλαττοῦντα, καὶ εἰς μείωσιν ἄγοντα. Οἷον, νηστεία καὶ κόπος καὶ ἀγρυπνία, οὐκ ἐῶσιν αὔξειν τὴν ἐπιθυμίαν· ἀναχώρησις δὲ καὶ θεωρία καὶ προσευχὴ, καὶ ἔρως εἰς Θεὸν, ἐλαττοῦσιν αὐτὴν, καὶ εἰς ἀφανισμὸν ἄγουσι. Καὶ ἐπὶ τοῦ θυμοῦ δὲ ὁμοίως. Οἷον, μακροθυμία καὶ ἀμνησικακία καὶ πραότης, ἱστῶσιν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἐῶσιν αὔξειν· ἀγάπη δὲ καὶ ἐλεημοσύνη καὶ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία, εἰς μείωσιν ἄγουσιν.

μη'. Οὗτινος ὁ νοῦς διαπαντός ἐστι πρὸς Θεὸν, τούτου καὶ ἡ ἐπιθυμία εἰς τὸν θεῖον ὑπερηύξησεν ἔρωτα· καὶ ὁ θυμὸς ὁλοστὸς (y) εἰς τὴν θείαν μετ-
D ετράπη ἀγάπην. Τῇ γὰρ χρονίᾳ τῆς θείας ἐλλάμψεως μετουσίᾳ, ὅλος φωτοειδὴς γεγονὼς, καὶ τὸ παθητικὸν αὐτοῦ μέρος πρὸς ἑαυτὸν συσφίγξας, εἰς ἔρωτα θεῖον, ὡς εἴρηται, ἀκατάληκτον, καὶ ἀγάπην ἀκατάπαυστον, ἔστρεψεν, ὅλως ἐκ τῶν ἐπιγείων ἐπὶ τὸ θεῖον ματαγαγών.

μθ'. Οὐ πάντως ὁ μὴ φθονῶν, μηδὲ ὀργιζόμενος, μηδὲ μνησικακῶν τῷ λυπήσαντι, ἤδη καὶ ἀγάπην ἔχει πρὸς αὐτόν. Δύναται γὰρ καὶ μήπω ἀγαπῶν

[31] I Cor. xi, 31.

(y) *Ὁ θυμὸς ὁλοστός.* Non omissa hæc vox Hesych. cui ὁλοστὸς, ὅλος ὥς ἐστι. Ac liquet esse ab ὅλος, eadem fere forma, qua a πολὺς, πολλοῦ, πολλοστός. Est ergo, *Ira totum quod est*; ac quod reddidi, *omni sua vi.* Mirorque quid Obsop. in mentem venerit, cum reddidit, *Et animus non iniquus*; quod et mutare Gesnero religio fuit. Utrique etiam τὸ χρονίᾳ, *diurna* hæsit, quod sit typorum, pro *diuturna*

κακοῦ μὴ ἀποδοῦναι, διὰ τὴν ἐντολήν· δὲ ἔτι καὶ καλὸν ἀνταποδοῦναι κακοῦ, Γὸ γὰρ ἐκ διαθέσεως καλῶς ποιεῖν τοῖς ώνης ἐστὶ τῆς πνευματικῆς τελείας

μὴ ἀγαπῶν τινα, ἤδη πάντως καὶ μισεῖ : πάλιν, ὁ μὴ μισῶν, ἤδη πάντως καὶ λὰ δύναται ὡς μέσος εἶναι πρὸς αὐτόν· ἤτε ἀγαπᾷν, μήτε μισεῖν. Τὴν γὰρ ἀγα-θεσιν, μόνοι οἱ ἐν τῷ ἐνάτῳ κεφαλαίῳ ἑκατοντάδος εἰρημένοι πέντε τρόποι, φύκασιν, ὅ τε ἐπαινετὸς καὶ ὁ μέσος, οἱ.

ν ἴδῃς τὸν νοῦν σου τοῖς ὑλικοῖς ἡδέως νον, καὶ τοῖς τούτων νοήμασιν ἐμφιλο-γίνωσκε σεαυτὸν ταῦτα μᾶλλον ἢ τὸν ντα. *Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρός σου*, ριος, *ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ἔσται.*

Θεῷ συναπτόμενος, καὶ αὐτῷ ἐγχρονί-σευχῆς καὶ ἀγάπης, σοφὸς γίνεται καὶ δυνατὸς καὶ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων μος· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα σχεδὸν ώματα ἐν ἑαυτῷ περιφέρει. Τούτου δὲ [*Fr.* ἀποχωρῶν], καὶ τῶν ὑλικῶν προσ-κτηνιώδης γίνεται φιλήδονος γεγονώς· :, διὰ ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις μαχό-

ον λέγει ἡ Γραφὴ τὰ ὑλικὰ πράγματα· ί εἰσι, οἱ τούτοις τὸν νοῦν ἐνασχολοῦν-οῦς καὶ λέγει ἐντρεπτικώτερον· *Μὴ ὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ.* *ι τῆς σαρκὸς, καὶ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλ-ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, οὐκ ἔστιν ῦ· ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστὶ*, καὶ τὰ

χός ἐστιν, ὁ τῶν ὑλικῶν πραγμάτων τὸν ρίσας· καὶ δι' ἐγκρατείας καὶ ἀγάπης δίας καὶ προσευχῆς προσκαρτερῶν τῷ

οτρόφος μέν ἐστιν νοητὸς, ὁ πρακτικός· λόγον ἐπέχουσι τὰ ἠθικὰ κατορθώματα· ιγεν ὁ Ἰακώβ· *Ἄνδρες κτηνοτρόφοι ῖδές σου.* Ποιμὴν δὲ προβάτων, ὁ γνω-βάτων γὰρ λόγον ἐπέχουσιν οἱ λογισμοὶ, τῶν θεωρημάτων ὑπὸ τοῦ νοῦ ποιμαινό-τοῦτο καὶ *Βδέλυγμα τοῖς Αἰγυπτίοις ν προβάτων*, ἤγουν ταῖς ἐναντίαις δυ-

ἐν φαῦλος νοῦς, κινουμένου τοῦ σώματος ἰσθήσεων ἐπὶ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας καὶ κολουθεῖ, καὶ συγκατατίθεται ταῖς τούτου καὶ ὁρμαῖς· ὁ δὲ ἐνάρετος, ἐγκρατεύε-τείχει ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν ἐμπαθῶν φαντα-ρμῶν, καὶ μᾶλλον φιλοσοφεῖ βελτίους ; τοιαύτας αὐτοῦ κινήσεις.

A enim, etsi nondum diligat, malum pro malo non reddere, quod ita præceptum sit; non omnino autem adhuc etiam bonum pro malo ultro rependere. Bene enim ex animo facere his qui oderunt, perfectæ duntaxat spiritalis charitatis est.

50. Qui non diligit aliquem, non jam omnino etiam odit; nec e contra, qui non odit, jam omnino etiam diligit: sed ut medius erga illum esse potest, id est, sic animo comparatus, ut neque diligat, neque oderit. Dilectionis enim affectum, illi duntaxat quinque modi in nobis habent gignere, quos nono capite **418** ex his centum retuli; tum nempe is qui laudem habet, tum qui medius est, tum qui sunt vituperio digni

B 51. Cum terrenis rebus earumque cogitationibus mentem tuam libenter immorari videris; hæc te magis, quam Deum diligere, noveris: *Ubi enim est thesaurus tuus*, ait Dominus, *ibi et cor erit* [52].

52. Deo conjunctus animus, eique orationis instantia et charitate assiduus, sapiens et bonus et potens et benignus et misericors et longanimis efficitur: atque, ut verbo dicam, cunctas fere in seipso divinas circumfert dotes. Dum vero, eo relicto, terrenis se rebus adjungit, aut pecuinus evadit (voluptati scilicet ac libidini deditus) aut ferinus, earum causa hostiliter pugnam rixasque instruens cum hominibus.

C 53. Mundum Scriptura res terrenas vocat; ac mundani sunt, qui his vacant atque animo impenduntur, quibus etiam austerius objurgando ait: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Concupiscentia carnis, et concupiscentia oculorum, et superbia vitæ, non sunt ex Deo, sed ex mundo sunt* [53], et quæ sequuntur.

54. Monachus est, qui mentem suam a terrenis rebus abstraxit; ac qui per continentiam et dilectionem et psalmodiam orandique studium, Deo assiduus exsistit.

55. Spiritalis pecorum pastor est, qui actionem colit: pecorum enim rationem habent, moralium opera virtutum. Idcirco etiam aiebat Jacob: *Pastores pecorum sunt servi tui* [54]. Ovium autem pastor D est, qui studet scientiæ ac contemplationi. Ovium enim rationem habent cogitationes animique sensa, quæ in montibus spiritalium contemplationum ac notionum a mente pascuntur. Propterea etiam: *Abominatio est Ægyptiis omnis pastor ovium* [55], id est, adversariis potestatibus.

56. Prava mens, incitato corpore sensuum opera in suas cupiditates ac libidines, proclive sequitur, assentitque illius cogitationibus et appetitionibus: at qui virtutis cultor est, ipse se continet, temperatque a vitiosis cogitationibus et appetitionibus, magisque philosophatur, ac studet ut ejusmodi motus meliori fruge componat.

ι, 21. [53] I Joan. ii, 15. [54] Gen. xlvii, 5. [55] Gen. xlvi, 34.

57. Virtutum, aliæ corporis sunt; aliæ, animæ. Ac corporis quidem sunt, **419** veluti jejunium, vigiliæ, humisternia, ministratio, manuum labor, ne quem gravemus, vel ut aliis tribuamus, etc. Animæ autem (id est, spectantes ad animam) sunt, velut charitas seu dilectio, longanimitas, mansuetudo, continentia, oratio, etc. Siquidem igitur ex quadam necessitate, aut corporali casu atque eventu (puta ægritudine, seu quovis alio ejus generis) contigerit, ut eas, quæ corporis sunt, virtutes præstare non liceat, veniam habemus a Domino, cui et causæ exploratæ sunt. Sin autem iis, quæ sunt animæ, non defungamur, nullam habituri sumus excusationem. Non enim hæ perinde ac corporales sunt necessitati subjectæ.

58. Quæ in Deum est charitas, fluxam omnem ac caducam voluptatem, omnemque laborem atque dolorem ut contemnat, is qui illa præditus est, facit. Fidemque faciant sancti omnes, tanta propter Christum perpessi.

59. Attende tibi a malorum parente, φιλαυτίας (quam vocant) estque cæcus sine ratione amor corporis. Ex hac enim velut apparenti quadam æqui specie oriuntur, prima illa ac generalissima furibunda tria vitia; gulæ scilicet, avaritiæ et inanis gloriæ, causas utique ansamque habentia, ex necessaria corporis cura: ex quibus malorum omnis seges progignitur. Operæ pretium igitur sit, uti dicebam, ut necessario attendas, multaque sobrietate ac diligentia adversus hanc depugnes. Hac enim sublata, quæ ex illa sunt, vitia omnia una tolli necesse est.

60. Cæcus ille corporis amor, ei quidem qui monachus sit, inque virtutis palæstra exerceat, suggerit, ut misericordia corpori indulgeat, ac ultra quam deceat ac honestum sit, ad cibos conveniat; quadam scilicet velut æquitate ac gubernatione, quo paulatim inductus, in libidinis vitæque voluptariæ foveam incidat. Sæculari vero, jam inde suadet, ut carnis curam in desideriis faciat [86].

61. Supremum orationis statum hunc esse dicunt, ut mens carne et mundo excedens extraque omnem materiam, ac nullis imbuta rerum formis, sic orationem peragat. Hunc igitur statum quisquis integrum illæsumque servarit, hic vere indesinenter orat [87].

62. Quemadmodum corpus emoriens, a cunctis vitæ negotiis rebusque sæculi procul abscedit: ita et mens, **420** summæ illius orationis cultu moriens, a mundanis omnibus cogitationibus separa-

A νζʹ. Τῶν ἀρετῶν, αἱ μέν εἰσι σωματικαί· αἱ δὲ, ψυχικαί. Καὶ σωματικαὶ μέν εἰσιν, οἷον νηστεία, ἀγρυπνία, χαμευνία, διακονία, ἐργόχειρον πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα, ἢ πρὸς μετάδοσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ψυχικαὶ δέ εἰσιν, οἷον ἀγάπη, μακροθυμία, πραότης, ἐγκράτεια, προσευχὴ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐὰν οὖν ἔκ τινος ἀνάγκης, ἢ περιστάσεως σωματικῆς, οἷον ἀῤῥωστίας, ἤ τινος τῶν τοιούτων, συμβῇ ἡμῖν μὴ ἐκτελέσαι δυνηθῆναι τὰς προειρημένας σωματικὰς ἀρετὰς, συγγνώμην ἔχομεν παρὰ Κυρίου, τοῦ καὶ τὰς αἰτίας εἰδότος· τὰς δὲ ψυχικὰς μὴ ἐκτελοῦντες οὐδεμίαν ἕξομεν ἀπολογίαν. Οὐ γάρ εἰσιν ὑπὸ ἀνάγκην.

B νηʹ. Ἡ εἰς Θεὸν ἀγάπη, πάσης ἡδονῆς παρερχομένης, καὶ παντὸς πόνου καὶ λύπης πείθει καταφρονεῖν τὸν μέτοχον αὐτῆς. Καὶ πειθέτωσάν σε οἱ ἅγιοι πάντες, τοσαῦτα πεπονθότες διὰ Χριστόν.

νθʹ. Πρόσεχε σεαυτῷ ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν κακῶν, φιλαυτίας, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ σώματος ἄλογος φιλία. Ἐκ ταύτης γὰρ εὐλογοφανῶς τίκτονται οἱ πρῶτοι καὶ ἐμπαθεῖς καὶ γενικώτατοι τρεῖς ἐμμανεῖς λογισμοί· ὁ τῆς γαστριμαργίας λέγω, καὶ φιλαργυρίας, καὶ κενοδοξίας· τὰς ἀφορμὰς ἐκ τῆς ἀναγκαίας τοῦ σώματος δῆθεν λαμβάνοντες χρείας· ἐξ ὧν γεννᾶται ἅπας ὁ τῶν κακῶν κατάλογος. Δεῖ οὖν, ὡς εἴρηται, προσέχειν ἀναγκαίως, καὶ ταύτῃ πολεμεῖν μετὰ πολ-
C λῆς νήψεως. Ταύτης γὰρ ἀναιρουμένης, συναναιροῦνται πάντες οἱ ἐξ αὐτῆς.

ξʹ. Τὸ τῆς φιλαυτίας πάθος, τῷ μὲν μοναχῷ ἐλεεῖν ὑποτίθεται τὸ σῶμα, καὶ συνελθεῖν παρὰ τὸ προσῆκον εἰς τὰ βρώματα· οἰκονομίας δῆθεν χάριν καὶ κυβερνήσεως, ἵνα κατὰ μικρὸν παρασυρόμενος, εἰς τὸν βόθρον τῆς φιληδονίας ἐμπέσῃ. Τῷ δὲ κοσμικῷ ἐντεῦθεν ἤδη πρόνοιαν (z) αὐτῷ ποιεῖσθαι εἰς ἐπιθυμίαν ὑποβάλλει.

ξαʹ. Τὴν τῆς προσευχῆς ἀκροτάτην κατάστασιν ταύτην εἶναι λέγουσι, τὸ ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενέσθαι τὸν νοῦν, καὶ ἄϋλον πάντῃ καὶ ἀνείδεον ἐν τῷ προσεύχεσθαι. Ὁ οὖν ταύτην ἀλώβητον διατηρῶν
D τὴν κατάστασιν, οὗτος ὄντως ἀδιαλείπτως προσεύχεται.

ξβʹ. Ὥσπερ τὸ σῶμα ἀποθνῆσκον, πάντων χωρίζεται τῶν τοῦ βίου πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ νοῦς ἐν τῷ ἄκρως προσεύχεσθαι ἀποθνήσκων, πάντων χωρίζεται τῶν τοῦ κόσμου νοημάτων. Ἐὰν γὰρ μὴ

[86] Rom. XIII, 14. [87] I Thess. V, 17.

(z) *Ἐντεῦθεν ἤδη πρόνοιαν*. Nempe jam inde palam ad explendam libidinem, inducens ad curam corpori habendam; quippe homines qui vivunt ut edant, ac genio indulgeant. De mundanis enim sermo est, quos Maximus opponit viris religiosis, et qui ad virtutem exerceant, quibus carnalia vitia, nonnisi specie boni obtecta obrepant. Hæc sic clara, contrario sensu Obsop. reddit, facitque φιλαυτίας, *cæci amoris corporis*, quod magis charitatis, Deique ejus auctoris, exsistat. Sic enim infacetus homo: *Quare homini mundano et sæculari subjicit, ut providentia quadam sibi consulat in cavenda concupiscentia*. Non tam absurde Gesn. etsi nec ille satis advertit, quo spectet illud εἰς ἐπιθυμίαν. Nec mirum in medico, quem par est in Galeno, quam in Paulo versatiorem fuisse. Ascriptus ejus locus, ad quem Maximus alludit.

νῃ θάνατον, μετὰ Θεοῦ εὑρεθῆναι καὶ
ζι.

ιε ἀπατήσῃ, μοναχὲ, ὅτι ἔνι σε σω-
ὶ κενοδοξίᾳ δουλεύοντα.

ὸ σῶμα διὰ τῶν πραγμάτων ἁμαρτά-
πρὸς παιδαγωγίαν τὰς σωματικὰς
φρονῇ· οὕτω καὶ ὁ νοῦς διὰ τῶν ἐμπα-
, καὶ ἔχει ὡσαύτως πρὸς παιδαγω-
ὰς ἀρετὰς, ἵνα καθαρῶς καὶ ἀπαθῶς
ατα, σωφρονῇ.

τὰς ἡμέρας διαδέχονται αἱ νύκτες, καὶ
μῶνες· οὕτω κενοδοξίαν καὶ ἡδονὴν,
ἶναι, εἴτε ἐν τῷ παρόντι, εἴτε ἐν τῷ

ιν ἁμαρτήσαντα ἐκφυγεῖν τὴν μέλ-
, ἄνευ ἑκουσίων ἐνταῦθα πόνων, ἢ
ρῶν.

ε αἰτίας φασὶ παραχωρεῖσθαι ἡμᾶς
μεῖσθαι ὑπὸ δαιμόνων. Καὶ πρώτην
, ἵνα πολεμούμενοι καὶ ἀντιπολεμοῦν-
ιν τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας ἔλθω-
δὲ, ἵνα πολέμῳ καὶ πόνῳ τὴν ἀρετὴν
ίαν αὐτὴν καὶ ἀμετάπτωτον ἔξωμεν.
προκόπτοντες εἰς τὴν ἀρετὴν, μὴ
, ἀλλὰ μάθωμεν ταπεινοφρονεῖν.
ἵνα πειραθέντες τῆς κακίας (a), τέ-
τὴν μισήσωμεν. Πέμπτην δὲ ἐπὶ πά-
εῖς γενόμενοι, μὴ ἐπιλαθώμεθα τῆς
ίας, μήτε τῆς τοῦ βοηθήσαντος δυ-

τοῦ πεινῶντος ὁ νοῦς ἄρτον φαντά-
διψῶντος ὕδωρ, οὕτω καὶ τοῦ γαστρι-
ίας ἐδεσμάτων· καὶ τοῦ φιληδόνου,
ῶν· καὶ ὁ τοῦ κενοδόξου, τὰς ἐξ ἀν-
· καὶ τοῦ φιλαργύρου, τὰ κέρδη· καὶ
ου, τὴν ἄμυναν τοῦ λυπήσαντος· καὶ
τὴν κάκωσιν τοῦ φθονουμένου, καὶ
παθῶν ὁμοίως. Ἐκ γὰρ τῶν παθῶν
ς, λαμβάνει τὰ ἐμπαθῆ νοήματα, καὶ
οῦ σώματος, καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους.
πιθυμία αὔξῃ, τὰς ποιητικὰς τῶν ἡδο-
τοῖς ὕπνοις ὁ νοῦς φαντάζεται· ὅταν
φόβων ποιητικὰ βλέπει πράγματα.
ι τὰ πάθη, οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες,
ἡμετέραν ἀμέλειαν λαμβάνοντες, καὶ
ντες. Ἐλαττοῦσι δὲ οἱ ἅγιοι ἄγγε-
τῶν ἀρετῶν ἡμᾶς κινοῦντες ἐργα-

πιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς πυκνότερον
ἕξιν φιληδονίας δυσκίνητον τῇ ψυχῇ
ὁ θυμὸς συνεχῶς ταρασσόμενος, δει-
ρὸν τὸν νοῦν ἀπεργάζεται. Ἰῶνται
ησις ἐπιτεταμένη νηστείας καὶ ἀγρυπ-

A tur. Nisi enim ejus generis mortem obierit, cum Deo versari ac vivere non potest.

63. Nemo te, qui monachum profitearis, seducat, tanquam fieri possit, ut voluptati ac inani gloriæ deditus, salutem consequaris.

64. Quemadmodum corpus rerum obtentu peccat, habetque ad disciplinam eas virtutes, quæ ad corpus spectant, ut erudiatur : sic et mens libidinosarum incursu cogitationum, habetque similiter ad disciplinam animæ virtutes, quibus munde citraque libidinem res contuens, sobria fruge ipsa componatur.

65. Quemadmodum diei succedit nox, atque æstati hiems : sic inanem gloriam ac voluptatem pone sequuntur tristitia et dolor, sive in præsenti
B sæculo, sive in futuro.

66. Fieri non potest ut peccati reus futurum judicium evadat, absque laboribus vita hac sponte assumptis, vel illatis malis, quæ patienter ferat.

67. Quinque afferunt causas, ob quas nos Deus a dæmonibus oppugnari sinat. Ac primam quidem esse aiunt, ut dum pugna petiti repugnamus, ac resistimus, virtutis vitiique discretionem paremus. Alteram autem, ut parta bello virtute atque labore, firmam illam immotamque teneamus. Tertiam, ut virtutis profectu non altum sapiamus, sed sensus modestiam discamus. Quartam, ut vitii facto periculo, perfecto ipsum odio prosequamur. Quintam denique ac supremam, ut imperturbati animi tran-
C quillitatem adepti, imbecillitatis propriæ non obliviscamur, nec ejus, qui adjutor fuit, potentiæ immemores simus

68. Quemadmodum famelici animus, panem cogitatione informat, ac sitibundi, aquam ; sic et gulosi, varias cupedias et edulia; luxuriosi, mulierum formas; inanis gloriæ cupidi, humanos honores ac laudes ; avari, lucra ; rancorem habentis, ejus vindictam a quo injuriam accepit ; invidi, ejus malum in quem exarsit invidia ; idemque in reliquis vitiis. Animus enim illis gravatus, hisque illi obtundentibus, libidinosas cogitationes, sive corpore vigilante, sive in somnis, assumit.

421 69. Aucta semel concupiscentia, animus in somnis ea informat, quæ voluptatem ac libidinem
D creant. Auctiore vero ira, res terrificas videt. Augent porro affectus ac perturbationes, impuri dæmones, id ipsum quod vitam negligimus, subsidio assumentes ac proritantes. Minuunt vero sancti angeli qui ad præstanda virtutum opera incitent permoveantque.

70. Animi vis concupiscens dum crebrius proritatur, libidinis habitum difficile mobilem in anima ponit : ira vero jugiter commota, meticulosum atque imbellem animum reddit. Sanant autem atque medentur, illi quidem, jejuniorum, vigiliarum,

ειραθέντες τῆς κακίας. Non bene es interpr. *Ut tantati :* Imo, *ut vitii ejus experti*. Sic enim bene Suid. ῶμαι, γενικῇ ἀπόπειραν ποιοῦμαι. *periculum facio, experior*. Hoc enim est, quod perfectum illud odium parit, ubi quis serio resipuit, amborumque discrimen (vitii ac virtutis) ipso quasi gustu, τῷ πάθει, cognovit.

precum contenta jugisque exercitatio; huic vero, lenitas, benignitas, charitas, misericordia.

71. Dæmones, aut rerum incursu bellum movent, aut libidinosarum in rebus cogitationum. Ac quidem rerum incursu, eos qui in rebus ac negotiis versantur; cogitationum vero, eos, qui se illis procul subduxerunt.

72. Quanto proclivius est ac facilius, tecum animo ac cogitatione peccare, quam ipso actu atque opere; tanto gravius est bellum, quod ex cogitationibus, quam quod ex rebus negotiisque conflatur.

73. Res ipsæ extra mentem sunt: rerum vero cogitationes, intra consistunt. Ejus itaque facultatis est, bene illis, an secus, utatur. Quod enim errore animi sensis utamur, rerum abusus consequitur.

74. Sunt hæc tria, unde mens libidinosas cogitationes assumit; nempe ex sensu, ex complexione, ex memoria. Ac quidem ex sensu, cum res illi objectæ quibus afficimur, ad libidinosas eam cogitationes impellunt. Ex complexione autem seu temperamento, cum per luxuriosam victus rationem, aut operatione dæmonum, aut per ægritudinem aliquam deterior facta ac immutata, ad vitiosas ejusmodi cogitationes excitat, vel obloqui Providentiæ cogit. Ex memoria vero, cum illa rerum quibus affecti aut delectati sumus, conceptus refricat, similique ratione ad vitiosas cogitationes movet.

75. Rerum nobis a Deo in usum concessarum, aliæ in animo sunt, aliæ in corpore, aliæ circa corpus. Puta in animo, ejus vires; in corpore, **422** sensuum organa ac membra reliqua: circa corpus, cibi, possessiones, opes, ac id genus alia. Quod his igitur bene aut male utamur, seu iis quæ circa hæc accidunt, boni aut mali efficimur.

76. Accidentium in rebus, alia in animo sunt, alia in corpore; alia iis in rebus, quæ sunt circa corpus. Ac quidem in animo, veluti scientia et ignorantia, oblivio et memoria, dilectio et odium, timor et audacia, tristitia et gaudium, atque his similia. In corpore autem, puta voluptas et dolor, sensus et orbitas, valetudo et ægritudo, vita et mors, et similia. Circa corpus vero, veluti larga proles ejusque carentia, divitiæ et paupertas, gloria et ignominia, ac ejusmodi reliqua. Horum, alia bona, alia mala hominum judicio habentur, cum nihil in eis malum sit propria ipsius ra-

A νίας καὶ προσευχῆς· τὸν δὲ, χρηστότης καὶ φιλανθρωπία καὶ ἀγάπη καὶ ἔλεος.

οα'. Ἢ διὰ τῶν πραγμάτων οἱ δαίμονες πολεμοῦσιν, ἢ διὰ τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐμπαθῶν νοημάτων. Καὶ διὰ μὲν τῶν πραγμάτων, τοὺς ἐν τοῖς πράγμασιν ὄντας, διὰ δὲ τῶν νοημάτων, τοὺς τῶν πραγμάτων κεχωρισμένους.

οβ'. Ὅσον ἐστὶν εὐκοπώτερον τὸ κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνειν τοῦ κατ' ἐνέργειαν, τοσοῦτόν ἐστι βαρύτερος ὁ διὰ τῶν νοημάτων πόλεμος, τοῦ διὰ τῶν πραγμάτων.

ογ'. Τὰ μὲν πράγματα ἔξωθέν εἰσι τοῦ νοῦ· τὰ δὲ τούτων νοήματα ἔσω συνίστανται. Ἐν αὐτῷ οὖν ἐστι, τὸ εὖ τούτοις χρήσασθαι, ἢ κακῶς. Τῇ γὰρ B ἐσφαλμένῃ τῶν νοημάτων χρήσει (b) ἡ παράχρησις τῶν πραγμάτων ἀκολουθεῖ.

οδ'. Διὰ τῶν τριῶν τούτων λαμβάνει ὁ νοῦς τὰ ἐμπαθῆ νοήματα· διὰ τῆς αἰσθήσεως, διὰ τῆς κράσεως, διὰ τῆς μνήμης. Καὶ διὰ μὲν τῆς αἰσθήσεως, ὅταν προσβάλλοντα αὐτῇ τὰ πράγματα πρὸς ἅπερ τὰ πάθη κεκτήμεθα, κινῇ αὐτὸν πρὸς ἐμπαθεῖς λογισμούς. Διὰ δὲ τῆς κράσεως, ὅταν ἐξ ἀκολάστου διαίτης, ἢ ἐνεργείας δαιμόνων, ἢ νοσήματός τινος ἀλλοιουμένη ἡ τοῦ σώματος κρᾶσις, κινῇ αὐτὸν πάλιν πρὸς ἐμπαθεῖς λογισμούς, ἢ κατὰ τῆς Προνοίας. Διὰ δὲ τῆς μνήμης, ὅταν τῶν πραγμάτων πρὸς ἅπερ πεπόνθαμεν τὰ νοήματα ἡ μνήμη ἀναφέρῃ, καὶ κινῇ αὐτὸν ὁμοίως πρὸς ἐμπαθεῖς λογισμούς.

C οε'. Τῶν εἰς χρῆσιν παρὰ Θεοῦ δοθέντων ἡμῖν πραγμάτων, τὰ μὲν, ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ, ἐν τῷ σώματι, τὰ δὲ, περὶ τὸ σῶμα εὑρίσκεται, οἷον, ἐν μὲν τῇ ψυχῇ, αἱ δυνάμεις αὐτῆς· ἐν δὲ τῷ σώματι, τὰ αἰσθητήρια καὶ τὰ λοιπὰ μέλη· περὶ δὲ τὸ σῶμα, βρώματα, κτήματα, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ οὖν εὖ τούτοις χρήσασθαι ἢ κακῶς, ἢ τοῖς περὶ ταῦτα συμβεβηκόσιν, ἢ ἐναρέτους ἢ φαύλους ἡμᾶς ἀποφαίνει.

ος'. Τῶν ἐν τοῖς πράγμασι συμβεβηκότων, τὰ μέν εἰσι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ, τῶν ἐν τῷ σώματι, τὰ δὲ, τῶν περὶ τὸ σῶμα πραγμάτων. Καὶ τῶν μὲν ἐν τῇ ψυχῇ, οἷον, γνῶσις καὶ ἄγνοια, λήθη καὶ μνήμη, ἀγάπη καὶ μῖσος, φόβος καὶ θάρσος, λύπη καὶ D χαρὰ, καὶ τὰ ἑξῆς· τῶν δὲ ἐν τῷ σώματι, οἷον, ἡδονὴ καὶ πόνος, αἴσθησις καὶ πήρωσις, ὑγεία καὶ νόσος, ζωὴ καὶ θάνατος, καὶ τὰ τοιαῦτα. Τῶν δὲ περὶ τὸ σῶμα, οἷον, εὐτεκνία καὶ ἀτεκνία, πλοῦτος καὶ πενία, δόξα καὶ ἀδοξία, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτων δὲ, τὰ μὲν καλὰ, τὰ δὲ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις νομίζεται, οὐδὲν αὐτῶν κακὸν ὂν τῷ ἰδίῳ λόγῳ·

(b) *Τῇ ἐσφαλμένῃ τῶν νοημάτων χρήσει. Usu cum errore conjuncto.* Unus Regius habuit κρίσει. Sed et c. 82, ubi eadem sententia est, habentque perinde edita, χρήσει, Regii codd. et Dufr. κρίσει habent: fuit facile antiquariis alterum altero mutare, cum sensus neutrum videatur respuere, et voces sic sono affines sint ipsaque scriptione. Magis tamen putem scripsisse χρήσει, quod et retinui. Unde cap. 78: Μὴ παραχρῶ τοῖς νοήμασιν ubique componens usum usui, in animi rationibus et in rebus; egregieque exponit auctor Schol. ex Dufr. cod. in sacrarum imaginum, τῶν χαρακτήρων νοήμασιν· quibus abuti ostendit qui eas impugnent. Repræsentanda hæc scholia post quartum centenarium, quæ alterius potius videntur, quam Maximi, ac ejus qui post Iconoclastarum natam hæresim vixerit.

παρὰ δὲ τὴν χρῆσιν, εἴτε κακὰ κυρίως, εἴτε ἀγαθὰ A εὑρίσκεται.

οζ'. Καλὴ ἡ γνῶσις τῇ φύσει· ὁμοίως δὲ καὶ ὑγεία· ἀλλὰ τἀναντία τοὺς πολλοὺς ἤπερ ταῦτα ὤνησεν. Τοῖς γὰρ φαύλοις οὐκ εἰς καλὸν ἡ γνῶσις συμβαίνει, εἰ καὶ τῇ φύσει, ὡς εἴρηται, ἐστὶ καλή· ὁμοίως δὲ οὐδὲ ὑγεία, οὐδὲ πλοῦτος, οὐδὲ χαρά. Οὐ γὰρ συμφερόντως τούτοις κέχρηνται. Ἄρα οὖν τἀναντία τούτοις συμφέρει. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐκεῖνα κακὰ τῷ ἰδίῳ λόγῳ τυγχάνει, εἰ καὶ δοκεῖ κακὰ εἶναι.

οη'. Μὴ παραχρῶ τοῖς νοήμασιν (19), ἵνα μὴ ἐξ ἀνάγκης καὶ τοῖς πράγμασι παραχρήσῃ. Ἐὰν γὰρ μή τις πρῶτον κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνῃ, οὐκ ἂν ἁμάρτῃ ποτὲ κατ' ἐνέργειαν.

οθ'. Εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ αἱ γενικαὶ κακίαι ὑπάρ- B χουσιν· οἷον, ἀφροσύνη, δειλία, ἀκολασία, ἀδικία. Εἰκὼν δὲ τοῦ ἐπουρανίου, αἱ γενικαὶ ἀρεταὶ, οἷον, φρόνησις, ἀνδρεία, σωφροσύνη, δικαιοσύνη. *Ἀλλὰ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.*

π'. Εἰ θέλεις εὑρεῖν τὴν ὁδὸν τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν, ἐν τῇ ὁδῷ αὐτὴν ζήτει, κἀκεῖ αὐτὴν εὑρίσκεις, τῇ εἰπούσῃ· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀλήθεια.* Πλὴν σφόδρα ἐμπόνως ζήτει, διότι *ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν*· καὶ μήπως τῶν ὀλίγων ἀπολειφθεὶς, μετὰ τῶν πολλῶν εὑρεθήσῃ.

πα'. Διὰ τὰ πέντε ταῦτα ἡ ψυχὴ ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἀνακόπτεται· ἢ διὰ τὸν φόβον τῶν ἀνθρώπων, ἢ διὰ τὸν C φόβον τῆς κρίσεως, ἢ διὰ τὴν μέλλουσαν μισθαποδοσίαν, ἢ διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἢ τελευταῖον διὰ συνείδησιν τύπτουσαν.

πβ'. Τινές φασιν, ὅτι οὐκ ἂν ἦν τὸ κακὸν ἐν τοῖς οὖσιν, εἰ μήτι δ' ἂν ἑτέρα τις ἦν δύναμις, ἡ ἀνθέλκουσα ἡμᾶς ἐπ' αὐτό. Αὕτη δέ ἐστιν οὐδὲν ἕτερον, ἢ ἡ τῶν κατὰ φύσιν τοῦ νοῦ ἐνεργειῶν ἀμέλεια. Διόπερ οἱ τούτων τὴν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι, τὰ μὲν καλὰ, ἀεὶ ποιοῦσι· τὰ δὲ κακὰ [*Fr.* Ὅρα τί ἐστι κακία], οὐδέποτε. Εἰ οὖν θέλεις καὶ σὺ, ἄπωσαι τὴν ἀμέλειαν, καὶ συναπελαύνεις τὴν κακίαν· ἥτις ἐστὶν ἡ ἐσφαλμένη χρῆσις τῶν νοημάτων, ᾗ ἐπακολουθεῖ ἡ παράχρησις τῶν πραγμάτων.

πγ'. Κατὰ φύσιν ἐστὶ τοῦ ἐν ἡμῖν λογικοῦ μέρους, τό τε ὑποταγῆναι τῷ θείῳ λόγῳ, καὶ τὸ ἄρχειν D τοῦ ἐν ἡμῖν ἀλόγου μέρους. Αὕτη οὖν ἡ τάξις ἐν πᾶσι φυλαχθήτω, καὶ οὔτε τὸ κακὸν ἔσται ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε τὸ ἐπ' αὐτὸ ἀνθέλκον εὑρεθήσεται.

πδ'. Οἱ μὲν τῶν λογισμῶν, ἁπλοῖ εἰσιν, οἱ δὲ σύνθετοι. Καὶ ἁπλοῖ μέν εἰσιν, οἱ ἀπαθεῖς· σύνθετοι δὲ, οἱ ἐμπαθεῖς, ὡς ἐκ πάθους καὶ νοήματος συγκείμενοι. Τούτων οὕτως ἐχόντων, πολλοὺς τῶν ἁπλῶν ἔστιν ἰδεῖν ἑπομένους τοῖς συνθέτοις, ὅταν ἄρξωνται κινεῖσθαι πρὸς τὸ κατὰ διάνοιαν ἁμαρτάνειν. Οἷον, ὡς ἐπὶ τοῦ χρυσίου· ἀνέβη ἐπὶ τὴν μνήμην τινὸς λογισμὸς περὶ χρυσίου ἐμπαθής· καὶ ὥρμησε τῇ

tione; sed penes usum vere aut mala, aut bona comperiantur.

77. Bona est natura scientia; similiter vero etiam sanitas : multis tamen magis profuerunt horum contraria. Malis enim ac improbis, non in bonum cedit scientia; tametsi illa, ut dictum est, natura sit bona; parique ratione nec valetudo, nec divitiæ, neque gaudium. Non enim his utuntur, ut illis est utile. Igitur conducunt horum contraria. Ergo nec illa mala sunt propria ipsorum ratione, etsi videntur esse mala.

78. Cave abutaris cogitationibus animique sensis, ne et rebus necessario abutaris. Nisi enim quis prius mente peccet, nunquam ipso actu atque opere peccaverit.

79. Terreni imago sunt generalia vitia: stultitia, ignavia, intemperantia, injustitia. Imago autem cœlestis, prudentia, fortitudo, temperantia, justitia : *Verum sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis* [88-89].

80. Si vis invenire viam, quæ ducit ad vitam, eam in via quære, ibique eam invenies; nempe in via, quæ ait, *Ego sum via, et vita et veritas* [90]. Quære vero strenue, indefessoque labore et acri industria, eo quod *pauci sunt, qui inveniunt illam* [91]; ne forte paucorum illorum exclusus numero, cum multis inveniaris.

81. Quinque ista sunt, ob quæ animus a peccatis absterretur; aut nempe humano timore, aut judicii metu, aut spe futuræ mercedis, aut Dei charitate, aut postremo ipsius conscientiæ verbere.

423 82. Sunt qui dicant, non fore malum in rebus, nisi esset alia quædam vis contrario quasi impulsu in illud trahens. Hæc vero nihil aliud est, quam naturalium animi virium operationumque neglectus; quare qui harum curam gerunt, bona semper agunt, mala vero, nunquam. Igitur tu quoque si vis, pelle negligentiam, unaque vitium ac malitiam expulisti; fallacem scilicet animi rationum usum, cui statim comes est ipse abusus rerum.

83. E natura est, ejus in nobis partis, quæ ratione utitur, ut, et divinæ subdatur rationi, et illi parti imperet, quæ in nobis rationis expers est. Hic igitur ordo in omnibus teneat, ac neque malum erit in rebus, nec occurret aliquid quod ad illud adversum trahat.

84. Animi rationes ac cogitationes, aliæ simplices sunt, aliæ compositæ. Ac simplices quidem sunt, illibidinosæ et sine passione : compositæ vero, libidinosæ ac passioni conjunctæ, tanquam ex libidine seu passione, mentisque conceptu compositæ. Hæc cum ita se habeant, videre est multas simplicium cogitationum sequi compositas, cum moveri cœperint in peccatum, quod intus animo geritur. Velut

[88-89] I Cor. xv, 49. [90] Joan. iv, 6. [91] Matth. vii, 14.

in auro, ascendit in memoriam alicujus, libidinosa et cum affectu auri cogitatio, animoque incitatus ad furandum, peccatum mente consummavit. Auri vero memoriam pariter etiam sequebatur memoria crumenæ et abbaci et cubiculi, ac reliquorum. Ac quidem auri memoria composita erat, quippe quæ libidinem affectumque habebat; crumenæ autem et abaci ac reliquorum, simplex, quod ad illa animus libidinem atque affectum non habebat. Sicque in omni alia cogitatione, se res habet; in inani gloria, in uxore seu muliere, ac reliquis. Non enim omnes cogitationes quæ libidinosam atque vitio hærentem sequuntur cogitationem, ipsæ etiam libidinosæ sunt hærentque vitio, uti probavit oratio. Hinc itaque possumus intelligere, quænam sint cogitationes libidinosæ, affectuique seu passioni conjunctæ, ac quænam ejus labis immunes simplicesque.

A διανοίᾳ ἐπὶ τὸ κλέπτειν, καὶ ἀπετέλεσε κατὰ νοῦν τὴν ἁμαρτίαν. Συνείποντο δὲ τῇ μνήμῃ τοῦ χρυσίου, καὶ ἡ μνήμη τοῦ βαλλαντίου καὶ τοῦ σκευαρίου καὶ τοῦ κουβουκλείου (c), καὶ τῶν ἑξῆς. Καὶ ἡ μὲν μνήμη τοῦ χρυσίου, ἦν σύνθετος· εἶχε γὰρ τὸ πάθος· ἡ δὲ τοῦ βαλλαντίου καὶ τοῦ σκευαρίου καὶ τῶν ἑξῆς, ἁπλῆ. Οὐ γὰρ εἶχε πρὸς αὐτὰ πάθος ὁ νοῦς. Καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ λογισμοῦ ὁμοίως ἔχει, ἐπί τε κενοδοξίας, καὶ ἐπὶ γυναικὸς, καὶ τῶν λοιπῶν. Οὐ γὰρ πάντες οἱ συνεπόμενοι τῷ ἐμπαθεῖ λογισμῷ λογισμοὶ, καὶ ἐμπαθεῖς εἰσιν, ὡς ἀπέδειξεν ὁ λόγος. Ἐκ τούτων οὖν δυνάμεθα γνῶναι, ποῖα τὰ ἐμπαθῆ νοήματα, καὶ ποῖα τὰ ἁπλᾶ.

85. Sunt qui dicant, dæmones in somnis inhonestas corporis partes contingere, eoque contactu scortationis affectum ac libidinem ciere: tumque concitatum affectum ac libidinem, per memoriam, mulieris formam menti **424** objicere ac præsentare. Alii vero, muliebri eos habitu ac specie, animo apparere; corporisque pudenda contrectando, appetitum movere, et sic per somni quietem illudentia visa contingere. Alii autem rursus, vigentem in propinquante dæmone affectum ac libidinem, affectum libidinemque movere, atque ita animum suggerente memoria formas conferentem, cogitationibus accendere. Similiter quoque in aliis libidinosis vitioque hærentibus visis, quæ alii sic, alii alias dicunt contingere. Cæterum in nullo, ex dictis, modo possunt dæmones ullam libidinem affectumque seu perturbationem movere, dummodo charitas et continentia præsto sint, sive pervigili corpore, sive illo somno gravato.

B πε'. Τινὲς μέν φασιν, ὅτι τῶν μορίων τοῦ σώματος καθαπτόμενοι οἱ δαίμονες κατὰ τοὺς ὕπνους, κινοῦσι τὸ πάθος τῆς πορνείας· εἶτα τὸ πάθος κινούμενον, ἀναφέρει τὴν μορφὴν τῆς γυναικὸς διὰ τῆς μνήμης ἐπὶ τὸν νοῦν. Τινὲς δὲ, ὅτι τῷ μὲν νῷ ἐν σχήματι γυναικὸς παραφαίνονται· τῶν τε μορίων τοῦ σώματος καθαπτόμενοι, τὴν ὄρεξιν κινοῦσι, καὶ οὕτω γίνονται αἱ φαντασίαι. Ἕτεροι δὲ πάλιν, ὅτι τὸ πάθος τὸ ἐπικρατοῦν ἐν τῷ πλησιάζοντι δαίμονι, κινεῖ τὸ πάθος· καὶ οὕτως ἀνάπτεται πρὸς λογισμοὺς ἡ ψυχὴ, ἀναφέρουσα τὰς μορφὰς διὰ τῆς μνήμης. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ἐμπαθῶν φαντασιῶν ὁμοίως, οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ οὕτως συμβαίνειν φασί. Πλὴν ἐν οὐδενὶ τῶν εἰρημένων τρόπων ἰσχύουσι πάθος τὸ οἱονδήποτε κινῆσαι οἱ δαίμονες, παρούC σης τῇ ψυχῇ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας, οὔτε ἐγρηγορότος τοῦ σώματος, οὔτε κατὰ τοὺς ὕπνους.

86. Mandatorum legis, alia et corporaliter et spiritaliter servemus necesse est, alia solum spiritaliter. Verbi gratia, quod ita dictum est: *Non mœchaberis. Non occides. Non furtum facies*[62], et his similia, et corporaliter et spiritaliter servanda sunt: ac vero spiritaliter triplici ratione. Circumcidi autem, observare Sabbatum[63], agnum immolare et comedere azyma cum lactucis agrestibus[64], et his similia, solummodo spiritaliter.

πϛ'. Τὰ μὲν τῶν τοῦ νόμου ἐντολῶν καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς ἀνάγκη φυλάττειν· τὰ δὲ, πνευματικῶς μόνον. Οἷον τὸ, *Οὐ μοιχεύσεις, Οὐ φονεύσεις, Οὐ κλέψεις*, καὶ τὰ ὅμοια, καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς χρὴ φυλάττειν. Καὶ πνευματικῶς δὲ τρισσῶς. Τὸ δὲ περιτέμνεσθαι καὶ φυλάττειν τὸ Σάββατον, καὶ σφάξαι τὸν ἀμνὸν καὶ ἔδεσθαι ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων (d), καὶ τὰ ὅμοια, πνευματικῶς μόνον.

[62] Exod. xx, 13 15; Matth. v, 27 seqq. [63] Gen. xvii, 10. [64] Exod. xii, 3 seqq.

(c) *Καὶ τοῦ σκευαρίου καὶ τοῦ κουβουκλείου.* Primam vocem, quæ erat σκεβρίου, et in Dufr, cod. σκευρίου, ut mutarem, fecerunt plerique Regii codd. in quibus exstat vox σκευαρίου ipsa probe Græca, et ad Maximi hoc loco propositum aptissima. Aristoph. in Pluto, Ἅπαντα δ' ἡμῖν ἀργυρίου, καὶ χρυσίου, τὰ σκευάρια πλήρη ἐστί· *Omnia nobis vascula, argento et auro sunt plena*, id est, nullum domi vas, quod non argento auroque repleverimus. Utitur et Plutarch.: ac plane Maximus eum ipsum comici locum respexerit. Germanicam vero usurpasse vocem, cujus nullum exemplum ex alio Græco auctore afferri possit, ut credam, nullus adduci possim; ipsam præsertim incommodam. Volunt enim Meursius in suo Græcob. et ex eo Martin. in *Lexico* etymolog. significare horreum, *scebrum*, D *scecurum*, *scura*, *quasi a se curo*, inquit Martinius, *quod ibi fruges demessæ reconduntur*, *ac sunt in securo.* At num in horreo et pecuniæ? ipsumque medium quid in quo serventur, inter crumenam, sive marsupium, et cubiculum seu conclave? Nugæ. Medium sane vasa alia, totaque supellex, arca, abacus, ac reliqua ejus generis (Græcis σκεύη et σκευάρια) quæ ipsa in cubiculo posita sacculos continent, in quibus auri vis, una ipsa furi expetita, sicque libidinose et cum affectu seu passione, ut hic subtiliter maximus, cogitata. Vox κουβουκλεῖον, vel ut alii, κουβούκλιον, Romana est, ex Latina *cubiculum*, cujusmodi plures mutuati sunt Græci.

(d) *Ἔδεσθαι ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων*. Reddidi cum Hieron. et Vulg Hebræa, et quæ proxime ex Hebraicis expressa sunt, *amaritudinibus* habent: ex-

πζ'. Τρεῖς εἰσιν ἠθικαὶ καταστάσεις γενικώτεραι (e) ἐν τοῖς μοναχοῖς. Καὶ πρώτη μὲν, τὸ μηδὲν ἁμαρτάνειν κατ' ἐνέργειαν· δευτέρα δὲ, τὸ μὴ ἐγχρονίζειν ἐν τῇ ψυχῇ τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς· τρίτη δὲ, τὸ τὰς μορφὰς τῶν γυναικῶν, καὶ τῶν λυπησάντων ἀπαθῶς θεωρεῖν κατὰ διάνοιαν.

πη'. Ἀκτήμων ἐστὶν ὁ ἀποταξάμενος πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, καὶ μηδὲν τὸ σύνολον ἐπὶ γῆς κεκτημένος πλὴν τοῦ σώματος· καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ δὲ σχέσιν διαῤῥήξας, τῷ Θεῷ καὶ τοῖς εὐσεβέσι τὴν ἑαυτοῦ κατεπίστευσεν οἰκονομίαν.

πθ'. Τῶν κτωμένων οἱ μὲν ἀπαθῶς κτῶνται· διὸ καὶ στερούμενοι αὐτῶν, οὐ λυποῦνται· ὡς οἱ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς μετὰ χαρᾶς προσδεξάμενοι. Οἱ δὲ ἐμπαθῶς κτῶνται· διότι μέλλοντες στερεῖσθαι, περίλυποι γίνονται· ὡς ὁ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πλούσιος, *ἀπῆλθε λυπούμενος*. Εἰ δὲ καὶ στεροῦνται, μέχρι θανάτου λυποῦνται. Τοῦ οὖν ἀπαθοῦς καὶ τοῦ ἐμπαθοῦς τὴν διάθεσιν ἡ στέρησις ἐλέγχει.

ϟ'. Τοὺς μὲν ἄκρως προσευχομένους (f) πολεμοῦσιν οἱ δαίμονες, ἵνα τὰ νοήματα τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων ψιλὰ μὴ ἀναλαμβάνωσι· τοὺς δὲ γνωστικούς, ἵνα ἐγχρονίζωσιν ἐν αὐτοῖς οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοί· τοὺς δὲ περὶ τὴν πρᾶξιν ἀγωνιζομένους, ἵνα πείσωσιν αὐτοὺς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτάνειν· παντὶ δὲ τρόπῳ πρὸς πάντας ἀγωνίζονται, ἵνα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἱ δείλαιοι τοὺς ἀνθρώπους χωρίσωσι.

ϟα'. Οἱ κατὰ τὸν βίον τοῦτον ὑπὸ τῆς θείας προνοίας εἰς εὐσέβειαν ἐγγυμναζόμενοι, διὰ τῶν τριῶν τούτων πειρασμῶν δοκιμάζονται· οἷον, ἢ διὰ τῆς τῶν ἡδέων δόσεως, ὡς ἐπὶ ὑγείας καὶ κάλλους καὶ εὐτε-

A 87. Tres sunt generalissimi status morales inter monachos. Ac primus quidem est, nihil actu peccare, atque opere : alter vero, libidinosas et cum affectu cogitationes in animo morari non sinere : tertius, mulierum ipsas formas, ac eorum qui injuria læserunt, nulla libidine ac perturbatione mente conspicere.

88. Pauper est nihil habens, qui omnibus suis facultatibus abrenuntiavit, nihilque prorsus super terram, excepto duntaxat corpore, possidet : erga quod etiam abrupto omni affectu ac libidine, suarum vitæ rationum dispositionem ac curam, Deo piisque viris concredidit.

89. Eorum qui habent possessiones, alii sine affectu ac libidine habent, unde et illarum amissione non dolent : velut illi qui cum gaudio rapi-
B nam bonorum suorum susceperunt [95]; alii autem cum affectu ac libidine habent unde etiam cum illis privandi sint, morosi fiunt ac tristes; velut dives ille in Evangelio : *Abiit tristis* [96] : ac si reipsa privari contigerit, ad mortem usque dolent. Libidinosi ergo et non libidinosi animum, arguit atque explorat rei ipsa privatio.

τῆς πλεονεξίας (*p*)· ἐκ δὲ τῆς κενοδοξίας, ὁ
ηφανείας. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ἑκάστῳ τῶν
κολουθοῦσιν· ὅ τε τῆς ὀργῆς, καὶ ὁ τῆς
ὶ ὁ τῆς μνησικακίας καὶ ὁ τῆς ἀκηδίας καὶ
αὶ καταλαλιᾶς, καὶ οἱ λοιποί. Ταῦτα οὖν τὰ
υνδεσμοῦσι τὸν νοῦν τοῖς ὑλικοῖς πράγ-
), καὶ κατέχουσιν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν, λίθου
ρυτάτου αὐτῷ ἐπικείμενα· φύσει ὄντα αὐτὸν
υφότερον καὶ ὀξύτερον.

Ἀρχὴ μὲν πάντων τῶν παθῶν, ἡ φιλαυτία·
, ἡ ὑπερηφανία. Φιλαυτία δέ ἐστιν, ἡ πρὸς
ι ἄλογος φιλία. Ὁ ταύτην ἐκκόψας, συν-
ἐντα τὰ πάθη τὰ ἐξ αὐτῆς.

Ὥσπερ οἱ γονεῖς τῶν σωμάτων, προσπάσχουσι D
αὐτῶν γεννωμένοις (*q*)· οὕτω καὶ ὁ νοῦς,
τοῖς ἑαυτοῦ πρόσκειται λόγοις. Καὶ ὥσπερ

54. Non horrendum, ac quod stupeamus, menteque attoniti etiam atque etiam miremur, quod Deus et Pater neminem judicet, sed omne judicium dederit Filio [85]; Filiusque clamet : *Nolite judicare, et non judicabimini* [86] : *Nolite condemnare, et non condemnabimini* [87]. Similiter quoque Apostolus : *Nolite ante tempus aliquid judicare, quoadusque veniat Dominus* [88]. Et : *In quo judicio alterum judicas, teipsum condemnas* [89]; homines autem, omissa cura lugendi peccata sua, judicium Filio abstulerint; ac velut ipsi immunes a peccato, alii alios judicent ac condemnent? Ac **436** cœlum quidem super hoc obstupuit, terraque inhorruit [90]; nec illi tamen præ stupore pudore ullo ducuntur.

55. Qui in aliorum curiosius delicta inquirit, vel etiam ex levi conjectura aut suspicione fratrem judicat, nondum pœnitentiæ fundamentum jecit, nec ut scrutetur ac intelligat, peccata sua longe multa plumbi talenta, gravi pondere superare [91] : nec cognovit, unde fiat homo gravi corde, qui diligat vanitatem et mendacium quærat [92]. Idcirco velut insipiens et qui in tenebris ambulet, omissis peccatis suis, aliorum peccata cogitat, aut quæ reipsa sint, aut quæ male suspiciosus sibi ipse confingat.

56. Φιλαυτία (sui ille ac carnis cæcus amor), uti sæpius dictum est, libidinosarum omnium cogitationum causa exsistit. Ex ea enim nascuntur tria generalissima cupiditatis vitia; gulæ scilicet, avaritiæ et inanis gloriæ. Ex gula autem, nascitur scortationis vitium; ex avaritia vero, injusta rapacitas plusque habendi libido; ex inani autem gloria, vitium superbiæ. Omnis porro reliquorum vitiorum turba, cuique horum trium comes accedit; iræ scilicet, tristitiæ, injuriarum memoriæ, acediæ, invidiæ, detractionis, ac reliqua. Hæc igitur vitia, terrenis rebus animum fortiter illigant, gravissimique saxi instar illi incumbentia, in terra detinent, cum ipse natura igni levior ac subtilior sit.

57. Φιλαυτία (sui ille ac carnis pravus amor) vitiorum omnium initium est et origo : finis vero, superbia. Est autem Φιλαυτία, abhorrens a ratione corporis amor. Hanc qui excidit, una cum illa, quæ ex ipsa sunt, vitia omnia excidit.

58. Quemadmodum qui liberorum susceptione corporum parentes sunt, affectu ducuntur erga eos quos susceperunt : sic mens natura sermonibus

n. v, 22. [86] Matth. vii, 1. [87] Luc. vi, 37. [88] I Cor. iv, 5. [89] Rom. ii, 1. [90] Jerem. ii, 12.
ιr. v, 7. [92] Psal. iv, 3.

Ἐκ δὲ φιλαργυρίας, ὁ τῆς πλεονεξίας. ...m hoc, ad Maximi textus integritatem ne...m, dederunt mss. cod. Πλεονεξία haud ra... avaritia redditur, quod est φιλαργυρία· Maximus probe distinguit, ut prolem a pa...ist ergo avaritia (ἡ φιλαργυρία) inordinatus ...uniarum amor, ut et vox ipsa sonat; ...a vero vis ipsa injusta ac plus habendi ra...do circumveniendo proximum.

...ροσπάσχουσι τοῖς ἐξ αὐτῶν γεννωμέ... ...imilitudo est spiritalium parentum cum carnalibus, quo sic utrique suis indulgent prolibus. Λόγοι itaque et sermones hic, præcipue libri sunt : unde auctor Schol. Dufrenii cod. : Φοβεῖ με ταῦτα, καὶ γράφειν ἀποτρέπει· *Terrent me hæc,* sic dicta Maximo, *et a scribendo deterrent.* Hoc sensu sanctus Ambrosius libros suos aliis relegendos et emendandos tradebat, etsi vir tantus erat : quod sic fere auctoribus suis placeant sua scripta, ac monumenta, naturali illa ad ipsa προσπαθείᾳ, velut parentum in natos. Quod reddit Obson. *compatiuntur,* non satis aptum.

suis addictior est. Ac sicut parentibus, quo affectu A in liberos effusiores exsistunt, quanquam ii omnino modis omnibus perquam ridiculi sint, omnium modestissimi videntur ac formosissimi : sic quoque insipienti animo, quos sermones librosque ediderit, etsi omnium ineptissimi sint, omnium apparent prudentissimi et aptissimi. At sapiens, non sic sentit de suis sermonibus : secus vero, cum jam certo constare videatur, veros esse ac bonos, tunc maxime suo ipse judicio detrahit, aliosque viros sapientia ornatos, sermonum suorum librorumque
437 et rationum judices constituit, ne forte in vacuum currat aut cucurrerit [93]; illorumque judicio, suum ipse sensum confirmat ac statuit.

τοῖς ἐκείνων ἐμπαθεστέροις, κἂν πάντως κατὰ πάντα ὦσιν οἱ παῖδες καταγελαστότατοι, πάντων φαίνονται ἐπιεικέστατοι καὶ εὐμορφότατοι· οὕτω καὶ τῷ ἄφρονι νῷ, οἱ αὐτοῦ λόγοι, κἂν πάντων ὦσι μοχθηρότεροι, πάντων φαίνονται φρονιμώτεροι. Τῷ δὲ σοφῷ, οὐχ οὕτως οἱ ἑαυτοῦ λόγοι· ἀλλ' ὅταν δόξῃ πληροφορεῖσθαι ὅτι ἀληθεῖς εἰσι καὶ καλοὶ, τότε μάλιστα οὐ πιστεύει τῇ ἑαυτοῦ κρίσει *· ἀλλ' ἄλλους σοφοὺς τῶν ἑαυτοῦ λόγων καὶ λογισμῶν κριτὰς καθίστησι, μὴ εἰς κενὸν τρέχῃ ἢ ἔδραμε· καὶ δι' αὐτῶν, τὴν βεβαίωσιν λαμβάνει.

59. Ubi probrosiorum vitiorum seu affectuum aliquod viceris; puta gulositatem, aut scortationem, aut iram, aut plus habendi rapacem libidinem, sta- B tim in te involat inanis gloriæ vitium. Quod si hoc quoque superaveris, illi superbiæ vitium succedit.

νθ'. Ὅταν τινὰ νικήσῃς τῶν ἀτιμοτέρων παθῶν· οἷον, ἢ γαστριμαργίαν, ἢ πορνείαν, ἢ ὀργὴν, ἢ πλεονεξίαν, εὐθὺς ἐφίπταται ἐπὶ σὲ ὁ τῆς κενοδοξίας λογισμός· ἐὰν δὲ τοῦτον νικήσῃς, ὁ τῆς ὑπερηφανίας διαδέχεται.

60. Probrosa omnia vitia atque affectus, dum animum subactum tenent, inanis gloriæ vitium ab eo procul expellunt. Ubi autem superata fuerint, quæ dicta sunt vitia omnia, illud idem in ipsum solvunt atque immittunt.

ξ'. Πάντα τὰ ἄτιμα πάθη κρατοῦντα τῆς ψυχῆς, τὸν τῆς κενοδοξίας ἐξ αὐτῆς ἀπελαύνουσι λογισμόν· καὶ πάντων τῶν προειρημένων ἡττωμένων (28), ἐπ' αὐτὸν ἀναλύουσιν (r).

61. Inanis gloria, quandoque quidem sublata, quandoque autem manens, superbiam parit. Ac quidem sublata, elationem animi sibi blandientis gignit; manens vero, arrogantiam sensibus ingerit.

ξα'. Ἡ κενοδοξία, ποτὲ μὲν ἀναιρουμένη, ποτὲ δὲ μένουσα, τίκτει τὴν ὑπερηφανίαν· καὶ ἀναιρουμένη μὲν, οἴησιν ἐμποιεῖ· μένουσα δὲ, ἀλαζονείαν.

62. Inanem gloriam tollit, occultus operis labor ac nullis arbitris : superbiam vero, quod Deo ascribas quæ virtutis palæstra bona geris.

ξβ'. (s) Κενοδοξίαν ἀναιρεῖ, ἡ κρυπτὴ ἐργασία· ὑπερηφανίαν δὲ, τὸ τῷ Θεῷ ἐπιγράφειν τὰ κατορθώματα.

C

63. Qui Dei scientia dignatus est, ac quæ ex illa est, voluptatis sensu vere imbutus est, quas parit voluptates cupiditas ac libido, cunctas libens spernit.

ξγ'. Ὁ γνώσεως Θεοῦ καταξιωθεὶς, καὶ τῆς ἐκ ταύτης ἡδονῆς ἀπολαύσας γνησίως, οὗτος καταφρονεῖ τῶν ἐκ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ τικτομένων πασῶν ἡδονῶν.

64. Qui terrenorum cupiditate ducitur, aut ciborum ducitur cupiditate, aut venereorum, aut humanæ gloriæ, aut pecuniarum, aut cujuspiam eorum, quæ illa sequuntur : ac nisi his præstantius aliquid animo occurrat, quo ille desiderium transferat, nulla re suadeatur, ut hæc prorsus contemnat. His porro Dei ac divinorum scientia, citra omnem comparationem, præstantior est.

ξδ'. Ὁ ἐπιθυμῶν τῶν ἐπιγείων, ἢ βρωμάτων ἐπιθυμεῖ, ἢ τῶν τὰ ὑπογάστρια θεραπευόντων, ἢ δόξης ἀνθρωπίνης, ἢ χρημάτων, ἤ τινος ἄλλου τῶν τούτοις ἑπομένων· καὶ εἰ μή τι τούτων κρεῖττον εὕροι ὁ νοῦς, ἐφ' ᾧ τὴν ἐπιθυμίαν μετενέγκῃ, οὐκ ἂν τούτων καταφρονεῖν εἰς τέλος πεισθῇ. Κρείττων δὲ τούτων ἀσυγκρίτως, ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις καὶ τῶν θείων ἐστί.

65. Qui voluptates contemnunt, aut timore contemnunt, aut spe, aut scientia, aut etiam charitate in Deum.

ξε'. Οἱ τῶν ἡδονῶν καταφρονοῦντες, ἢ φόβῳ καταφρονοῦσιν (29), ἢ ἐλπίδι, ἢ γνώσει, ἢ καὶ τῇ εἰς Θεὸν ἀγάπῃ.

D

66. Quæ sine affectu ac passionis expers divinorum scientia est, haud satis ad terrenorum contemptum animum inducit; sed nudæ simplicique

ξς'. Ἡ ἄνευ πάθους τῶν θείων γνῶσις (t), οὐ πείθει τὸν νοῦν εἰς τέλος καταφρονεῖν τῶν προσύλων· ἀλλ' ἔοικε λογισμῷ ψιλῷ πράγματος αἰσθητοῦ.

[93] Galat. II 2.

* Marg. Fr. Φοβεῖ με ταῦτα, καὶ γράφειν ἀποτρέπει· *Terrent me ista, et a scribendo avertunt.*

(r) *Ἐπ' αὐτὸν ἀναλύουσιν.* Edita, ἀπολύουσιν, quod sensu non differt. Sumitur enim ἀναλύειν et ἀνάλυσις, pro simplici λύειν et λύσις. Solvunt itaque, sinuntque invadere animam inanis gloriæ vitium, quam ejus patientes, probrosi illi affectus, ea propellebant. Obsop. barbare prorsus nulloque sensu reddit. Gesn. inepta conjectura, *Forte* ἀπελαύνει, quam et Billius jam suffixit.

(s) Editi hoc capitulum superiori nectunt; unde nec centuriam cap. absolvunt.

(t) *Ἡ ἄνευ πάθους τῶν θείων γνῶσις.* Opsop. Gesn. *Cognitio ab affectibus aliena :* quasi πάθος vitium ac libidinem hic significet, non ipsum charitatis affectum, cum quodam divinorum gustu ac sensu, qui præcipue sapientiæ est : vocatque idem Maximus sequenti cap. Μακάριον πάθος τῆς ἁγίας ἀγάπης, quo ait mentem divinis contemplationibus astringi.

Διὸ πολλοὺς ἔστιν εὑρεῖν τῶν ἀνθρώπων γνῶσιν ἔχοντας πολλὴν, καὶ ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσι δίκην χοίρων ἐν βορβόρῳ κυλινδουμένους. Πρὸς ὀλίγον γὰρ ἐξ ἐπιμελείας καθαρθέντες, καὶ τῆς γνώσεως ἐπιτυχόντες, ὕστερον ἀμελήσαντες, ὡμοιώθησαν τῷ Σαούλ· ὃς βασιλείας καταξιωθεὶς, καὶ ἀναξίως πολιτευσάμενος, μετ' ὀργῆς φοβερᾶς ἐξ αὐτῆς ἀπεβλήθη.

rerum sensilium cogitationi similis exsistit. Idcirco non paucos invenias, qui ingenti scientia præditi, suum more in cœno, in carnis affectibus ac libidinibus volutentur[94]. Tantisper enim, ea, quam adhibuerunt, diligentia purgati nactique scientiam, postmodum negligentiores effecti, Sauli similes exstiterunt. Is namque regno potitus, nec illo ut dignum **438** erat ac res poscebat administrato, formidabili iræ exemplo, eo dejectus est.

ξζ'. Ὥσπερ ὁ ψιλὸς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων λογισμὸς (30), οὐκ ἀναγκάζει τὸν νοῦν καταφρονεῖν τῶν θείων· οὕτως οὐδὲ ψιλὴ γνῶσις τῶν θείων, πείθει εἰς τέλος καταφρονεῖν τῶν ἀνθρωπίνων· διότι ἐν σκιαῖς νῦν ὑπάρχει καὶ εἰκασμοῖς ἡ ἀλήθεια. Καὶ διὰ τοῦτο δεῖται τοῦ μακαρίου πάθους τῆς ἁγίας ἀγάπης, τῆς συνδεσμούσης τὸν νοῦν τοῖς πνευματικοῖς θεωρήμασι, καὶ πειθούσης προτιμᾷν τῶν ὑλικῶν, τὰ ἄϋλα· καὶ τῶν αἰσθητῶν τὰ νοητὰ καὶ θεῖα.

67. Quemadmodum simplex nudaque rerum humanarum cogitatio, non cogit animum res divinas contemptui habere, sic nec simplex divinarum cognitio ad humanarum prorsus contemptum adigit: quod nempe veritas, hactenus nobis in umbris ac simulacris consistat. Hincque adeo est, ut beato charitatis affectu ac passione spiritalibus contemplationibus ac sensis mentem addicente, indigeat; quæque terrenis, ea quæ vacant materia, sensilibusque, spiritalia ac divina anteferre suadeat.

ξη'. Οὐ πάντως ὁ τὰ πάθη ἐκκόψας, καὶ ψιλοὺς τοὺς λογισμοὺς ἐργασάμενος, ἤδη αὐτὰ καὶ ἐπὶ τὰ θεῖα ἔτρεψεν· ἀλλὰ δύναται, μήτε πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πάσχειν, μήτε πρὸς τὰ θεῖα· ὅπερ ἐπισυμβαίνει ἐπὶ τῶν πρακτικῶν μόνον, καὶ μήπω γνώσεως καταξιωθέντων (31)· οἳ φόβῳ κολάσεως, ἢ ἐλπίδι βασιλείας τῶν παθῶν ἀπέχονται.

68. Non omnino qui affectus ac libidines amputavit, animique rationes simplices reddidit, jam quoque affectus ad divina convertit: sed fieri potest, ut neque humanarum, nec divinarum rerum sensu afficiatur; uti in illis proclive est, qui actionem colunt, ac necdum scientia donari meruerunt, qui nempe supplicii metu aut regni exspectatione, ab affectibus atque vitiis sese abstinent.

ξθ'. *Διὰ πίστεως περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους*· καὶ ἐν ἐσόπτροις τὴν γνῶσιν ἔχομεν (*u*) καὶ αἰνίγμασι. Καὶ διὰ τοῦτο, πολλῆς δεόμεθα τῆς ἐν αὐτοῖς ἀσχολίας, ἵνα τῇ χρονίᾳ τούτων μελέτῃ καὶ ἀδολεσχίᾳ, ἕξιν δυσαπόσπαστον τῶν θεωρημάτων ποιήσωμεν.

69. *Per fidem ambulamus, non per speciem*[95]; habemusque scientiam in speculis ac ænigmatibus. Idcirco etiam multam eis operam navemus necesse est, ut longa eorum meditatione et attenta consideratione, firmum satisque tenacem contemplationum habitum nanciscamur.

ο'. Ἐὰν πρὸς ὀλίγον τῶν παθῶν τὰς αἰτίας ἐκκόψαντες τοῖς πνευματικοῖς ἐνασχοληθῶμεν θεωρήμασι, μὴ ἐν αὐτοῖς δὲ ἀεὶ διατρίψωμεν, αὐτὸ τοῦτο ἔχοντες ἔργον, εὐχερῶς πάλιν ἐπὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη περιτρεπόμεθα (32)· μηδὲν ἄλλο ἐκεῖθεν καρπωσάμενοι, ἢ ψιλὴν γνῶσιν μετὰ οἰήσεως· ἧς τὸ τέλος, ἥ τε αὐτῆς κατὰ μικρὸν τῆς γνώσεως σκότωσις, καὶ ἡ παντελὴς τοῦ νοῦ ἐπὶ τὰ ὑλικὰ ἐκτροπή.

70. Si ad modicum excissis affectuum libidinumque causis, spiritalibus mentem contemplationibus addixerimus, nec in eis semper morati fuerimus, in hoc ipsum incumbentes, reique id caput habentes, facile iterum ad carnales affectus libidinesque convertemur; nullum inde commodum reportantes, nisi solummodo nudam ac simplicem scientiam, cum animi scilicet sibi placentis elatione conjunctam; cujus is finis, ut cum ipsa paulatim scientia obnubescat, tum mens ad terrena penitus desciscat.

οα'. Πάθος ἀγάπης ψεκτὸν, τοῖς ὑλικοῖς πράγμασι τὸν νοῦν ἐνασχολεῖ· πάθος ἀγάπης ἐπαινετὸν, καὶ τοῖς θείοις αὐτὸν συνδεσμεῖ. Εἴωθε γὰρ ὁ νοῦς ἐν οἷς χρονίζει πράγμασι, ἐν αὐτοῖς καὶ πλατύνεσθαι· ἐν οἷς δὲ πλατύνεται, ἐν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἀγάπην τρέψαι, εἴτε ἐν τοῖς θείοις καὶ οἰκείοις καὶ νοητοῖς, εἴτε ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς πράγμασί τε καὶ πάθεσι.

71. Dilectionis vituperium labemque habens affectus, terrenis rebus animum addicit: laudem vero habens, etiam divinis devincit. Sic enim menti insolitum, ut quibus in rebus moratur, in illis et dilatetur; in quibus autem dilatatur, ad hæc et cupiditatem dilectionemque convertat, sive divina propriaque et spiritalia, sive carnalia resque et affectus seu vitia.

[94] II Petr. II, 22. [95] II Cor. v, 7

(*u*) *Ἐν ἐσόπτροις τὴν γνῶσιν ἔχομεν*. Erat mendose, τὴν ἀρετὴν, quod ipsum habuerat Dufr. cod., sed erat in eo emendatum. Decoxerunt tamen Obsop. et Gesn. Locus Pauli est, quo respicit Maximus, I Cor. XIII: Βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι. Videre autem, non virtutis, sed scientiæ est atque fidei, seu cognitionis: ἀδολεσχία, quod ἐνδελεχείᾳ mutandum conjicit Gesn. merito Billio displicet. Ac sane vox est in Scripturis frequens, pro diligenti exque animo divinarum rerum consideratione ac meditatione; sic Isaac erat ἀδολεσχῶν in agro cum Rebecca ei obviam facta est: sic apud Davidem passim, ἐνδελέχεια vox, nulla co sensu exstat in Scriptura.

439 72. Deus visibilem hunc mundum et invisibilem condidit; animamque et corpus utique ipse fecit. Ac siquidem mundus iste visibilis talis est sicque pulcher, qualis rogo qui est invisibilis? Cumque hic illo præstantior sit, quantum ambobus præcellit Deus, qui condidit? Cum igitur Deus, ipse omnium quæ bona quæve pulchra sunt opifex auctorque, creatis omnibus præstantior sit, qua, quæso, ratione mens, dimisso eo quod cunctis præstantius est, omnium deterrimis otium atque operam ponit? carnalibus scilicet vitiis ac affectibus. Num palam idcirco, quod ab ortu nativitatis cum carne versata eique consuescens, ejus quod omnibus præstantius est ac cunctis eminet, nondum perfecte periculum ac gustum fecit? Modo igitur longa assiduaque continentiæ voluptatum, B divinorumque meditationis exercitatione, ab ea sensim affectione ac libidine, eam strenue abjunxerimus, ipsa paulatim in divinis proficiens dilatabitur, suamque agnoscet dignitatem; ac totam postremo amoris vim transferet in Deum.

A οβ'. Ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἀόρατον κόσμον καὶ τὸν ὁρώμενον· καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα δηλονότι αὐτὸς ἐποίησε. Καὶ εἰ ὁ ὁρώμενος κόσμος τοιοῦτός ἐστι [*Fr.* οὕτως ἐστὶ] καλὸς, ποῖος ἄρα ἐστὶν ὁ ἀόρατος; Εἰ δὲ κρείττων τούτου ἐκεῖνος, πόσον ὑπὲρ τοὺς δύο, ὁ κτίσας τούτους Θεός; Εἰ οὖν κρείττων πάντων τῶν γεγονότων ὁ πάντων δημιουργὸς τῶν καλῶν, τίνι τῷ λόγῳ ἀφεὶς ὁ νοῦς τὸ πάντων κρεῖττον, τοῖς πάντων χείροσιν ἐνασχολεῖται; λέγω δὴ τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσιν. Ἢ δῆλον, ὅτι ταύτῃ μὲν ἐκ γενετῆς συναναστραφεὶς καὶ συνεθίσας· τοῦ δὲ πάντων κρείττονος, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα, οὔπω τελείαν εἴληφε πεῖραν; Ἐὰν οὖν χρονίᾳ ἀσκήσει τῆς τῶν ἡδονῶν ἐγκρατείας, καὶ τῆς τῶν θείων μελέτης κατὰ μικρὸν αὐτὸν τῆς τοιαύτης σχέσεως ἀποῤῥήξωμεν, πλατύνεταί τε ἐν τοῖς θείοις κατ' ὀλίγον προκόπτων, καὶ τὸ οἰκεῖον γνωρίζει ἀξίωμα· καὶ τέλος, ὅλον τὸν πόθον ἐπὶ τὸ Θεῖον μεταφέρει.

73. Qui nulla vitii labe aut pravitate fratris peccatum dicit, duplici ex causa dicit, vel ut eum ipsum emendet, vel ut alii utilitatem præstet admonendo, cui consultum velit. Extra has causas, aliaque ratione, sive quis ipsi delinquenti, sive cuilibet alii dixerit, exprobrando dicit aut obloquendo, nec quin a Deo deseratur, effugiet; sed vel in idem, vel in aliud omnino delictum prolapsus, aliis arguentibus ac exprobrantibus, erubescet.

ογ'. Ὁ ἀπαθῶς λέγων ἁμάρτημα ἀδελφοῦ, κατὰ δύο αἰτίας λέγει· ἢ ἵνα αὐτὸν διορθώσηται, ἢ ἵνα ἄλλον ὠφελήσῃ. Εἰ δὲ ἐκτὸς τούτων λέγει, εἴτε αὐτῷ εἴτε ἄλλῳ, ὀνειδίζων ἢ διασύρων αὐτὸν λέγει, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγῃ τὴν θείαν ἐγκατάλειψιν (v)· ἀλλ' ἢ τῷ αὐτῷ, ἢ ἄλλῳ πταίσματι πάντως περιπεσεῖται, καὶ ὑπὸ ἑτέρων ἐλεγχθεὶς καὶ ὀνειδισθεὶς καταισχυνθήσεται.

74. Non una eademque ratio est idem opere peccatum committentium, sed diversæ. Verbi gratia, aliud est ex habitu, aliudque ex quadam velut subreptione motuque incauto peccare: cum quis, nec ante peccatum animo cogitabat, nec post peccatum afficitur; quin potius, ejus causa quod accidit, graviter dolet. Qui vero ex habitu, secus omnino; tum namque primum non cessabat mente peccare, tum post actionem reque peracta, eumdem animo affectum retinet.

C οδ'. Οὐχ εἷς λόγος τῶν τὴν αὐτὴν ἁμαρτίαν [illegible]τ' ἐνέργειαν ἁμαρτανόντων ἐστὶν, ἀλλὰ διάφοροι. [illegible]ξιν, ἄλλο ἐστὶ τὸ ἀπὸ ἕξεως ἁμαρτάνειν, καὶ ἄλλ[illegible]τὸ κατὰ συναρπαγήν· ὅς, οὔτε πρὸ τῆς ἁμαρτίας [illegible]ἶχε τὴν ἐνθύμησιν, οὔτε μετὰ τὴν ἁμαρτίαν· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπὶ τῷ γεγονότι ὀδυνᾶται. Ὁ δὲ ἀπὸ ἕξε[illegible]ως, ἐκ τοῦ ἐναντίου· καὶ πρῶτον γὰρ κατὰ διάν[illegible]οιαν οὐκ ἐπαύετο ἁμαρτάνων, καὶ μετὰ τὸ πρᾶξαι, [illegible]ῆς αὐτῆς ἐστι διαθέσεως.

75. Qui inanis gloriæ causa virtutes colit, planum est ejusdem etiam gratia scientiam colere. Qui autem sic animo comparatus est, is nihil agit aut loquitur, quo ædificet, sed velut qui in omnibus, ab iis qui vident aut audiunt, gloriam **440** captet. Proditur autem affectus atque libido, cum quibusdam eorum, quos dicebam, illius facta aut verba vituperantibus, inde graviter dolet; non ea ratione, quod illos non ædificaverit (nec enim is illi scopus erat), sed quod ipse contemptus sit.

οε'. Ὁ διὰ κενοδοξίαν τὰς ἀρετὰς μετερχόμε[illegible]ος, δῆλον ὅτι καὶ τὴν γνῶσιν διὰ κενοδοξίαν μετέρ[illegible]εται. Ὁ δὲ τοιοῦτος, οὐδὲ πρὸς οἰκοδομὴν δηλο[illegible]ὅτι πράττει τι, ἢ διαλέγεται· ἀλλ' ἐν πᾶσι τὴν π[illegible]ρὰ τῶν βλεπόντων ἢ ἀκουόντων δόξαν θηρώμε[illegible]ος. D Ἐλέγχεται δὲ τὸ πάθος (33), ὅταν τινὲς τῶν πρ[illegible]ει ρημένων τοῖς ἔργοις ἢ τοῖς λόγοις αὐτοῦ ψόγον ἐ[illegible]π φέρωσι, καὶ ἐπὶ τούτῳ σφόδρα λυπῆται· οὐ διὰ [illegible]τ μὴ ἐκείνους οἰκοδομεῖσθαι (οὐδὲ γὰρ τοῦτο εἶχε σ[illegible]ο πὸν), ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτὸν ἐξουδενωθῆναι.

76. Avaritiæ vitium ac labem inde deprehendas, quod quis lætus accipiat, ac tristis tribuat. Qui ejusmodi est, haud idoneus rerum pecuniarumque dispensator exsistat.

ος'. Τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος ἐντεῦθεν ἐλέγχετ[illegible]αι ἐν τῷ χαίροντα λαμβάνειν· καὶ λυπούμενον με[illegible]α διδόναι. Οὐ δύναται δὲ ὁ τοιοῦτος οἰκονομι[illegible]ὸς εἶναι (x).

(v) *Οὐ μὴ ἐκφύγῃ τὴν θείαν ἐγκατάλειψιν.* Hæc nempe Dei consueta ultio, cum quis fratri detrahit, vel temere judicat, qua laborat ipse aut inani gloria aut superbia, ut nimirum castigandus, in eadem ipsa quæ judicat aut carpit sinatur cadere, quæ est divina derelictio, substractione præsentis ejus auxilii et efficacis, quo absente frustra sibi blanditur ac præsumit, quisquis in [illegible]ia agit, ac cui in omni actu suo, quo ad Deum tend[illegible]it, auxilium speciale necessarium sit. Male Obsop. et Gesn. *Nequaquam divinam retributionem effugies.*

(x) *Οἰκονομικὸς εἶναι.* Jam supra c. 19, inter eos quibus curæ sunt pecuniæ, sive ut parentur, sive ut serventur, ponitur, καὶ ὁ οἰκονομικός, qu[illegible]

A οζ'. Διὰ ταὐτό τις πάσχων ὑπομένει· ἢ διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, ἢ διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς μισθαποδοσίας, ἢ διὰ τὸν φόβον τῆς κολάσεως, ἢ διὰ τὸν φόβον τῶν ἀνθρώπων, ἢ διὰ τὴν φύσιν, ἢ διὰ τὴν ἡδονήν, ἢ διὰ κέρδος, ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ διὰ ἀνάγκην.

οη'. Ἄλλο ἐστὶ λογισμῶν ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἄλλο παθῶν ἐλευθερωθῆναι. Καὶ πολλάκις τις λογισμῶν ἀπαλλάττεται μὴ παρόντων τῶν πραγμάτων ἐκείνων, πρὸς ἅπερ τὰ πάθη κέκτηται· κρύπτεται δὲ τὰ πάθη ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ ἀναφαινόντων τῶν πραγμάτων ἐλέγχονται. Χρὴ οὖν τηρεῖν τὸν νοῦν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, καὶ γνῶναι πρὸς ποῖον ἔχει τὸ πάθος.

B οθ'. Φίλος ἐκεῖνός ἐστι γνήσιος, ὁ τὰς ἐκ περιστάσεως θλίψεις καὶ ἀνάγκας καὶ συμφορὰς ἐν καιρῷ πειρασμοῦ συνυποφέρων τῷ πλησίον ὡς ἰδίας, ἀθορύβως καὶ ἀταράχως.

π'. Μὴ ἀτιμάσῃς τὴν συνείδησιν, ἄριστά σοι ἀεὶ συμβουλεύουσαν. Γνώμην γὰρ θείαν καὶ ἀγγελικὴν σοι ὑποτίθεται· καὶ τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας μολυσμάτων ἐλευθεροῖ, καὶ παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἐξόδῳ σοι χαρίζεται.

πα'. Εἰ θέλεις γενέσθαι ἐπιγνώμων (y) καὶ μέτριος (34), καὶ τῷ πάθει τῆς οἰήσεως μὴ δουλεύειν, ἀεὶ ζήτει ἐν τοῖς οὖσι, τί ἐστι κρυπτόμενον τὴν σὴν γνῶσιν [Fr. τῇ σῇ γνώσει]. Καὶ εὑρίσκων πάμπολλα καὶ διάφορα πράγματα λανθάνοντά σε, C θαυμάσεις τε ἐπὶ τῇ σῇ ἀγνωσίᾳ, καὶ συστελεῖς τὸ φρόνημα· καὶ σεαυτὸν ἐπιγνούς, συνήσεις πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ πράγματα. Ἐπεὶ τὸ νομίζειν εἰδέναι, οὐκ ἐᾷ προκόπτειν εἰς τὸ εἰδέναι.

πβ'. Οὗτος ἀκριβῶς θέλει σωθῆναι, ὁ τοῖς ἰατρικοῖς φαρμάκοις μὴ ἀνθιστάμενος. Αὗται δέ εἰσιν ὀδύναι καὶ λῦπαι διὰ ποικίλων ἐπιφορῶν ἐπαγόμεναι. Ὁ δὲ ἀνθιστάμενος, οὐκ οἶδε τί ἐνταῦθα πραγματεύεται, οὐδὲ τί ἐντεῦθεν ὠνησόμενος ἀπελεύσεται.

πγ'. Κενοδοξία καὶ φιλαργυρία ἀλλήλων εἰσὶ γεννητικαί. Οἱ μὲν γὰρ κενοδοξοῦντες, πλουτοῦσιν· οἱ δὲ πλουτοῦντες, κενοδοξοῦσιν· ἀλλ' ὡς κοσμικοί· ἐπεὶ ὁ μοναχὸς ἀκτήμων ὤν, μᾶλλον κενοδοξεῖ. D Ἀργύριον δὲ ἔχων, κρύπτει αὐτό, αἰσχυνόμενος ὡς ἀνοίκειον πρᾶγμα τοῦ σχήματος ἔχων.

πδ'. Τῆς τοῦ μοναχοῦ κενοδοξίας ἴδιον, τὸ ἐπ' ἀρετῇ κενοδοξεῖν, καὶ τοῖς ταύτῃ ἀκολουθοῦσι· τῆς δὲ ὑπερηφανίας αὐτοῦ ἴδιον, τὸ ἐπὶ κατορθώμασιν

77. His ex causis, quæ accidunt mala, aliquis sustinet : aut propter Dei charitatem, aut propter spem retributionis, aut supplicii metu, aut timore humano, aut propter naturam ac indolem, aut propter voluptatem, aut lucri, aut inanis gloriæ causa, aut quia necessitas cogat.

78. Aliud est a cogitationibus liberari, aliud ab affectibus ac vitiis immunem præstari : nec raro contingit ut quis a cogitationibus liberetur, per earum rerum absentiam ad quas libidinose afficiebatur, cum tamen affectus ac libidines in animo delitescant, rebusque emergentibus ac coram objectis se prodant. Observandus ergo animus in rerum præsentia, ac videndum in quam tandem affectu ac libidine feratur.

79. Verus ille amicus est, qui adverso rerum casu obortas ærumnas et necessitates et calamitates ac clades, tempore tentationis, quasi proprias, una cum proximo imperturbate sedatoque animo sustinet.

80. Ne conscientiam, optima tibi semper consulentem spreveris. Divinum enim et angelicum tibi consilium ac voluntatem suggerit, liberatque ab occultis animi sordibus, ac in exitu fiduciam tibi ad Deum præstabit.

81. Si prudens cognitor ac modestus effici vis, nec jactantiæ inanisque fastus vitio servire, quære semper in rebus quid scientiam tuam lateat. Cumque plurima atque diversa te latere compereris, miraberis pro ea qua laboras ignorantia, sensumque et animos comprimes; teque ipsum agnoscens, multa magnaque ac admiranda intelliges. Quod quis enim se scire existimat, deest illi quo ad scientiam proficere liceat.

82. Ille serio salutem consequi cupit, qui medicinalibus remediis non resistit. Sunt vero hæc, dolores, ærumnæ ac mala, variis casibus rerumque turbinibus **441** immissa. Qui autem resistit, nescit quidnam hic negotii agatur, quidve lucri consecutus humanis migraturus sit.

83. Inanis gloria et avaritia, altera alteri parens. Qui enim inani gloria laborant, ditescere student, laborantque inani gloria, qui student ditescere, quod nempe ad sæculares attinet : monachus enim, cum nihil in censu habet ac pauper est, tum magis inani gloria tumet. Sin autem habet pecunias, eas abscondit, erubescens, ut quem pudeat habere, ceu rem quæ institutum illius dedeceat.

84. Inanis gloriæ monachi proprium est, ut virtutis nomine se illa efferat, eorumque quæ ex virtutis ratione sunt : ejus vero proprium superbiæ

unus, ait Maximus, ὀρθῶς περιποιεῖται, *earum recte rationem habet, ut non desit aliquando quo cuique necessaria tribuat* : ubi Obsop. et Gesn. non bene, *curam familiæ obiens;* quod esset privatarum solum pecuniarum distributor, non publicarum; cum hujus maxime intersit, ut pecuniæ suppetant, quo et divinius bonum illis vel servandis vel erogandis propositum habet : hic, nihil eis exposita vox, at certe non extra mentem auctoris detorta, *Non potest œconomicum agere*. Arcarius dictus ejusmodi, quasi ærarii vel privati vel publici quæstor; ineptus certe huic muneri, si libenter accipiat, nec nisi invitus ac tristis tribuat.

(y) Εἰ θέλεις γενέσθαι ἐπιγνώμων. *Cognitor, inspector*, qui ad judicandum seu arbitrandum aliquid accitus sit, ut ait Bud. adducto Luciani loco. Etiam Hesych. ἐπιγνώμων, ἐπόπτης. Præclara hæc Maximi sciendi regula, quod teipsum nescientem scias. Non male Gesn. *sapiens*.

est, ut ob opera gestaque extollatur, ac reliquos spernat, et ut sibi hæc, non Deo ascribat. Sæcularis autem inanis gloriæ ac superbiæ proprium, ut et pulchritudinis et divitiarum et potentiæ et prudentiæ nomine inaniter glorietur ac fastu intumescat.

85. Sæcularium virtutes ac ornamenta, monachorum vitia sunt ac detrimenta; vicissimque monachorum virtutes et ornamenta, sæcularium sunt vitia et detrimenta. Puta, sæcularium ornamenta sunt, divitiæ, gloria, potentia, deliciæ, bona corporis habitudo, honesta soboles et copiosa, et quæ sunt ejusmodi : ad quæ si veniat monachus, actum illo est. Monachi autem ornamenta atque virtutes, paupertas, ignominia, imbecillitas, continentia, corporis labor ejusque afflictatio, et cætera talia; ad quæ sæcularis invitus veniens, ingentem ruinam ac detrimentum ducit; nec raro periculum est, ne et sibi laqueo guttur frangant; nec desunt quos fregisse et constat.

86. Cibi, duplici ex causa conditi sunt : alimenti scilicet, et curationis. Qui igitur præter has causas sumunt ut qui rebus a Deo in usum concessis abutantur, tanquam voluptarii condemnandi sunt : sed et in omnibus rebus, peccatum abusus exsistit.

87. Modesti animi sensus (seu humilitas) jugis oratio est, conjuncta lacrymis et laboribus. Hæc enim Deum semper in auxilium invocans, in propria virtute et sapientia insipienter confidere non sinit, nec efferri adversus alios; quæ vitii superbiæ graves ægritudines sunt ac noxæ.

442 88. Aliud est adversus simplicem cogitationem pugnare, ne affectum ac libidinem moveat; aliud pugnare adversus eam quæ sit libidinosa et cum affectu, ne in consensum trahat. Neuter autem modus cogitationes in animo morari sinit.

89. Vultus mœstitia, injuriarum memoriæ comes est. Cum igitur animus vultum fratris quasi in speculo mœstus conspexerit, palam est injuriæ memorem, ipsum odio prosequi : *Viæ autem eorum qui injuriarum memores sunt, in mortem*; quippe cum, *omnis injuriarum memor, iniquus sit* [96].

90. Sin autem tu erga aliquem injuriarum memor rancorem habueris, ora pro eo, sicque passionis atque affectus motum cohibebis : ea nempe ratione, ut orando, ex mali, quo is affecit, memoria, tristitiam separes ac dolorem. Ubi autem charitate diffusus atque humanitate pronus evaseris, omnino ex animo passionem affectumque profligabis. Sin autem ex accepta injuria alius in te infenso animo est, esto ad eum gratiosus et humilis, liberabis.

91. Ut ejus qui invidet dolorem sedes, hoc opus hic labor est. Malum enim et noxam sibi ducit, id

A ἐπαίρεσθαι. καὶ ἐξουθενεῖν τοὺς ἄλλους· καὶ τὸ ἑαυτῷ ταῦτα, καὶ μὴ τῷ Θεῷ ἐπιγράφειν. Τῆς δὲ τοῦ κοσμικοῦ κενοδοξίας καὶ ὑπερηφανίας ἴδιον, τὸ ἐπὶ κάλλει καὶ πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ καὶ φρονήσει κενοδοξεῖν καὶ ἐπαίρεσθαι.

πε'. Τὰ τῶν κοσμικῶν κατορθώματα (z), πτώματά εἰσι τῶν μοναχῶν· καὶ τῶν μοναχῶν κατορθώματα, πτώματά εἰσι τῶν κοσμικῶν. Οἷον, τὰ τῶν κοσμικῶν κατορθώματα, πλοῦτός ἐστι καὶ δόξα καὶ δυναστεία καὶ τρυφὴ καὶ εὐσαρκία καὶ εὐτεκνία, καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα· εἰς ἅπερ ἐλθὼν ὁ μοναχὸς, ἀπόλλυται. Τὰ δὲ τοῦ μοναχοῦ κατορθώματα, ἀκτημοσύνη, ἀδοξία, ἀδυναμία, ἐγκράτεια, κακοπάθεια, καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα· εἰς ἅπερ ἐλθὼν ὁ φιλόκοσμος B παρὰ πρόθεσιν, πτῶμα ἡγεῖται μέγα· καὶ κινδυνεύει πολλάκις καὶ ἀγχόνῃ χρήσασθαι· τινὲς δὲ καὶ ἐχρήσαντο.

πς'. Τὰ βρώματα διὰ δυο αἰτίας ἐκτίσθη· τροφῆς ἕνεκα, καὶ θεραπείας. Οἱ οὖν πάρεξ τούτων μεταλαμβάνοντες, ὡς παραχρώμενοι τοῖς εἰς χρῆσιν παρὰ Θεοῦ δοθεῖσιν, ὡς τρυφηταὶ κατακρίνονται. Καὶ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν πραγμάτων, ἡ παράχρησίς ἐστιν ἡ ἁμαρτία.

πζ'. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ, προσευχὴ συνεχὴς μετὰ δακρύων καὶ πόνων. Αὕτη γὰρ ἀεὶ τὸν Θεὸν εἰς βοήθειαν ἐπικαλουμένη, εἰς τὴν ἰδίαν δύναμιν C καὶ σοφίαν ἀφρόνως θαῤῥεῖν οὐκ ἐᾷ, οὐδὲ ἄλλων κατεπαίρεσθαι, ἅτινά εἰσι χαλεπὰ νοσήματα τοῦ τῆς ὑπερηφανίας πάθους.

πη'. Ἄλλο ἐστὶ μάχεσθαι τῷ ψιλῷ λογισμῷ (55), ἵνα μὴ κινήσῃ τὸ πάθος· καὶ ἄλλο ἐστὶ, τὸ, ἐμπαθεῖ μάχεσθαι, ἵνα μὴ γένηται συγκατάθεσις. Οἱ ἀμφότεροι δὲ τρόποι, οὐκ ἐῶσι χρονίσαι τοὺς λογισμούς.

πθ'. Ἡ λύπη τῇ μνησικακίᾳ συνέζευκται. Ὅταν οὖν ὁ νοῦς τὸ πρόσωπον τοῦ ἀδελφοῦ μετὰ λύπης ἐσοπτρίζηται, δῆλον ὅτι μνησικακίαν ἔχει πρὸς αὐτόν· *Ὁδοὶ δὲ μνησικάκων εἰς θάνατον*, διότι, *πᾶς μνησίκακος, παράνομος*.

ϟ'. Ἐὰν μὲν σὺ μνησικακῇς τινι, προσεύχου ὑπὲρ D αὐτοῦ, καὶ ἱστᾷς τὸ πάθος τῆς κινήσεως, χωρίζων τὴν λύπην, διὰ τῆς προσευχῆς, ἐκ τῆς μνήμης τοῦ κακοῦ, οὗπέρ σοι ἐποίησεν· ἀγαπητικὸς δὲ γενόμενος καὶ φιλάνθρωπος, παντελῶς ἐκ τῆς ψυχῆς τὸ πάθος ἐξαφανίζεις. Ἐὰν δὲ ἄλλος σοι μνησικακῇ, χαριστικὸς γενοῦ πρὸς αὐτὸν καὶ ταπεινὸς, καὶ καλῶς συναυλίζου, καὶ ἀπαλλάττεις αὐτὸν τοῦ πάθους.

comiterque et amanter illo utere, ipsumque morbo

ϟα'. Τοῦ φθονοῦντος τὴν λύπην, κόπῳ στήσεις· συμφορὰν γὰρ ἡγεῖται, τὸ ἐν σοὶ φθονούμενον· καὶ οὐ

[96] Prov. XII, 28; XXI, 24.

(z) *Τὰ τῶν κοσμικῶν κατορθώματα.* Præclaræ *utriusque status notæ*, quo Deo militamus, et quo *militant sæculo*. Ipsa aperta ac plana doctrina, serioque illi, qui status monachi perfectionem nancisci velit, ad Evangelii normam, præ oculis habenda.

δυνατὸν ἄλλως στῆσαι, εἰ μή τι κρύψεις αὐτόν. Εἰ A δὲ πολλοὺς μὲν ὠφελεῖ, ἐκεῖνον δὲ λυπεῖ, ποίου μέρους περιφρονήσεις; Ἀναγκαῖον οὖν τῆς τῶν πολλῶν γενέσθαι ὠφελείας, κἀκείνου δὲ κατὰ δύναμιν μὴ ἀμελεῖν· μηδὲ τῇ τοῦ πάθους πονηρίᾳ συναπαχθῆναι· ὡς οὐχὶ τῷ πάθει, ἀλλὰ τῷ πάσχοντι ἀμυνόμενον· ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὑπερέχοντα σεαυτοῦ, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ καὶ πράγματι, προτιμᾷν αὐτόν. Τὸν δὲ σὸν φθόνον δύνασαι στῆσαι, ἐὰν ἐν οἷς χαίρει ὁ ὑπὸ σοῦ φθονούμενος, συγχαίρῃς· καὶ ἐν οἷς λυπεῖται, καὶ αὐτὸς σὺ συλλυπῇ· πληρῶν τὸ τοῦ Ἀποστόλου, τὸ, *Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων*.

in te boni, cujus tibi causa invidet; nec aliter fiat ut ejus sistas livorem, quin aliquid eum celaveris. Sin autem illud ejusmodi sit, quod multos quidem juvet, illi autem doloris segetem ministret, utram partem contemnes? Igitur necesse est, ut a plurium vulgique utilitate stes, nec tamen, quanta facultas, illum negligas, necve te vitii pravitate pariter trahi sinas, ut qui non morbo, sed eo laboranti opem feras: sed sensus modestia, eum semper tibi superiorem existimes, omnique tempore et loco ac negotio primas illi cedas. Tuam vero ipse invidiam sedare potes, si quibus gaudet, in quem invidia concitaris, pariter gaudeas, ac quibus dolet, ipse etiam pariter doleas, implens illud Apostoli: *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus* [97].

ϟβ'. Ὁ νοῦς ἡμῶν μέσος [*Reg.* 1, μέσον] ἐστὶ δύο B τινῶν, ἑκάστου τὰ ἴδια ἐνεργοῦντος· τοῦ μὲν, τὴν ἀρετήν· τοῦ δὲ, τὴν κακίαν· τουτέστι ἀγγέλου καὶ δαίμονος. Ἐξουσίαν δὲ ἔχει ὁ νοῦς, καὶ δύναμιν ᾧ θέλει εἴτε ἕπεσθαι, εἴτε ἀντιστῆναι.

92. Mens nostra duorum quorumdam media est, quorum uterque operatur, quæ sibi propria habet; alter, virtutem; alter, vitium; inter scilicet angelum atque dæmonem. Libera vero illi facultas est, atque potestas, utrum velit sequi, aut cui resistere malit.

ϟγ'. Αἱ μὲν ἅγιαι Δυνάμεις προτρέπονται ἡμᾶς ἐπὶ τὰ καλά· τὰ δὲ φυσικὰ σπέρματα καὶ ἡ ἀγαθὴ προαίρεσις, βοηθοῦσιν ἡμῖν· τὰς δὲ τῶν δαιμόνων προσβολὰς, τὰ πάθη καὶ ἡ πονηρὰ προαίρεσις συνιστῶσι.

443 93. Sanctæ Virtutes, nos ad ea provocant, quæ honesta ac officii sunt: naturalia vero semina ac bona voluntas, ope juvant: dæmonum autem incursus, affectus ac vitia malaque voluntas corroborant.

ϟδ'. Τὸν καθαρὸν νοῦν, ποτὲ μὲν, αὐτὸς ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐπιβαίνων διδάσκει· ποτὲ δὲ, αἱ ἅγιαι Δυνάμεις τὰ καλὰ ὑποτίθενται· ποτὲ δὲ, ἡ φύσις τῶν πραγμάτων θεωρουμένη.

94. Puram mentem, quandoque quidem Deus ipse illi immeans, docet; quandoque vero sanctæ Virtutes, quæ sunt honesta suggerunt: quandoque ipsa rerum indoles diligentius animo inspecta ac C considerata.

ϟε'. Χρὴ τὸν καταξιωθέντα γνώσεως νοῦν, τά τε νοήματα τηρεῖν ἀπαθῆ τῶν πραγμάτων· καὶ τὰ θεωρήματα, ἀσφαλῆ· καὶ τὴν τῆς προσευχῆς κατάστασιν ἀθόλωτον. Οὐ δύναται δὲ ταῦτα ἀεὶ τηρεῖν ἐκ τῶν τῆς σαρκὸς ἀναδόσεων, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς καπνιζόμενος.

95. Eum, qui scientiæ compos effectus est, necesse est, tum rerum conceptus servare a libidine puros; tum sensus spiritales, tutos: tum denique tranquillum orationis statum. Haud tamen fieri potest ut hæc semper præ carnis eruptionibus servet; fumo scilicet per insidias dæmonum ei obturbante.

ϟϛ'. Οὐ δι' ὅσα λυπούμεθα, διὰ ταῦτα καὶ ὀργιζόμεθα. Πλεονάζει γὰρ τὰ τὴν λύπην ἐμποιοῦντα, παρὰ τὴν ὀργήν. Οἷον, ἐκλάσθη τόδε (*a*)· ἀπώλετο τόδε· ἀπέθανεν ὁ δεῖνα. Διὰ γὰρ τὰ τοιαῦτα, λυπούμεθα μόνον· διὰ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ λυπούμεθα καὶ ὀργιζόμεθα, ἀφιλοσόφως διακείμενοι.

96. Non omnibus quibus dolemus, his et irascimur. Plura enim sunt quæ tristitiam doloremque cient, quam quæ iram Puta, vas fractum est; periit, seu amissum est; hic quidam diem obiit. Ob hæc enim et similia, dolemus tantum; ob alia vero, dolemus simul et irascimur seu indignamur, animis D non satis ex virtutis ratione compositis.

ϟζ'. Δεχόμενος ὁ νοῦς τὰ τῶν πραγμάτων νοήματα, πρὸς ἕκαστον νόημα μετασχηματίζεσθαι πέφυκε. Θεωρῶν δὲ ταῦτα πνευματικῶς, πρὸς ἕκαστον θεώρημα ποικίλως μεταμορφοῦσθαι. Ἐν δὲ Θεῷ γενόμενος, ἄμορφος πάντῃ καὶ ἀσχημάτιστος γίνεται. Τὸν γὰρ μονοειδῆ θεωρῶν, μονοειδὴς γίνεται καὶ ὅλος φωτοειδής.

97. Animus rerum conceptus suscipiens, pro uniuscujusque ratione alio alioque modo componitur. Dum autem spiritaliter considerat, ad singulos spiritales sensus varie transformatur. At in Deo versans, omnis formæ atque figuræ prorsus expers efficitur. Ejus enim qui uniformis est consideratione, uniformis ipse totusque lucidus redditur.

[97] Rom. XII, 15.

(*a*) Ἐκλάσθη τόδε. Non satis felici conjectura Bill. perinde ἐκλάπη legi posse existimavit, quod puro typorum mendo erat ἐκλάθη. Nec tam Gesn. emendaverat, quam legisse Obsopæum adverterat: uterque enim, *Fractum est aliquid*: cum furto ablatum, ipsum pene sit quod amissum; nec de buerit Maximus ejusdem pene generis geminare exempla, omisso quod sic in promptu est. Quotus enim quisque est, qui non fracto vase casu aliquo doleat, perinde ac aliquo amisso? Ita denique repræsentant codd.

98. Anima perfecta est, cujus pars patibilis vi tota vergit in Deum.

99. Mens perfecta est, quæ per veram fidem, ipsum excedentem omnem scientiam modo scientiam omnem excedente, supra omnem scientiæ modum cognovit, ejusque operum, universa contemplata est, inque eis Providentiæ ac judicii universalem scientiam (quantum scilicet concessum hominibus est) accepit.

100. Tempus trifariam dividitur; ac quidem fides, tribus ejus partibus coextenditur: spes autem, uni duntaxat: charitas, duabus. Ac quidem fides atque spes, ad certam usque periodum; charitas vero in infinita sæcula ei unita, qui super quam infinitus est, semperque ipsa seipsa auctior perseverat. Ac ideo: *Omnibus major est charitas* [88].

A ϞΗʹ. Ψυχή ἐστι τελεία, ἧς ἡ παθητικὴ δύναμις νένευκεν ὁλοτελῶς πρὸς Θεόν.

ϞΘʹ. Νοῦς ἐστι τέλειος, ὁ διὰ πίστεως ἀληθοῦς, τὸν ὑπεράγνωστον ὑπεραγνώστως ὑπεREGνωκώς· καὶ τῶν αὐτοῦ δημιουργημάτων, τὰ καθόλου θεασάμενος καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς Προνοίας καὶ κρίσεως, τὴν περιληπτικὴν γνῶσιν παρὰ Θεοῦ εἰληφώς· ὡς ἐν ἀνθρώποις δέ φημι.

ρʹ. Τριχῶς τέμνεται ὁ χρόνος· καὶ ἡ μὲν πίστις, τοῖς τρισὶ συμπαρατείνεται τμήμασι· ἡ δὲ ἐλπὶς, τῷ ἑνί· ἡ δὲ ἀγάπη, τοῖς δυσί. Καὶ ἡ μὲν πίστις καὶ ἐλπὶς μέχρι τινός· ἡ δὲ ἀγάπη, εἰς ἀπείρους αἰῶνας τῷ ὑπεραπείρῳ ὑπερηνωμένη, καὶ ἀεὶ ὑπεραύξουσα διαμένει. Καὶ διὰ τοῦτο, *Μείζων πάντων* B *ἡ ἀγάπη.*

444 EJUSDEM

Quater centena capita de charitate.

1. Primo admiratur animus divinam per omnia infinitatem cogitans, illudque impermeabile ac multis nominibus expetitum pelagus reputans. Tum stupet, quomodo ex nihilo, rerum ut essent, produxerit naturam. Quemadmodum vero magnitudinis ejus non est finis [89], sic neque ejus sapientiæ inventio exsistit [1].

2. Quomodo enim non stupeat, immensum illud omnemque excedens stuporem, bonitatis pelagus considerans? Aut quomodo non mente excedat, secum ipse cogitans, qua ratione ac unde orta sit, rationalis intelligensque substantia, necnon quatuor elementa, ex quibus sunt corpora, cum nulla materia præiverit, unde hæc orirentur essentque procreanda? Quæve illa potentia in actum mota, hæc in rerum naturam produxit? Verum Græci id non admittunt, qui omnipotentem bonitatem, ejusque vim efficacem, omnemque sensum excedentem sapientiam et scientiam, minime noverint.

3. Deus ipse ab æterno conditor, cum libet, Verbo sibi consubstantiali ac Spiritu (quæ ejus infinita bonitas est!) res condit ac facit. Neque dixeris: Qua nunc ratione Condidit, qui semper bonus esset? Nam et ego respondebo, infinitæ essentiæ imperscrutabilem sapientiam, sub scientiam humanam non cadere.

4. Ab æterno in ipso præexsistentem rerum scientiam, tum, cum placuit, conditor essentia donavit atque produxit. Absurdum enim est in Deo, qui sit omnipotens, dubitare, an possit aliquid essentia donare ac producere, cum libuerit.

5. Quamobrem Deus res Condiderit, quære; est enim res ejusmodi quæ sciri queat. Quomodo autem ac quam ob causam noviter, noli quærere; neque enim istud tale est, quod in mentem tuam cadat. Divinorum enim, alia mortalibus comprehendi possunt, alia eis incomprehensa exsistunt:

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Περὶ ἀγάπης τετάρτη κεφαλαίων ἑκατοντάς.

αʹ. Πρῶτον μὲν θαυμάζει ὁ νοῦς τὴν θείαν ἐννοούμενος κατὰ πάντα ἀπειρίαν, καὶ τὸ ἀνέκβατον ἐκεῖνο καὶ πολυπόθητον πέλαγος. Δεύτερον δὲ ἐκπλήττεται, πῶς ἐκ τοῦ μηδενὸς τὴν τῶν ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν ὕπαρξιν. Ἀλλ' ὥσπερ τῆς μεγαλοσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, οὕτως οὐδὲ τῆς φρονήσεως αὐτοῦ ἔστιν εὕρεσις.

βʹ. Πῶς γὰρ οὐ θαυμάζει τὸ ἄπλετον ἐκεῖνο θεωρῶν, καὶ ὑπὲρ ἔκπληξιν τῆς ἀγαθότητος πέλαγος; Ἢ πῶς οὐκ ἐξίσταται, ἐννοούμενος, πῶς καὶ πόθεν ἥ τε λογικὴ καὶ νοερὰ γέγονεν οὐσία, καὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν τὰ σώματα, μηδεμιᾶς ὕλης τῆς C τούτων προϋπαρξάσης γενέσεως; Ποία τε ἡ δύναμις ἐκείνη, ἡ εἰς ἐνέργειαν κινηθεῖσα, ταῦτα εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν; Ἀλλὰ τοῦτο Ἑλλήνων παῖδες οὐ παραδέχονται, ἀγνοοῦντες τὴν παντοδύναμον ἀγαθότητα, καὶ τὴν δραστήριον αὐτῆς καὶ ὑπὲρ νοῦν σοφίαν καὶ γνῶσιν.

γʹ. Ἐξ ἀϊδίου δημιουργὸς ὑπάρχων ὁ Θεὸς, ὅτε βούλεται δημιουργεῖ Λόγῳ ὁμοουσίῳ καὶ Πνεύματι δι' ἄπειρον ἀγαθότητα. Καὶ μὴ εἴπῃς, Τίνι τῷ λόγῳ νῦν ἐδημιούργησεν ἀεὶ ἀγαθὸς ὑπάρχων; Ἐπεὶ, κἀγώ σοι λέγω, ὅτι ἡ τῆς ἀπείρου οὐσίας ἀνεξιχνίαστος σοφία, τῇ ἀνθρωπίνῃ οὐχ ὑποπίπτει γνώσει.

D δʹ. Τὴν ἐξ ἀϊδίου ἐν αὐτῷ ὁ Δημιουργὸς τῶν ὄντων προϋπάρχουσαν γνῶσιν, ὅτε ἐβουλήθη, οὐσίωσε καὶ προεβάλετο. Ἄτοπον γάρ ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ τοῦ παντοδυνάμου διστάσαι, εἰ δύναταί τι οὐσιῶσαι, ὅτε βούλεται.

εʹ. Δι' ἣν μὲν αἰτίαν ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε, ζήτει· ἐστὶ γὰρ γνῶσις. Τὸ δὲ πῶς, καὶ διὰ τί προσφάτως, μὴ ζήτει· οὐκ ἔστι γὰρ τῷ σῷ ὑποπίπτουσα νῷ. Διότι τῶν θείων, τὰ μὲν ληπτὰ, τὰ δὲ, ἄληπτα τοῖς ἀνθρώποις. *Θεωρία γὰρ ἀχαλίνωτος, τάχα ἂν καὶ κατὰ κρημνῶν ὤσειεν*, ὡς ἔφη τις τῶν ἁγίων.

[88] I Cor. XIII, 13 [89] Psal. CXLIV, 3. [1] Baruch III, 18.

Contemplatio enim *non coercita ac liberior, forte etiam in præceps agat*, ut est sancti cujusdam (b) sententia.

ς'. Τινές φασι συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ τὰ δημιουργήματα, ὅπερ ἀμήχανον. Πῶς γὰρ τῷ πάντη ἀπείρῳ, τὰ κατὰ πάντα πεπερασμένα, συνυπάρχειν δύναται ἐξ ἀϊδίου; ἢ πῶς κυρίως δημιουργήματα, εἰ συναΐδια τῷ Δημιουργῷ; Ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος τῶν Ἑλλήνων ἐστίν· οἵτινες οὐσιῶν μὲν οὐδαμῶς, ποιοτήτων δὲ μόνον δημιουργὸν τὸν Θεὸν εἰσάγουσιν. Ἡμεῖς δὲ τὸν παντοδύναμον ἐγνωκότες Θεὸν, οὐ ποιοτήτων, ἀλλ' οὐσιῶν πεποιωμένων, δημιουργὸν αὐτὸν εἶναί φαμεν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐξ ἀϊδίου συνύπαρκτα τῷ Θεῷ τὰ δημιουργήματα.

A 445 6. Sunt qui dicant res creatas ab æterno Deo coexsistere, quod est impossibile. Quomodo enim possit fieri, ut quæ modis omnibus finita sunt, ab æterno illi coexsistant, qui per omnia infinitus est? aut quomodo creaturæ vere ac proprie, quæ Creatori atque auctori coæternæ exsistant [*]? Verum doctrina hæc Græcorum est, qui Deum non quidem substantiarum, sed solummodo qualitatum conditorem esse tradant. Nos vero qui Deum omnipotentem noverimus, non qualitatum, sed substantiarum illis imbutarum, ipsum conditorem esse dicimus. Quod si ita est, quæ sunt creata non ab æterno, Deo coexsistunt.

ζ'. Κατά τι μὲν γνωστὸν τὸ Θεῖον καὶ τὰ θεῖα· κατά τι δὲ, ἄγνωστον. Καὶ γνωστὸν μὲν, τοῖς περὶ αὐτὸ θεωρήμασιν· ἄγνωστον δὲ, τοῖς κατ' αὐτό.

7. Partim Deus cognosci potest ac divina; partim B nobis ignotus est. Ac quidem cognosci potest, quantum ad ea, quæ sunt circa ipsum theoremata et sensa; quod vero ipse exsistit, ignotus est.

η'. Μὴ ἕξεις καὶ ἐπιτηδειότητας ζητήσῃς ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀπείρου οὐσίας τῆς ἁγίας Τριάδος, ἵνα μὴ σύνθετον αὐτὴν ποιήσῃς, ὥσπερ τὰ κτίσματα· ὅπερ ἄτοπον καὶ ἀθέμιτον ἐπὶ Θεοῦ ἐννοῆσαι.

8. Noli in simplici ac infinita sanctæ Trinitatis substantia habitus et habilitates quærere, ne compositam eam feceris, perinde ac creata: quod absurdum et nefas in Deo cogitare.

θ'. Μόνη ἁπλῆ καὶ μονοειδὴς καὶ ἄποιος (c) καὶ εἰρηναῖος καὶ ἀστασίαστος, ἡ ἄπειρος οὐσία καὶ παντοδύναμος καὶ δημιουργικὴ τῶν ὅλων. Πᾶσα δὲ ἡ κτίσις, σύνθετος ὑπάρχει ἐξ οὐσίας καὶ συμβεβηκότος· καὶ ἐπιδεὴς ἀεὶ τῆς θείας προνοίας, ὡς τροπῆς οὐκ ἐλευθέρα.

9. Sola simplex et uniformis, nullaque imbuta qualitate, et pacata et tranquilla, infinita et omnipotens, omniumque effectrix essentia. Omnis autem creatura composita est ex substantia et accidente egetque divina Providentia, ut quæ minime libera sit a mutatione.

ι'. Πᾶσα ἡ νοερὰ οὐσία, καὶ αἰσθητικὴ, ἔλαβεν δυνάμεις παρὰ Θεοῦ εἰς τὸ εἶναι παραχθεῖσα ἀντιληπτικὰς τῶν ὄντων· ἡ μὲν νοερὰ τὰς νοήσεις· ἡ δὲ αἰσθητικὴ, τὰς αἰσθήσεις.

10. Omnis intelligens sentiensque substantia, vires a Deo percipiendi accepit, in rerum naturam C producta: cujus quidem partium ut intelligat, vires intelligendi; cujus vero ut sentiat, vires sentiendi.

ια'. Ὁ μὲν Θεὸς, μετέχεται μόνον· ἡ δὲ κτίσις, καὶ μετέχει καὶ μεταδίδωσι. Καὶ μετέχει μὲν τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ εὖ εἶναι· μεταδίδωσι δὲ, τοῦ εὖ εἶναι μόνον· ἀλλ' ἑτέρως μὲν ἡ σωματικὴ, ἑτέρως δὲ ἡ ἀσώματος οὐσία.

11. Deus quidem solus nullius rei particeps, nihil quam impertit: at creatura, et particeps est et impertit: particeps in hoc, ut sit, et bene sit; impertit autem solum bene esse: aliter tamen substantia corporea, aliter vero incorporea et spiritalis.

ιβ'. Ἡ μὲν ἀσώματος οὐσία, καὶ λέγουσα καὶ πράττουσα καὶ θεωρουμένη (d), τοῦ εὖ εἶναι μεταδίδωσιν· ἡ δὲ σωματικὴ, θεωρουμένη μόνον.

12. Incorporea quidem et spiritalis substantia, tum loquendo, tum agendo, tumque etiam sui consideratione, ut sit bene impertit: ac corporea, sui duntaxat conspectu et consideratione.

[*] Cant. III, 20.

(b) Greg., Orat. *In diem natalem*, et 2 *In Pascha*.

(c) *Καὶ ἄποιος*. Hoc nimirum singulare divinæ substantiæ, ut tota substantia sit, nulla qualitate imbuta, quod creatis omnibus ita convenit, ut ab ea absolvi conditione non possint. Non bene novus vocum cusor atque interpr. Obsop. *Et non facta*, Gesn. *et sequalis*, quod mihi licentius pro vocis insolentia; etiamsi vim Græcæ vocis reddere voluit. Quod demum in fine cap. est, ὡς τροπῆς οὐκ ἐλευθέρα, quæ vera ratio divinæ in omnem creaturam providentiæ, quod non sit immunis a mutatione. Lepidus scilicet interpr. Obsop. *tanquam non liberæ conversionis*. O stupor!

(d) *Καὶ θεωρουμένη*. Sermo est de creaturi conferentibus ad vitam bene exque virtute componendam, quod ubique Maximo est τὸ εὖ εἶναι, quod unum nostrum est, medium inter esse, et D semper esse, quæ habemus sine nobis, a Deo; sciteque distinguit de spiritali et incorporea substantia, et de corporali; quod illa confert sermone seu locutione vitæque exemplo, ut in angelis et hominibus, quatenus et ipsi sermone docent, vitæque exempla edunt; confert etiam, quia potest ipsa in se considerari, ut Dei scilicet opus, in quo eluceat sapientia potentiaque artificis: quo uno modo, conferre ait substantiam corporalem. Resque notior, quam ut notari aliquid necesse fuerit, nisi cogeret Obsop. stupor atque Gesn. quibus θεωρουμένη est *contemplans, et contemplando*: quasi contemplatio ipsa active sit perficiendo alios, sitque propria substantiæ corporalis; et illa una ad vitam bene componendam, hæc nobis conferat, cum et muta sit, ἄλογος, nec actionis ad exemplum capax. O novi scilicet commatis de Calvini hara theologos.

13. Ut quidem ratione utens ac intelligens sub- A stantia semper exsistat, aut non exsistat, in ejus positum voluntate est qui omnia bona condidit: ut autem hæc animi proposito bona sint aut mala, eorum quæ sunt condita voluntatis est.

446 14. Non circa essentiam eorum, quæ condita sunt, malum consideratur, sed circa errantem et inconsultum motum.

15. Animus tunc ex ratione movetur, cum ejus pars concupiscens continentia nitet, parsque irascens odium aversata, dilectioni studet: ac demum rationis facultas, orandi assiduitate ac spirituali contemplatione, apud Deum versans, illi consuescit.

16. Necdum perfectam nactus est charitatem, nec B divinæ Providentiæ altam assecutus scientiam, qui in tempore tentationis, in malis quæ eveniunt, non longanimis ac prolixæ patientiæ exsistit; sed a spiritali fratrum dilectione seipsum abscindit.

17. Divinæ Providentiæ finis est, ut ex malitia atque vitio in varia scissos, per rectam fidem ac spiritalem dilectionem unitatis vinculo constringat. Hæc enim causa est cur Salvator morte functus sit ac passus: *Ut Dei filios, qui dispersi erant, congregaret in unum* [a]. Qui ergo molesta non sustinet nec tolerat tristia, nec in iis quæ laborem habent patientiam servat, extra divinam charitatem ac Providentiæ finem ambulat.

18. Cum *charitas longanimis, benignaque ac suavis sit* [b], qui parvo ac dejecto animo est in malis C quæ accidunt, eamque ob rem maligne agit in eos qui aliquid læserunt, ac se a charitate, quæ est erga illos, abscindit; quomodo a divinæ Providentiæ fine non excidit?

19. Attende tibi, ac cave, ne forte quod te dirimit a fratre malum, non in illo, sed in te inveniatur; ac stude cito illi reconciliari, ne a mandato excidas charitatis.

20. Cave præceptum charitatis despicias, quoniam per ipsum Dei filius eris: ejusque violati reus, filius gehennæ invenieris.

21. Hæc fere sunt quæ ab amicorum dilectione disjungunt; invidere aut sustinere invidiam, damnum facere aut pati, probro habere aut haberi; ac quas suspiciosus animus rationes obtrudit. Ne D forte igitur aliquid ejusmodi egeris, vel passus sis, eamque ob rem ab amici dilectione abjungeris.

22. Accidit tibi, fratre auctore, nonnulla tentatio, conceptusque dolor in odium impulit. Cave ne ab odio vincaris, sed vince odium in charitate. Ut autem vincas, ita demum fiet, si vere ex animo ad Deum pro eo oraveris, **447** ejusque ipse defensionem susceperis; ac tum illa eum delinias, tum teipsum tentationis auctorem arbitreris, longa patientia ferens, donec nubes ista obscurumque transierit.

[a] Joan. XI, 52. [b] I Cor. XIII, 4.

ιγ'. Τὸ μὲν ἀεὶ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν οὐσίαν, ἐν τῇ βουλήσει ἐστὶ τοῦ τὰ πάντα καλὰ δημιουργήσαντος· τὸ δὲ ἀγαθὰ ταῦτα εἶναι κατὰ προαίρεσιν ἢ φαῦλα, ἐν τῷ θελήματι τῶν γεγονότων ὑπάρχει.

ιδ'. Οὐ περὶ τὴν οὐσίαν τῶν γεγονότων, τὸ κακὸν θεωρεῖται· ἀλλὰ περὶ τὴν ἐσφαλμένην καὶ ἀλόγιστον κίνησιν.

ιε'. Εὐλόγως κινεῖται ἡ ψυχὴ, ὅταν τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς τῇ ἐγκρατείᾳ πεποίωται· τὸ δὲ θυμικὸν, τῆς ἀγάπης ἀντέχεται, τὸ μῖσος ἀποστρεφόμενον· τὸ δὲ λογιστικὸν, πρὸς τὸν Θεὸν διάγει, διὰ προσευχῆς καὶ θεωρίας πνευματικῆς.

ις'. Οὔπω ἔχει τελείαν ἀγάπην, οὐδὲ τῆς θείας Προνοίας κατὰ βάθος τὴν γνῶσιν, ὁ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ μὴ μακροθυμῶν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι λυπηροῖς· ἀλλ' ἀποκόπτων ἑαυτὸν τῆς τῶν πνευματικῶν ἀδελφῶν ἀγάπης.

ιζ'. Σκοπὸς τῆς θείας Προνοίας, τὸ, τοὺς ὑπὸ τῆς κακίας ποικίλως διεσχισμένους, διὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ πνευματικῆς ἀγάπης ἑνοποιεῖν. Εἴπερ διὰ τοῦτο πέπονθεν ὁ Σωτὴρ, *Ἵνα τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα, συναγάγῃ εἰς ἕν*. Ὁ οὖν μὴ στέγων τὰ ὀχληρὰ, μηδὲ φέρων τὰ λυπηρὰ, μηδὲ ὑπομένων τὰ ἐπίπονα, ἐκτὸς τῆς θείας ἀγάπης καὶ τοῦ σκοποῦ τῆς Προνοίας περιπατεῖ;

ιη'. Εἰ *ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ καὶ χρηστεύεται*, ὁ ὀλιγοψυχῶν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι λυπηροῖς, καὶ διὰ τοῦτο πονηρευόμενος ἐπὶ τοῖς λυπήσασι, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀγάπης ἑαυτὸν ἀποκόπτων, πῶς τοῦ σκοποῦ τῆς θείας Προνοίας οὐκ ἐκπίπτει.

ιθ'. Πρόσεχε σεαυτῷ, μήποτε ἡ χωρίζουσά σε ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ κακία, οὐκ ἐν τῷ ἀδελφῷ· ἀλλ' ἐν σοὶ εὑρίσκηται· καὶ σπεῦσον αὐτῷ διαλλαγῆναι, ἵνα μὴ τῆς ἐντολῆς τῆς ἀγάπης ἐκπέσῃς.

κ'. Μὴ καταφρονήσῃς τῆς ἐντολῆς τῆς ἀγάπης, ὅτι δι' αὐτῆς υἱὸς Θεοῦ ἔσῃ· ἣν παραβαίνων, υἱὸς γεέννης εὑρεθήσῃ.

κα'. Τὰ χωρίζοντα τῆς τῶν φίλων ἀγάπης, εἰσὶ ταῦτα· τὸ φθονεῖν, ἢ φθονεῖσθαι· τὸ ζημιοῦν, ἢ ζημιοῦσθαι· τὸ ἀτιμάζειν, ἢ ἀτιμάζεσθαι, καὶ οἱ ἐξ ὑπονοίας λογισμοί. Μήποτε οὖν ἔδρασάς τι τοιοῦτον ἢ πέπονθας, καὶ διὰ τοῦτο τῆς τοῦ φίλου ἀγάπης χωρίζῃ [*unus Reg.* ἀποχωρίζῃ].

rum, vel quidpiam Christiana indole omni procul duplicitate factum dictumve invenerit, rapit statim ac corrumpit, innumeris aspergens criminibus, eos, in quorum sermones aut mores invehitur, tanquam scilicet explorator libertatis fratrum, quæ est in Christo Jesu [9].

26. Qui maligno vafroque consilio silentium simulat, dolum proximo machinatur : **467** frustratoque conatu abit, morbo illi suo ac affectui, dolore adjuncto. Qui autem commodi alicujus gratia silet, amicitiam auget, ac recedet gaudens, velut scilicet illustrationem nactus, qua tenebræ dispellantur.

27. Qui in communi fratrum concilio auditum sermonem majore procacia interrumpit, haud obscure inanis gloriæ vitio se laborare ostendit; qua scilicet captus, innumeros propositionum cursus atque ambages, sermonis seriem intercidendo, proponit.

28. Sapiens, sive doceat sive doceatur, ea duntaxat doceri vult ac docere, quæ utilia sunt. Qui vero specie tenus larvaque sapientem ostentat, sive quem ipse percontetur, sive ex ipso percontanti respondeat, curiosiora solummodo obtendit.

29. Quæ quis bona divino munere consecutus est, ipse quoque large aliis impartiri debet. Ait enim, *Gratis accepistis, gratis date* [10]. Qui enim acceptum donum in terra abscondit, duri ac austeri crimen domino impingit [11]; qui nimirum ut carni parcat ac indulgeat, virtutum cultu laboribus fungi defugiat. Qui autem hostibus veritatem vendit, postea deprehensus atque convictus, velut inanis gloriæ cupidus, probrum non ferens, sibi ipse fauces præfocat.

30. Qui adhuc timidiores sunt, quam ut belli molem adversus perturbationes vitiaque sustineant, invisibiliumque hostium impressionem formidant, operæ pretium sit ut sileant, tuendæ scilicet virtutis partes, adversariis respondendo, non suscipiant; sed in preces effusi, sui curam Deo permittant; ex quorum nomine in Exodo dicitur : *Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis* [12]. Qui autem, sublatis jam persecutoribus, virtutum inquirunt modos, apertas duntaxat habeant necesse est animi aures, ut candore addiscant; ad quos ait : *Audi, Israel* [13]. Eum denique qui purgatiore animo, acri divinæ scientiæ desiderio æstuat, pia decet religiosaque sermonis fiducia; ad quem dicetur : *Quid clamas ad me* [14]? Cui ergo præ timore silentii lex posita est, id unum congruit, ut ad Deum confugiat : ei autem qui audire jubetur, operæ pretium ut divinis mandatis promptus obaudiat. Cæterum docto ac spiritali aptum id ac idoneum, ut supplicando inecessanter clamet, tum mala avertendi causa, tum ut de perceptis bonis gratias agat.

468 31. Nunquam fiat ut anima ad Dei se scientiam extendat, quin Deus, qua se illi demittit inclinatione, benigne apprehensam ad se subvexerit.

[9] Galat. II, 4. [10] Matth. X, 8. [11] Matth. XXV, 24. [12] Exod. XIV, 14. [13] Deut. VI, 4. [14] Exod. XIV, 15.

Nec enim unquam mens humana sic excurrere posset ac emergere, ut divinæ aliquid illustrationis perciperet, nisi eam Deus attraheret (quantum humanæ menti concessum est ut attrahatur) divinisque ipsam fulgoribus illustraret.

32. Qui discipulos Domini imitatur, non deterretur Pharisæorum metu, quia iter Sabbato per sata habeat, ac spicas vellat [15]: sed post actionis labores, imperturbati animi tranquillitatem nactus, creatorum rationes, qui pie divina rerum scientia alatur, sublegit.

33. Qui Evangelii disciplina solum fidelis est, actionis cultu vitii a se ac pravitatis montem transfert [16], earum rerum quæ in sensum cadunt instabili volubilitate, priorem a se affectionem, qua illis addicebatur, excutiens. Qui autem discipulus esse potuit spiritalium ac scientiæ panum fragmentis a Verbo in manus acceptis, turbarum millia pascit, dum sermonis vim actione adauctam ac multiplicatam ostendit [17]. Qui vero etiam in apostolum promovere valuit, omnem morbum ac languorem sanat, dæmonia ejiciens (vitiorum scilicet ac affectuum vim fugans), ægrotos curans; nempe ad pietatis habitum, eos qui illa privati sint, spei adminiculo revocans; ac præ segnitie molliores effectos, judicii sermone astringens [18]. Qui enim super serpentes et scorpiones calcare jussus est [19], peccati principium ac finem abolet.

34. Apostolus, omnino etiam discipulus ac fidelis est; discipulus autem, non quidem omnino apostolus, at plane fidelis est. Qui autem solum est fidelis, is nec discipulus nec apostolus est. Potest tamen rite institutis vitæ rationibus ac contemplationis cultu, tum tertius ad secundi classem ac dignitatem transire, tum secundus ad primi.

35. Quæcunque in tempore ex temporis rationibus procreantur, consummationem nacta atque adulta, cessante naturali augmento, a motu conquiescunt. Quæcunque autem Dei scientia ex virtutis rationibus operatur, cum jam perfecta fuerint et adulta, ad majus iterum augmentum moventur. Illorum enim fines, aliorum initia exsistunt. Qui enim virtutum cultu in se ipse eorum quæ interitu pereunt per actionem a seipso **469** substantiam abstulit, eique finem imposuit, diviniores alias informationes inchoavit. Nunquam enim Deus a bonis

Οὐ γὰρ ἂν τοσοῦτον ἴσχυσεν ἀναδραμεῖν ἀνθρώπινος νοῦς, ὡς ἀντιλαβέσθαι τινὸς θείας ἐλλάμψεως, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἀνέσπασεν αὐτὸν, ὡς δυνατὸν ἦν ἀνθρώπινον νοῦν ἀνασπασθῆναι, καὶ ταῖς θείαις αὐγαῖς κατεφώτισεν.

λβʹ. Ὁ τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου μιμούμενος, οὐ παραιτεῖται διὰ τοὺς Φαρισαίους ὁδὸν ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ διὰ τῶν σπορίμων, καὶ στάχυας τίλλειν, ἀλλὰ μετὰ τὴν πρακτικὴν ἐν τῇ ἀπαθείᾳ γενόμενος, τοὺς λόγους ἀναλέγεται τῶν γεγονότων, εὐσεβῶς τὴν θείαν τῶν ὄντων ἐπιστήμην τρεφόμενος.

λγʹ. Ὁ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον (e) μόνον πιστὸς, τὸ ὄρος τῆς κακίας αὐτοῦ διὰ πράξεως μετατίθησιν· ἀπωθούμενος ἑαυτοῦ τῇ ἀστάτῳ περιφορᾷ τῶν ὑπὸ αἴσθησιν, τὴν ἐπ' αὐτοῖς προτέραν διάθεσιν. Ὁ δὲ μαθητὴς εἶναι δυνάμενος, ἐκ τοῦ Λόγου δεχόμενος χερσὶ τῶν γνωστικῶν ἄρτων τὰ κλάσματα, διατρέφει χιλιάδας· πράξει δεικνὺς πληθυνομένην τοῦ λόγου τὴν δύναμιν. Ὁ δὲ καὶ Ἀπόστολος ἰσχύσας εἶναι, πᾶσαν ἰατρεύει νόσον καὶ μαλακίαν, ἐκβάλλων δαιμόνια· τουτέστι, τὴν τῶν παθῶν φυγαδεύων ἐνέργειαν· νοσοῦντας ἰώμενος, πρὸς ἕξιν εὐσεβείας τοὺς στερηθέντας αὐτῆς δι' ἐλπίδος ἐπανάγων, καὶ τοὺς δι' ὄκνον μαλακισθέντας, ἐπιστύφων τῷ λόγῳ τῆς κρίσεως. Πατεῖν γὰρ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων κελευσθεὶς, ἀρχὴν καὶ τέλος τῆς ἁμαρτίας ἐξαφανίζει.

λδʹ. Ὁ Ἀπόστολος καὶ μαθητὴς, πάντως ἐστὶ καὶ πιστός· ὁ δὲ μαθητὴς οὐ πάντως μὲν καὶ ἀπόστολος, πάντως δὲ πιστός. Ὁ δὲ μόνον πιστὸς, οὔτε μαθητὴς οὔτε ἀπόστολός ἐστι· πλὴν δύναται διὰ βίου καὶ θεωρίας, καὶ ὁ τρίτος εἰς τὴν τοῦ δευτέρου, καὶ ὁ δεύτερος εἰς τὴν τοῦ πρώτου μετενεχθῆναι τάξιν καὶ ἀξίαν.

λεʹ. Ὅσα μὲν ἐν χρόνῳ κατὰ χρόνον δημιουργεῖται, τελειωθέντα ἵσταται, λήγοντα τῆς κατὰ φύσιν αὐξήσεως. Ὅσα δὲ κατ' ἀρετὴν ἐπιστήμη Θεοῦ κατεργάζεται, τελειωθέντα πάλιν κινεῖται πρὸς αὔξησιν. Τὰ γὰρ τέλη αὐτῶν, ἑτέρων ἀρχαὶ καθεστήκασιν. Ὁ γὰρ καταπαύσας ἐν ἑαυτῷ διὰ τῶν ἀρετῶν κατὰ τὴν πρᾶξιν τὴν τῶν φθειρομένων ὑπόστασιν (f), ἑτέρων ἀπήρξατο θειοτέρων διατυπώσεων· παύεται γὰρ οὐδέποτε τῶν καλῶν ὁ Θεὸς, ὧν οὐδὲ ἀρχὴν ἔσχεν. Ὡς γὰρ φωτὸς ἴδιον τὸ φωτίζειν, οὕτως ἴδιον Θεοῦ τὸ εὖ ποιεῖν. Διὸ τῷ μὲν νόμῳ, τὴν κατὰ χρόνον τῶν

[15] Luc. vi, 1. [16] Matth. xvii, 19. [17] Matth. xv, 32 seqq. [18] Matth. x, 1. [19] Luc. x, 19.

(e) *Ὁ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον*. Est istud primum inter Marci capita νηπτικά, quæ nobis exstant, Pico edita; velut dicas, *Capita de disciplina*; quibus ad sobrietatem mores componuntur. De qua voce videndi Hesych. Suid. et alii. Picus, *temperantiæ* reddidit. Gravi errore laborat Marci textus, quem Picus sequitur; apud quem est, τὴν ὑπὸ αἴσθησιν, τὴν ἐπ' αὐτῆς· quod non nisi ab imperita scribæ manu, vel ejus qui exscripsit oscitantia, potuit proficisci; fuitque Pico facile emendare, ut est apud Maximum, τῶν ὑπὸ αἴσθησιν, τὴν ἐπ' αὐτοῖς, vel si ita antiquarius erravit: τῷ λόγῳ τῆς κρίσεως· apud Marc. τῆς πίστεως. In fine capitis, ubi habentur verba Lucæ, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, quod præstare jussi discipuli, *calcare super serpentes et scorpiones*, quo Marcus atque Maximus aboleri aiunt peccati ἀρχὴν καὶ τέλος, *principium et finem*; inepte prorsus Picus, *jussus conculcare caput serpentum et scorpionum, delet caudam peccati*. Bone Deus, quæ constructio, πατεῖν ἐπάνω ἀρχὴν ὄφεων! Tantæne molis distinctionis notam male locatam post vocem ἀρχὴν, illi præmittere?

(f) *Τὴν τῶν φθειρομένων ὑπόστασιν*. Nempe abolito virtutum cultu, quod naturæ inolevit a peccato; ut sit jam natura virtutibus instituta, quod diviniorum informationum inchoatio est, qua γνωστικοὶ evadamus, sacris contemplationibus, ac demum deificatione divini. Hæc sequentibus capit. Maximo ex more clarius explicata.

ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ σύστασιν ἀφηγουμένῳ, τιμᾶται δι' ἀργίας τὸ Σάββατον· τῷ Εὐαγγελίῳ δὲ τὴν τῶν νοητῶν εἰσηγουμένῳ κατάστασιν, δι' εὐποιΐας καλῶν ἔργων τοῦτο φαιδρύνεται· κἂν ἀγανακτῶσιν οἱ μήπω γνόντες ὅτι διὰ τὸν ἄνθρωπον τὸ Σάββατον γέγονεν, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ Σάββατον ὁ ἄνθρωπος· καὶ ὅτι κύριός ἐστι καὶ τοῦ Σαββάτου ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου.

A cessat, uti neque unquam cœpit. Sicut enim lucis proprium est lucere, sic Dei proprium est benefacere. Quamobrem in lege quidem, quæ ex temporis rationibus eorum quæ generantur et intercunt, structuram ac exsistentiam referat, Sabbatum operis cessatione atque otio honoratur: in Evangelio autem, quod rerum spiritalium ac quæ mente percipiuntur statum tradat ac rationem, bonorum operum beneficentia magnifice clarescit et illustratur; indignentur licet ægreque ferant, quibus necdum exploratum sit, factum esse Sabbatum propter hominem, non autem hominem propter Sabbatum; esseque Filium hominis dominum etiam Sabbati [20].

λς'. Ἔστι τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις, καὶ Σάββατον καὶ Σάββατα, καὶ Σάββατα Σαββάτων· ὥσπερ καὶ περιτομὴ, καὶ περιτομῆς περιτομή· καὶ θέρος, καὶ θέρους θέρος, κατὰ τὸ εἰρημένον, *Ὅταν θερίσητε τὸν θερισμὸν ὑμῶν.* Ἔστιν οὖν τὸ μὲν πρῶτον, πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας ἀποπεράτωσις. Τὸ δεύτερον δὲ, γενέσεως καὶ τῶν κατὰ γένεσιν λόγων, ἀπόλυσις. Τὸ δὲ τρίτον, τῶν κατ' αἴσθησιν καὶ νοῦν πνευματικωτέρων λόγων, εἰσφορὰ καὶ ἀπόλαυσις. Καὶ τοῦτο τρισσῶς ἐφ' ἑκάστῳ δηλονότι τῶν εἰρημένων γινόμενον, ἵνα γνῷ τοὺς λόγους ὁ γνωστικὸς, καθ' οὓς ὁ μὲν Μωϋσῆς ἔξω τῆς ἁγίας γῆς σαββατίζει τελευτῶν· ὁ δὲ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, περιτέμνει περάσας τὸν Ἰορδάνην· οἱ δὲ τὴν ἀγαθὴν γῆν κληρονομοῦντες, τὴν εἰσφορὰν τοῦ καθ' ὑπέρθεσιν διπλοῦ θέρους (g) τῷ Θεῷ προσκομίζουσιν.

36. Sunt in lege et prophetis et Sabbatum et Sabbata [21], necnon Sabbatum Sabbatorum; sicut etiam circumcisio et circumcisionis circumcisio: messis quoque et messis messis, juxta quod scri- B ptum est: *Cum messueritis messes vestras* [22]. Est itaque primum quidem Sabbatum, ejus philosophiæ finis, quæ actionis cultu, naturali speculatione ac divina scientia consistit. Alterum vero, genesis ortusque rerum ejusque rationum dimissio. Tertium denique, spiritaliorum sensus mentisque rationum proventus beataque possessio. Atque hoc tripliciter in singulis quæ dicta sunt, contingit; quo vir spiritalis ac scientia provectus rationes noverit, quibus Moyses extra terram sanctam moriens sabbatizet [23], Jesusque Nave transmisso Jordane circumcidat [24]; ac qui terram bonam possident, duplicis secundum excessum messis proventum Deo offerant.

λζ'. Σάββατόν ἐστιν, ἀπάθεια ψυχῆς λογικῆς· κατὰ τὴν πρακτικὴν παντελῶς ἀποβαλομένης τῆς ἁμαρτίας τὰ στίγματα.

C 37. Sabbatum est animæ utentis ratione imperturbatio ac tranquillitas; ejus scilicet quæ actionis cultu ac disciplina, peccati notas ac stricturas prorsus abjecerit.

λη'. Σάββατά ἐστιν, ἐλευθερία ψυχῆς λογικῆς· καὶ αὐτὴν τὴν κατὰ φύσιν πρὸς αἴσθησιν, διὰ τῆς ἐν πνεύματι φυσικῆς θεωρίας, ἀποθεμένης ἐνέργειαν.

38. Sabbata, animæ item utentis ratione libertas; ejus nimirum quæ per naturalem in spiritu contemplationem, naturalem ipsam erga sensum operationem depulerit.

λθ'. Σάββατα Σαββάτων ἐστὶν, ἠρεμία πνευματικὴ (h) ψυχῆς λογικῆς· καὶ ἀπ' αὐτῶν πάντων τῶν ἐν τοῖς οὖσι θειοτέρων λόγων τὸν νοῦν συστειλάσης· καὶ μόνῳ τῷ Θεῷ κατ' ἐρωτικὴν ἔκστασιν ὁλικῶς ἐνδησάσης, καὶ παντελῶς ἀκίνητον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς μυστικῆς θεολογίας ποιησάσης.

39. Sabbata Sabbatorum, animæ utentis ratione spiritalis cessatio ac quies, ejus scilicet quæ ab ipsis quoque divinioribus in rebus rationibus mentem contraxerit, solique Deo amoris excessu omnino astrinxerit, ac mysticæ theologiæ muneribus Deo penitus immote cohæserit.

μ'. Περιτομή ἐστιν, ἡ περὶ γένεσιν τῆς κατὰ ψυχὴν ἐμπαθοῦς ἀπόθεσις διαθέσεως.

470 40. Circumcisio est libidinosæ animi affectionis, qua genesis ortusque constat, abjectio. D

μα'. Περιτομὴ περιτομῆς ἐστιν, ἡ καὶ αὐτῶν τῶν κατὰ ψυχὴν περὶ τὴν γένεσιν φυσικῶν κινημάτων, παντελὴς ἀποβολὴ καὶ περιαίρεσις.

41. Circumcisio circumcisionis est, ipsorum quoque naturalium animi motuum circa genesim ortumque plena abdicatio ac amputatio.

μβ'. Θέρος ἐστὶ ψυχῆς λογικῆς, ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν

42. Messis est animæ utentis ratione, spiritalio-

[20] Marc. II, 27, 28. [21] Exod. XXXI, 13, 15; Levit. VI, 31. [22] Levit. XXIII, 10. [23] Deut. XXXIV, 5. [24] Josue V, 3.

(g) *Τοῦ καθ' ὑπέρβασιν διπλοῦ θέρους*. Videtur exsuperantem illam messem dicere, quæ ipsa sua exuberantia excellenter duplex haberetur, et quæ in annum sabbaticum sufficeret, quo terra quiescebat. Itaque messis καθ' ὑπέρθεσιν duplex, idem sit ac excellenti cumulo, ac superlative (ut sic loqui liceat) plena.

(h) *Ἠρεμία πνευματική*. Altero Marci cap. τῶν νηπτικῶν, est ψυχική· aperto errore, quem tamen Picus decoquit: *requies animæ, animæ, inquam*, etc., pro *requies spiritalis animæ*. Quod habet seq. καὶ μόνον τὸν Θεὸν ἐνδυσάσης, nihil minus probatum sit, quam quod est in nostris, μόνῳ τῷ Θεῷ ἐνδυσάσης· nec liquet quid potius vel Marcus, vel Maximus scripserint. Utrumque viri spiritalis, et qui Sabbata Sabbatorum nactus sit, ut solum Deum mente induat, et ei uni mentem prorsus addicat; etsi istud magis sequentibus hæret, de immobili adhæsione cum Deo per theologiam mysticam.

rum quod spectat ad virtutem atque naturam, rationum rerum cum scientia collectio ac agnitio.

43. Messis messis est, cunctis inaccessa post spiritalium rerum mysticam contemplationem, ignote circa mentem consistens Dei consideratio : quam convenienter Deo offert, qui ex rebus creatis visibilibus et invisibilibus digne Creatorem honorat.

44. Est et alia messis spiritalior, quæ ipsius Dei messis dicitur; aliaque magis mystica sacratiorque circumcisio, atque aliud abstrusius Sabbatum; in quo Deus ab operibus suis sabbatizans requiescit, juxta illud : *Messis quidem multa; operarii autem pauci* [25]. Et : *Circumcisio cordis in spiritu* [26]. Et : *Benedixit Deus diem septimum, et sanctificavit illum; quia in illo cessaverat ab omnibus operibus suis quæ Deus facere cœperat* [27].

45. Dei messis est, quæ in ipso, in fine sæculorum, dignorum prorsus futura firma mansio ac sedes est.

46. Circumcisio cordis in spiritu est, naturalium sensus mentisque operationum, circa ea quæ vel sensu percipiuntur vel mente intelliguntur, plena, per Spiritus præsentiam, amputatio; qua tum corpus tum animus, in id quod divinius est, penitus transformentur.

47. Dei sabbatismus est, rerum creatarum in ipsum plena reductio; quæ divinissimam suam operationem, arcana nullisque verbis explicabili ratione, a naturali in eis operatione cessare facit. Cessat enim forsitan Deus et quiescit a naturali in quibusque rebus operatione, qua res singulas moveri natura comparatum est; cum nimirum pro sua quæque ratione captuque, divina apprehensa operatione naturalem suam circa ipsum Deum terminaverit.

48. Operæ pretium inquirant viri studiosi, quænam intelligenda sint opera, quæ Deus cœpit facere; ac quænam rursus illa, quæ non cœpit. Si quidem enim requievit ab omnibus operibus, quæ cœperat facere; liquet ab eis non requievisse, quæ non cœperat facere. Ne forte igitur Dei opera quæ temporance cœperunt **471** esse, res omnes sint quæ participant, puta, diversæ rerum substantiæ seu naturæ ac essentiæ. Habent enim non esse (nihilum vocant) antiquius ipso earum esse. Erat enim aliquando, cum res quæ participant, non erant. Dei autem forsitan opera, quæ non cœperunt temporance esse, ea sunt quæ vim habent ut participentur, quorum res Dei munere sunt participes; cujusmodi sunt, exempli causa, bonitas, ac si quid bonitatis ratione comprehenditur : omninoque vita omnis et immortalitas et simplicitas et immutabilitas et infinitas; cuncta denique quæ circa ipsum essentialiter intelliguntur; quæ et Dei opera sunt,

A καὶ φύσιν τῶν ὄντων πνευματικωτέρων λόγων μετ' ἐπιστήμης συλλογὴ καὶ ἐπίγνωσις.

μγ'. Θέρους θέρος ἐστὶν, ἡ πᾶσιν ἄβατος (i) μετὰ τὴν τῶν νοητῶν μυστικὴν θεωρίαν περὶ νοῦν ἀγνώστως συνισταμένη τοῦ Θεοῦ κατανόησις· ἣν προσφέρει δεόντως ὁ ἐκ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων κτισμάτων ἀξίως γεραίρων τὸν Κτίσαντα.

μδ'. Ἔστι καὶ ἄλλο πνευματικώτερον θέρος, αὐτοῦ λεγόμενον εἶναι τοῦ Θεοῦ· καὶ ἄλλη μυστικωτέρα περιτομή· καὶ ἄλλο κρυφιώτερον Σάββατον, ἐν ᾧ ἀπὸ τῶν ἰδίων ἔργων σαββατίζων ὁ Θεὸς ἀναπαύει, κατὰ τὸ, *Ὁ μὲν θερισμὸς, πολύς· οἱ δὲ ἐργάται, ὀλίγοι*. Καὶ, *Περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι*. Καὶ, *Εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν* B *ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι*.

με'. Θεοῦ θέρος ἐστὶν, ἡ εἰς αὐτὸν κατὰ τὴν τῶν αἰώνων ἀποπεράτωσιν γινομένη τῶν ἀξίων καθόλου μονή τε καὶ ἵδρυσις.

μς'. Ἐν πνεύματι περιτομὴ καρδίας ἐστὶν, ἡ γινομένη τῶν κατ' αἴσθησιν καὶ νοῦν περὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ φυσικῶν ἐνεργειῶν παντελὴς περιαίρεσις· διὰ τῆς ἀμέσως τό τε σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὁλικῶς μεταμορφούσης πρὸς τὸ θειότερον, παρουσίας τοῦ Πνεύματος.

μζ'. Θεοῦ σαββατισμός ἐστιν, ἡ εἰς αὐτὸν ὁλικὴ τῶν πεποιημένων κατάντησις· καθ' ἣν καταπαύει τῆς ἐπ' αὐτοῖς φυσικῆς ἐνεργείας, τὴν αὐτοῦ θειοτάτην ἀῤῥήτως ἐνεργουμένην [*Fr.* ἐνεργουμένοις] C ἐνέργειαν. Παύεται γὰρ ὁ Θεὸς τῆς ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων τυχὸν φυσικῆς ἐνεργείας, καθ' ἣν ἕκαστον τῶν ὄντων φυσικῶς κινεῖσθαι πέφυκεν, ὁπόταν ἕκαστον τῆς θείας ἀναλόγως ἐπιλαβόμενον ἐνεργείας, τὴν κατὰ φύσιν οἰκείαν περὶ αὐτὸν ὁρίσῃ τὸν Θεὸν ἐνέργειαν.

μη'. Ζητητέον τοῖς σπουδαίοις, τίνα καθήκει νοεῖν εἶναι τὰ ἔργα ὧν ἤρξατο τῆς γενέσεως ὁ Θεός· καὶ τίνα πάλιν, ὧν οὐκ ἤρξατο. Εἰ γὰρ πάντων κατέπαυσε τῶν ἔργων, ὧν ἤρξατο ποιῆσαι, δῆλον ἐκείνων οὐ κατέπαυσεν, ὧν οὐκ ἤρξατο ποιῆσαι. Μήποτε οὖν, ἔργα μὲν Θεοῦ χρονικῶς ἠργμένα τοῦ εἶναι ἐστι, πάντα τὰ ὄντα μετέχοντα· οἷον αἱ διάφοροι τῶν ὄντων οὐσίαι. Τὸ γὰρ μὴ ὂν, ἔχουσιν αὐτῶν τοῦ εἶ- D ναι πρεσβύτερον. Ἦν γάρ ποτε, ὅτε τὰ ὄντα μετέχοντα οὐκ ἦν. Θεοῦ δὲ ἔργα τυχὸν οὐκ ἠργμένα τοῦ εἶναι χρονικῶς, τὰ ὄντα μεθεκτὰ, ὧν κατὰ χάριν μετέχουσι τὰ ὄντα μετέχοντα· οἷον, ἡ ἀγαθότης, καὶ πᾶν εἴ τι ἀγαθότητος ἐμπεριέχεται λόγῳ. Καὶ ἁπλῶς πᾶσα ζωὴ, καὶ ἀθανασία καὶ ἁπλότης καὶ ἀτρεψία καὶ ἀπειρία, καὶ ὅσα περὶ αὐτὸν οὐσιωδῶς θεωρεῖται· ἅτινα καὶ ἔργα Θεοῦ εἰσι, καὶ οὐκ ἠργμένα χρονικῶς. Οὐ γάρ ποτε πρεσβύτερον ἀρετῆς, τὸ οὐκ ἦν· οὐδέ τινος ἄλλου τῶν εἰρημένων· κἂν τὰ μετέχοντα αὐτῶν καθ' αὐτὰ, ἤρκται τοῦ εἶναι χρονι-

[25] Luc. x, 2. [26] Rom. ii, 29. [27] Gen. ii, 2.

(i) *Ἡ πᾶσιν ἄβατος*. Et hic Marci cap. 3, suorum νηπτικῶν, nec ipsum illi satis emendatum, ut quod primo est, Ἡ πᾶσα ἄβατος, etc.

κῶς. Ἄναρχος γὰρ πᾶσα ἀρετὴ, μὴ ἔχουσα τὸν A χρόνον ἑαυτῆς πρεσβύτερον· οἷα τὸν Θεὸν ἔχουσα τοῦ εἶναι μονώτατον ἀϊδίως γεννήτορα.

et temporanee non cœperunt. Nunquam enim non erat, virtute antiquius fuit, ullove alio eorum quæ dicta sunt; tametsi ea quæ participant, ipsa sua ratione temporanee esse cœperint. Omnis enim virtus æterna est, quæ tempus se antiquius nullum habeat: ut quæ Deum singularissimum ejus quod est, parentem in sempiternum habeat.

μθ'. Πάντων τῶν ὄντων καὶ μετεχόντων καὶ μεθεκτῶν, ἀπειράκις ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπεξῄρηται. Πᾶν γὰρ εἴ τι τὸν τοῦ εἶναι λόγον ἔχει κατηγορούμενον, ἔργον Θεοῦ τυγχάνει· κἂν τὸ μὲν κατὰ γένεσιν ἦρκται (j) τοῦ εἶναι χρονικῶς· τὸ δὲ, κατὰ χάριν τοῖς γεγονόσιν ἐμπέφυκεν, οἷά τις δύναμις ἔμφυτος, τὸν ἐν πᾶσιν ὄντα Θεὸν διαπρυσίως κηρύττουσα.

49. Deus rebus omnibus quæ participant, aut vim habent ut participentur, infinities infinite eminet. Quidquid enim est, de quo ejus quod est esse ratio prædicetur, Dei opus est; tametsi aliud quidem temporanee ortu cœperit esse, aliud Dei munere creatis insitum sit, ceu vis quædam iis innata, quæ Deum in omnibus exsistentem clare prædicet.

ν'. Τὰ ἀθάνατα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἀθανασία· καὶ τὰ ζῶντα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ζωή· καὶ τὰ ἅγια πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἁγιότης· καὶ τὰ ἐνάρετα πάντα, B καὶ αὐτὴ ἡ ἀρετή· καὶ τὰ ἀγαθὰ πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἀγαθότης· καὶ τὰ ὄντα πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ὀντότης, Θεοῦ προδήλως ἔργα τυγχάνουσιν· ἀλλὰ, τὰ μὲν, τοῦ εἶναι χρονικῶς ἠργμένα· ἦν γάρ ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· τὰ δὲ, τοῦ εἶναι χρονικῶς οὐκ ἠργμένα. Οὐκ ἦν γάρ ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ἀρετὴ καὶ ἀγαθότης καὶ ἁγιότης καὶ ἀθανασία. Καὶ τὰ μὲν ἠργμένα χρονικῶς, τῇ μετοχῇ τῶν οὐκ ἠργμένων χρονικῶς εἰσὶ καὶ λέγονται τοῦθ' ὅπερ καὶ εἰσὶ καὶ λέγονται. Πάσης γὰρ ζωῆς καὶ ἀθανασίας, ἁγιότητός τε καὶ ἀρετῆς, δημιουργός ἐστιν ὁ Θεός· ὑπὲρ οὐσίαν γὰρ πάντων τῶν τε νοουμένων καὶ λεγομένων ἐξῄρηται.

50. Immortalia omnia, ipsaque immortalitas; viventiaque omnia, ipsaque vita; et sancta omnia, ipsaque sanctitas; virtuteque prædita omnia (studiosa), et virtus ipsa; bonaque omnia, et ipsa bonitas; quæ sunt omnia, ipsaque entitas (ut vocant) ejus quod est ratio, Dei palam sunt opera: ex his tamen, alia temporanee cœperunt esse (erat enim aliquando quando non erant), alia ex nullo cœperunt tempore. Nunquam enim fuit cum virtus et bonitas et sanctitas et immortalitas non essent. Ac quidem ea, quæ temporanee cœpta sunt, eorum quæ non sunt cœpta temporanee participatione sunt ac dicuntur, id, quod et sunt et dicuntur. Deus namque omnis et vitæ et immortalitatis, sanctitatisque et virtutis conditor est: quippe qui supra essentiam omnium quæ intelliguntur, aut quæ dicuntur, eminet.

να'. Ἡ ἕκτη κατὰ τὴν Γραφὴν ἡμέρα, τὴν τῶν C ὑπὸ φύσιν ὄντων εἰσηγεῖται συμπλήρωσιν· ἡ δὲ ἑβδόμη, τῆς χρονικῆς ἰδιότητος περιγράφει τὴν κίνησιν· ἡ δὲ ὀγδόη, τῆς ὑπὲρ φύσιν καὶ χρόνον ὑποδηλοῖ καταστάσεως τὸν τρόπον.

51. Sexta dies, juxta Scripturam, eorum docet complementum, quæ sunt sub natura: septima autem, temporaneæ **472** proprietatis motum circumscribit: octava demum, ejus status qui natura atque tempore superior est, modum subnotat atque innuit.

νβ'. Ὁ τὴν ἕκτην μόνον κατὰ τὸν νόμον ἄγων ἡμέραν, τὴν κατ' ἐνέργειαν ἐκθλίβουσαν τὴν ψυχὴν τῶν παθῶν φεύγων δυναστείαν, διὰ τῆς θαλάσσης ἀφόβως ἐπὶ τὴν ἔρημον διαβαίνει· τὴν τῶν παθῶν ἀργίαν μόνην σαββατίζων. Ὁ δὲ τὸν Ἰορδάνην διαβὰς, καὶ αὐτὴν ἀπολιπὼν τὴν τῶν παθῶν μόνον ἀργοῦσαν κατάστασιν, ἦλθεν εἰς τὴν τῶν ἀρετῶν κληρονομίαν.

52. Qui sextam duntaxat diem legali ritu agit, opprimentium ipsa re actuque affectuum ac perturbationum dominatum fugiens, intrepide maris tramite in desertum transit; qui scilicet horum solummodo otium, seu ab his cessationem, sabbatizet. At, qui superato Jordane, ipsum quoque solis affectibus ac perturbationibus otiantem atque vacantem statum reliquit, ipsam virtutum possessionem adiit.

D

νγ'. Ὁ τὴν ἕκτην εὐαγγελικῶς ἄγων ἡμέραν, ἀποκτείνας πρότερον τὰ τῆς ἁμαρτίας πρῶτα κινήματα, τὴν πάσης κακίας ἔρημον διὰ τῶν ἀρετῶν καταλαμβάνει τῆς ἀπαθείας κατάστασιν· σαββατίζων κατὰ νοῦν καὶ αὐτῆς ψιλῆς τῆς τῶν παθῶν φαντα-

53. Qui ante peremptis primis peccati motibus, sextam diem evangelice agit, omni pravitate atque vitio vacantem, velut desertum, virtutum cultu, imperturbationis arripit statum, ab ipsa quoque nuda perturbationum affectuumque cogitatione seu

(j) *Τὸ μὲν κατὰ γένεσιν ἦρκται*. Alte hic Maximo exposita ratio entis creati, et perfectionum quas perfectiones simpliciter vocant. Ens creatum, ipsum est cujus proprie genesis et ortus seu procreatio est ac dependentia a Deo auctore, a qua nulla res exsistens in sua ratione absolvi potest. Perfectiones vero simpliciter, sunt ipsæ divinæ dotes, quas Deus intime rebus præsens, iisdem, ac quasi easdem, quod attinet ad conceptum sic abstrahentem, impartit: quo fit, ut sic Dei opera intelligantur, et a Deo, emanatione ab ipso, sive virtuali in seipso, sive reali in creatis, ut tamen cœpta χρονικῶς, ut sic formaliter, et in illa perfectionis absolutæ ratione, non intelligantur; quod vere secundum totum illum conceptum ac rationem etiam in Deo sint: in Deo, ipse Deus; in creaturis, ejus bonitatis effectus, unde est ut et Deum sub talibus conceptibus ut auctorem intelligamus ac nominemus.

informatione, mente sabbatizans. At, qui Jordanem transmisit, in scientiæ commigrat regionem; in qua mens mystice pacis ædificatione, in Dei habitaculum in spiritu evadit.

54. Qui divine consentaneis operibus animique rationibus, sibi ipse diem sextum complevit; ipse quoque una cum Deo absolutus præclare suis operibus, omnem rerum naturæ atque tempori subjectarum substantiam mentis consideratione trajecit, atque ad sæculorum, eorumque quæ in eis æterna sunt, mysticam contemplationem migravit, ignota quadam ratione, quod res omnes prorsus dereliquit ac superavit, animo sabbatizans. At, qui etiam octavam nancisci meruit, a mortuis surrexit; ab omnibus scilicet quæ a Deo secunda sunt, sensuque percipiuntur ac mente intelliguntur, rationibus conceptibusque; Deique beatam vitam vixit, qui solus secundum veritatem proprie vita tum dicitur tum exsistit, ut qui et ipse deificatione deus evaserit.

55. Sexta dies est, eorum qui actioni student, naturalium operationum colenda virtute plena adimpletio: septima autem, eorum qui contemplationi dediti sunt, naturalium omnium cogitationum animique rationum circa arcanam reconditioremque scientiam terminatio ac quies: octava vero, eorum qui digni sint in deificationem transitus ac mutatio. Ac, ne forte Dominus, septimam istam atque octavam abstrusius innuens, *consummationis diem horamque* appellaverit [28], ut quæ omnium mysteria rationesque **473** circumscribat. Has porro nulla prorsus cœlestium ac terrestrium virtutum ante delibatam passionem ejusque factum periculum, nosse poterit, excepta duntaxat beata deitate, quæ hæc facit.

56. Sexta dies, ejus quod est esse rerum rationem innuit; septima autem, ejus quod est bene ac beate esse rerum, modum subaperit: octava denique, ejus quod est bene semper ac beate esse arcanum mysterium detegit.

57 Qui sextam diem, ejus operationis symbolum esse noverimus, quæ actioni morumque disciplinæ impenditur, omne in ea virtutis operum pensum impleamus; ut de nobis etiam dicatur illud: *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona* [29].

58. Ejus boni operis, quod laudem a Deo habet, pensum implet, qui varium animo virtutum ornatum strenue per corpus elaborat ac conficit.

59. Qui operum justitiæ Parascevem (*præparationem* dicamus) implevit, ad sapientis ac eruditæ

A σίας. Ὁ δὲ τὸν Ἰορδάνην διαπεράσας, εἰς τὴν τῆς γνώσεως μετατίθεται χώραν· καθ' ἣν ὁ νοῦς, ναὸς μυστικῶς ὑπὸ τῆς εἰρήνης οἰκοδομούμενος, Θεοῦ κατοικητήριον γίνεται ἐν πνεύματι.

νδ'. Ὁ τὴν ἕκτην θεϊκῶς μετὰ τῶν προσφόρων ἔργων καὶ ἐννοιῶν ἑαυτῷ συμπληρώσας ἡμέραν, καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Θεοῦ καλῶς τὰ ἑαυτοῦ συντελέσας ἔργα, διέβη τῇ κατανοήσει πᾶσαν τὴν τῶν ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον ὑπόστασιν (*k*), καὶ εἰς τὴν τῶν αἰώνων καὶ τῶν αἰωνίων μετετάξατο μυστικὴν θεωρίαν· σαββατίζων ἀγνώστως κατὰ νοῦν, τὴν ὁλικὴν τῶν ὄντων ἀπόλειψίν τε καὶ ὑπέρβασιν. Ὁ δὲ καὶ τῆς ὀγδόης ἀξιωθεὶς, ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη· τῶν μετὰ Θεὸν λέγω πάντων, αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν, καὶ λόγων καὶ νοημάτων· καὶ ἔζησε τὴν τοῦ Θεοῦ μακα-
B ρίαν ζωὴν, τοῦ μόνον κατ' ἀλήθειαν κυρίως ζωῆς καὶ λεγομένου καὶ ὄντος· οἷα καὶ αὐτὸς γενόμενος τῇ θεώσει θεός.

νε'. Ἕκτη ἡμέρα ἐστὶν, ἡ τῶν πρακτικῶν περὶ τὴν ἀρετὴν τῶν κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν, παντελὴς ἀποπλήρωσις· ἑβδόμη δέ ἐστιν, ἡ τῶν θεωρητικῶν περὶ τὴν ἄῤῥητον γνῶσιν πασῶν τῶν φυσικῶν ἐννοιῶν ἀποπεράτωσις καὶ ἀπόπαυσις· ὀγδόη δὲ, ἡ πρὸς θέωσιν τῶν ἀξίων μετάταξίς τε καὶ μετάβασις. Καὶ μήποτε ταύτην τὴν ἑβδόμην καὶ τὴν ὀγδόην τυχὸν μυστικώτερον ὑποφαίνων ὁ Κύριος, προσηγόρευσεν ἡμέραν συντελείας καὶ ὥραν, ὡς πάντων περιγράφουσαν τὰ μυστήρια καὶ τοὺς λόγους. Ἃς
C οὐδὲν οὐδαμῶς τὸ παράπαν τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων Δυνάμεων γνῶναι πρὸ πείρας τοῦ παθεῖν δυνήσεται, πλὴν αὐτῆς τῆς ταῦτα ποιούσης μακαρίας θεότητος.

νς'. Ἡ ἕκτη ἡμέρα, τὸν τοῦ εἶναι τῶν ὄντων λόγον ὑποδηλοῖ· ἡ δὲ ἑβδόμη, τὸν τοῦ εὖ εἶναι τῶν ὄντων τρόπον ὑποσημαίνει· ἡ δὲ ὀγδόη, τὸ τοῦ ἀεὶ εὖ εἶναι τῶν ὄντων ἄῤῥητον μυστήριον ὑπαγορεύει.

νζ'. Πρακτικῆς ἐνεργείας σύμβολον ὑπάρχουσαν τὴν ἕκτην ἡμέραν γινώσκοντες, πᾶσαν ἐν αὐτῇ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς τὴν ὀφειλὴν ἀποπληρώσωμεν· ὅπως καὶ ἐφ' ἡμῶν ῥηθείη τὸ, *Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς*
D *πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν.*

νη'. Ἀποπληροῖ τὴν ὀφειλὴν τῆς ἐπαινουμένης τῷ Θεῷ καλῆς ἐργασίας, ὁ διὰ σώματος τῇ ψυχῇ φιλοπονῶν τὴν εὔκοσμον ποικιλίαν τῶν ἀρετῶν.

νθ'. Ὁ τὴν παρασκευὴν τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης πληρώσας, διέβη πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τῆς

[28] Joan. xix, 30. [29] Gen. i, 31.

(*k*) *Πᾶσαν τὴν τῶν ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον ὑπόστασιν*. Istud Marci cap. νηπτικῶν ς', est: Paulo ante cap. 35, dixerat, τὴν τῶν φθειρομένων ὑπόστασιν· quo utroque loco videtur accipere eam vocem ut sit idem ac σύστασις, sive etiam φύσις. Malui ipse reddere *substantiam*; quæ vox ipsa nobis suam habet amplitudinem. Picus Græcam vocem non mutavit, reddens ὑπόστασιν· αἰῶνας, spiritalium mensuram intelligit tempori oppositam, quod totum mutatione consistit: αἰώνια dicuntur, quæ sunt in illis νοητά, Paulo τὰ μὴ βλεπόμενα· II Cor. iv: *Quæ non videntur, æterna*; sive ut proclivius loquuntur nostri scholastici, *æviterna*. Fœdo errore in Marco, pro, τοῦ μόνου, τοῦ νόμου est, quod et Picus decoquit, dum ita reddit, *Cum lex revera proprie vita sit et dicatur*: quod de Deo dictum est, qui unus sic vere vita est et dicitur, imperite ipsaque invita scriptura, ad legem detorquens.

A γνωστικῆς θεωρίας· καθ' ἣν τοὺς λόγους τῶν ὄντων περιλαβὼν θεοπρεπῶς, τῆς κατὰ νοῦν περὶ αὐτὴν κινήσεως ἀναπαύεται.

ξ'. Ὁ τῆς δι' ἡμᾶς ἑβδοματικῆς τοῦ Θεοῦ μετεσχηκὼς ἀναπαύσεως, καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ἡμᾶς μεθέξει κατὰ τὴν θέωσιν ὀγδοατικῆς ἐνεργείας, εἴτουν μυστικῆς ἀναστάσεως· ἀφεὶς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τάφῳ κείμενα τὰ ὀθόνια, καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σουδάριον· ἅπερ θεωροῦντες εἴ τις Πέτρος καὶ Ἰωάννης, πιστεύουσιν ἐγηγέρθαι τὸν Κύριον.

ξα'. Μνημεῖόν ἐστιν ἴσως Δεσποτικὸν, ἢ ὁ κόσμος οὗτος, ἢ ἡ ἑκάστου τῶν πιστῶν καρδία· τὰ δὲ ὀθόνια, οἱ τῶν αἰσθητῶν μετὰ τῶν κατ' ἀρετὴν τρόπων ὑπάρχουσι λόγοι· τὸ δὲ σουδάριον, ἡ τῶν νοητῶν B ἐστι μετὰ τῆς ἐνδεχομένης θεολογίας ἁπλῆ καὶ ἀποίκιλος γνῶσις, δι' ὧν ἐγνωρίζετο πρότερον ὁ Λόγος, ἀχώρητον ἡμῖν ἔχων παντάπασι δίχα τούτων, τὴν ὑπὲρ ταῦτα κατάληψιν.

ξβ'. Οἱ θάπτοντες ἐντίμως τὸν Κύριον, καὶ ἐνδόξως ἀναστάντα θεάσονται· πᾶσιν ὄντα τοῖς μὴ τοιούτοις ἀθέατον. Οὐκ ἔτι γὰρ τοῖς ἐπιβουλεύουσίν ἐστιν ἁλωτὸς, οὐκ ἔχων τῶν ἐκτὸς τὰ προκαλύμματα, δι' ὧν ἐδόκει θέλων ἁλίσκεσθαι παρὰ τῶν βουλομένων, καὶ πάσχειν ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας ἠνείχετο.

ξγ'. Ὁ θάπτων ἐντίμως τὸν Κύριον, πᾶσίν ἐστι τοῖς φιλοθέοις αἰδέσιμος· θριάμβου γὰρ αὐτὸν καὶ ὀνείδους καθηκόντως ἐῤῥύσατο, βλασφημίας ὑπόθεσιν οὐκ ἀφεὶς τοῖς ἀπίστοις, τὴν ἐν τῷ ξύλῳ αὐτοῦ προσ- C ήλωσιν. Οἱ δὲ σφραγῖδας ἐπιτιθέντες τῷ τάφῳ, καὶ στρατιώτας προκαθιστῶντες, μισητοὶ τῆς ἐγχειρήσεως· οἳ καὶ ἀναστάντα τὸν Λόγον, ὡς κλαπέντα διαβάλλουσιν· ἀργυρίῳ, ὥσπερ τὸν νόθον μαθητὴν εἰς προδοσίαν· λέγω δὲ τὸν ἐπιδεικτικὸν τρόπον τῆς ἀρετῆς· οὕτω καὶ τοὺς στρατιώτας πρὸς συκοφαντίαν τοῦ ἀναστάντος Σωτῆρος ὠνούμενοι. Γινώσκει τῶν λεγομένων τὴν ἔμφασιν, ὁ γνωστικός· οὐκ ἀγνοῶν πῶς τε καὶ ποσαχῶς σταυροῦται ὁ Κύριος, καὶ θάπτεται καὶ ἀνίσταται· ὡσεὶ νεκροὺς μὲν ποιῶν τοὺς ὑπὸ δαιμόνων τῇ καρδίᾳ παρακαθημένους ἐμπαθεῖς λογισμούς· τοὺς διαμεριζομένους ἐν τοῖς πειρασμοῖς ὥσπερ ἱμάτια, τοὺς τρόπους τῆς ἠθικῆς εὐπρεπείας· καὶ ὑπερβαίνων ὥσπερ σφραγῖδας τοὺς ἐπικειμένους τῇ ψυχῇ τύπους, τῶν κατὰ πρό- D ληψιν ἁμαρτημάτων.

contemplationis requiem transivit; qua rerum rationes divine complexus, a mentis circa eam motu quiescit.

60. Qui septimæ quietis Dei in nostri gratiam particeps factus est; ejus quoque propter nos octavæ operationis per deificationem (mysticæ scilicet resurrectionis) fiet particeps; ipse etiam in sepulcro linteamina posita, ac sudarium quod capiti impositum fuerat, relinquens. Hæc porro contuentes, si quis Petrus ac Joannes est, Dominum resurrexisse credent [30].

61. Dominicum forte monumentum, aut mundus iste est, aut cujusvis fidelium cor sive animus. Sudarium, spiritalium est, cum ea quam nancisci licet, theologia, simplex omnique vacans varietate scientia; quibus prius Verbum noscebatur, sine his prorsus nobis incomprehensam, quæ illis emineat, comprehensionem habens.

62. Qui honorifice Dominum sepeliunt, ipsum quoque gloriose resurgentem visuri sunt, cum alioqui omnibus, qui non sunt ejusmodi, invisibilis sit. Non enim amplius expositus est inimicorum insidiis, qui nullis exteriorum involucris obtectus sit, quibus sponte a volentibus capi videbatur, sustinebatque omnium causa salutis pati.

63. Qui honorifice Dominum sepelit, **474** piis omnibus ac religiosis venerabilis exsistit; quippe qui rite eo perfunctus pietatis officio, quod in ligno clavis confixus sit, ignominiæ publicoque dedecori expositum non reliquerit, sed eo liberaverit [31]. Qui autem signacula imposuerunt sepulcro, ac qui milites præficiunt, ejus rei molimine, omni digni odio sunt, qui et Verbum cum surrexerit, tanquam furto sublatum sit, suspectum reddunt: sic nimirum, ut sicut falsum discipulum (quo nomine virtutis modum ostentationi conjunctum intelligo), sic et milites ad calumniam Christo struendam, pecunia conducunt. Porro vir spiritalis ac sapientia provectus, eorum quæ dicuntur vim novit; quem non lateat, quomodo ac quot modis Dominus crucifigatur, tradaturque sepulturæ atque resurgat; ita nimirum ut libidinosas cogitationes auctoribus dæmonibus iisque præficientibus cordi assidentes, ac velut vestimenta, moralis honestatis atque decoris modos tentationibus dividentes, velut mortuas reddat; ac quasi signacula, injectas animæ illique inhærentes peccatorum occupata opinione figuras notasque superet ac transiliat.

ξδ'. Πᾶς φιλάργυρος (2), δι' εὐλαβείας τὴν ἀρετὴν ὑποκρινόμενος, ἐπειδὰν εὕρῃ τὴν ποθουμένην ὕλην πορίσασθαι, τὸν τρόπον ἐξόμνυται, καθ' ὃν μαθητὴς εἶναι τοῦ Λόγου τὸ πρὶν ἐνομίζετο.

ξε'. Ὅταν ἴδῃς τινὰς ὑπερηφάνους μὴ φέροντας ἐπαινεῖσθαι τοὺς κρείττονας, ἀκήρυκτόν τε μηχανωμένους ποιεῖν τὴν λαλουμένην ἀλήθειαν, μυρίοις αὐτὴν ἀπείργοντας πειρασμοῖς, καὶ ἀθεμίτοις διαβολαῖς· νόει μοι πάλιν ὑπὸ τούτων σταυροῦσθαι τὸν Κύριον

64. Avarus omnis religioso habitu motuque virtutem simulans, ubi pecuniæ, cujus desiderio tenebatur, parandæ via ratioque occurrerit, mores ejurat quibus putabatur esse Verbi discipulus.

65. Cum aliquos superbos adverteris, non ferentes laudari eos qui ipsis meliores sint, hocque molientes ut veritatem quæ evulgatur in obscurum cogant, innumerisque tentationibus eam cohibeant, ac nefandis calumniis opprimant; cogita mihi ab

[30] Joan. xx, 5 seqq. [31] Matth. xxvii, 57 seqq.

eis iterum crucifigi Dominum ac sepeliri, militumque adhibita manu ac signaculis custodiri. Hos Verbum suis ipsorum machinamentis evertens, resurgit : quo impugnatur, eo magis inclarescens; quod nimirum his quæ perpetitur ad impatibilitatem imperturbationemque duretur. Est enim universis fortius, ut quod veritas tum exsistat, tumque dicatur [32-33].

A καὶ θάπτεσθαι· καὶ στρατιώταις καὶ σφραγῖσι φυλάττεσθαι. Οὓς ἑαυτοῖς περιτρέπων ὁ Λόγος, ἀνίσταται· πλέον τῷ πολεμεῖσθαι, διαφαινόμενος· ὡς πρὸς ἀπάθειαν διὰ τῶν παθημάτων στομούμενος. Πάντων γάρ ἐστιν ἰσχυρότερος, ὡς ἀλήθεια καὶ ὢν καὶ καλούμενος.

66. Ejus quod est Verbum corpus assumpsisse, mysterium, omnium in Scriptura ænigmatum ac figurarum vim habet : creatorum item, tum quæ oculis conspiciuntur, tum quæ mente intelliguntur, scientiam. Atque is quidem qui crucis et sepulturæ novit mysterium, eorum quæ dicta sunt perspectas habet rationes : qui autem arcanam resurrectionis **475** potentiam didicit, finem cujus gratia Deus cuncta primo condiderat pernovit.

ξϛʹ. Τὸ τῆς ἐνσωματώσεως τοῦ Λόγου μυστήριον, πάντων ἔχει τῶν τε κατὰ τὴν Γραφὴν αἰνιγμάτων καὶ τύπων τὴν δύναμιν, καὶ τῶν φαινομένων καὶ νοουμένων κτισμάτων τὴν ἐπιστήμην. Καὶ ὁ μὲν γνοὺς σταυροῦ καὶ ταφῆς τὸ μυστήριον, ἔγνω τῶν προειρημένων τοὺς λόγους· ὁ δὲ τῆς ἀναστάσεως μυηθεὶς τὴν ἀπόῤῥητον δύναμιν, ἔγνω τὸν ἐφ' B ᾧ τὰ πάντα προηγουμένως ὁ Θεὸς ὑπεστήσατο σκοπόν.

67. Quæ videntur omnia, cruce egent; habitu scilicet ejusmodi, qui eorum quæ in eis sensu aguntur, affectionem habitudinemque coerceat : cuncta vero quæ mente intelliguntur, egent sepultura, plena scilicet ab iis, quæ in eis mente aguntur cessatione ac quiete. Una enim cum affectione seu habitudine, sublata naturali erga res quaslibet operatione motuque, Verbum solum ipsum per se, quasi ex mortuis suscitatum apparet, cuncta habens quæ ex ipso sunt secundum circumscriptionem, cum nulla prorsus res naturali habitudine cum eo necessitudinem habeat. Per gratiam namque, non per naturam est ut electi salutem consequantur.

ξζʹ. * Τὰ φαινόμενα πάντα δεῖται σταυροῦ (*l*)· τῆς τῶν ἐπ' αὐτοῖς κατ' αἴσθησιν ἐνεργουμένων ἐπεχούσης τὴν σχέσιν, ἕξεως· τὰ δὲ νοούμενα πάντα, χρῄζει ταφῆς· τῆς τῶν ἐπ' αὐτοῖς κατὰ νοῦν ἐνεργουμένων ὁλικῆς ἀκινησίας. Τῇ γὰρ σχέσει συναναιρουμένης τῆς περὶ πάντα φυσικῆς ἐνεργείας τε καὶ κινήσεως, ὁ λόγος μόνος ἐφ' ἑαυτὸν ὑπάρχων, ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος ἀναφαίνεται, πάντα κατὰ περιγραφὴν ἔχων τὰ ἐξ αὐτοῦ, μηδενὸς φυσικῇ σχέσει τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα τὸ σύνολον ἔχοντος. Κατὰ χάριν γὰρ, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ τῶν σωζομένων σωτηρία.

C

68. Eorum quæ sunt *ad aliquid*, tum sæcula sunt, tum tempora locaque; extra quæ nihil est eorum, quæ una cum illis intelliguntur. Deus autem non eorum est, quæ sunt *ad aliquid*, cum nihil prorsus illi comes intelligatur. Si quidem igitur Deus sanctorum hæreditas est ac possessio, qui hoc muneris consequi meruerit, super omnia sæcula temporaque et loca erit, cujus locus Deus ipse sit, juxta quod scriptum est : *Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum, ut salvum me facias* [34].

ξηʹ. Τῶν *πρός τι*, καὶ οἱ αἰῶνές εἰσι, καὶ οἱ χρόνοι, καὶ οἱ τόποι· ὧν ἄνευ, οὐδὲν τῶν συνεπινοουμένων τούτοις ἐστίν. Ὁ δὲ Θεὸς, οὐ τῶν *πρός τι* ἐστίν· οὐ γὰρ ἔχει τι καθόλου συνεπινοούμενον. Εἴπερ οὖν ἄρα κληρονομία τῶν ἀξίων αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὑπὲρ πάντας αἰῶνας καὶ χρόνους καὶ τόπους ὁ ταύτης ἀξιούμενος τῆς χάριτος ἔσται, τόπον ἔχων αὐτὸν τὸν Θεὸν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν, τοῦ σῶσαί με.*

69. Finis nihil prorsus cum medio habet simile, alioqui finis non esset. Sunt autem medium, quæcunque secundum principium retro finem sunt. Si quidem igitur cuncta sæcula et tempora et loca, cum omnibus quæ una cum eis intelliguntur, illisque comparantur, sunt secundum Deum, qui principium sit principii expers, remotissimeque ab eo, ut ab infinito fine, sequuntur; plane a medio nihil differunt : cumque adeo Deus finis electorum sit, nulla medii ratio eis comes intelligetur, qui supremo fini similes exstiterint.

ξθʹ. Τὸ τέλος οὐδὲν τὸ παράπαν ἐμφερὲς ἔχει μεσότητι· ἐπεὶ οὐδὲ τέλος. Μεσότης δέ ἐστι, πάντα τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν κατόπιν ὄντα τοῦ τέλους. Εἰ τοίνυν πάντες οἱ αἰῶνες καὶ οἱ χρόνοι καὶ οἱ τόποι D μετὰ τῶν συνεπινοουμένων αὐτοῖς ἁπάντων, μετὰ τὸν Θεόν εἰσιν, ἀρχὴν ἄναρχον ὄντα· καὶ ὡς ἀπείρου τέλους αὐτοῦ πολὺ κατόπιν ὑπάρχουσι, μεσότητος οὐδὲν διαφέρουσι· τέλος δὲ τῶν σωζομένων ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐδὲν ἔσται μεσότητος κατὰ τὸ ἀκρότατον τέλος γενομένοις τοῖς σωζομένοις συνθεωρούμενον.

[32-33] III Esdr. IV, 35-38. [34] Psal. LXX, 3.

* Marg. Fr. τοῦ πρὸ τούτου κεφαλαίου σχόλιον ὥσπερ σαφέστατον, τουτέστι τὸ κεφάλαιον.

(*l*) *Δεῖται σταυροῦ*. Sunt hæc altissime mystica; et quæ auctor Scholiorum rite monet, clarissimum scholium esse superioris capitis. In nobis ergo Christi mysterium exprimimus, qui et sensus omni operationi moriamur, ipsiusque mentis operationis cessatione unum Verbum a mortuis vivens habeamus, in quo omnia κατὰ περιγραφὴν, ita scilicet ut ipsum nihil eorum sit, nec cum ullo habitudinem habeat, sed cunctis emineat, omnibusque absolutum exsistat. Est cap. Marci νηπ. σ. quod primo latuerat, longe hic, quam in editis Obsopœi vel Pici emendatius, exceptis nævis, quos interpretum imperitia aspersit.

ο'. Ὁ πᾶς κόσμος (m) ἰδίοις περιοριζόμενος A λόγοις (3), καὶ τόπος λέγεται καὶ αἰὼν, τῶν ἐν αὐτῷ διαιτωμένων· τρόπους θεωρημάτων ἔχων κατὰ φύσιν τοὺς ἐν αὐτῷ προσφυεῖς, μερικὴν κατανόησιν αὐτοῖς ἐμποιῆσαι τῆς ἐπὶ πάντα σοφίας τοῦ Θεοῦ δυναμένους· οἷς ἕως χρῶνται πρὸς κατανόησιν, οὐ δύνανται δίχα μεσότητος εἶναι καὶ μερικῆς καταλήψεως. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ἐκ μέρους τοῦ τελείου φανέντος καταργεῖται, καὶ τὰ ἔσοπτρα πάντα καὶ τὰ αἰνίγματα παρέρχονται, τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον παραγινομένης ἀληθείας, ὑπὲρ πάντας ἔσται κόσμους καὶ αἰῶνας καὶ τόπους, οἷς τέως ὡς νήπιος ἐπαιδαγωγεῖτο, τελειωθεὶς κατὰ Θεὸν ὁ σωζόμενος.

70. Mundus omnis suis circumscriptus rationibus, eorum tum locus appellatur, tum sæculum, qui in ipso degunt; convenientes, in eo naturales theorematum modos habens, qui Dei super omnia intelligentiæ sensum ex parte eis ingenerando sint. Quos illi quandiu ad intelligendum adhibent, absque medio, eaque comprehensione quæ ex parte est, esse non possunt. Quod vero id, quod ex parte est, cum apparuerit quod perfectum **476** est, evacuabitur, cunctaque specula ac ænigmata transibunt, adveniente veritate quæ est facie ad faciem [35]; mundis omnibus et sæculis et locis, quibus hactenus tanquam parvulus erudiebatur, superior erit electus secundum Deum consummatus.

οα'. Ὁ Πιλάτος, τοῦ κατὰ φύσιν νόμου τύπος ἐστί· τοῦ δὲ γραπτοῦ νόμου, τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων. B Ὁ τοίνυν κατὰ πίστιν ὑπὲρ τοὺς δύο μὴ γενόμενος νόμους, οὐ δύναται δέξασθαι τὴν ὑπὲρ φύσιν καὶ λόγον ἀλήθειαν· ἀλλὰ σταυροῖ πάντως τὸν Λόγον· ἢ ὡς Ἰουδαῖος, σκάνδαλον· ἢ ὡς Ἕλλην, μωρίαν ἡγούμενος τὸ Εὐαγγέλιον.

71. Pilatus, legis naturæ figura est; scriptæ vero, plebs Judæorum. Quisquis igitur fide fultus duplici illa lege superior non evaserit, veritatem natura ac sermone superiorem recipere non potest; sed omnino Verbum crucifiget; qui vel ut Judæus scandalum, vel ut Græcus stultitiam Evangelium existimet [36].

οβ'. Ὅταν ἴδῃς Ἡρώδην καὶ Πιλάτον ἀλλήλοις φιλιάζοντας ἐπὶ τῇ ἀναιρέσει τοῦ Ἰησοῦ, τότε νόει τὴν εἰς τὸ αὐτὸ συνδρομήν· τοῦ τε τῆς πορνείας καὶ τῆς κενοδοξίας δαίμονος, ἐπὶ τῷ θανατῶσαι τὸν λόγον τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως ἀλλήλοις συμφωνούντων. Ὁ μὲν γὰρ κενόδοξος δαίμων, πνευματικὴν γνῶσιν ὑποκρινόμενος, παραπέμπει τῷ δαίμονι τῆς πορνείας· ὁ δὲ τῆς πορνείας καθ' ὑποχώρησιν καθαρότητα προσποιούμενος, ἀναπέμπει τῷ δαίμονι C τῆς κενοδοξίας. Διὸ, *Λαμπρὰν περιθεὶς ἐσθῆτα*, φησὶν, *ὁ Ἡρώδης, ἀνέπεμψε Πιλάτῳ τὸν Ἰησοῦν*.

72. Cum Herodem atque Pilatum amicitiam jungere ad interimendum Jesum videris, tecum reputa in unum concurrere fornicationis inanisque gloriæ dæmonem, junctis inter se consiliis, ut virtutis ac scientiæ sermonem perimant. Nam inanis gloriæ dæmon, spiritalem scientiam simulans, ad fornicationis dæmonem transmittit; dæmonque fornicationis sui subductione tantisper puritatem simulato mentiens, ad inanis gloriæ dæmonem remittit. Idcirco ait : *Indutum veste candida Herodes Jesum remisit ad Pilatum* [37].

ογ'. Καλὸν μὴ συγχωρεῖν σαρκὶ καὶ πάθεσι προσανέχειν τὸν νοῦν. *Οὐ γὰρ συλλέγουσι*, φησὶν, *ἐξ ἀκανθῶν σῦκα*· τουτέστιν, ἐκ παθῶν, ἀρετήν· *οὔτε ἐκ βάτου σταφυλήν*· τουτέστιν, ἐκ τῆς σαρκὸς, τὴν εὐφραίνουσαν γνῶσιν.

73. Præstat, ne carni affectibusque seu vitiis animum attendamus. *Non enim colligunt de spinis ficus*, inquit (hoc est, ex affectibus vitiisque virtutem), *nec ex rubo uvam* [38]; nempe ex carne, quæ lætitiam præstet, scientiam [39].

οδ'. Διὰ τῆς ὑπομονῆς τῶν πειρασμῶν δοκιμαζόμενος ὁ ἀσκητὴς, καὶ διὰ τῆς σωματικῆς παιδαγωγίας καθαιρόμενος, καὶ διὰ τῆς ἐπιμελείας τῶν ὑψηλῶν θεωρημάτων τελειούμενος, ἀξιοῦται τῆς θείας παρακλήσεως. *Κύριος* γὰρ, φησὶν ὁ Μωϋσῆς, *ἐκ Σινᾶ ἥκει*· τουτέστιν, ἐκ τῶν πειρασμῶν· *καὶ ἐπεφάνη*

74. Sustinendis tentationibus asceta (exercens scilicet ad pietatem) probatus, corporalique disciplina mundatus, ac attenta sublimium theorematum diligentia curaque consummatus, divinam consequitur consolationem. *Dominus* enim, ait Moyses, *ex Sina venit* (hoc est, ex tentationibus malorum-

[35] I Cor. XIII, 10-13. [36] I Cor. I, 23. [37] Luc. XXIII, 11. [38] Matth. VII, 16. [39] Psal. CIII, 15.

(m) *Ὁ πᾶς κόσμος* Quod auctor Scholiorum D hæc palam adversus Iconomachos asserit, non satis video unde habeat : cum Maximo solum sermo sit de Dei cognitione ex parte et ænigmatica ac in speculo ex creaturis; quæ nihil facere videtur ut Deus a nobis imaginibus pingi possit; nisi forte quod se ipse tali forma visendum exhibuit : quod ipsum naturalem Dei in rebus repræsentationem excedit. Imo, etiam atque etiam cavet divinus sermo, ne cui rerum sensilium divinum numen simile existimemus, aut simulacro effingendum putemus; sed ex illis eorumque rationibus et theorematis, ad aliquam ejus mente assurgamus cognitionem : ipsam nimirum quæ ex parte est. De Christo, qui corpore pingatur et humanitate, qua vere περίγραπτος, alia ratio est, ut omnium optime Nicephor. patriarcha in suis Antirrheticis probat, contrariique assertores erroris, Docetarum seu Phantasiastarum et Manichæorum (ac si qui in Christi doctrina et œconomia ἀπὸ τῶν αἱρέσεων primis jam temporibus audiernnt) sobolem ostendit.

(n) *Ἐκ Σινᾶ ἥκει*. Quin respexerit Maximus in tribus his vocibus, earum etymum, juxta vulgatam olim nominum Hebraicorum expositionem, vel quam ipse sibi ex Hebraicis conabatur exprimere, haud dubium. Ac quod *a Sina*, exponit *a tentationibus*, res est facilis, cum et *rubus*, et Syriace *inimicitia* exponatur. שנא, *odit*. שנאה, *odium* : cujus quasi speciem habet tentatio malorumque impressio. Verum quidem Sinai scribi per ס, non per ש : sed sunt litteræ permutabiles. Quod item, *Ex Seir*, *ex corvoralibus laboribus* interpretatur, clarum est,

que incursibus), *et alluxit nobis ex Seir* (ex corporalibus scilicet laboribus), *et festinavit ex monte Pharan cum decem millibus Cades* [40]; nempe ex monte fidei, cum decem millibus sanctarum notitiarum.

75. Herodes, prudentiæ carnis rationem habet; Pilatus, sensus; Cæsar, rerum quæ in sensum cadunt; Judæi, rationum animæ ac cogitationum. Cum igitur animus ex ignorantia, rebus quæ in sensum cadunt adhæserit, Verbum seu Sermonem sensui in mortem tradit, rerum quæ intereunt in se imperium, per professionem firmans. Aiunt enim Judæi : *Non habemus regem nisi Cæsarem* [41].

477 76. Herodes, affectuum ac libidinum actus seu operis, tenet locum; Pilatus, decepti in eis habitus; Cæsar, tenebrosi mundi rectoris; Judæi, animæ. Ubi igitur anima affectibus libidinibusque substrata, malitiæ vitiositatisque habitui virtutem mancipatam prodiderit, Dei plane ejurato regno, ad diaboli exitiosam servitutem transit.

77. Ut animus spiritali lætitia fruatur, haud sufficit affectus vitiaque subjici, nisi implendo mandata, virtutes abunde paraverit : *Nolite* enim, inquit, *gaudere, quia dæmonia vobis subjiciuntur* (affectuum scilicet ac vitiorum effecta), *sed quia nomina vestra scripta sunt in cœlo* [42] (per gratiam scilicet adoptionis, quæ virtutis cultu præstatur), in imperturbationis ac tranquillissimi status loco sedibusque descripta.

78. Necesse omnino est, ei, qui pollet scientia, ac contemplationi studium ponit, ut et actionis cultu virtutibus affluat. *Qui* enim, inquit, *habet sacculum*, hoc est, scientia pollet spiritali, *tollat similiter et peram*, hoc est, uberes virtutum fructus copiose largeque nutrientes animam : *qui autem non habet*, sacculum scilicet et peram, id est scientiam ac virtutem, *vendat vestimentum suum, et emat gladium* [43]. Alacriter, inquit, promptusque carnem suam virtutum laboribus dedat, bellumque pro Dei pace adversus affectus seu vitia dæmonesque sapienter suscipiat; id est, habitum ejusmodi, qui in verbo Dei, id, quod deterius est a potiori (nempe vitium a virtute) discernat.

79. Dominus, triginta annorum cum esset, apparet ac manifestatur; ea numeri ratione, eos, qui perspicaciores sint, occulte quæ de ipso sunt mysteria docens, suaque insinuans. Tricenarius enim numerus mystice consideratus, temporis pariter ac naturæ, eorumque quæ supra naturam aspectabilem mente intelliguntur, conditorem atque providentia rectorem, Dominum inducit : temporis quidem, septenarii ratione (tempus enim septenario consi-

A *ἡμῖν ἐκ Σηείρ*· τουτέστιν, ἐκ τῶν σωματικῶν πόνων· *καὶ κατέπαυσεν* [*lego* κατέσπευσεν *ut est in Sixt.*] *ἐξ ὄρους Φάραν σὺν μυριάσι Κάδης*· τουτέστιν, ἐξ ὄρους τῆς πίστεως [*alii Regii*, πτοήσεως. *Fr.* πτήσεως], σὺν μυριάσιν ἁγίων γνώσεων.

οε'. Ὁ Ἡρώδης, φρονήματος λόγον ἐπέχει σαρκός· ὁ δὲ Πιλάτος, αἰσθήσεως· ὁ δὲ Καῖσαρ τῶν αἰσθητῶν· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, τῶν ψυχικῶν λογισμῶν. Ἐπειδὰν οὖν ἐξ ἀγνοίας ἡ ψυχὴ τοῖς αἰσθητοῖς προστεθῇ, προδίδωσι τῇ αἰσθήσει τὸν Λόγον εἰς θάνατον, καθ' ἑαυτῆς κυροῦσα δι' ὁμολογίας, τὴν τῶν φθαρτῶν βασιλείαν. Φασὶ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι (3), *Οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα.*

ος'. Ὁ Ἡρώδης, ἐνεργείας τόπον ἐπέχει παθῶν· ὁ δὲ Πιλάτος, τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἠπατημένης ἕξεως· ὁ B δὲ Καῖσαρ, τοῦ σκοτεινοῦ κοσμοκράτορος· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, ψυχῆς. Ὁπηνίκα γοῦν ὑποκλιθεῖσα ψυχὴ τοῖς πάθεσι, τὴν ἀρετὴν παραδῷ τῇ ἕξει τῆς κακίας ὑποχείριον, τὴν μὲν τοῦ Θεοῦ προδήλως ἀρνεῖται βασιλείαν· πρὸς δὲ τὴν τοῦ διαβόλου μετέρχεται φθοροποιὸν τυραννίδα.

οζ'. Οὐκ ἀρκεῖ τῇ ψυχῇ πρὸς εὐφροσύνην πνευματικὴν ἡ ὑποταγὴ τῶν παθῶν, εἰ μὴ τὰς ἀρετὰς κτήσηται τῇ πληρώσει τῶν ἐντολῶν. *Μὴ χαίρετε* γάρ, φησίν, *ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται*· τουτέστι, τὰ ἐνεργήματα τῶν παθῶν· ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν οὐρανῷ· τῇ δι' ἀρετῶν τῆς υἱοθεσίας χάριτι, πρὸς τὸν τόπον τῆς ἀπαθείας μεταγραφέντα.

C οη'. Ἀναγκαῖος τῷ γνωστικῷ πάντως ἐστὶν, ὁ διὰ πράξεως πλοῦτος τῶν ἀρετῶν. *Ὁ ἔχων* γάρ, φησί, *βαλάντιον*· τουτέστι, γνῶσιν πνευματικήν· *ἀράτω ὁμοίως καὶ πήραν*· τουτέστι, τὴν δαψιλῶς τὴν ψυχὴν διατρέφουσαν τῶν ἀρετῶν ἀφθονίαν. *Ὁ δὲ μὴ ἔχων*, βαλάντιον δηλονότι καὶ πήραν· τουτέστι, γνῶσιν καὶ ἀρετήν, *πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν*. Ἐκδότω, φησί, προθύμως τὴν ἑαυτοῦ σάρκα τοῖς πόνοις τῶν ἀρετῶν, καὶ μεταχειρισάσθω σοφῶς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸς τὰ πάθη καὶ τοὺς δαίμονας πόλεμον· ἤγουν τὴν ἐν ῥήματι Θεοῦ διακρίνουσαν ἕξιν τὸ χεῖρον τοῦ κρείττονος.

15. Quemadmodum venturus est Filius hominis, sicut scriptum est [66], cum angelis suis in gloria Patris : sic Dei sermo singulis quibusque virtutis profectibus, his qui digni sint transformatur, veniens cum angelis suis in gloria Patris. Spiritaliores enim in lege et prophetis exsistentes sermones ac rationes, quorum Moyses et Elias suis ipsi rationibus
488 figura exstiterunt, cum Domino apparentes, quo tempore Dominus transformatus est, ejus claritatis, quæ in ipsis est, modum congruum servant; quam hactenus digni possint capere, virtutem ac potentiam patefacientes.

16. Qui tantisper unitatis rationem doctus est, omnino etiam illi conjunctas providentiæ ac judicii exploratas habet rationes. Quare etiam, velut Petrus, æquum decernit, ut tria apud ipsum fiant tabernacula, his qui apparuerunt; tres nimirum habitus, quibus saluti propense consulatur, virtutis scilicet scientiæ ac theologiæ. Nam prior quidem, actionis robore ac castitate eget, cujus figura exstitit beatus Elias. Sequens vero, naturalis contemplationis justitia, quam magnus Moyses typo designavit. Tertius demum, vera prudentiæ perfectione, quam Dominus significabat. Dicta vero sunt tabernacula, quod aliæ sint his meliores ac illustriores in futurum dignos excepturæ sedes

17. Qui actioni operam ponit, in carne advena agere dicitur, qui scilicet virtutum cultu, ab animo abscindat, qua ad carnem affectione ac libidine ducitur, et a se ipse terrenorum deceptionem amoliatur. Qui autem studet contemplationi doctusque

A πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. Δυνατὸν οὖν ἐστι, μὴ κατὰ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν πᾶσι τοῖς παρ' αὐτῷ τυγχάνουσιν ἐπιφαίνεσθαι Κύριον· ἀλλὰ τοῖς μὲν οὕτως, τοῖς δὲ ἑτέρως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως δηλονότι ποικίλλων τὴν θεωρίαν.

ιδ'. Ὅταν περιφανὴς καὶ λαμπρὸς ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ γένηται λόγος, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λάμψῃ καθάπερ ἥλιος, τότε καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ φαίνεται λευκά· τουτέστι, τὰ ῥήματα τῆς ἁγίας τῶν Εὐαγγελίων Γραφῆς, τρανὰ καὶ σαφῆ, καὶ μηδὲν ἔχοντα κεκαλυμμένον. Ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας μετ' αὐτοῦ παραγίνονται· τουτέστιν, οἱ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν πνευματικώτεροι λόγοι.

ιε'. Ὥσπερ ἔρχεται ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὡς γέγραπται, μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ
B Πατρὸς, οὕτως καθ' ἑκάστην προκοπὴν ἀρετῆς μεταμορφοῦται τοῖς ἀξίοις ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἐρχόμενος μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός. Οἱ γὰρ ἐν νόμῳ καὶ προφήταις πνευματικώτεροι λόγοι, οὓς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας δι' ἑαυτῶν προτυποῦσι, μετὰ τοῦ Κυρίου φαινόμενοι, κατὰ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου, τὴν ἀναλογίαν σώζουσι τῆς ἐν αὐτοῖς δόξης, τὴν τέως χωρητὴν τοῖς ἀξίοις ἀποκαλύπτοντες δύναμιν.

ις'. Ὁ τὸν περὶ μονάδος ποσῶς μυηθεὶς λόγον, πάντως καὶ τοὺς περὶ προνοίας καὶ κρίσεως ἐπέγνω λόγους, συνόντας αὐτῷ. Διὸ καὶ τρεῖς γενέσθαι σκηνὰς παρ' ἑαυτῷ [*unus Reg.* παρ' αὐτῷ] κατὰ τὸν
C ἅγιον Πέτρον, τοῖς ὀραθεῖσι καλὸν εἶναι ψηφίζεται· τουτέστι, τὰς τρεῖς ἕξεις τῆς σωτηρίας· τὴν τῆς ἀρετῆς λέγω, καὶ τὴν τῆς γνώσεως, καὶ τὴν τῆς θεολογίας. Ἡ μὲν γὰρ δεῖται τῆς κατὰ πρᾶξιν ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, ἧς ὁ μακάριος τύπος ὑπῆρχεν Ἠλίας· ἡ δὲ, τῆς κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν δικαιοσύνης, ἣν ὁ μέγας ἐμήνυε δι' ἑαυτοῦ Μωϋσῆς· ἡ δὲ, τῆς κατὰ τὴν φρόνησιν ἀκραιφνοῦς τελειότητος, ἣν ὁ Κύριος ἐδήλου. Σκηναὶ δὲ προσηγορεύθησαν, διὰ τὸ ἄλλας εἶναι τούτων κρείττους καὶ περιφανεστέρας, τὰς τοὺς ἀξίους κατὰ τὸ μέλλον διαδεξομένας λήξεις.

ιζ'. Ὁ μὲν πρακτικὸς, ἐν σαρκὶ λέγεται παροικεῖν (6)· ὡς τῆς ψυχῆς τὴν πρὸς τὴν σάρκα σχέσιν διὰ τῶν ἀρετῶν ἐκτέμνων, καὶ τῶν ὑλικῶν ἑαυτοῦ
D περιελόμενος τὴν ἀπάτην. Ὁ δὲ γνωστικὸς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀρετῇ λέγεται παροικεῖν· ὡς ἐν ἐσόπτροις

[66] Matth. XVI, 27.

divinum ipsum lumen intransitive ac Patris splendor exstiterit, quem eorum oculi intuerentur, non quasi ipsi a se natura sufficientes, sed confortati a Deo et elevati, absurdius est, quam ut egeat confutatione; Deum scilicet ejusque essentiam ac Deitatis arcanum, nedum videri oculis corporeis posse, sed et reipsa visum esse in monte Transfigurationis; quidquid viro docto in sua Orientalis Occidentalisque Ecclesiæ perpetua concordia, eam in rem obrepserit, tribuatque plerisque sanctis Græcis doctoribus, qui festivis Encomiis mysterium transfigurationis Christi exornarunt, vel qui de illo peculiarius strictimque scripserunt : in quibus *etiam Maximo*; hunc ipsum forte ejus locum respiciens : in quo tamen nulla alia difficultas est, quam quæ ipsorum verborum Domini est, Joan. XVII, 5: *Clarifica me, tu Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, prius quam mundus esset, apud te;* exponitque August., tract. 105 *in Joan.* divinam eam claritatem, gloriam humanitatis exponens; quam sic habuit antequam mundus esset et apud Patrem, divina scilicet prædestinatione, non quod illa reipsa et in se exsisteret. Fuit itaque divina claritas, gloriosa species ex Christi anima, beata Deitatis consortio, in corpus emanans, et qualem decebat divinum corpus ac Deo unitum; quam ipsam miraculo, ut esset passibile, per reliquam vitam suspenderat.

ἔτι καὶ αἰνίγμασι θεωρῶν τὴν ἀλήθειαν. Οὔπω γὰρ αὐτῷ τὰ τῶν ἀγαθῶν αὐθυπόστατα εἴδη καθώς εἰσιν ἐθεάσθησαν, διὰ τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἀπολαύσεως. Ἐν εἰκόνι γὰρ τῶν ἀγαθῶν, ὡς πρὸς τὸ μέλλον, πᾶς ἅγιος διαπορεύεται, βοῶν· *Πάροικός εἰμι καὶ παρεπίδημος καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.*

ιη'. Τὸν εὐχόμενον οὐ δεῖ στῆναί ποτε τῆς ἐπὶ Θεὸν ἀγούσης ὑψηλῆς ἀναβάσεως. Ὡς γὰρ ἀναβάσεις χρὴ νοεῖσθαι [*duo Regii*, ποιεῖσθαι, *ut et Fr.*], κατὰ τὴν ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν, τὴν ἐν τῇ πρακτικῇ τῶν ἀρετῶν προκοπήν· καὶ τὴν ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, τῶν πνευματικῶν τῆς θεωρίας γνώσεων ἐπανάβασιν· καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τῆς ἁγίας καὶ θείας Γραφῆς, ἐπὶ τὸ πνεῦμα μετάβασιν· οὕτω καὶ ἐν τῷ περὶ εὐχῶν τόπῳ γινόμενον χρὴ ποιεῖν· ἐπαίρειν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων· καὶ τὸ φρόνημα τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τὰ θειότερα· ἵνα καὶ δυνηθῇ ὁ νοῦς ἀκολουθῆσαι τῷ διεληλυθότι τοὺς οὐρανούς, Ἰησοῦ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, πανταχοῦ ὄντι, καὶ πάντα διερχομένῳ δι' ἡμᾶς οἰκονομικῶς, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες αὐτῷ, πάντα διέλθωμεν τὰ μετ' αὐτόν· καὶ γενώμεθα πρὸς αὐτὸν, ἐάν γε νοῶμεν αὐτὸν, οὐ κατὰ τὴν σμικρότητα τῆς οἰκονομικῆς συγκαταβάσεως, ἀλλὰ κατὰ τὴν μεγαλειότητα τῆς φυσικῆς ἀοριστίας.

ιθ'. Καλὸν ἀεὶ σχολάζειν καὶ ζητεῖν τὸν Θεὸν, ὡς προσετάγημεν. Κἂν γὰρ κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ζητοῦντες ἐπὶ τὸ πέρας ἐλθεῖν τοῦ βάθους τοῦ Θεοῦ οὐ δυνάμεθα· ἀλλ' ἴσως καὶ ἐπ' ὀλίγον τοῦ βάθους αὐτοῦ φθάνοντες, θεωροῦμεν ἁγίων ἁγιώτερα, καὶ πνευματικῶν πνευματικώτερα. Καὶ δηλοῖ τυπικῶς ὁ ἀρχιερεὺς, ἀπὸ τῶν ἁγίων τῶν τῆς αὐλῆς ἁγιωτέρων, ἐπὶ τὰ ἅγια τῶν Ἁγίων, ἁγιώτερα τῶν ἁγίων εἰσιών.

κ'. Πᾶς τοῦ Θεοῦ λόγος, οὔτε πολύλογος, οὔτε πολυλογία ἐστίν· ἀλλ' εἷς, συνεστὼς [*Regii quidam et Fr.* συνετὸς] ἐκ διαφόρων θεωρημάτων· ὧν ἕκαστον μέρος ἐστὶ τοῦ λόγου. Ὥστε ὁ λέγων ὑπὲρ ἀληθείας, κἂν οὕτως εἰπεῖν δυνηθῇ ὡς μηδὲν εἰς τὸ ζητούμενον παραλιπεῖν, ἕνα λόγον εἴρηκε τοῦ Θεοῦ.

κα'. Ἐν μὲν τῷ Χριστῷ, Θεῷ ὄντι καὶ Λόγῳ τοῦ Πατρὸς, ὅλον κατ' οὐσίαν οἰκεῖ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἐν ἡμῖν δὲ κατὰ χάριν οἰκεῖ τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, ἡνίκα πᾶσαν ἐν ἑαυτοῖς ἀθροίσωμεν ἀρετὴν καὶ σοφίαν, μηδενὶ τρόπῳ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ λειπομένην τῆς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἀληθοῦς ἐκμιμήσεως. Οὐ γὰρ ἀπεικὸς κατὰ τὸν θέσει λόγον, καὶ ἐν ἡμῖν οἰκῆσαι τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, τὸ ἐκ διαφόρων συνεστηκὸς πνευματικῶν θεωρημάτων.

κβ'. Ὥσπερ ὁ παρ' ἡμῖν λόγος, ἐκ τοῦ νοῦ κατὰ

spiritalis est, etiam in virtute advena esse dicitur; ut qui hactenus veritatem in speculis et ænigmate speculetur. Nec dum enim ea jucunditate quæ est facie ad faciem, ipsæ bonorum vere exsistentes formæ, quales sunt, illi patuerunt. Quisquis enim sanctitatis radiis fulget, si cum eo compares, quod futurum exspectatur, in bonorum imagine ambulat, clamans : *Advena ego sum et peregrinus, sicut omnes patres mei* [69].

18. Ei qui precibus incumbit, nunquam committendum ut a sublimi ascensu provehente ad Deum cesset. Velut enim ascensus intelligamus necesse est, qui est de virtute in virtutem colenda actione virtutum profectus [70], spiritaliumque contemplationis notitiarum a claritate in claritatem excessus [71]; atque a sacræ divinæque Scripturæ littera, ad spiritum transitus : sic quoque se gerat oportet qui in orationis loco constitutus est, mentem scilicet ab humanis, animique sensum ad diviniora attollat, quo nempe etiam Jesum Filium Dei, qui cœlos penetravit [72], sequi valeat; qui nimirum ipse ubique exsistens, omnia propter nos secundum dispensationem (hominis **489** scilicet ratione) pertranseat; ut et nos ipsum sequendo, quæ ab eo secunda sunt, omnia transeuntes, ad eum evadamus; si modo non ex carnis, qua se nobis dispensatione demisit ac inclinavit parvitate, sed ex majestatis naturali immensitate eum intellexerimus [73].

19. Præstat, pro eo ac nobis præceptum est, vacare semper Deumque quærere [74]. Quanquam enim dum mortali hac vita quærimus, divinæ altitudinis finem assequi non possumus; forsitan tamen modicum saltem tantisperque eam assequentes, sanctis sanctiora, et spiritalibus spiritaliora contuebimur. Idque per figuram declarat summus sacerdos, cum a sanctis, quæ sunt atrio sanctiora, ad Sancta sanctorum, quæ sunt sanctis sanctiora ingreditur.

20. Omnis Dei sermo, nec multiloquio constat, nec multiloquium seu garrulitas est; sed unus ex diversis theorematis ac considerationibus constans; quorum quodlibet, pars sermonis est. Qui itaque causa veritatis orat, vel si ita perorare eum contigerit, ut nihil quod spectet ad quæstionem illi desideretur, unum Dei sermonem dixit.

21. Sane in Christo, qui Deus sit ac Patris Sermo, tota secundum essentiam habitat plenitudo divinitatis corporaliter [75]: in nobis vere per gratiam habitat plenitudo divinitatis; tunc nimirum, cum in nobis omnem cumulo virtutem sapientiamque acervaverimus, qua nihil desit, quoad homini concessum est, quo veram principem formam imitemur. Nec enim quidquam abhorret quominus gratuito Dei munere ejusque voluntate, in nobis quoque inhabitet plenitudo divinitatis, quæ ex diversis theorematis sensisque spiritalibus coalita est.

22. Quemadmodum noster hominum sermo, per

[69] Psal. xxxviii, 13. [70] Psal. lxxxiii, 8. [71] II Cor. iii, 18. [72] Hebr. iv, 14. [73] II Cor. v, 16. [74] Psal. xlv, 11; civ, 4. [75] Coloss. ii, 9.

naturam ex mente procedens, occultorum animi motuum nuntius ac interpres est: sic et Dei Sermo, qui velut Sermo ac Verbum gignentem Mentem, secundum essentiam Patrem noverit; quem sine illo nullum creatum cognoscere possit; quem novit Patrem, ut natura Sermo ac Verbum, patefacit; eaque ratione magni consilii nuntius audit [76].

23. Magnum Dei ac Patris consilium est, olim tacitum atque ignotum dispensationis mysterium; quod carnis assumptione completum Unigenitus manifestavit, magni Dei ac Patris prææternique
490 consilii factus nuntius. Magni autem consilii Dei nuntius efficitur, qui, mysterii cognita ratione, tantum opere ac sermone per omnia indesinenter assurgit, donec ad eum evadat, qui se tanta dignatione ad ipsum demisit.

24. Cum Dei Sermo propter nos, carnis dispensatione in inferiores terræ partes descenderit, et super omnes cœlos ascenderit [77]; qui ipse per naturam immobilis sit; in se velut homine, quæ futura sunt, secundum dispensationem ac humanitus occupans; mystice gaudio exsultans consideret, qui scientiæ amore impenditur, qualis quantusque sit secundum repromissionem eorum finis, qui diligunt Dominum.

25. Siquidem eo nomine Dei ac Patris Filius Deus Sermo, hominis filius ac homo factus est, ut homines deos Deique filios efficeret; certo fore credamus, ut illic quandoque simus, ubi nunc ipse Christus tanquam caput totius corporis [78] ac pro nobis præcursor factus ad Patrem [79], humana carne exsistit. Deus enim in synagoga deorum (id est, salvandorum) medius stabit [80], futuræ illic beatitudinis dignitates distribuens; quem a dignis atque electis nulla locorum distantia separet.

26. Qui libidinosas adhuc carnis cupiditates implet, tanquam idolorum cultor et fabricator terram Chaldæorum colit. Ubi autem tantisper dispectis rebus saniorique judicio, convenientium naturæ modorum morumque sensum perceperit, relicta Chaldæorum terra, Charran Mesopotamiæ petit [81]; confinem scilicet virtuti atque vitio statum: hoc enim sibi vult quod Charran dicitur. Sin autem etiam mediocrem, quæ sensu præstatur, boni honestique intelligentiam excesserit, gradum contendet ad terram optimam (ad habitum scilicet ab omni vitio et pravitate ac ignorantia immunem) quem

A φύσιν προερχόμενος, ἄγγελος τῶν κρυπτομένων τοῦ νοῦ κινημάτων ἐστίν· οὕτως ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, κατ' οὐσίαν ἐγνωκὼς τὸν Πατέρα, καθάπερ Λόγος τὸν γεννήσαντα Νοῦν, οὐδενὸς τῶν γεννητῶν προσβάλλειν αὐτῷ χωρὶς αὐτοῦ δυναμένου, ἀποκαλύπτει ὃν ἔγνω Πατέρα, ὡς κατὰ φύσιν Λόγος, καθὸ καὶ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος λέγεται.

κγ'. Μεγάλη βουλὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός ἐστι, τὸ σεσιγημένον καὶ ἄγνωστον τῆς οἰκονομίας μυστήριον· ὅπερ πληρώσας διὰ τῆς σαρκώσεως ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ἀπεκάλυψεν, ἄγγελος γενόμενος τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ προαιωνίου βουλῆς. Γίνεται δὲ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ βουλῆς ἄγγελος, ὁ γνοὺς τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, καὶ τοσοῦτον ἔργῳ τε καὶ λόγῳ διὰ πάντων ἀκαταλήκτως ὑψούμενος,
B μέχρις ἂν φθάσῃ τὸν πρὸς αὐτὸν τοσοῦτον κατελθόντα.

κδ'. Εἰ δι' ἡμᾶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος οἰκονομικῶς κατῆλθεν εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, καὶ ἀνῆλθεν ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ὁ πάντη κατὰ φύσιν ἀκίνητος· ἐν ἑαυτῷ κατ' οἰκονομίαν (z), ὡς ἀνθρώπῳ, προενεργῶν τὰ ἐσόμενα· σκοπείτω χαίρων μυστικῶς, ὁ τὴν φιλίαν στέργων τῆς γνώσεως, ὁποῖόν ἐστι τὸ κατ' ἐπαγγελίαν τέλος τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον.

κε'. Εἰ διὰ τοῦτο γέγονεν υἱὸς ἀνθρώπου καὶ ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸς Θεὸς Λόγος (7), ἵνα ποιήσῃ θεοὺς καὶ υἱοὺς Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους·
C ἐκεῖ γενήσεσθαι πιστεύσωμεν, ἔνθα νῦν αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὡς κεφαλὴ τοῦ ὅλου σώματος, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος πρόδρομος πρὸς τὸν Πατέρα, τὸ καθ' ἡμᾶς. Ἐν γὰρ συναγωγῇ θεῶν, τῶν σωζομένων, ἔσται Θεὸς μέσος ἱστάμενος, διανέμων τὰς ἀξίας τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· τοπικὴν οὐκ ἔχων ἀπὸ τῶν ἀξίων διάστασιν.

κς'. Ὁ τὰς ἐμπαθεῖς τῆς σαρκὸς ὀρέξεις ἔτι πληρῶν (8), ὡς εἰδωλολάτρης καὶ εἰδωλοποιὸς τὴν γῆν οἰκεῖ τῶν Χαλδαίων (a). Ἐπὰν δὲ μικρὸν τὰ πράγματα διακρίνας, αἴσθησιν λάβῃ τῶν καθηκόντων τῆς φύσεως τρόπων, τὴν γῆν τῶν Χαλδαίων ἀφεὶς, ἔρχεται εἰς Χαῤῥὰν τῆς Μεσοποταμίας· τὴν μεταίχμιον ἀρετῆς καὶ κακίας λέγω κατάστασιν, τὴν μήπω τῆς κατ' αἴσθησιν πλάνης καθαρὰν γενομένην. Τοῦτο
D γὰρ ἡ Χαῤῥάν. Εἰ δὲ καὶ τὴν δι' αἰσθήσεως γενομένην σύμμετρον τοῦ καλοῦ σύνεσιν ὑπερκύψῃ, πρὸς τὴν γῆν ἐπείξεται τὴν ἀγαθήν· τουτ' ἔστιν, εἰς τὴν πάσης κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐλευθέραν κατάστασιν.

[76] Isa. IX, 6. [77] Ephes. IV, 9, 10. [78] Coloss. I, 18. [79] Hebr. VI, 20. [80] Psal. LXXXI, 1. [81] Gen. XI, 28-31.

(z) *Κατ' οἰκονομίαν*. Quod ita frequenter Maximus ac theologi reliqui de Christo loquuntur (pro quo etiam οἰκονομικῶς dicunt) etsi *dispensationis* nomine Latini sæpius exprimunt, seu etiam quandoque ipsam vocem Græcam retinent; ego tamen *hominis ratione* et *humanitus* reddendo, clarius fortasse expressisse videar; formam denotando secundum quam, altissimo Dei ac Patris consilio, hæc sic dicta et οἰκονομικὰ Christo conveniant.

(a) *Τὴν γῆν οἰκεῖ τῶν Χαλδαίων*. Præivit Maximo Marcus, cap. 18, τῶν νηπτικῶν, ubi perinde Chaldæorum terram τὸν ἐμπαθῆ βίον interpretatur; *vitam libidinosam*. Verum hoc ipsum caput ac sequens habet Maximus cap. 48 et 49, pluribusque *Qu. ad Thalassium*, in locum Jeremiæ, quo necessitas serviendi regi Babylonis Hierosolymitis Judæisque indicitur, quidquid ejus Providentiæ est, erudite pieque exsequitur.

ῆς Θεὸς δείκνυσι καὶ ἐπαγγέλλεται δώσειν A Deus ostendit, ac se daturum quasi virtutis præmio
θλον ἀρετῆς, τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.
ἐσταυρώθη δι' ἡμᾶς ἐξ ἀσθενείας ὁ τοῦ ς, καὶ ἠγέρθη ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, δῆλον ατικῶς δι' ἡμᾶς ἀεὶ τοῦτο καὶ ποιεῖ καὶ ὡς πᾶσι πάντα γινόμενος, ἵνα σώσῃ τοὺς ἰὺχοῦν καλῶς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τοῖς ἀσθενοῦσιν, οὐδὲν ἔκρινεν εἰδέναι, εἰ μὴ ριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον. Ἐφε-ράφει, τελείοις οὖσι, τὸ, *Συνήγειρε καὶ σεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ὁ Ἰησοῦ*· κατὰ τὴν ἀναλογοῦσαν ἑκάστῳ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον γίνεσθαι φάσκων. ι τοίνυν τοῖς ἔτι πρὸς εὐσέβειαν πρακτι-ομένοις, τὰς ἐμπαθεῖς αὐτῶν τῷ θείῳ φόβῳ ἐνεργείας. Ἀνίσταται δὲ καὶ ἄνεισιν εἰς τοῖς ὅλον τὸν παλαιὸν ἀπεκδυσαμένοις ἄν-ὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ιαὶ ὅλον τὸν νέον ἐνδυσαμένοις, τὸν διὰ τοῦ ; κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτιζόμενον, καὶ πρὸς ρα τῆς ἐν αὐτοῖς χάριτος γενομένοις· *πάσης Ἀρχῆς καὶ Ἐξουσίας καὶ Δυ-ιαὶ Κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν ντι.* Πάντα γὰρ τὰ μετὰ Θεὸν, καὶ πρά-ὶ ὀνόματα καὶ ἀξιώματα, ὑπὸ τὸν ἐν τῷ ῆς χάριτος γενησόμενον ἔσται.

pollicetur, his qui ipsum diligunt.

27. Siquidem Dei Sermo ex infirmitate nostri causa crucifixus est, et resurrexit in virtute Dei[82]; plane liquet id eum semper propter nos spiritaliter agere, tumque illi accidere; ut qui omnibus omnia fiat, ut omnes salvos faciat. Recte igitur divinus Apostolus, apud Corinthios, qui infirmi essent, nihil se judicavit scire nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum[83]. Ephesiis autem, qui perfecti **491** essent, in hæc verba scribit: ***Conresuscitavit nos, et consedere nos fecit Deus in cœlestibus in Christo Jesu***[84]; pro cujusque facultatis modulo, Dei Sermonem ac Verbum se habere dicens. Itaque crucifigitur, iis, qui actionis cultu ad pietatem ru- B dimenta ponunt, seu, qui illa inducuntur, eorum libidinosas vitioque concretas actiones divino timore configens. Resurgit vero et in cœlos ascendit, his, qui veterem totum hominem exuentes, qui corrumpitur secundum desideria erroris, totum novum induerunt, qui per Spiritum creatur secundum Dei imaginem[85]; et ad ejus, quæ in illis est, gratiæ Parentem evaserunt: ***Super omnem Principatum et Potestatem Virtutemque et Dominationem, et omne nomen quod nominatur sive in hoc sæculo, sive in futuro***[86]. Omnia enim quæ a Deo secunda sunt, res pariter et capita et dignitates, illi, qui in Deo per gratiam erit, subjicientur.

σπερ πρὸ τῆς ἐμφανοῦς καὶ κατὰ σάρκα ς (9), νοητῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς πα-καὶ προφήταις ἐνεδήμει, προτυπῶν τὰ τῆς αὐτοῦ παρουσίας· οὕτω καὶ μετὰ ἣν ἐνδημίαν, οὐ μόνον ἐν τοῖς ἔτι νηπίοις ται, διατρέφων πνευματικῶς καὶ ἄγων ίαν τῆς κατὰ Θεὸν τελειότητος· ἀλλὰ καὶ λείοις, προδιαγράφων αὐτοῖς κρυφίως τῆς ς αὐτοῦ παρουσίας ὡς ἐν εἰκόνι τοὺς χα-:.

28. Quemadmodum ante conspicuum ac carne C exhibitum adventum, Dei Sermo spiritaliter patriarchis et prophetis adveniebat, adventus sui mysteria præfigurans: sic quoque eo jam adventu completo, non modo illis advenit, qui adhuc parvuli sunt, quos spiritaliter alat, et ad ejus perfectionis ætatem, quæ est secundum Deum, ducat; verum etiam perfectis, occulte eis futuri adventus sui characteres velut in imagine designans.

ιπερ οἱ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν λόγοι, ι τυγχάνοντες τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Λόγου ς, τὰς ψυχὰς εἰς Χριστὸν ἐπαιδαγώγουν· αὐτὸς ὁ δεδοξασμένος τοῦ Θεοῦ Λόγος σαρ-πρόδρομος τῆς πνευματικῆς αὐτοῦ παρου-ίνηται· παιδαγωγῶν τὰς ψυχὰς διὰ τῶν όγων, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς ἐμφανοῦς αὐτοῦ D ρουσίας· ἣν ἀεὶ μὲν ποιεῖται, μεταβάλλων σαρκὸς πρὸς τὸ πνεῦμα διὰ τῶν ἀρετῶν ους· ποιήσει δὲ καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ αἰῶνος, ἀποκαλύπτων τὰ τέως πᾶσιν ἀπόρρητα.

29. Quemadmodum legis ac prophetarum sermones, qui Sermonis in carne (seu Verbi) præcursores essent, pro pædagogi quasi munere animas ad Christum erudiebant: sic et ipse clarificatus Dei Sermo incarnatus, spiritalis adventus sui præcursor effectus est, per sermones suos atque doctrinam, ipse quoque ad conspicuum divinum adventum suum suscipiendum, animos erudiens. Hunc ille adventum semper facit, virtutum cultu eos qui digni sint a carne ad spiritum convertens, tum vero etiam in fine sæculi facturus est, ea quæ cunctis hactenus arcana sunt, palam faciens.

ον ἐγὼ εἰμι ἀτελὴς καὶ ἀνυπότακτος, μὴ ν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντο-μήτε γινόμενος κατὰ τὴν γνῶσιν τέλειος ειν· ἀτελὴς καὶ ἀνυπότακτος τὸ κατ' ἐμὲ τὸς νομίζεται δι' ἐμέ· μειῶ γὰρ αὐτὸν καὶ

30. Quandiu ego imperfectus sum et non subjectus, qui mandata implendo, Deo non parcam; nec, quod attinet ad scientiam, animi sensibus perfectus fiam; etiam Christus mei causa, quatenus homo, imperfectus et ipse audit et non subje-

[82] ...Cor. XIII, 4. [83] I Cor. II, 2. [84] Ephes. II, 6. [85] Ephes. IV, 22-24; Coloss. III, 9, 10. [86] Ephes.

...e pluribus Gregorius Naz., orat. 4 *De theologia*.

ctus. Minuo enim eum et detero, qui paribus cum illo augmentis non crescam, cum Christi corpus et membra ex parte exsistam [87].

492 31. *Oritur sol, et occidit sol*, inquit Scriptura [88]. Igitur et ipsum Verbum, seu Sermo, quandoque sursum, quandoque deorsum esse existimatur, pro eorum scilicet dignitate, ipsaque ratione aut modo, qui virtutem colunt, et circa divinam scientiam moventur. Cæterum beatus, qui instar Jesu filii Nave [89], Solem justitiæ in se servat ab occasu liberum (nullo scilicet malitiæ ac ignorantiæ vespere circumscriptum) quandiu præsentis vitæ diei linea tenditur; quo insurgentes in eum nequissimos dæmones, legitime fundere atque fugare illi tribuatur.

32. Exaltatus in nobis Dei Sermo actionis cultu et contemplationis, omnes ad se trahit [90]; nostras scilicet tum cogitationes tum rationes, circa carnem animamque ac naturam versantes; ipsaque adeo membra corporis ac sensus virtute scientiaque sanctificans, atque sub suum mittens jugum. Qui igitur divinorum inspector est, festine ascendat Sermonem sequens, donec ad locum, in quo ille versatur, perveniat. Illic enim *trahit*, quemadmodum ait Ecclesiastes, *atque in locum suum trahit* [91]; eos nempe, qui velut magnum Pontificem, et qui inducat in Sancta sanctorum, sequuntur; quo ille secundum quod homo, *pro nobis præcursor ingressus est* [92].

33. Qui pietatis rationibus hærentem philosophiam colit, adversumque inaspectabiles potestates instructa acie consistit, precibus satagat, ut tum naturalis discretio (cujus modicum lumen exsistat), tum illuminatrix Spiritus gratia, illi maneant ac pervigeant. Nam prior quidem, actionis cultu, carnem erudit ad consectandam virtutem; altera autem animum illustrat, ut pluris omnibus sapientiæ convictum ac consuetudinem faciat [93]; qua nimirum *malitiæ munitiones omnemque sublimitatem extollentem se adversus scientiam Dei, destruit convellitque* [94]. Ostenditque Jesus filius Nave, precibus orans *Stare solem contra Gabaon* [95]; hoc est, ut divinæ lumen scientiæ, in monte contemplationis quæ animo est, occasus expers illi servaretur; *et luna contra vallem* [96]; ut scilicet naturalis discretio in carnis imbecillitate posita, nulla virtutis labe in ea perseveraret.

A κολοβῶ, μὴ συναυξάνων αὐτῷ κατὰ πνεῦμα, ὡς σῶμα Χριστοῦ τυγχάνων καὶ μέλη ἐκ μέρους.

λα'. *Ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος*, φησὶν ἡ Γραφή. Οὐκοῦν καὶ ὁ Λόγος, ποτὲ μὲν νομίζεται ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω, κατὰ τὴν ἀξίαν δηλονότι, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον ἢ τὸν τρόπον, τῶν μετερχομένων τὴν ἀρετὴν, καὶ περὶ τὴν θείαν κινουμένων γνῶσιν. Μακάριος δὲ, ὁ κρατῶν ἄδυτον (*c*) ἐν ἑαυτῷ, κατὰ τὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον· ὅλον τὸ μέτρον τῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμέρας, κακίας ἑσπέρᾳ καὶ ἀγνωσίας μὴ περιγραφόμενον, ἵνα δυνηθῇ νομίμως τροπώσασθαι τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῦ πονηροὺς δαίμονας.

B λβ'. Ὑψούμενος ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος διὰ πράξεως καὶ θεωρίας, πάντας ἕλκει πρὸς ἑαυτόν· τούς τε περὶ σάρκα καὶ ψυχὴν καὶ φύσιν τῶν ὄντων ἡμετέρους λογισμούς τε καὶ λόγους, καὶ αὐτὰ τὰ μέλη τοῦ σώματος καὶ τὰς αἰσθήσεις κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἁγιάζων, καὶ ὑπὸ τὸν αὐτοῦ ζυγὸν ποιούμενος. Ὁ τοίνυν θεατὴς τῶν θείων ἀναβαινέτω κατὰ σπουδὴν, ἀκολουθῶν τῷ Λόγῳ· μέχρις οὗ φθάσῃ τὸν τόπον, οὗ ἐστιν. Ἐκεῖ γὰρ ἕλκει, καθώς φησιν ὁ Ἐκκλησιαστής, *Καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει*· δηλονότι τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, ὡς μεγάλῳ Ἀρχιερεῖ, καὶ εἰσάγοντι εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· ἔνθα τὸ καθ' ἡμᾶς αὐτὸς *ὑπὲρ ἡμῶν πρόδρομος εἰσῆλθεν*.

C λγ'. Ὁ τὴν κατ' εὐσέβειαν μετιὼν φιλοσοφίαν, καὶ πρὸς τὰς ἀοράτους παρατασσόμενος δυνάμεις· εὐχέσθω, τήν τε φυσικὴν διάκρισιν αὐτῷ παραμεῖναι (φῶς ἔχουσαν σύμμετρον), καὶ τὴν φωτιστικὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Ἡ μὲν γὰρ, παιδαγωγεῖ τὴν σάρκα πρὸς ἀρετὴν διὰ πράξεως· ἡ δὲ, φωταγωγεῖ τὸν νοῦν, τὴν τῆς σοφίας πάντων προκρῖναι συμβίωσιν· καθ' ἣν, *τῶν τε τῆς κακίας ὀχυρωμάτων καὶ παντὸς ὑψώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ποιεῖται τὴν καθαίρεσιν*. Καὶ δηλοῖ δι' εὐχῆς αἰτῶν ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, *στῆναι τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαώ*· τουτέστιν, ἄδυτον αὐτῷ τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ὄρος τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας φυλαχθῆναι· *καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα*· τουτέστι, τὴν φυσικὴν διάκρισιν
D ἐπὶ τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας κειμένην, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναλλοίωτον διαμεῖναι.

[87] I Cor. XII, 27. [88] Eccle. I, 5. [89] Josue X, 12. [90] Joan. XII, 32. [91] Eccle. I, 5. [92] Hebr. VI, 20. [93] Sap. VIII, 2. [94] II Cor. X, 4. [95] Josue X, 12. [96] ibid.

(*c*) *Ὁ κρατῶν ἄδυτον*. Est Marci νηπτικῶν cap. 15. Quod reddit Picus : *Qui possidet adytum :* durius est; nec desunt Latinæ voces, quibus illa apte satis reddatur. Non tamen quod idem paulo post reddidit, Marci iterum cap. 16, quod est Maximi 33, ἄδυτον αὐτὸν τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· *arcanum illud lumen cognitionis Dei*. Quo et ostendit. quo sensu τὸ, *aditum* ex Græco corraserat, ac si de templo ac penetralibus ageretur, non de sole ac luna, quos non occidere rogavit Josue, donec plena illi constaret victoria; non ut occulti manerent. Igitur ἄδυτον φῶς, *lumen quod non occidat;* sicque de sole et luna. Sequentia ipsa Pico aliquid in textu laborant ex his nostris restituenda : τὸ περιγραφόμενον hic *circumscribere*, id est, auferre, subducere; quo sensu etiam Latini, Cicero aliique, eam vocem usurparunt. Rogandum ergo monet, ne quo malitiæ aut ignorantiæ vespere, nobis Sol justitiæ subducatur, autve occidat. Ὅλον τὸ μέτρον τῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμέρας : *Quandiu tenditur præsentis vitæ diei linea, seu mensura;* non ineptum illud : *Qui totus est modus diei æquilitæ præsentis vitæ ;* quod in Solem justitiæ relatum (ad quem unum inscita illa versione referri potest) si quid sensus habet, sordidæ impietatis labe non caret.

λδ'. Ἡ Γαβαὼ ἐστιν, ὁ ὑψηλὸς νοῦς· ἡ δὲ φάραγξ A ἐστὶν, ἡ τῷ θανάτῳ ταπεινωθεῖσα σάρξ. Καὶ ὁ μὲν ἥλιός ἐστιν, ὁ φωτίζων τὸν νοῦν Λόγος, καὶ χορηγῶν αὐτῷ θεωρημάτων δύναμιν· καὶ πάσης ἀγνοίας αὐτὸν ἀπαλλάσσων· ἡ δὲ σελήνη, ὁ κατὰ φύσιν νόμος ἐστὶν, ὁ πείθων τὴν σάρκα νομίμως ὑποταγῆναι τῷ πνεύματι, πρὸς τὸ δέξασθαι τῶν ἐντολῶν τὸν ζυγόν. Φύσεως δὲ σύμβολον ἡ σελήνη, διὰ τὸ τρεπτόν· ἀλλ' ἐν τοῖς ἁγίοις ἄτρεπτος διαμένει, διὰ τὴν ἀναλλοίωτον ἕξιν τῆς ἀρετῆς.

34. Gabaon, mens sublimis est : vallis vero, mortis occasu in humile depressa caro. Ac quidem sol, Verbum est mentem illuminans, spiritaliumque sensorum vim illi subministrans, atque **493** ab omni ignorantia eam liberans; luna autem, lex naturalis. carni suadens ut legitime spiritui subjiciatur, ad subeundum mandatorum jugum. Luna naturæ symbolum est, quod mutabilis est : in sanctis tamen, ob virtutis invariabilem ac constantem habitum, immutabilis permanet.

λε'. Οὐχ ἔξω τῶν ζητούντων χρὴ ζητεῖσθαι τὸν Κύριον· ἀλλ' ἐν ἑαυτοῖς, διὰ τῆς ἐν ἔργοις πίστεως αὐτὸν χρὴ ζητεῖν τοὺς ζητοῦντας. *Ἐγγύς γάρ σου*, φησὶ, *τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως*· ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ καὶ ῥήματος τοῦ ζητουμένου. B

35. Non extra ipsos quærentes, quærendus est Dominus : sed in seipsis per efficacem fidem ipsi qui quærunt, necesse est ut eum quærant. *Prope te* enim, inquit, *est verbum in ore tuo, et in corde tuo; hoc est verbum fidei* [97] : ac si Christus ipsum Verbum sit, quod quæritur.

λς'. Μήτε τὸ ὕψος τῆς θεϊκῆς ἀπειρίας ἐννοήσαντες, ἀπελπίσωμεν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὡς οὐ φθάνουσαν διὰ τὸ ὕψος μέχρις ἡμῶν· μήτε ἄπειρον βάθος τῆς ἡμῶν διὰ τὴν ἁμαρτίαν πτώσεως ἐνθυμηθέντες, ἀνάστασιν γίνεσθαι τῆς ἐν ἡμῖν νεκρωθείσης ἀρετῆς ἀπιστήσωμεν. Ἀμφότερα γὰρ δυνατὰ τῷ Θεῷ· καὶ τὸ κατελθεῖν καὶ φωτίσαι τὸν νοῦν ἡμῶν διὰ γνώσεως· καὶ τὸ ἀναστῆσαι πάλιν τὴν ἀρετὴν ἐν ἡμῖν, καὶ ἑαυτῷ συνυψῶσαι διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης. *Μὴ γὰρ εἴπῃς*, φησὶν, *ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἤ, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν*. Τυχὸν δὲ κατ' ἄλλην ἐκδοχὴν, ἄβυσσός ἐστι, πάντα C τὰ μετὰ Θεόν· ἐν οἷς ὅλος ὅλοις κατὰ πρόνοιαν ὁ τοῦ Θεοῦ γίνεται Λόγος, ὡς ζωὴ νεκροῖς ἐπιφοιτῶσα τοῖς οὖσι. Νεκρὰ γὰρ πάντα τὰ ζῶντα μεθέξει ζωῆς. Οὐρανὸν δὲ, τὴν φυσικὴν τοῦ Θεοῦ κρυφιότητα, καθ' ἣν πᾶσίν ἐστιν ἀκατάληπτος. Εἰ δέ τις ἐκλάβοι πάλιν, οὐρανὸν μὲν εἶναι τὸν τῆς θεολογίας λόγον· ἄβυσσον δὲ, τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον οὐκ ἀπεικότως ἐρεῖ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον. Ἀμφότερα γὰρ δυσεπίβατα τοῖς ἀποδεικτικῶς ζητεῖν ἐπιχειροῦσι· μᾶλλον δὲ παντελῶς ἄβατα, δίχα πίστεως ἐρευνώμενα.

36. Ne divinæ infinitatis celsitudinem animo reputantes, divinæ misericordiæ ac clementiæ, tanquam ad nos usque ob tantam illam sublimitatem non pertingentis, spem abjiciamus; neve infinitam nostræ ex peccato ruinæ profunditatem considerantes, fore ut exstincta in nobis virtus conviviscat diffidamus. Utrumque enim Deo possibile est; tum nempe ut ipse ad nos inclinatione utatur, nostramque mentem scientia illustret; tum ut in nobis denuo virtutem exsuscitet, ac una secum per justitiæ opera nos exaltet. *Ne enim*, inquit, *dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum ? hoc est Christum deducere : aut quis descendet in abyssum ? hoc est, Christum a mortuis revocare* [98]. Forsan vero alio sensu, abyssus est, quæcunque a Deo secunda sunt, in quibus Dei sermo secundum providentiam totus totis immeat, tanquam scilicet vita mortuis rebus adveniens. Sunt enim mortua omnia, quæ ea ratione vivant, quod vitam participent. Cœlum porro cum audis, quod in Dei natura occultum intellige, quo ex universis incomprehensus est. Sin quis autem rursus etiam ita exponat, ut cœlum, quæ de Deo est, doctrinam intelligat; abyssum autem, dispensationis mysterium dicat; is, haud absurde, ut mihi sane videtur, loquatur aut sentiat. Sunt enim ambo hæc accessu difficilia, si quis demonstrationum vi quærere connitatur; quia et omnino inaccessa, nisi scrutanti fides comes una accedat.

λζ'. Ἐν μὲν πρακτικῷ, τοῖς τῶν ἀρετῶν τρόποις παχυνόμενος ὁ λόγος, γίνεται σάρξ· ἐν δὲ τῷ θεωρητικῷ, τοῖς πνευματικοῖς νοήμασι λεπτυνόμενος, D γίνεται ὥσπερ ἦν ἐν ἀρχῇ, Θεὸς Λόγος.

37. In eo quidem qui actioni studet, virtutum modis crassatus sermo, caro efficitur; in eo autem qui contemplationi animum addicit, spiritalibus sensis ac conceptibus tenuatus, id evadit quod in principio erat, Deus Verbum.

λη'. Ποιεῖ σάρκα τὸν λόγον, ὁ παραδείγμασι καὶ ῥήμασι παχυτέροις διὰ τὴν ἀνάλογον τῶν ἀκουόντων δύναμιν, ἠθικὴν τοῦ λόγου τὴν διδασκαλίαν ποιούμενος· καὶ πάλιν ποιεῖ πνεῦμα τὸν λόγον, ὁ τοῖς ὑψηλοῖς θεωρήμασι τὴν μυστικὴν ἐκτιθέμενος θεολογίαν.

38. Sermonem carnem facit, qui **494** exemplis verbisque crassioribus auditorum se facultati convenienter attemperans, moralem sermonis doctrinam instituit. Rursusque sermonem spiritum reddit, qui sublimibus theorematis ac sensis, abstrusiorem, quæ de Deo est, doctrinam exponit.

λθ'. Ὁ μὲν ἐκ τῶν θέσεων καταφατικῶς θεολογῶν, σάρκα ποιεῖ τὸν λόγον· οὐκ ἔχων ἄλλοθεν, ἢ ἐκ τῶν ὁρωμένων καὶ ψηλαφωμένων τὸν Θεὸν γινώ-

39. Qui ex positionibus affirmate de Deo disserit, sermonem carnem facit; qui nempe nonnisi ex iis quæ oculis subjecta sunt, ac manu contrectantur,

[97] Rom. x, 8. [98] ibid. 6, 7.

Deum ut auctorem cognoscere possit. Qui autem inficianter ex negationibus de Deo loquitur, sermonem spiritum facit, velut in principio Deum, ac apud Deum; qui rite ex nullo prorsus eorum, quæ cognosci possunt, ipsum supra quam ignotum probe cognoscat.

40. Qui patriarcharum more actionis cultu ac contemplationis, in ipso exsistentes virtutis ac scientiæ puteos novit fodere, intus Christum fontem vitæ offendet, ex quo Sapientia jubet ut bibamus, dicens: *Bibe aquas de vasis tuis, et de vena puteorum tuorum* [20]; quod dum fecerimus, ejus intra nos exsistentes thesauros inveniemus.

41. Qui brutarum animantium more, demerendo solummodo sensui vitam instituunt, grandi sibi periculo sermonem carnem faciunt; qui nempe ut affectibus ac libidini morem gerant creatis a Deo abutantur; nec sapientiæ, quæ in omnibus elucet, rationem considerent, ut Deum ex ejus operibus cognoscant ac clarificent; intelligantque, unde, ac quid, in quemve finem, ac quo ut feramur, per ea quæ oculis conspicua sunt, conditi simus; sed in tenebris totum quod agimus sæculum ambulantes, solam Dei ignorantiam ambabus manibus palpent.

42. Qui solis sacræ Scripturæ verbis animum adhibentes, corporali legis cultu animi ingenuitatem obligant, vituperando ausu sermonem sibi carnem faciunt; sic nimirum, ut brutarum animantium victimis Deum delectari existiment; homines scilicet, qui corpori exterius lustrando non levem curam adhibeant, animi vero pulchritudinem, vitiorum maculis compuncti, negligant; cujus causa omnis rerum oculis subjectarum virtus producta est, omnisque divinus sermo ac lex edita.

43. In ruinam et resurrectionem multorum in Israele positum esse Dominum, testatur sacrum Evangelium [1]. **495** Animo igitur attendamus, num in eorum quidem ruinam, qui sola sensus gratia naturam oculis subjectam contuentur, eorumque qui solis Scripturæ verbis hærent; quippe qui per amentiam ac stoliditatem, ad novum gratiæ spiritum transire non valeant; resurrectionem vero eorum, qui spiritali ratione tum res Deo auctore conditas, tum ejus verba conspiciunt atque audiunt; hincque adeo soli divinæ imagini, quæ in animo residet, congruis moribus curam impendunt.

44. Quod ita scriptum est, positum esse Dominum in ruinam et resurrectionem multorum in Israele, si in laudis partem solum intelligatur, in ruinam accipiendum tum vitiorum et libidinum, tum pravarum cogitationum in singulis quibusque fidelium; resurrectionem vero virtutum, piarumque omnium ac religiosarum cogitationum.

45. Qui rerum solummodo generabilium ac cor-

σκειν ὡς αἴτιον· ὁ δὲ ἀποφατικῶς ἐκ τῶν ἀφαιρέσεων θεολογῶν, πνεῦμα ποιεῖ τὸν λόγον, ὡς ἐν ἀρχῇ Θεὸν ὄντα, καὶ πρὸς Θεὸν ὄντα, ἐξ οὐδενὸς τὸ παράπαν τῶν γνωσθῆναι δυναμένων, καλῶς γινώσκων τὸν ὑπεράγνωστον.

μ'. Ὁ μαθὼν ὀρύσσειν κατὰ τοὺς πατριάρχας διὰ πράξεως καὶ θεωρίας τὰ ἐν αὐτῷ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως φρέατα, τὸν Χριστὸν ἔνδον εὑρήσει τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς· ἀφ' ἧς πίνειν ἡμᾶς ἡ σοφία παρακελεύεται, λέγουσα· *Πῖνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, καὶ ἀπὸ σῶν φρεάτων πηγῆς*· ὅπερ ποιοῦντες, εὑρήσομεν ἔνδον ἡμῶν ὄντας τοὺς αὐτῆς θησαυρούς.

μα'. Οἱ κτηνωδῶς πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν ζῶντες, ἐπισφαλῶς ἑαυτοῖς σάρκα ποιοῦσι τὸν λόγον εἰς ὑπηρεσίαν μὲν παθῶν, τοῖς τοῦ Θεοῦ καταχρώμενοι κτίσμασι· τὸν δὲ τῆς σοφίας τῆς πᾶσιν ἐμφαινομένης, οὐ κατανοοῦντες λόγον, πρὸς τὸ γνῶναι καὶ δοξάσαι τὸν Θεὸν ἐκ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων· καὶ συνιέναι πόθεν, καὶ τί, καὶ ἐπὶ τίνι, καὶ ποῦ φέρεσθαι διὰ τῶν ὁρωμένων γεγόναμεν· ἀλλ' ἐν σκότει τὸν αἰῶνα τοῦτον διαπορευόμενοι, μόνην τὴν περὶ Θεὸν ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν ψηλαφῶσιν ἀγνωσίαν.

μβ'. Οἱ μόνῳ τῷ ῥητῷ τῆς ἁγίας Γραφῆς παρακαθήμενοι, καὶ τῇ σωματικῇ τοῦ νόμου λατρείᾳ δεσμοῦντες τῆς ψυχῆς τὸ ἀξίωμα, ψεκτῶς ποιοῦσιν ἑαυτοῖς σάρκα τὸν λόγον· ἀλόγων ζώων θυσίαις εὐαρεστεῖσθαι νομίζοντες τὸν Θεόν· οἷς πολὺ τὸ σῶμα πεφρόντισται, τοῖς ἐκτὸς καθαρσίοις· τῆς δὲ ψυχῆς παρημέληται τὸ κάλλος, ταῖς τῶν παθῶν κηλῖσι σπιλούμενον· ὑπὲρ ἧς, ἡ πᾶσα τῶν ὁρωμένων προβέβληται δύναμις, καὶ πᾶς λόγος θεῖος καὶ νόμος ἐκδέδοται.

μγ'. Εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν κεῖσθαι τὸν Κύριον λέγει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον. Οὐκοῦν σκοπήσωμεν, μήπως εἰς πτῶσιν μὲν, τῶν τε πρὸς μόνην τὴν αἴσθησιν τὴν ὁρωμένην θεωρούντων κτίσιν, καὶ τῶν μόνῳ τῷ ῥητῷ στοιχούντων τῆς ἁγίας Γραφῆς· ὡς μὴ δυναμένων πρὸς τὸ καινὸν πνεῦμα διαβῆναι τῆς χάριτος διὰ τὴν ἄνοιαν· ἀνάστασιν δὲ, τῶν πνευματικῶς τά τε κτίσματα τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ ῥήματα θεωρούντων τε καὶ ἀκουόντων, καὶ τοῖς καθήκουσι τρόποις μόνης τῆς κατὰ ψυχὴν θείας εἰκόνος ἐπιμελουμένων.

μδ'. Τὸ, κεῖσθαι τὸν Κύριον εἰς πτῶσιν πολλῶν καὶ ἀνάστασιν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἐπαινετῶς μόνον νοούμενον, εἰς πτῶσιν μὲν νοεῖται, τῶν ἐν ἑκάστῳ τῶν πιστευόντων τῶν παθῶν τε καὶ πονηρῶν λογισμῶν· ἀνάστασιν δὲ, τῶν ἀρετῶν καὶ παντὸς θεοφιλοῦς λογισμοῦ.

με'. Ὁ μόνον τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ δημιουρ-

[20] Prov. v, 15. [1] Luc. II, 34

τὸν νομίζων τὸν Κύριον, εἰς κηπουρὸν αὐτὸν παραγνωρίζει, κατὰ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν. Διὸ πρὸς ὠφέλειαν φεύγει τοῦ τοιούτου τὴν ἀφὴν ὁ Δεσπότης, μήπω παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς ἀναβῆναι πρὸς τὸν Πατέρα, λέγων· *Μή μου ἅπτου*. Γινώσκει γὰρ βλάπτεσθαι, τὸν μετὰ τοιαύτης αὐτῷ προσερχόμενον ταπεινοτέρας προλήψεως.

A ruptibilium auctorem Dominum esse arbitratur, instar Mariæ Magdalenæ, circa eum in hortulani specie decipitur. Idcirco etiam Dominus id spectans quod utile sit, tangi se cavet ab eo qui ejusmodi est, quod necdum illius æstimatione ac sensu ascendere ad Patrem potuerit, dicens: *Noli me tangere* [a]. Scit enim fore ut lædatur damnoque afficiatur, qui humili illa occupato opinione laborans ad eum accesserit.

μς'. Οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων κατα τὴν Γαλιλαίαν (*d*) ἐν τῷ ὑπερῴῳ κλείσαντες τὰς θύρας καθήμενοι· τουτέστι, οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, κατὰ τὴν χώραν τῶν ἀποκαλύψεων, ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς βεβηκότες, θυρῶν δίκην μύσαντες τὰς αἰσθήσεις, παραγινόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τοῦ Θεοῦ B Λόγον, ἄνευ τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας αὐτοῖς ἐπιφαινόμενον· ἀπάθειάν τε διὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μερισμοὺς Πνεύματος ἁγίου διὰ τῆς ἐμπνεύσεως δωρούμενον· καὶ τὴν κατὰ πνευμάτων πονηρῶν ἐξουσίαν παρέχοντα, καὶ δεικνύοντα τῶν αὐτοῦ μυστηρίων τὰ σύμβολα.

46. Qui ob metum Judæorum in Galilæa in cœnaculo januis clausis sedent [b], hoc est, qui metu spirituum nequitiæ, in revelationum regione, in sublimi divinorum sensorum ac contemplationum arce tuto consistunt, clausis januarum more sensibus; hi, ignota ratione, advenientem Dei Sermonem suscipiunt, absque ulla sensus operatione se illis conspicuum reddentem, pacisque acclamatione sedatis affectibus imperturbationem, necnon insufflatione, Spiritus sancti distributiones donantem, adversusque spiritus nequam potestatem præbentem, ac mysteriorum suorum symbola exhibentem.

μζ'. Τοῖς μὲν κατὰ σάρκα τὸν περὶ τοῦ Θεοῦ λόγον ἐρευνῶσιν, ὁ Κύριος οὐκ ἀναβαίνει πρὸς τὸν Πατέρα· τοῖς δὲ κατὰ πνεῦμα διὰ τῶν ὑψηλῶν θεωρημάτων ἐκζητοῦσιν αὐτὸν, ἀναβαίνει πρὸς τὸν Πατέρα. Μὴ τοίνυν διὰ παντὸς κρατῶμεν κάτω, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν κάτω διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενον· ἀλλ' ἄνω πρὸς τὸν Πατέρα σὺν αὐτῷ γενώμεθα, τὴν γῆν ἀφέντες καὶ τὰ περὶ τὴν γῆν, ἵνα μὴ καὶ ἡμῖν εἴπῃ τὸ ῥηθὲν τοῖς Ἰουδαίοις ἀδιορθώτοις μείνασιν, *Ὑπάγω* C *ὅπου ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν*. Χωρὶς γὰρ τοῦ Λόγου, πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Λόγου γενέσθαι, ἀμήχανον.

47. Qui carnali ratione, quæ de Deo est, doctrinam scrutantur, his Dominus ad Patrem non ascendit; iis vero qui spiritali ratione per sublimia sensa ipsum exquirunt, ad Patrem ascendit. Caveamus ergo ne semper in terra inque infimis eum teneamus, qui propter nos clementi bonitate in terram descendit; sed sursum ad Patrem illi comites relicta **496** terra ac quæ terrena sunt, ascendamus, ne nobis perinde ac Judæis, cum nihil emendati essent, dicat: *Vado, quo vos non potestis venire* [c]. Nisi enim Sermonis ope, ad Sermonis Patrem venire minime concessum est.

μη'. Ἡ γῆ τῶν Χαλδαίων ἐστὶν, ὁ ἐμπαθὴς βίος· ἐν ᾧ τῶν ἁμαρτημάτων δημιουργεῖται καὶ προσκυνεῖται τὰ εἴδωλα. Ἡ δὲ Μέση τῶν ποταμῶν ἐστιν, ὁ ἐπαμφοτερίζων τοῖς ἐναντίοις τρόπος. Ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας ἐστὶν, ἡ παντὸς ἀγαθοῦ πεπληρωμένη κατάστασις. Πᾶς οὖν ὁ ταύτης κατὰ τὸν παλαιὸν Ἰσραὴλ ἀμελῶν τῆς ἕξεως (10), πρὸς δουλείαν πάλιν κατασύρεται παθῶν, τῆς δοθείσης ἐλευθερίας στερούμενος.

48. Chaldæorum terra, vita est vitiis dedita et libidinosa, in qua fabricantur et adorantur peccatorum idola. Mesopotamia autem, mores sunt contrariis commistis ancipites. Terra denique promissa, status bonis omnibus confertus. Quisquis ergo more veteris Israelis huncce habitum negligit, in vitiorum rursus ac perturbationum servitutem trahitur, amissa, quam libertatem fuerat consecutus.

μθ'. Σημειωτέον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἁγίων ἑκουσίως φαίνεται κατελθὼν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν. Οὐ γὰρ θέμις, D οὔτε συνέσεώς ἐστι λογικῆς, τῶν ἀγαθῶν ἀνθαιρεῖσθαι τὰ χείρονα, τοὺς τὸν Θεὸν ἀγαπῶντας. Εἰ δέ τινες αὐτῶν κατὰ βίαν ἐκεῖ τῷ λαῷ συναπήχθησαν, νοοῦμεν διὰ τούτων τοὺς μὴ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν (*e*), σωτηρίας ἕνεκεν τῶν χρηζόν-

49. Observandum est, non videri sanctorum aliquem ipsum sponte in Babylonem descendisse. Neque enim fas est, eve rationis prudentia, ut qui Deum diligunt, bonis posthabitis, quæ sunt deteriora ipsi deligant. Sin autem eorum aliqui, una cum populo vi illo abacti sunt atque abducti, horum figura illos intelligamus, qui non ipsi desti-

[a] Joan. xx, 17. [b] ibid. 19. [c] Joan. viii, 21.

(*d*) *Κατὰ τὴν Γαλιλαίαν*. Gesta hæc Hierosolymis, ipsa Resurrectionis die, et post eam octava, nec ante apostoli videntur in Galilæam concessisse, quod Marcus, cujus est istud caput, illius νηπτικῶν, 17, non satis videtur attendisse: sive noluit Maximus emendare, sive illi arrisit Marci allegoria, quæ tamen niti debuit ipsa rei gestæ veritate, ut esset probata. Τὸ ἐν τῷ ὑπερῴῳ, quod reddit Picus, *in tabulato*, minime placet. Cœnaculi vox, ipsa apta, sacroque et profano usu recepta; sed quod sequentibus reddit: *Quod per tranquillitatem et distributionem Spiritus sancti insufflans confert affectionum vacuitatem:* nescio cui bilem non moveat. Per pacem et insufflationem (dando scilicet pacem et insufflando) hæc Domino præstita; data tranquillitas seu imperturbatio, datæ Spiritus sancti distributiones; non per hæc dicatur insufflasse.

(*e*) *Ἀλλὰ κατὰ περίστασιν*. Marc., cap. 19. Op-

nata voluntate, sed casu aliquo ac necessitate, eorum salutis causa qui duce egeant ac præceptore, sublimiori scientiæ sermone tantisper omisso, quæ de vitiis est et affectibus, exsequuntur doctrinam. Hincque adeo est cur et magnus Apostolus utilius judicaverit esse in carne (immorari scilicet morum doctrinæ in discipulorum gratiam) cum toto desiderio optaret ea exsolvi, ac per supermundanam simplicemque mentis contemplationem, cum Christo versari [5].

50. Quemadmodum Saulem, angente maligno spiritu, beatus David pulsans citharam, psallensque levabat [6]; sic et omnis spiritalis sermo, sapientibus doctisque sensis ac theorematis conditus, quasi morbo sontico laborantem levat animum atque recreat, ab angente eum mala conscientia liberans.

51. Colore rufus cum oculorum venustate, haud secus ac magnus David, exsistit [7], qui cum vitæ ex divinis rationibus institutæ claritate, scientiæ sermonem una allucentem adjungit; quibus geminis actio consistit et contemplatio: illa quidem, virtutum præclare modis nitens; hæc vero, divinis sensis ac conceptibus splendescens.

52. Saulis regnum, corporalis legis cultus præfert imaginem; quem Dominus abrogavit, eo quod nulli præstaret **497** absolutionem. *Nihil* enim, inquit, *ad perfectum adduxit lex* [8]. Magni autem Davidis regnum, figura est cultus evangelici; quippe qui omnes in corde Dei exsistentes voluntates perfecte complectatur [9].

53. Saul, naturæ lex est, cui a principio naturæ imperium a Deo concreditum est. Is porro per inobedientiam divinum transgressus mandatum, parcendo Agag regi Amalec (hoc est, corporis) lapsusque in vitia ac libidines, regno ejectus est [10]; quo scilicet David Israelem regendum susciperet: nempe lex spiritus, ipsa Pacis * parens quæ contemplationis templum Deo magnifice exstruat.

54. Samuel, si nomen interpreteris, *Dei obedientia* dicitur. Quandiu ergo per obedientiam Sermo in nobis sacerdotio fungitur, tametsi Saul Agago parcat (terreno scilicet sensui) zelo tamen accensus Sermo sacerdos, illum perimit [11], animumque peccati libidine impensum confundens, ceu divinorum transgressorem jurium, percellit ac ferit.

55. Ubi animus superbia elatus, doctrinæ sermonem, a quo adversus vitia affectusque inunctus

A των χειραγωγίας, ἀφέντας τὸν ὑψηλότερον τῆς γνώσεως λόγον, καὶ τὴν περὶ παθῶν μετερχομένους διδασκαλίαν· καθ' ἣν καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος ἐν σαρκὶ λυσιτελέστερον ἔκρινεν εἶναι· τουτέστι, τῇ ἠθικῇ διδασκαλίᾳ, διὰ τοὺς μαθητάς· ὅλον ἔχων τὸν πόθον ἀναλῦσαι τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας, καὶ σὺν Χριστῷ γενέσθαι, διὰ τῆς κατὰ νοῦν ὑπερκοσμίου καὶ ἁπλῆς θεωρίας.

ν'. Ὥσπερ πνιγόμενον τῷ πονηρῷ πνεύματι τὸν Σαοὺλ, ψάλλων μετὰ τῆς κιννύρας ἀνέπαυεν ὁ μακάριος Δαβίδ· οὕτω καὶ πᾶς λόγος πνευματικὸς, γνωστικοῖς ἡδυνόμενος θεωρήμασιν, ἀναπαύει τὸν ἐπιληπτευόμενον νοῦν, τῆς πνιγούσης αὐτὸν πονηB ρᾶς ἐλευθερῶν συνειδήσεως.

να'. Πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν ἐστι κατὰ τὸν μέγαν Δαβὶδ (11), ὁ τῷ φαιδρῷ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, τὸν τῆς γνώσεως λόγον ἔχων συνεπιλάμποντα· καθ' οὓς ἡ πρᾶξίς τε καὶ ἡ θεωρία συνεστήκασιν· ἡ μὲν, ἀρετῶν λαμπρυνομένη τρόποις· ἡ δὲ, θείοις φωτιζομένη νοήμασιν.

νβ'. Ἡ μὲν τοῦ Σαοὺλ βασιλεία, τῆς σωματικῆς τοῦ νόμου λατρείας ἐστὶν εἰκών· ἣν ὁ Κύριος κατήργησεν, ὡς μηδὲν τελειώσασαν. *Οὐδὲν* γὰρ, φησὶν, *ἐτελείωσεν ὁ νόμος*. Ἡ δὲ τοῦ μεγάλου Δαβὶδ βασιλεία, τῆς εὐαγγελικῆς ἐστι λατρείας προδιατύC πωσις· πάντα γὰρ τὰ ἐν καρδίᾳ τοῦ Θεοῦ θελήματα τελείως περιέχει.

νγ'. Ὁ Σαοὺλ, ὁ φυσικός ἐστι νόμος· ὁ κατ' ἀρχὰς κυριεύειν τῆς φύσεως παρὰ τοῦ Κυρίου λαχών. Ὃς ἐπειδὴ παρέβη τὴν ἐντολὴν διὰ παρακοῆς, φεισάμενος τοῦ Ἀγὰγ βασιλέως Ἀμαλὴκ· τουτέστι τοῦ σώματος· καὶ πρὸς τὰ πάθη κατώλισθεν· ἐξωθεῖται τῆς βασιλείας, ἵνα παραλάβῃ τὸν Ἰσραὴλ ὁ Δαβίδ· τουτέστιν ὁ νόμος τοῦ πνεύματος, ὁ γεννῶν τὴν εἰρήνην τὴν οἰκοδομοῦσαν περιφανῶς τῷ Θεῷ τὸν τῆς θεωρίας ναόν.

νδ'. Σαμουὴλ *ὑπακοὴ Θεοῦ* ἑρμηνεύεται. Οὐκοῦν ἕως ἂν καθ' ὑπακοὴν ὁ λόγος ἐν ἡμῖν ἱερατεύῃ, κἂν φείσηται τοῦ Ἀγὰγ ὁ Σαούλ· τουτέστι, τοῦ χοϊκοῦ φρονήματος· ἀλλ' οὖν ἀποκτενεῖ τοῦτον ζηλώσας ὁ D ἱερεὺς Λόγος, καὶ πλήττει καταισχύνων τὸν φιλαμαρτήμονα νοῦν, ὡς παραβάτην τῶν θείων δικαιωμάτων.

νε'. Ἐπὰν ὁ νοῦς ὑψηλοφρονήσας, τὸν κατὰ παθῶν αὐτὸν χρίσαντα τῆς διδασκαλίας λόγον (12), διὰ τῆς

[5] Philipp. I, 23. [6] I Reg. XVI, 23. [7] ibid. 12. [8] Hebr. VII, 19. [9] I Reg. XVI, 1; Act. XIII, 22. [10] I Reg. XV, 9. [11] I Reg. XV, 17.

* Nempe Salomonis, quod dictum a pace nomen.

ponit τῷ, προηγουμένως· *Cogente aliqua necessitate*, non ultro ac destinata voluntate. Picus περίστασιν σωτηρίας, *circumstantia quadam salutis*, pro eo quod est, σωτηρίας ἕνεκεν· *salutis causa*. Τὸ, τὴν περὶ παθῶν μετερχομένους διδασκαλίαν, quod reddit, *affectuum disciplina præterita*; valde absonum est; ipsumque ejus quod Marcus Maximusque statuunt, contrarium; ac velut hæc ipsa sit sublimioris sermonis dimissa scientia, non illi opposita.

προσηκούσης ἐρεύνης ἐπερωτῶν περὶ τῶν ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων παύσαιτο, τοῖς πάθεσι πάντως ἐξ ἀγνοίας ἁλίσκεται· δι' ὧν κατὰ μέρος τοῦ Θεοῦ χωριζόμενος, ἐν ταῖς ἀκουσίοις περιστάσεσι προσχωρεῖ τοῖς δαίμοσι, τὴν κοιλίαν θεοποιῶν· ἐκεῖθεν εὑρέσθαι θέλων τῶν πιεζόντων παράκλησιν. Καὶ πειθέτω σε Σαοὺλ, ἐν πᾶσι σύμβουλον μὴ λαμβάνων τὸν Σαμουὴλ, ἐξ ἀνάγκης πρὸς εἰδωλολατρίαν μεταστρεφόμενος, καὶ τὴν Ἐγγαστρίμυθον ὡς δή τινα θεὸν ἐπερωτᾷν ἀνεχόμενος.

νϛ'. Ὁ τὸν ἄρτον εὐχόμενος λαβεῖν τὸν ἐπιούσιον, οὐ πάντως ὅλον δέχεται καθὼς αὐτὸς ὁ ἄρτος ἐστίν· ἀλλὰ καθὼς αὐτὸς ὁ δεχόμενος δύναται. Πᾶσι μὲν γὰρ ἑαυτὸν δίδωσι τοῖς αἰτοῦσι ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος ὡς φιλάνθρωπος, οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ πᾶσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν μεγάλα δικαιοσύνης ἔργα πεποιηκόσι, πλειόνως· τοῖς δὲ τούτων ἥττοσιν, ἡττόνως· ἑκάστῳ καθὼς ἡ κατὰ νοῦν ἀξία δέξασθαι δύναται.

νζ'. Ὁ Κύριος ποτὲ μὲν ἀποδημεῖ, ποτὲ δὲ ἐνδημεῖ. Ἀποδημεῖ, κατὰ τὴν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον θεωρίαν· ἐνδημεῖ, κατὰ τὴν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγμασι θεωρίαν.

νη'. Τῷ μὲν πρακτικῷ, ἐνδημεῖ διὰ τῶν ἀρετῶν ὁ Κύριος· τοῦ δὲ μηδένα λόγον ποιουμένου τῆς ἀρετῆς, ἀποδημεῖ. Καὶ πάλιν, τῷ μὲν θεωρητικῷ, διὰ γνώσεως τῶν ὄντων ἀληθοῦς ἐνδημεῖ· τοῦ δὲ ταύτης κατά τι παρασφαλέντος, ἀποδημεῖ.

νθ'. Ἀποδημεῖ σαρκὸς, ὁ πρὸς τὴν γνωστικὴν ἕξιν μεταβὰς ἀπὸ τῆς πρακτικῆς· ἁρπαζόμενος ὡς ἐν νεφέλαις, τοῖς ὑψηλοτέροις νοήμασιν, εἰς τὸν διαφανῆ τῆς μυστικῆς θεωρίας ἀέρα· καθ' ὃν σὺν Κυρίῳ εἶναι δυνήσεται πάντοτε. Ἐκδημεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὁ μήπω δίχα τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργειῶν καθαρῷ νοΐ θεωρῆσαι κατὰ τὸ ἐφικτὸν τὰ νοήματα δυνάμενος, καὶ τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον ἁπλοῦν χωρὶς αἰνιγμάτων μὴ χωρῶν.

ξ'. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος (f), οὐ μόνον καθότι σεσάρκωται λέγεται σάρξ· ἀλλὰ καθότι Θεὸς Λόγος ἁπλῶς νοούμενος ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ σαφεῖς καὶ γυμνοὺς τοὺς τῆς ἀληθείας περὶ τῶν ὅλων ἔχων τύπους, οὐ περιέχει παραβολὰς καὶ αἰνίγματα· οὐδὲ ἱστορίας δεομένας ἀλληγορίας· ἐπὰν δὲ ἀνθρώποις ἐπιδημήσῃ μὴ δυναμένοις γυμνῷ τῷ νοΐ γυμνοῖς προσβάλλειν τοῖς νοητοῖς· ἀπὸ τῶν αὐτοῖς συνήθων διαλεγόμενος, διὰ τῆς τῶν ἱστοριῶν καὶ αἰνιγμάτων καὶ παραβολῶν καὶ σκοτεινῶν λόγων ποικι-

fuerat, qua par est diligentia ac scrutandi sedulitate, de agendis et non agendis percontari desierit, omnino ex ignorantia iisdem obnoxius fit; quibus a Deo paulatim recedens, adversis casibus quibus invitus examinatur, ad dæmones accedit; qui Deum ventrem faciat [12], indeque a malis, quibus premitur, levamen ac solatium quærat. Fidemque faciat Saul, idcirco quod non in omnibus consuluit Samuelem, necessario ad idolorum servitutem conversus, ac qui ventriloquam ceu numen quoddam ac oraculum consulere non abnuerit [13].

56. Qui panem quotidianum rogat accipere, non omnino totum accipit, quantus ipse panis est, sed quoad accipienti per facultatem licet. Nam ipse quidem panis vitæ [14], propensa bonitate sua, cunctis se petentibus, etsi non eadem omnibus ratione parique distributione præbet; sed, illis quidem abunde, qui magna designaverint justitiæ opera; his autem qui minores exstiterint, paulo parcius, cuique scilicet, quantum pro animi dignitate atque merito potest capere.

57. Dominus, partim quidem absens, partim præsens est. Absens est, quod ad eam visionem attinet, quæ est facie ad **498** faciem; est vero præsens, quantum ad eam contemplationem quæ in speculo ac ænigmate est [15].

58. Ei, qui se actioni impendit, Dominus per virtutes adest; ab eo autem qui nullam virtutis rationem habet, peregre est. Rursusque colenti scientiam, ac contemplationi dedito per veram rerum cognitionem præsens fit; ab eo autem absens est, qui ulla ratione ab ea aberraverit.

κς'. Πάντων τῶν ἀγαθῶν τέλος ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ὡς πρὸς Θεὸν τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀκρότατον, καὶ παντὸς αἴτιον ἀγαθοῦ, τοὺς ἐν αὐτῇ περιπατοῦντας ἄγουσα καὶ προσάγουσα καὶ συνάγουσα, ὡς πιστὴ καὶ ἀδιάπτωτος (h) καὶ μένουσα. Ἡ πίστις γάρ, βάσις ἐστὶ τῶν μετ' αὐτήν, ἐλπίδος λέγω καὶ ἀγάπης, βεβαίως τὸ ἀληθὲς ὑφεστῶσα. Ἡ δὲ ἐλπίς, τῶν ἄκρων ἐστὶν ἰσχύς, ἀγάπης λέγω καὶ πίστεως, τὸ πιστόν τε δι' ἑαυτῆς καὶ τὸ ἐραστὸν ἀμφοῖν ὑποφαίνουσα, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸν δρόμον δι' ἑαυτῆς ποιεῖσθαι διδάσκουσα. Ἡ δὲ ἀγάπη, τούτων ἐστὶ συμπλήρωσις, τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ὅλον ὅλη περιπτυσσομένη, καὶ ταύταις τῆς ἐπ' αὐτὸ κινήσεως στάσιν παρεχομένη, τοῦ πιστεύειν εἶναι, καὶ ἐλπίζειν παρέσεσθαι, τὸ ἀπολαύειν παρόντος δι' ἑαυτῆς ἀντεισάγουσα.

κζ'. Ἔργον τῆς ἀγάπης τελειότατον, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας πέρας, δι' ἀντιδόσεως σχετικῆς τῶν κατ' αὐτὴν συνημμένων, ἀλλήλοις ἐμπρέπειν τὰ ἰδιώματα, καὶ τὰς κλήσεις παρασκευάζειν· καὶ θεὸν μὲν τὸν ἄνθρωπον ποιεῖν, ἄνθρωπον δὲ τὸν Θεὸν χρηματίζειν καὶ φαίνεσθαι, διὰ τὴν μίαν καὶ ἀπαράλλακτον ἀμφοτέρων κατὰ τὸ θέλημα βούλησίν (i) τε καὶ κίνησιν.

κη'. Εἰ κατ' εἰκόνα Θεοῦ πάντως ἡμεῖς, γενώμεθα ἑαυτῶν καὶ τοῦ Θεοῦ· μᾶλλον δέ, μόνου καὶ ὅλου Θεοῦ, καὶ ὅλοι, μηδὲν ἐπίγειον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς φέροντες, ἵνα Θεῷ πλησιάσωμεν, καὶ θεοὶ γενώμεθα, ἐκ Θεοῦ τὸ θεοὶ εἶναι λαβόντες. Οὕτω γὰρ τιμᾶται τὰ θεῖα δωρήματα, καὶ ἡ τῆς θείας εἰρήνης φιλοφρονεῖται παρουσία.

κθ'. Μέγα ἀγαθὸν ἡ ἀγάπη, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὸ πρῶτον καὶ ἐξαίρετον ἀγαθόν, ὡς Θεὸν καὶ ἀνθρώ-

socius sit? cujus socia passio, regnum procurat ac conciliat. Verax enim est, qui ait: *Si compatimur, ut et conglorificemur* [12].

25. Cum omnino labores desudandi sint, ob commistam naturæ proavi injuria voluptatem ac libidinem, temporaneos 517 strenue labores perferamus, qui et voluptatis ac libidinis stimulum nobis retundant, æternisque suppliciis quorum illa auctor est, eximant.

26. Omnium bonorum finis est charitas, ut quæ in ipsa ambulantes ad Deum supremum bonum omnisque boni auctorem, tanquam fida, et quæ non excidat, maneatque, ducat, admoveat, colligat. Fides enim, sequentium fundamentum est (spei scilicet et charitatis) quæ veritatem firmiter statuat. Spes, extremorum (charitatis ac fidei) robur est atque firmitas, quæ ipsa utriusque rei fidem amoremque ostendat, cursumque in eam sua opera contendendum doceat. Charitas vero, harum est complementum, totum tota supremum appetibile complectens, ipsisque a motu in illud quietem ac cessationem præbens; ejus loco ac credamus esse futurumque speremus, ut per eam præsente fruamur ac possideamus, inducens.

27. Charitatis perfectissimum opus est, ejusque operationis finis, ut per eam, reciproca quadam habitudinis attributione, eorum qui illa conjuncti sunt, aliæ aliis proprietates nominaque conveniant: ut et hominem deum, Deumque hominem audire ac videri faciat, ob eamdem nihilque dissimilem amborum voluntatem ac appetitionem.

28. Siquidem omnino ad Dei sumus imaginem, nostri ipsorum Deique efficiamur; imo potius toti ad unum totumque Deum, nihil ipsi in nobis terrenum ferentes, spectemus, ut Deo propinquemus diique flamus; Dei hoc munere consecuti, ut dii exsistamus. Sic enim divinis donis habetur honor, divinæque pacis præsentia grataanter excipitur atque probatur.

29. Ingens charitas bonum, interque bona primum ac eximium; quæ ipsa Deum et homines per

[12] Rom. VIII, 17.

(h) *Καὶ ἀδιάπτωτος*. Quasi ipsa in se constans et firma, et quod ait Apost. I Cor. XIII, 8: ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. *Charitas nunquam excidit*: ea nimirum ratione, qua reliquarum virtutum theologicarum complementum est; τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ὅλον ὅλη περιπτυσσομένη, *totum tota complectens supremum appetibile*, ejusque præsentis fruitione, fidei ac spei in ipsum motus quiete sistens. Quæ sic clara ac theologica, quis ferat ita Pico nullo sensu reddita, *Quæ post omnia prorsus expetenda est et tota induenda?*

(i) *Διὰ τὴν μίαν καὶ ἀπαράλλακτον... βούλησιν*. Picus quod eam vocem ἀπαράλλακτον, immutabilem, reddit; statimque post c. 29, in illis verbis, τὴν τοῦ θεουμένου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἀπαραλλαξίαν, *Deificati a Deo impossibilem separationem*; longe a vero, est, sanaque doctrina. Utrobique enim τὸ ἀπαράλλακτον et ἀπαραλλαξία, exacta similitudo est, nulla quasi differentia et evariatione: Hesych. ἀπαραλλάκτῳ, ὁμοίῳ, παρὰ μηδὲν παραλλάσσοντι. Quod reddere voluerit Philox. et vetus Gloss. Steph. cum *indiscretum* exponunt Greg. in diem Christi Natal. ἡ ἀπαράλλακτος εἰκών· *Imago per omnia similis*. Nihilque theologis crebrius, ea vocis illius acceptione, vel in divinis personis, vel in quibus perfecta secundum bonitatem, quanta homini concessa, cum Deo similitudo est per charitatem quæ tamen nec statum immutabilem, nec impossibilem a Deo separationem facit, extra ipsam consummationem et Dei visionem, de qua Maximus hic non agit. Fraudem fecerit Pico Steph. in *Thesauri* indice, ubi nullo auctore (nescio an ex veteri aliquo glossario, vel ex suo capite) ἀπαραλλαξία· *Non mutari, seu immutabilitas, constantia*; cum tamen idem, t. I, bene exponat; arguatque Bilibal. in loco allato Greg. quasi perperam reddiderit, *incommutabilis similitudo*.

se copulet, circa eum, qui illa præditus est; faciatque, ut qui hominum genus condidit, ut homo appareat, ob summam ejus qui deitate donatur cum Deo, ratione boni, quoad homini concessum est, similitudinem; quam præstare existimo, hoc quod est, Diligere Dominum Deum ex toto corde et anima et virtute; et proximum sicut seipsum [11].

30. Observandum diabolum, dolo astute composito, per φιλαυτίαν (cæcum scilicet ac carnalem sui amorem) voluptatis objectu seducendo hominem, ipsum **518** a Deo, aliosque ab aliis, pugnantibus animis ac sententiis disjunxisse; perversa nimirum rectitudine, inque hunc modum divisa natura, ac in multas opiniones judiciaque scissa.

31. Tria sunt maxima et primigenia vitia; omnisque, ut semel dicam, vitii origo et causa; nempe ignorantia, φιλαυτία (improbus sui ac carnalis amor) et tyrannis; a se nimirum mutuo pendentia, aliaque aliis vim ac stabilimentum præbentia. Ex Dei enim ignorantia, est φιλαυτία (cæcus ille amor), exque illa, tyrannis (vis scilicet iniqua) erga eos quos conjungit generis ejusdem necessitudo. Nec quisquam eat inficias, quin nequissimus per abusum propriarum virium (rationis scilicet, cupiditatis et iræ) hæc in nobis suscitet ac efficiat.

32. Æquum sane ac par est, ut pro ignorantia, per scientiam ad Deum singularissime unum, quærendo moveamur; cupiditate vero, φιλαυτίας pravique amoris labe pura, in Deum solum amore desiderioque agamur; ira denique, cui nulla vis iniqua comes, Deum solummodo assequi connitamur; atque nobis horum prolem, ac in cujus hæc gratiam (divinam scilicet ac beatam charitatem, quæ et Deo copulet, deumque virum religiosum ac Dei cultorem efficiat) conflemus.

33. Φιλαυτία, uti dictum est, velut vitiorum principe atque parente evulsa, ejus universæ soboles, eaque sequiora germina simul evelli solent. Illa namque sublata, nullum prorsus malitiæ genus aut vestigium potest consistere.

34. Tantum nosmetipsos, aliique alios complectamur ac colamus operæ pretium est, quantum ipse per seipsum Christus prior ostendit, qui pro nobis parti ac mori propense dignatus est.

35. Sancti omnes propter charitatem ejusque nutu peccato restiterunt, nullam præsentis vitæ rationem habentes; diversaque mortis genera sustinuerunt, ut ipsi in se ac Deum a mundo colligerentur, unirentque in se ipsis naturæ segmina. Hæc enim vera ac inculpata fidelium divina sapientia (cujus finis bonum est atque veritas: siquidem bonum, propensa benignitas est et humanitas; verumque, ex fidei rationibus composita pietas ac religio; vera scilicet charitatis insignia) ut quæ Deo, aliosque aliis homines conjungat, eamque ob rem firma ac constanti bonorum perennitate gaudeat.

[11] Deut. vi, 5; Matth. xxii, 37.

A πους δι' ἑαυτῆς περὶ τὸν αὐτὴν ἔχοντα συνάπτουσα· καὶ ὡς ἄνθρωπον τὸν ποιητὴν τῶν ἀνθρώπων φανῆναι παρασκευάζουσα, διὰ τὴν τοῦ θεουμένου πρὸς τὸν Θεὸν κατὰ τὸ ἀγαθὸν ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, ἀπαραλλαξίαν· ἣν ἐνεργεῖν ὑπολαμβάνω τὸ, Ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως· καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν.

λʹ. Ἰστέον, ὡς δόλῳ κακούργως μεμηχανημένῳ διὰ φιλαυτίας, καθ' ἡδονῆς προσβολὴν ἀπατήσας ἡμᾶς ὁ διάβολος, Θεοῦ καὶ ἀλλήλων κατὰ γνώμην διέστησε, τὸ εὐθὲς διαστρέψας, καὶ τὴν φύσιν κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον μερίσας, καὶ κατατεμὼν εἰς πολλὰς δόξας καὶ φαντασίας.

λαʹ. Τρία ἐστὶ τὰ μέγιστα καὶ ἀρχέκακα, καὶ πάB σης, ἁπλῶς εἰπεῖν, κακίας γεννητικά· ἄγνοια, φημὶ, καὶ φιλαυτία καὶ τυραννίς· ἀλλήλων ἐξηρτημένα καὶ δι' ἀλλήλων συνιστάμενα. Ἐκ γὰρ τῆς περὶ Θεοῦ ἀγνοίας, ἡ φιλαυτία· ἐκ δὲ ταύτης, ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς τυραννίς ἐστι. Καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ λόγος, μὴ οὐχὶ τῷ κατὰ παράχρησιν τρόπῳ τῶν οἰκείων δυνάμεων, λόγου τε καὶ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ, ταύτας ἐν ἡμῖν τὸν πονηρὸν ὑποστήσασθαι.

λβʹ. Δέον, λόγῳ μὲν, ἀντὶ τῆς ἀγνοίας, πρὸς τὸν Θεὸν διὰ γνώσεως κατὰ ζήτησιν μονώτατον κινεῖσθαι· δι' ἐπιθυμίας δὲ, τοῦ τῆς φιλαυτίας πάθους καθαρᾶς, κατὰ πόθον πρὸς τὸν Θεὸν μόνον ἐλαύνεC σθαι· καὶ τῷ θυμῷ τυραννίδος κεχωρισμένῳ, πρὸς τὸ Θεοῦ μόνου τυχεῖν ἀγωνίζεσθαι, καὶ τὴν ἐκ τούτων καὶ δι' ἣν ταῦτα θείαν καὶ μακαρίαν ἀγάπην δημιουργῆσαι, τῷ Θεῷ συνάπτουσάν τε καὶ θεὸν ἀποφαίνουσαν τὸν φιλόθεον.

λγʹ. Τῆς φιλαυτίας ὡς ἀρχῆς, καθὼς εἶπον, καὶ μητρὸς τῶν κακῶν ἀποτιλείσης, πάντα τὰ ἐξ αὐτῆς τε καὶ μετ' αὐτὴν, συναποτίλλεσθαι εἴωθεν· ἐπειδὴ ταύτης μὴ οὔσης, οὐδὲ οὐδαμῶς τὸ παράπαν κακίας εἶδος ἢ ἴχνος ὑφίστασθαι δύναται.

λδʹ. Δέον ἐστὶν ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων τοσοῦτον ἀντέχεσθαι, ὅσον αὐτὸς δι' αὐτοῦ ὁ Χριστὸς προλαβὼν ἀπεδείξατο, ὑπὲρ ἡμῶν παθεῖν ἀνασχόμενος.

D λεʹ. Διὰ τὴν ἀγάπην οἱ ἅγιοι πάντες πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικατέστησαν, τῆς παρούσης ζωῆς οὐδένα λόγον ποιησάμενοι· καὶ τοὺς πολυειδεῖς τοῦ θανάτου τρόπους ὑπέστησαν, ἵνα πρὸς ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ τὸν Θεὸν συναχθῶσι, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἐφ' ἑαυτῶν ἑνώσωσι ῥήγματα. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς καὶ ἀμώμητος τῶν πιστῶν θεοσοφία· ἧς τέλος, τὸ ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ ἀλήθεια· εἴπερ ἀγαθὸν τὸ φιλάνθρωπον, καὶ ἀληθὲς τὸ κατὰ πίστιν φιλόθεον, τὰ τῆς ἀγάπης γνωρίσματα· ὡς Θεῷ καὶ ἀλλήλοις τοὺς ἀνθρώπους συνάπτουσα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τὴν διαμονὴν ἀδιάπτωτον ἔχουσα.

λς'. Ἐνέργεια καὶ ἀπόδειξις τῆς πρὸς Θεὸν τελείας ἀγάπης ἐστὶν, ἡ γνησία δι' εὐνοίας ἑκουσίου πρὸς τὸν πλησίον διάθεσις. Ὁ γὰρ *μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὃν ἑώρακε*, φησὶν ὁ θεῖος Ἰωάννης, *τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακεν, οὐ δύναται ἀγαπᾷν*.

λζ'. Ἡ τῆς ἀληθείας ὁδὸς, ἡ ἀγάπη ἐστὶν, ἣν ἑαυτὸν ὀνομάσας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τοὺς ἐν αὐτῇ ὁδεύοντας, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καθαροὺς παντοίων γενομένους παρίστησιν.

λη'. Αὕτη ἐστὶν ἡ θύρα, δι' ἧς ὁ εἰσερχόμενος, εἰς τὰ Ἅγια γίνεται τῶν ἁγίων, καὶ τοῦ ἀπροσίτου κάλλους τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς Τριάδος καθίσταται ἄξιος θεατὴς γενέσθαι.

λθ'. Φοβερὸν ὄντως καὶ πάσης κατακρίσεως ὑπερεπέκεινα, τὸ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ Θεοῦ κατὰ δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑκουσίως νεκρῶσαι ζωὴν, διὰ τῆς πρὸς τὰ φθειρόμενα ἀγάπης· καὶ ἴσασι πάντως τοῦτον τὸν φόβον, οἱ τὴν ἀλήθειαν τῆς φιλαυτίας προτιμᾷν μελετήσαντες.

μ'. Χρησώμεθα εἰς δέον τῇ εἰρήνῃ, καὶ τὴν πρὸς τὸν κόσμον, καὶ τὸν κοσμοκράτορα κακῶς ἡμῖν ἐνυπάρξασαν ἀθετήσαντες φιλίαν, τὸν διὰ τῶν παθῶν πρὸς τὸν Θεὸν συνιστάμενον, κἂν ὀψέ ποτε καταλύσωμεν πόλεμον· καὶ σπονδὰς ἀλύτους τῆς πρὸς αὐτὸν εἰρήνης ποιήσαντες, ἐν τῇ καταργήσει τοῦ σώματος τῆς ἁμαρτίας, τῆς πρὸς αὐτὸν ἔχθρας παυσώμεθα.

μα'. Ἀδύνατόν ἐστιν ἡμᾶς φιλιωθῆναι Θεῷ, διὰ τῶν παθῶν πρὸς αὐτὸν στασιάζοντας, καὶ τῷ πονηρῷ τυράννῳ καὶ φονευτῇ τῶν ψυχῶν διαβόλῳ διὰ κακίας δασμοφορεῖν ἀνεχομένους, μὴ πρότερον διόλου πολεμωθέντας τῷ πονηρῷ. Μέχρι γὰρ τότε τοῦ Θεοῦ καθεστήκαμεν ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι, κἂν πιστῶν προσηγορίαν ἡμῖν αὐτοῖς περιπλάττωμεν, μέχρις οὗ πάθεσιν ἀτιμίας δουλεύειν βουλόμεθα· καὶ οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν ἐκ τῆς κατὰ τὸν κόσμον εἰρήνης λοιπὸν περιγενήσεται, τῆς ψυχῆς κακῶς διακειμένης, καὶ πρὸς τὸν ἴδιον ποιητὴν στασιαζούσης, καὶ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν γενέσθαι οὐκ ἀνεχομένης· ἔτι μυρίοις πεπραμένης ὠμοῖς δεσπόταις εἰς κακίαν αὐτὴν κατεπείγουσι, καὶ τὴν εἰς ἀπώλειαν φέρουσαν ὁδὸν, τῆς σωζούσης μᾶλλον ἀπατηλῶς αἱρεῖσθαι παρασκευάζουσιν.

μβ'. Εἰς τοῦτο ἡμᾶς πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἵνα γενώμεθα θείας κοινωνοὶ φύσεως, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀϊδιότητος μέτοχοι, καὶ φανῶμεν αὐτῷ ὅμοιοι κατὰ τὴν ἐκ χάριτος θέωσιν, δι' ἣν πᾶσά τε τῶν ὄντων ἡ σύστασίς ἐστι καὶ διαμονὴ, καὶ ἡ τῶν μὴ ὄντων παραγωγὴ καὶ γένεσις.

μγ'. Εἰ τοῦ Θεοῦ ὀνομάζεσθαί τε καὶ εἶναι ἐφιέμεθα, ἀγωνισώμεθα μὴ προδοῦναι τοῖς πάθεσι τὸν Λόγον, κατὰ τὸν Ἰούδαν· ἢ μὴ ἀρνήσασθαι, κατὰ τὸν Πέτρον. Ἄρνησις γάρ ἐστι τοῦ Λόγου, ἡ τοῦ πράττειν τὸ ἀγαθὸν διὰ φόβον παραίτησις· προδοσία δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἐμπρόθετος ἁμαρτία, καὶ ἡ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὁρμή.

A **519** 36. Perfectæ in Deum charitatis vis ac probatio, vera est erga proximum ultronea benevolentia animique affectio. Qui enim, inquit divus Joannes, *non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, diligere non potest* [14].

37. Via veritatis, charitas est, quam seipsum vocans Dei Verbum [15], ambulantes in ea, omni labe puros, Deo ac Patri repræsentat.

38. Hæc est porta, per quam qui ingreditur, in Sancta sanctorum penetrat, dignusque efficitur, qui sanctæ ac regalis Trinitatis inaccessi decoris spectator exsistat.

39. Tremendum sane omnique majus condemnatione, quod concessam nobis divinitus Spiritus B sancti munere vitam, fluxarum rerum ac pereuntium amore, sponte perimamus. Eumque plane noverunt metum, qui veritatem φιλαυτίᾳ (cæco illi amori ac carnali) anteferre studuerunt.

40. Pro eo ac decet pace utamur, maleque nobis cum mundo, mundique rectore consertam amicitiam irritam cassamque reddentes, tandem aliquando conflatum nobis vitiorum labe ac affectuum bellum adversus Deum dissolvamus, pacisque cum eo insolubilia jungentes fœdera, in destructione corporis peccati [16], inimicitiarum cum ipso finem faciamus.

41. Nunquam fiat ut Deo amicitia jungamur, qui per vitia atque affectus illi rebelles simus, pessi-C moque animorum tyranno ac homicidæ diabolo, pravis studiis vestigales esse sustineamus, quin prius nequissimo inimici prorsus efficiamur. Tandiu enim Dei hostes sumus ac inimici, tametsi fidelium nobis nomen affingimus, quandiu probrosis affectibus servire in animum inducimus: nec jam nobis ex mundi pace accedet aliquid commodi, qui male animo affecti simus, adversumque proprium auctorem rebellemus, nec ejus feramus imperio subjici: innumeris scilicet venundati sævis dominis, in vitium ac malitiam propellentibus, et ad viam quæ ducit ad perditionem, præ ea qua salus paratur, errore eligendam, nobis auctoribus.

D 42. In hoc nos Deus condidit, ut efficiamur divinæ consortes naturæ [17], ejusque æternitatis participes, atque illi similes [18] appareamus per deificationem, quæ ex gratia est: ob quam rerum omnium **520** constitutio et perennitas, eorumque, quæ necdum in rerum censu exsistunt, productio et ortus.

43. Si Dei (?)re atque nomine esse desideramus, hoc enitamur, nec in Judæ morem Verbum seu rationem affectibus prodamus; neve instar Petri abnegemus. Verbi enim rationisque negatio est, quod quis metus causa recuset præstare bonum; proditio vero, cum ex proposito peccatum in actu perpetramus, inque illud animo incitamur.

[14] I Joan. IV, 20. [15] Joan. XIV, 6. [16] Rom. VI, 6. [17] II Petr. I, 4. [18] I Joan. III, 2.

44. Omnis ærumnæ finis, gaudium est; omnisque A laboris, requies; omnis infamiæ, gloria. Atque ut semel dicam, omnium quæ virtutis causa molesta toleramus, finis est, ut Deum nanciscamur semperque cum eo versemur, ac sempiterna nullumque habitura finem requie ac beatitate fruamur.

45. Deus, cum præter eam unionem quæ est natura, etiam animorum sententia parique voluntate alios aliis sociare vellet, et ut totum vere humanum genus in hoc propositum cogeret, benignissima pietate salutaria nobis mandata exaravit; ac propterea omnino misereri sanxit, ac his qui misereantur misericordiam præstari [19].

46. Hominum extra rationem cæcusque amor ac prudentia, aliis alios, legemque aut repellentibus aut fraudantibus, naturam, quæ una erat, in plures B partes conscidit; eamque quæ in ea nunc viget, duri pectoris stoliditatem ac stuporem inducens, ipsam in se ipsam animorum discordia naturam armavit. Quisquis igitur prudenti consilio sensusque ingenuitate, hanc naturæ inæqualitatem solvere potuit, ipse præ aliis sui ipsius misertus est; qui nempe liberam voluntatem ex naturæ rationibus composuerit, ac voluntatis arbitrio propter naturam ejusque ductu ad Deum accesserit, inque seipso, quisnam sit modus ejus quod est *ad imaginem*, monstraverit; et quomodo Deus, apte humanam naturam a principio similem, suæque bonitatis illustre simulacrum condens, secum ipsam modis omnibus eamdem, pacatam, quietam, tranquillam, cum Deo ac secum ipsam per charitatem devinctam, statuerit; qua (nempe charitate) Deum quidem desiderio, C nos autem ipsi alii alios indulgentiori pietate ac misericordia complectamur.

47. Benignissimus Deus idcirco factus est homo, ut humanam ad se ipse naturam **521** colligeret, ac, qua male ferebatur, jactationem sisteret; quæ scilicet secum ipsa (quinimo adversum se) dissideret, scissaque esset, nec ullam quietem, incerta animi erga res singulas agitatione, nec suis librata ponderibus, haberet.

48. Nihil, iis in rebus quæ a Deo secundæ sunt, illis charius, qui sana mente atque sensibus præditi sint (quin neque Deo acceptius), perfecta charitate; ut quæ divisos in unum cogat, unamque in D multis (sive omnibus) omni procul remoto dissidio,

μδ'. Πάσης θλίψεως τέλος ἐστὶν ἡ χαρά· καὶ παντὸς κόπου, ἡ ἀνάπαυσις· καὶ πάσης ἀτιμίας, ἡ δόξα. Καὶ ἁπλῶς, πάντων τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ἀλγεινῶν τέλος ἐστὶ, τὸ μετὰ Θεοῦ γενέσθαι καὶ εἶναι διαπαντὸς, καὶ τῆς αἰωνίου καὶ πέρας μὴ ἐχούσης ἀνέσεως ἀπολαῦσαι.

με'. Ὁ Θεὸς πρὸς τῇ φύσει, καὶ τῇ γνώμῃ ἀλλήλοις ἡμᾶς ἑνῶσαι βουλόμενος, καὶ πρὸς τοῦτο ἅπαν ὡς ἀληθῶς (j) ὠθῶν τὸ ἀνθρώπινον, τὰς σωτηρίους φιλανθρώπως ἡμῖν ἐντολὰς διεχάραξε, καὶ τούτου χάριν ἐλεεῖν καὶ ἐλεεῖσθαι ἁπλῶς ἐνομοθέτησεν.

μς'. Ἡ τῶν ἀνθρώπων φιλαυτία καὶ σύνεσις, ἀλλήλους καὶ τὸν νόμον, ἢ ἀπωσαμένη, ἢ σοφισαμένη, εἰς πολλὰς μοίρας τὴν μίαν φύσιν κατέτεμε· καὶ τὴν νῦν ἐπικρατοῦσαν αὐτῆς ἀναλγησίαν εἰσηγησαμένη (k), αὐτὴν καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν διὰ τῆς γνώμης ἐξώπλισε [*Regii duo* ἐξήπλωσε]. Διά τοι τοῦτο, πᾶς ὅστις σώφρονι λογισμῷ καὶ φρονήσεως εὐγενείᾳ, ταύτην λῦσαι δεδύνηται τῆς φύσεως τὴν ἀνωμαλίαν, ἑαυτὸν πρὸ τῶν ἄλλων ἐλέησε, τὴν γνώμην κατὰ τὴν φύσιν δημιουργήσας, καὶ Θεῷ κατὰ τὴν γνώμην διὰ τὴν φύσιν προσχωρήσας, καὶ δείξας ἐφ' ἑαυτῷ, τίς τοῦ *κατ' εἰκόνα* λόγου ὁ τρόπος, καὶ πῶς ἑαυτῷ ὁ Θεὸς πρεπόντως κατ' ἀρχὰς ὁμοίαν τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ τῆς ἰδίας ἀγαθότητος ἀρίδηλον ἀπεικόνισμα δημιουργήσας, κατέστησεν αὐτὴν ἑαυτῇ κατὰ πάντα ταυτὴν, ἄμαχον, εἰρηνικὴν, ἀστασίαστον, πρός τε Θεὸν καὶ ἑαυτὴν δι' ἀγάπης ἐσφιγμένην, καθ' ἣν Θεοῦ μὲν ἐφετῶς, ἀλλήλων δὲ συμπαθῶς ἀντεχόμεθα.

μζ'. Ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς διὰ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἑαυτὸν συναγάγῃ, καὶ στήσῃ τοῦ φέρεσθαι κακῶς, πρὸς ἑαυτὴν, μᾶλλον δὲ καθ' ἑαυτῆς στασιάζουσάν τε καὶ μεμερισμένην· καὶ μηδεμίαν ἔχουσαν στάσιν, διὰ τὴν περὶ ἕκαστον τῆς γνώμης ἀστάθμητον κίνησιν.

μη'. Οὐδέν ἐστι τῶν μετὰ Θεὸν τοῖς νοῦν ἔχουσι τιμιώτερον, μᾶλλον δὲ τῷ Θεῷ προσφιλέστερον, τῆς τελείας ἀγάπης, ὡς τοὺς διῃρημένους εἰς ἓν συναγούσης, καὶ μίαν ἐν τοῖς πολλοῖς ἢ τοῖς πᾶσιν, ἀστασίαστον κατὰ τὴν γνώμην δημιουργῆσαι δυ-

[19] Luc. vi, 28.

(j) Ὡς ἀληθῶς. Legendum potius videatur, ὡς ἀγαθῶς. Divina enim bonitas una ratio est, cur Deus sic natura unitos, voluerit animorum consensu ac voluntatibus uniri; præceperitque misereri, ac miserendo, impetrandæ a Deo misericordiæ aptari. τὸν ὡς ἀληθῶς, nihil hic valde aptum, aut necessarium.

(k) Ἀναλγησίαν εἰσηγησαμένη. Quasi *indolentiam*, immisericordis animi duritiem, stoliditatem, stuporem. Vocant Græci et ἀπάθειαν· non laudabilem illam, quæ est coercitis ratione affectibus, et cui tantopere student Christiani philosophi, ipsique olim ethnici, sed quam vituperat Paulus Rom. I; dum malorum exemplo ponit ἀστόργους, Vulg. *sine affectione*. Nullo scilicet naturalis amoris ac pietatis sensu præditos: quæ est affectuum absentia, quales exigit ratio, ipsaque sibi una condita rationalis natura. Non satis apte Picus *insensibilitate introducta*: cum sensilis vox magis passive accipiatur, pro eo quod sensu attingi potest, seu quod eum movet. Nec longe felicius, quod sequitur, αὐτὴν καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν διὰ τῆς γνώμης ἐξώπλισε. *Ipsam in sese naturam ingenii solertia armavit*. Aliud certe γνώμη, qua sic scissa natura, quam ingenii solertia. Ipsa nimirum sui juris voluntas ac libera, eoque discors in singulis, quorum est γνωμικὴ, voluntas trahensque naturam in diversa ac in ea faciens inæqualitatem.

ναμένης ταὐτότητα. Καὶ γὰρ ἴδιον τῆς ἀγάπης, τῶν A κατ' αὐτὴν ζητούντων, μίαν ἀποδεῖξαι τὴν γνώμην.

pacatam animi sententia identitatem præstare valeat. Id enim charitatis proprium, ut eorum, qui ea quæ ejus sunt quærunt, unum animum ac voluntatem efficiat.

μθ'. Εἰ φύσει τὸ καλόν ἐστιν ἑνοποιητικὸν τῶν διῃρημένων καὶ συνεκτικὸν, τὸ κακὸν δηλονότι τῶν ἡνωμένων ἐστὶ διαιρετικόν τε καὶ φθαρτικόν. Καὶ γὰρ φύσει τὸ κακὸν σκεδαστὸν ὑπάρχει, καὶ ἄστατον καὶ πολύμορφον καὶ διαιρετικόν.

49. Siquidem ea boni natura est atque indoles, ut quæ divisa sunt uniat et contineat : mali plane genius erit, ut quæ sunt unita dividat ac interimat. Malum enim natura dissipatum est et mutabile, instabileque et multiforme, ac quod divisionem inducat.

ν'. Πάντων τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴ καὶ σύντομος πρὸς σωτηρίαν ὁδὸς, ἡ ἀληθὴς τοῦ Θεοῦ κατ' ἐπίγνωσιν ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ἡ καθόλου τῆς κατὰ ψυχὴν πρός τε τὸ σῶμα καὶ τὸν κόσμον τοῦτον στοργῆς ἐξάρνησις, καθ' ἣν, τῆς μὲν ἡδονῆς ἐπιθυμίαν, τῆς ὀδύνης δὲ τὸν φόβον ἀποβαλλόμενοι, τῆς κακῆς B ἐλευθερούμεθα φιλαυτίας, πρὸς τὴν γνῶσιν ἀναβιβασθέντες τοῦ Κτίσαντος· καὶ πονηρᾶς ἀγαθὴν ἀντιλαβόντες νοερὰν φιλαυτίαν, σωματικῆς κεχωρισμένην στοργῆς, οὐ παυόμεθα λατρεύοντες τῷ Θεῷ διὰ ταύτης τῆς καλῆς φιλαυτίας, ἐκ Θεοῦ τῆς ψυχῆς ἀεὶ ζητοῦντες τὴν σύστασιν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἀληθὴς λατρεία, καὶ ὄντως θεάρεστος, ἡ τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἀρετῶν ἀκριβὴς ἐπιμέλεια.

50. Liberatio a malis omnibus, brevisque ad salutem via, vera est cum agnitione Dei dilectio, omnisque erga corpus mundumque, indulgentioris animi abdicatio; qua, voluptatis cupiditate dolorisque metu excussis, a pravo illo cæcoque corporis amore liberamur, ad Auctoris cognitionem subvecti; ejusque loco bonum illum atque honestum intelligentis animi amorem, corporalis affectus labe purum adepti, eo obsequi Deo non cessamus, qui animi semper incolumitatem ex Deo quæramus. Hic enim verus cultus, vereque Deo acceptus est, ut nempe diligentem animo virtutum solliciti curam adhibeamus.

να'. Ὁ σωματικῆς ἡδονῆς μὴ ἐφιέμενος, καὶ ὀδύνην παντελῶς μὴ φοβούμενος, γέγονεν ἀπαθής. Ταύταις γὰρ μετὰ τῆς τεκούσης αὐτὰς φιλαυτίας, πάντα τὰ δι' αὐτάς τε καὶ ἐξ αὐτῶν μετὰ τῆς ἀρχηγικωτάτης τῶν κακῶν ἀγνοίας, ὁμοθυμαδὸν συναπέκτεινε πάθη, καὶ ὅλος γέγονε τοῦ ἑστῶτος καὶ μένοντος C καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος φύσει καλοῦ, παντάπασιν αὐτῷ συνδιαμένων ἀκίνητος, καὶ ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ κατοπτριζόμενος· ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ φωτοειδοῦς λαμπρότητος, τὴν θείαν καὶ ἀπρόσιτον δόξαν θεώμενος.

51. Qui corporalem voluptatem ac libidinem non concupiscit, nec dolorem omnino metuit, imperturbati solutique vitiis animi exstitit. Cum his enim, eorumque parente, pravo illo ac cæco corporis amore, cunctos horum causa, exque illis succrescentes affectus, cum vitiorum summe principe primaque origine, ignorantia, uno velut ictu interemit, totusque stabili illi et manenti, eodemque se modo semper habenti, ac natura bono honestoque adhæsit, cum illo immobilis prorsus perseverans, ac revelata facie quasi in speculo divinam gloriam contemplans [20]; ex lucido penes seipsum splendore, divinam ac inaccessam claritatem animo considerans.

νβ'. Τὴν ἡδονὴν τῆς παρούσης ζωῆς καὶ τὴν ὀδύνην, ὅση δύναμις, ἀρνησώμεθα, καὶ πάσης παθῶν ἐπινοίας (l) καὶ δαιμονιώδους κακουργίας παντελῶς ἀπαλλαγησόμεθα. Διὰ γὰρ τὴν ἡδονὴν ἀγαπῶμεν τὰ πάθη, καὶ διὰ τὴν ὀδύνην φεύγομεν τὴν ἀρετήν.

522 52. Vitæ hujus voluptatem atque dolorem, quanta facultas est, abdicemus, omnique vitiorum animo labe, dæmonumque malignitate penitus liberabimur. Voluptatis enim libidinisque illecebra, vitia affectusque diligimus; metuque doloris, virtutem fugimus ac aversamur.

νγ'. Ἐπειδὴ πᾶσα κακία πέφυκε τοῖς συνιστῶσιν αὐτὴν συμφθείρεσθαι τρόποις, εὑρίσκων δι' αὐτῆς D τῆς πείρας ὁ ἄνθρωπος, πάσης ἡδονῆς εἶναι πάντως τὴν ὀδύνην διάδοχον, πρὸς μὲν τὴν ἡδονὴν, τὴν ὅλην ἔσχεν ὁρμήν· πρὸς δὲ τὴν ὀδύνην, τὴν ὅλην ἀποφυγήν· τῆς μὲν, κατὰ πᾶσαν ὑπεραγωνιζόμενος δύναμιν· τῆς δὲ, κατὰ πᾶσαν σπουδὴν καταγωνιζόμενος, οἰόμενος, ὅπερ ἀμήχανον ἦν, διὰ τῆς τοιαύτης μεθοδείας, ἀλλήλων ταύτας διαστῆσαι, καὶ μόνῃ τῇ ἡδονῇ

53. Cum omne vitium una cum modis ipsum promoventibus seu conflantibus proclive intereat; comperto homo, rei ipso periculo, omni voluptati omnino dolorem comitem esse : in voluptatem quidem, vim omnem appetentis animi, in dolorem vero, fugam omnem convertit : illius quidem causa, totis viribus decertans; hunc vero, omni diligentia oppugnans; nempe ratus fore (quod omnino impossibile erat) ut ea solertia arteque, alterum ab

[20] II Cor. III, 12.

(l) *Πάσης παθῶν ἐπινοίας*. Pro λογισμοῦ videtur usurpasse; ut significet ipsum vitium et affectum animo hærentem juxta quod Varin. ἐπίνοια, ὅταν τις τὰ ὄντα ἐν τῇ διανοίᾳ θεωρῇ. Non satis bene Picus : *Ab omni affectuum opinione*. Possit et subtilem cogitatum et adinventionem sonare, uti sequenti statim cap. Τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν παθῶν ἐπινοοῦμεν γενέσεις. Ut velit fore liberos omni vitio ac affectu, tum cujus nobis ipsi auctores simus propria adinventione, tum cujus dæmones sua suggestione.

altero dispesceret; solique voluptati conjunctum pravum illum cæcumque corporis amorem, nullo prorsus doloris periculo, haberet; ignorans scilicet (affectu puto sensum adimente) voluptatem ipsam per se seorsum a dolore nunquam omnino posse exsistere. Est enim commistus voluptati doloris labor, tametsi latere eos videatur, qui ejus compotes sunt, ob exsuperantem scilicet voluptatis affectum. Semper enim quod præcipue dominatur ac viget, natum est elucere, ejus obtegendo sensum quod illi conjunctum est. Pravi igitur cæcique illius amoris studio voluptatem consectando, innumeros exitiosos affectus vitiaque adinvenimus.

54. Nescit ipse rei periculo voluptatis ac doloris sensum, qui Deo vere charissimo, amabilique ac desiderato, corporali omni affectu ac libidine liberum, dejunxerit, seu magis conglutinaverit, animum.

55. Quemadmodum fieri non potest, ut quis aliter purum Deo cultum adhibeat, quin penitus animum emundet: sic nec creaturæ servire potest, quin se corpori diligentiori cura impendat: quo nempe homo, exitiosum corpore cultum peragens, ejusque ratione sui ipse ac carnaliter amans, voluptatem jugiter vigentem atque dolorem habebat, inobedientiæ semper ligno vescens; quod scilicet boni ac mali commistam semper sensus experimento scientiam haberet. Nec forte a vero aberraverit, qui dicat, lignum scientiæ boni et mali creaturam esse oculis subjectam; quod nempe illa vi voluptatis atque doloris effectrice, **523** eo quod percipitur, natura prædita sit.

56. Ubi non obtinet ac dominatur ratio, sensus vigor et imperium cui commista atque conserta peccati vis, præsto esse solet; voluptatis illecebra, ad carnis una subsistentis eoque affinis, miserationem proclive animum trahens: pro cujus ratione, tanquam opus ei naturale, vitiosam ac voluptariam seu libidinosam carnis curam assumens, a vita naturali abducit, auctorque illi est, ut sibi ipse pravitatis ac malitiæ, quæ nec vere est, fabricator exsistat.

57. Animi intelligentis vitium ac pravitas est, naturalium bonorum oblivio, ex libidinosa in carnem mundumque affectione proveniens; quam delet spiritali scientia imperans pro ducis munere ratio, ac mundi carnisque ortum naturamque scrutans, atque ad affinem, earum rerum quæ sola mente percipiuntur, regionem provehens ac minans, ubi nulla excurrit aut transit peccati lex; quam jam sensus deficiat, pontis instar ad mentem eam trajiciens; ejus scilicet cum animo jam dissoluta necessitudine, ipsoque sensilibus spectaculis projecto: quorum mens habitudine atque natura superatis, ne prorsus quidem sentit.

A συνημμένην τὴν φιλαυτίαν ἔχειν παντελῶς ὀδύνης ἀπείρατον, ἀγνοήσας ὑπὸ τοῦ πάθους, ὡς ἔοικεν, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί ποτε χωρὶς ὀδύνης εἶναι τὴν ἡδονήν. Ἐγκέκραται γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς ὀδύνης ὁ πόνος, κἂν λανθάνειν δοκῇ τοὺς ἔχοντας, διὰ τὴν κατὰ τὸ πάθος τῆς ἡδονῆς ἐπικράτειαν· ἐπειδὴ τὸ ἐπικρατοῦν, ἀεὶ διαφαίνεσθαι πέφυκε, καλύπτον τοῦ παρακειμένου τὴν αἴσθησιν. Ἡδονῆς οὖν διὰ τὴν φιλαυτίαν ἀντιποιούμενοι, καὶ ὀδύνην διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πάλιν φεύγειν σπουδάζοντες, τὰς ἀμυθήτους τῶν φθοροποιῶν παθῶν ἐπινοοῦμεν γενέσεις.

νδʹ. Ἀγνοεῖ τις τὴν καθ' ἡδονὴν καὶ ὀδύνην τῆς αἰσθήσεως πεῖραν, ὅταν τῷ Θεῷ τῷ ὄντως ἀγαπητῷ B καὶ ἐραστῷ καὶ ἐφετῷ προσδήσῃ, μᾶλλον δὲ κολλήσῃ τὸν νοῦν, τῆς σωματικῆς γενόμενον ἐλεύθερον σχέσεως.

νεʹ. Ὥσπερ οὐ δύναταί τις ἄλλως λατρεύειν τῷ Θεῷ καθαρῶς, μὴ τὴν ψυχὴν ἄρδην ἐκκαθαίρων· οὕτως οὔτε τῇ κτίσει λατρεύειν, μὴ τὸ σῶμα περιποιούμενος (m)· καθ' ὃ σῶμα τὴν φθοροποιὸν ἐπιτελῶν λατρείαν ὁ ἄνθρωπος, καὶ κατ' αὐτὸ γενόμενος φίλαυτος, ἡδονὴν εἶχεν ἀπαύστως καὶ ὀδύνην ἐνεργουμένην, ἐσθίων ἀεὶ τὸ ξύλον τῆς παρακοῆς, τὸ καλοῦ τε καὶ κακοῦ, κατὰ ταὐτὸν μεμιγμένην κατὰ τὴν αἴσθησιν διὰ τῆς πείρας ἔχον τὴν γνῶσιν. Καὶ τάχα ξύλον εἶναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, τὴν φαινομένην κτίσιν εἰπών τις, οὐχ ἁμαρτήσει τῆς ἀλη- C θείας· ἡδονῆς γὰρ καὶ ὀδύνης ποιητικὴν ἔχει φυσικῶς τὴν μετάληψιν.

νϛʹ. Ἔνθα λόγος οὐ κρατεῖ, τὸ κατ' αἴσθησιν πέφυκεν ἐπιγίνεσθαι κράτος, ἐν ᾧ τῆς ἁμαρτίας πέφυρταί πως ἡ δύναμις, πρὸς οἶκτον τῆς συγγενοῦς σαρκὸς καθ' ὑπόστασιν, τὴν ψυχὴν δι' ἡδονῆς ὑποσύρουσα· καθ' ἣν ὡς ἔργον αὐτῇ φυσικὸν ἐγχειρίσασα τὴν ἐμπαθῆ καὶ καθήδονον τῆς σαρκὸς ἐπιμέλειαν, ἀπάγει τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς, καὶ πείθει τῆς ἀνυποστάτου κακίας γενέσθαι ταύτην δημιουργόν.

νζʹ. Κακία ἐστὶ ψυχῆς νοερᾶς, ἡ λήθη τῶν κατὰ φύσιν καλῶν, ἥτις ἐκ τῆς περὶ τὴν σάρκα τε καὶ κό- D σμον, ἐμπαθοῦς ἐπιγίνεται σχέσεως, ἣν ἀφανίζει στρατηγῶν ὁ λόγος κατ' ἐπιστήμην πνευματικήν, τήν τε τοῦ κόσμου καὶ τῆς σαρκὸς διερευνώμενος γένεσίν τε καὶ φύσιν, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ τῶν νοητῶν χώραν τὴν ψυχὴν ἐλαύνων· πρὸς ἣν οὐδεμίαν ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας ποιεῖται διάβασιν, οὐκ ἔχων καθάπερ γέφυραν πρὸς τὸν νοῦν διαβιβάζουσαν αὐτὸν ἔτι τὴν αἴσθησιν, διαλυθεῖσαν ἤδη πρὸς τὴν ψυχὴν κατὰ τὴν σχέσιν, καὶ τοῖς αἰσθητοῖς ἐναποῤῥιφεῖσαν θεάμασιν, ὧν διαβὰς τὴν σχέσιν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, παντελῶς οὐκ αἰσθάνεται.

(m) *Μὴ τὸ σῶμα περιποιούμενος.* Ubique in nimium corporis amorem, illiusque curam non ex ratione (quæ illa vitiosa φιλαυτία est) refert Maximus *vitia* reliqua; et hic, quod quis creaturæ serviat. Male rem Picus exprimit, *Creaturæ inservire nequit, nisi præparato prius corpore.* In reliquis etiam laborat Picus, nec altos Maximi sensus assequi satis potest, aut reddere.

νη'. Καθάπερ ὁ λόγος κρατῶν τῶν παθῶν, ἀρετῆς ὄργανον ποιεῖται τὰς αἰσθήσεις· οὕτω καὶ τὰ πάθη κρατοῦντα τοῦ λόγου, μορφοῦσι τὰς αἰσθήσεις πρὸς ἁμαρτίαν. Καὶ χρὴ νηφόντως σκοπεῖν τε καὶ μελετᾷν, πῶς ἡ ψυχὴ τὴν καλὴν ποιήσεται δεόντως ἀντιστροφὴν, τοῖς δι' ὧν τὸ πρὶν ἐπλημμέλει χρωμένη πρὸς γένεσιν ἀρετῶν καὶ ὑπόστασιν.

νθ'. Τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, σαρκικῆς μὲν εἰσηγεῖται ζωῆς ἄρνησιν, πνευματικῆς δὲ ὁμολογίαν. Περὶ τούτων δὲ λέγω, τῶν ἀεὶ μὲν κατὰ τὸν ἄνθρωπον, λέγω δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἐν σαρκὶ κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον ζωὴν, ἀποθνησκόντων, ζώντων δὲ κατὰ Θεὸν μόνῳ τῷ Πνεύματι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν (n), τοὺς ζῶντας μὲν οὐδαμῶς ἰδίαν ζωὴν, ζῶντα δὲ τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτοῖς κατὰ μόνην ἔχοντας τὴν ψυχήν. Οὕτως οἱ διὰ τὸν Θεὸν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ νεκροὶ σαρκὶ, κρίνονται, θλίψεις καὶ βασάνους πολλὰς καὶ στενοχωρίας ἔχοντες, καὶ διωγμοὺς, καὶ μυρία πειρασμῶν εἴδη μετὰ χαρᾶς ὑπομένοντες.

ξ'. Πᾶν πάθος κατὰ συμπλοκὴν πάντως αἰσθητοῦ τινος καὶ αἰσθήσεως, καὶ φυσικῆς δυνάμεως, θυμοῦ λέγω τυχὸν, ἢ ἐπιθυμίας, ἢ λόγου παρατραπέντος τοῦ κατὰ φύσιν, συνίσταται. Ἐὰν οὖν τὸ πρὸς ἄλληλα κατὰ σύνθεσιν τέλος, τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἐπ' αὐτῇ φυσικῆς δυνάμεως θεωρήσας ὁ νοῦς, δυνηθῇ πρὸς τὸν οἰκεῖον φύσει λόγον, τούτων ἕκαστον διακρίνας ἐπαναγαγεῖν, καὶ θεωρῆσαι καθ' ἑαυτὸ τὸ αἰσθητὸν, ἄνευ τῆς πρὸς αὐτὸ τῆς αἰσθήσεως σχέσεως, καὶ τὴν αἴσθησιν δίχα τῆς τοῦ αἰσθητοῦ πρὸς αὐτὴν οἰκειότητος· καὶ τὴν ἐπιθυμίαν φέρε εἰπεῖν, ἢ ἄλλην τινὰ τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων χωρὶς τῆς ἐμπαθοῦς ἐπ' αἰσθήσει τε καὶ αἰσθητῷ διαθέσεως· ὡς ἡ τοῦ πάθους ποιὰ παρασκευάζει τὴν θεωρίαν γίνεσθαι κίνησις, διεσκέδασε καὶ ἐλέπτυνε, κατὰ τὸν πάλαι τοῦ Ἰσραὴλ μόσχον, τοῦ οἱουδήποτε συμβαίνοντος πάθους τὴν σύστασιν, καὶ ὑπὸ τὸ ὕδωρ τῆς γνώσεως ἔσπειρεν, ἀφανίσας παντελῶς καὶ αὐτὴν τῶν παθῶν τὴν ψιλὴν φαντασίαν, διὰ τῆς πρὸς ἑαυτὰ τῶν ἀποτελούντων αὐτὸ κατὰ φύσιν πραγμάτων ἀποκαταστάσεως.

ξα'. Ὁ πολλοῖς πλημμελήμασι τῶν ἐκ τῆς σαρκὸς παθημάτων κεκηλιδωμένος βίος, χιτών ἐστιν ἐσπιλωμένος. Ὡς ἔκ τινος γὰρ ἐνδύματος τῆς κατὰ τὸν βίον ἀναστροφῆς, ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων διαφαίνεσθαι πέφυκεν, εἴτε δίκαιος, εἴτε ἄδικος· ὁ μὲν, χιτῶνα καθαρὸν ἔχων, τὸν ἐνάρετον βίον· ὁ δὲ, πονηροῖς ἐσπιλωμένην ἔργοις τὴν ζωὴν κεκτημένος. Ἢ μᾶλλον, ἐσπιλωμένος ἀπὸ τῆς σαρκός ἐστι χιτὼν, ἡ κατὰ συνείδησιν μορφοῦσα διὰ τῆς μνήμης τῶν

58. Quemadmodum ratio affectibus dominans, virtutis organum sensum efficit: sic quoque affectus rationi dominantes sensus ad peccatum informant. Atque adeo sobria mente attendendum ac considerandum, quonam modo animus convenienter conversionem facturus sit; quibus pridem delinquebat, hæc ad parandas virtutes easque sustentandas adhibens.

59. Sanctum Evangelium, vitæ carnalis abdicationem, ac spiritalis professionem docet. Quod ad illos, inquam, attinet, qui secundum hominem (humanam scilicet in carne pro hujus sæculi usu, vitam) semper moriuntur [21], soloque spiritu secundum Deum vivunt, haud secus ac divinus Apostolus ac qui affines illius sunt; qui vivant, non jam propriam vitam, sed viventem in se Christum solo animo habeant [22]. In eum modum judicantur carne [23], qui propter Deum in hoc sæculo mortui sunt, ærumnas multas et cruciatus ac persecutiones habentes, innumeraque tentationum genera cum gaudio sustinentes.

60. Affectus omnis, seu passio atque vitium, omnino ex complexu rei alicujus in sensum cadentis, sensusque, ac **524** naturalis facultatis (iræ puta aut cupiditatis, aut rationis ab eo perversæ quod est ex natura) consurgit. Mens igitur, horum inter se secundum compositionem dispecto fine (tum scilicet rei quæ sensum movet, tum ipsius sensus, tum denique naturalis in eo facultatis), dum singula subtiliter discernens, in propriam quodque natura rationem reducere potuerit: rem scilicet quæ sensum movet, ipsam per se absque sensus in eam necessitudine; ac cupiditatem, verbi gratia, seu aliam quamdam naturalium facultatum absque libidinosa in sensum remque sensum moventem animi affectione (qualem talis quædam affectus ac libidinis motio solet præstare considerationem) hic dissipavit ac comminuit, velut senioris Israelis vitulum [24], affectus cujuslibet seu vitii ac passionis labem atque rem, subque scientiæ aqua seminavit; ipsa quoque nuda prorsus affectuum libidinumque cogitatione abolita, ea ratione, quod singula quæque hæc efficientia, secundum naturam ad seipsa fuerint revocata sibique reddita.

61. Vita multis delictis ex carnis affectionibus seu passionibus commaculata, tunica est sordida ac inquinata [25]. Velut enim ex quodam indumento, ex vitæ conversatione quisque hominum ut eluceat comparatus est, sive justus, sive iniquus est: alter quidem, mundam tunicam habens, vitam virtutibus ornatam; alter vero, vitam pravis operibus conspurcatam. Vel potius, tunica carnis sordibus inquinata, habitus est certaque dispositio, ex carnalium

[21] I Cor. xv, 31. [22] Galat. II, 20. [23] I Petr. IV, 6. [24] Exod. XXXII, 20. [25] Judæ 23.

(n) *Κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν*. Et hic longe aberrat, dum ita reddit, *Ex sententia divini Apostoli et ex ejus præcepto*. Cum sit, *Divini Apostoli et similium more*, velut divinus Apostolus (cujus nedum hæc sunt verba, verum etiam de ipso et in sua persona dicta) virique cum illo apostolici ac divi quibus sic Christus vita sit. Piget sic ex trivio res adnotare; sed in vitium vitio cogor alieno.

pravorum motuum atque operum memoria, animum secundum conscientiam formans; quam is velut tunicam sibi adjacentem continue videns, vitiorum fetore repletur. Quemadmodum enim abs spiritu, virtutibus aliis aliis ex ratione contextis, incorruptionis animæ amictus conflatur, quo induta, pulchra enitet ac gloriosa : sic et a carne, vitiis passionibusque aliis aliisque certa proportione intextis, immunda quædam ac maculata tunica consurgit, ex se animum manifestans, aliamque ei formam ac imaginem præter divinam tribuens.

62. Firmam consequendæ deificationis fiduciam præbet humanæ naturæ, quod Deus homo factus est; tantum ejus humanitatis causa deum faciens hominem, quantum ipse homo factus est. Nam qui sine peccato factus est homo, **525** citra omnem mutationem in deitatem, naturam deificabit : tantumque propter se provehet, quantum se ipse hominis gratia demisit. Idque mystice docens magnus Apostolus, ait [26], in sæculis supervenientibus, manifestandas in nobis supereminentes Dei bonitatis divitias.

63. Ratio pro imperio iram regens ac cupiditatem, virtutes parit : mensque rationes intelligens, rerum conditarum certam cognitionem carpit. Ubi igitur ratio, abjectis contrariis, quod natura amabile est, invenerit; mensque his superatis quæ scientia noscuntur, ipsum rerum Auctorem, essentiam omnem ac scientiam excedentem, apprehenderit; tunc per gratiam, beatæ deificationis passio, a naturali rationem discretione abducens (ubi non est quod discernatur) accedit; mentique cessationem a naturali intellectione ac cogitatione (ubi non est quod cognoscatur) inducit; atque ejusdem quietis ac status firmitate, eum, qui divino dignus consortio habeatur, deum facit.

64. Animum voluptatum sordibus tanquam rubigine infectum, emundat labor, terrenorumque prorsus ab eo libidinem revellit, ubi is, quo damno afficiat eorum amor, saniori consilio didicerit. Idque in causa est, cur Deus justo judicio homines sinat a diabolo torqueri.

65. Voluptas et dolor, cupiditas et metus, ac quæ hæc comitantur, non primo una cum hominum natura condita sunt; nam alioqui ad naturæ definitionem spectarent. Quocirca dico, auctorem secutus

A ἐκ τῆς σαρκὸς πονηρῶν κινημάτων τε καὶ ἐνεργημάτων τὴν ψυχὴν, ἕξις τε καὶ διάθεσις, ἣν ὁρῶσα διαπαντὸς καθάπερ χιτῶνά τινα περὶ ἑαυτὴν, δυσωδίας πληροῦται παθῶν. Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, διὰ τῶν ἀρετῶν ἀλλήλαις κατὰ λόγον συνυφαινομένων, ἀφθαρσίας γίνεται τῇ ψυχῇ χιτὼν, ὃν ἐνδυσαμένη γίνεται καλὴ καὶ ἐπίδοξος· οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς, τῶν παθῶν ἀλλήλοις κατὰ ἀναλογίαν συνυφαινομένων, γίνεταί τις χιτὼν ἀκάθαρτος καὶ ἐσπιλωμένος, ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς γνώριμον τὴν ψυχὴν (o), μορφὴν ἄλλην αὐτῇ καὶ εἰκόνα παρὰ τὴν θείαν ἐνθέμενος.

ξβ'. Βεβαία πίστις ἐστὶ τῆς πρὸς ἐκθέωσιν ἐλπίδος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησις, τοσοῦτον θεὸν ποιοῦσα τὸν ἄνθρωπον, ὅσον αὐτὸς γέγονεν ἄνθρωπος. Ὁ γὰρ χωρὶς ἁμαρτίας γενόμενος B ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι χωρὶς τῆς εἰς θεότητα μεταβολῆς, τὴν φύσιν θεοποιήσει· καὶ τοσοῦτον ἀναβιβάσει δι' ἑαυτὸν, ὅσον αὐτὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἑαυτὸν κατεβίβασεν. Ὅπερ μυστικῶς διδάσκων ὁ μέγας Ἀπόστολος, φησὶν, ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις, τὸν εἰς ἡμᾶς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος δειχθήσεσθαι.

ξγ'. Τοῦ μὲν θυμοῦ καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπιστατῶν ὁ λόγος, ποιεῖ τὰς ἀρετάς· ὁ δὲ νοῦς τοῖς λόγοις ἐπιβάλλων, τῶν γεγονότων τὴν ἄπταιστον συλλέγεται γνῶσιν (p). Ὅταν οὖν ὁ λόγος μετὰ τὴν τῶν ἀντικειμένων ἀποβολὴν, εὕρῃ τὸ κατὰ φύσιν ἐραστὸν, καὶ ὁ νοῦς μετὰ τὴν τῶν γινωσκομένων διάβασιν λάβηται τῆς ὑπὲρ οὐσίαν καὶ γνῶσιν τῶν ὄντων Αἰτίας, C τηνικαῦτα τὸ τῆς θεώσεως κατὰ χάριν ἐπιγίνεται πάθος, τὸν μὲν λόγον ἀπάγον τῆς φυσικῆς διακρίσεως, ἔνθα τὸ διακρινόμενον οὐκ ἔστι· τὸν δὲ νοῦν καταπαῦον τῆς κατὰ φύσιν νοήσεως, ἔνθα μὴ ἔστι τὸ γινωσκόμενον, καὶ ποιοῦν τῇ κατὰ τὴν στάσιν ταὐτότητι θεὸν, τὸν ἀξιούμενον τῆς θείας μεθέξεως.

ξδ'. Κατιωθεῖσαν τὴν ψυχὴν τῷ ῥύπῳ τῆς ἡδονῆς, ἀποκαθαίρει πόνος, καὶ ἀφηλοῖ παντελῶς αὐτῆς τὴν σχέσιν τῶν ὑλικῶν, τῆς πρὸς αὐτὰ φιλίας τὴν ζημίαν μεταμαθοῦσαν [al. μεταμαθούσης]· δι' ἣν αἰτίαν ὁ Θεὸς συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ, κατὰ κρίσιν δικαίαν τοὺς ἀνθρώπους βασάνοις καταπιέζειν.

ξε'. Ἡδονὴ καὶ λύπη, ἐπιθυμία καὶ φόβος, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα, τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων προηγουμένως οὐ συνεκτίσθη· D ἐπεὶ καὶ εἰς τὸν ὅρον ἂν συνετέλουν τῆς φύσεως (q). Λέγω δὴ παρὰ τοῦ

[26] Ephes. II, 7.

(o) Ἐξ ἑαυτοῦ δεικνὺς γνώριμον τὴν ψυχήν. Et hoc tam clarum, ita Picus : *Ex seipso declarat præclaram quidem esse animam.* Hæccine vis, τοῦ ἀκαθάρτου καὶ ἐσπιλωμένου χιτῶνος· *immundi illius et conspurcati involucri ac pallii*, declarare esse præclaram animam? Nugæ. Manifestat eam, seu reddit manifestam ex seipso; sic nempe factam immundam ac inquinatam; quæ sibi pro divina turpem illam formam imaginemque indiderit. Magni ubique cum pari pietate sensus Maximi.

(p) Τῶν γεγονότων τὴν ἄπταιστον γνῶσιν. Quasi absque ullo errore, in qua non sit impingere et labi. Utitur sæpe Maximus pro certa jam perfectaque scientia, non morum, sed speculabilium; uti hic etiam. Id enim τῶν γεγονότων γνῶσις· Scientia rerum a Deo conditarum; cujus perfectio ipsa veritas et certitudo. Non bene itaque Picus, *immaculatam* reddit : forte Hesych. fretus, cui ἀπταίστως, ἀκαταγνώστως est, refertque Varin. verum id cum de morum offensa sermo sit. Suid. adductam vocem non exposuit, quod ex simplicis ipsa ratione, pro subjecta materia exponenda sit.

(q) Εἰς τὸν ὅρον συνετέλουν τῆς φύσεως. Quasi *contribuerentur*, et quod vulgatius clariusque reddidi, *spectarent, pertinerent ad naturæ definitionem.* Nihil bene Picus : *Etenim ad finem quoque contulissent.* Aliud ὅρος, alius finis : etsi ὅρος quoque *terminus* dicitur, qui ipsa definitio est. Etiam τὸ

Νυσαέως μεγάλου Γρηγορίου μαθὼν, ὅτι διὰ τὴν A τῆς τελειότητος ἔκπτωσιν, ἐπεισήχθη ταῦτα, τῷ ἀλογωτέρῳ μέρει προσφυέντα τῆς φύσεως· δι' ὧν, ἀντὶ τῆς μακαρίας καὶ θείας εἰκόνος, εὐθὺς ἅμα τῇ παραβάσει, διαφανὴς καὶ ἐπίδηλος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν ἡ τῶν ἀλόγων ζώων ὁμοίωσις. Ἔδει γὰρ τῆς ἀξίας τοῦ λόγου καλυφθείσης, ὑφ' ὧν ἐπεσπάσατο τῆς ἀλογίας γνωρισμάτων, ἐνδίκως τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων κολάζεσθαι· σοφῶς εἰς συναίσθησιν τῆς λογικῆς μεγαλονοίας ἐλθεῖν οἰκονομοῦντος τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον.

magnum Gregorium Nyssenum (lib. *De opificio hominis*), eo quod amissa perfectio erat, subintroducta hæc, ei animi parti cohærentia, quæ a ratione remotior est : quibus, loco beatæ divinæque imaginis, statim a transgressione, dilucida ac clara brutarum animantium similitudo in homine exstitit. Decebat enim rationis præstantia in obscurum coacta, merito puniri humanum genus, iis quas asciverat, naturæ carentis ratione notis; Deo sapientissime disponente, ut per hunc modum, in rationalis præstantiæ animi sensum homo adduceretur.

ξϛʹ. Καλὰ γίνεται καὶ τὰ πάθη ἐν τοῖς σπουδαίοις, ὁπηνίκα σοφῶς αὐτὰ τῶν σωματικῶν ἀποστήσαντες, πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων μεταχειριζώμεθα κτῆσιν· οἷον, ὅτε τὴν μὲν ἐπιθυμίαν, τῆς νοερᾶς τῶν θείων B ἐφέσεως ὀρεκτικὴν ἐργασόμεθα κίνησιν· τὴν ἡδονὴν δὲ, τῆς ἐπὶ τοῖς θείοις χαρίσμασι τοῦ νοῦ θελκτικῆς ἐνεργείας εὐφροσύνην ἀπήμονα· τὸν δὲ φόβον, τῆς μελλούσης ἐπὶ πλημμελήμασι τιμωρίας προφυλακτικὴν ἐπιμέλειαν· τὴν δὲ λύπην, διορθωτικὴν ἐπὶ παρόντι κακῷ μεταμέλειαν. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, σώματι φθαρτικοῦ θηρὸς τῆς ἐχίδνης, τὴν οὖσαν ἢ μελετωμένην ἀφαιρουμένους λώβησιν, τοῖς πάθεσι τούτοις πρὸς ἀναίρεσιν χρώμενοι παρούσης κακίας ἢ προσδοκωμένης, καὶ κτῆσιν καὶ φυλακὴν ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως.

66. Ipsæ quoque passiones, affectusque in iis qui studiosi, honestique cultores sunt, boni ac laudabiles redduntur; cum sapienter a corporeis avocantes ad comparanda quæ cœlestia sunt, eos usurpamus; ut cum, verbi gratia, **526** cupiditatem, mentis motum appetentis divina faciemus; voluptatem, innoxiam animum mulcentis ac illicientis, divinorum donorum largitate, operationis lætitiam, metum, futuri delictorum causa supplicii, ob eaque impendentis, cautam diligentiam; tristitiam animique dolorem, qua præsens malum emendemus pœnitentiam. Atque, ut semel dicam, cum sapientum medicorum more, cujus in feris præsens venenum est, viperæ corpore, præsentem seu imminentem gibberem depellentium, his ita affectibus utimur ut illis præsentem malitiam aut imminentem perimamus ac tum virtutem tum scientiam acquiramus ac custodiamus.

ξζʹ. Ὁ μὲν τῆς πρώτης Διαθήκης νόμος, διὰ τῆς C πρακτικῆς φιλοσοφίας, παντὸς μολυσμοῦ τὴν φύσιν ἀποκαθαίρει. Ὁ δὲ τῆς Καινῆς, διὰ τῆς θεωρητικῆς μυσταγωγίας, ἀπὸ τῶν σωματικῶν πρὸς τὰ συγγενῆ τῶν νοητῶν θεάματα, τὸν νοῦν γνωστικῶς ἀναβιβάζει.

67. Prioris Testamenti lex, per eam philosophiam quæ actioni studet, ab omni sorde naturam emundat. Novi vero Testamenti lex, contemplationis initiatione abstrusioreque doctrina, a corporeis ad affinia intelligibilium spectacula, mentem mystice promovet.

ξηʹ. Ἡ θεία Γραφὴ, τοὺς μὲν εἰσαγομένους, καὶ ἐπὶ τὰ προπύλαιά που τυγχάνοντας τῆς θείας αὐλῆς τῶν ἀρετῶν, *φοβουμένους* καλεῖ· τοὺς δὲ κτησαμένους σύμμετρον ἕξιν τῶν κατ' ἀρετὴν λόγων τε καὶ τρόπων, οἶδεν ὀνομάζειν *προκόπτοντας*· τοὺς δὲ κατ' αὐτὴν γνωστικῶς ἤδη γεγενημένους τῆς τῶν ἀρετῶν ἐκφαντικῆς ἀληθείας τὴν κορυφὴν, προσαγορεύει *τελείους*. Ὁ τοίνυν τὴν ἐν τοῖς πάθεσιν ἀρχαίαν ἀναστροφὴν ἀποστραφεὶς, καὶ πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν D διάθεσιν διὰ τὸν φόβον ἐκδεδωκὼς τοῖς θείοις προστάγμασιν, οὐδενὸς καλοῦ τῶν εἰσαγομένοις πρεπόντων καθυστερεῖ· κἂν οὔπω τὴν ἐν ἀρεταῖς ἕξιν ἐκτήσατο, καὶ τῆς ἐν τοῖς τελείοις λαλουμένης σοφίας γέγονε μέτοχος. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ προκόπτων, τῶν ἐπιβεβλη-

68. Divina Scriptura, eos qui inducuntur, quique in vestibulis divinæ virtutum aulæ velut commorantur, *timentes* vocat; qui vero temperatum saltem virtutis rationum modorumque habitum nacti sunt, *proficientes* solet appellare : qui denique ad ipsum jam veritatis virtutes explanantis verticem, scientiæ cultu ac contemplationis provexerunt, *perfectos* nuncupat. Qui igitur veterem, qua vitiis hærebat ac affectibus jactabatur, conversationem aversatus, omnem animi affectum, quo timore agitur, divinis præceptis addixit; is, nullo boni genere, quod eos deceat qui instituuntur, deficitur; tametsi necdum firmum in virtutibus habitum nactus est, nec ejus sapientiæ quam loquuntur inter perfectos [27], factus

[27] I Cor. II, 6.

προηγουμένως : non bene *ab initio :* est, *primo* seu *primario;* prima scilicet destinatione, ac quasi Deus creando hominem, his illum stipare intenderit. Negat Maximus cum Nysseno; ac verum omnino de affectibus ut sunt vere πάθη seu perturbationes, vitiumque olent, nec perfecte subjiciuntur rationi. Alioqui certe etiam ipsi ad hominis definitionem spectant, non quidem sub formali ratione hominis, sed ut etiam animal exsistit; nec enim homo purus animus ac mens est, ni Origeniane sentire velimus. Passimque Maximus aliique Patres horum ἐνέργειαν in Christo necessariam contendunt, ut veritas in eo naturæ humanæ monstraretur. Sicut ergo erant in Adamo et Eva, quibus nos nudis erubescimus, ipsa nuda, et non erubescebant, quia in eis nullum rebellantem motum sentiebant; inque eum modum eorum corpora etiam προηγουμένως condita fuerant : sic et πάθη, affectus virium sentientium et ἐνέργειαι, prout quæque propensa erat suum finem et objectum; sed cum summa tranquillitate, nullaque perturbatione aut molestia.

est particeps. At neque qui proficit, ulla eorum bonorum parte destituitur, quæ ad ejus gradum attinent, quanquam necdum eamdem atque perfecti excellentem divinorum scientiam adeptus est. Perfecti enim, contemplatricem jam mystice adepti theologiam, animoque a terreno omni cogitatu sensuque purgato, quæ divini decoris totam nullo desiderato expressam imaginem ac simulacrum ferat, divinam charitatem sinu suo intimiusque complexi videntur.

69. Duplex est timor; alius castus, alius non castus. Qui enim delictorum causa, suspensis supplicii metu animis **527** timor conflatur, cum ex peccato ducat originem, ac quod oritur, in illud causam referat, castus non est; nec erit semper, qui una cum peccato per pœnitentiam aboleatur. Qui autem absque dolore, qui ex delictis concipitur, ipse semper firmus perstat, hic timor castus est, nec unquam desinet: quod nempe velut essentialiter Deo erga creaturam insitus est, ejus supra omne regnum ac potestatem, naturalem eminentiæ majestatem cunctis manifestam reddens.

70. Qui Deum non ut judicem timet, sed propter eximiam infinitæ virtutis excellentiam eum reveretur, hic merito nulla laborat inopia [28], qui perfectus sit in charitate; Deum scilicet cum reverentia ac decenti pietate diligens. Hicque adeo est, qui timore illo præditus est, qui permanet in sæculum sæculi [29], et cui nulla prorsus inopia est.

71. Ex rebus, rerum Auctorem cognoscimus; exque rerum varietate, ejus qui est subsistentem docemur sapientiam: nec non ex rerum naturali motu, ejus qui est subsistentem vitam condiscimus; vim scilicet ac potentiam rerum vivificatricem, Spiritum sanctum.

72. Spiritus sanctus a nulla creatura abest, præsertim si aliqualiter rationis sit particeps. Continet enim ac conservat uniuscujusque scientiam, eo quod Deus ac Dei Spiritus, qua virtute præditus est, Providentiæ rationibus omnia permeans, ac quæ unicuique natura inest, movens rationem; per quam, eum qui sensu ullo præditus sit, ad eorum quæ delicto commisit contra legem naturæ, sensum adducens; ac cujus paulo facilior voluntas ut morem gerat, ad rectas ex natura cogitationes proclive suscipiendas impellens. Quamobrem etiam multos invenimus, eorum etiam qui valde barbari sunt ac nomadum vitam agunt, probitatem morum consectatos, belluinas abdicasse leges, quas a majoribus olim tenuerant.

A μένων αὐτοῦ τῷ * βαθμῷ καλῶν τινος ὑστερεῖ· κἂν τὴν αὐτὴν οὔπω τοῖς τελείοις ὑπερέχουσαν τῶν θείων ἐκτήσατο γνῶσιν. Οἱ γὰρ τέλειοι, τῆς θεωρητικῆς ἤδη μυστικῶς ἀξιωθέντες θεολογίας, καὶ πάσης φαντασίας ὑλικῆς τὸν νοῦν καθαρὸν καταστήσαντες, καὶ εἰκόνος τῆς θείας ὡραιότητος ὅλην ἀνελλιπῶς φέρουσαν τὴν ἐκμίμησιν, τὴν θείαν ἀγάπην ἐν ἑαυτοῖς ἐνστερνισάμενοι φαίνονται.

ξθ'. Διττός ἐστιν ὁ φόβος· ὁ μὲν ἁγνός· ὁ δὲ οὐχ ἁγνός. Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ πλημμελήμασι κατ' ἐκδοχὴν κολάσεως συνιστάμενος φόβος, αἰτίαν ἔχων τῆς οἰκείας γενέσεως τὴν ἁμαρτίαν, οὐχ ἁγνὸς, οὐδὲ ἔσται διαπαντὸς, τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ τῆς μετανοίας συναφανιζόμενος (r). B Ὁ δὲ δίχα τῆς ἐπὶ πλημμελήμασι λύπης ἀεὶ συνεστὼς, οὗτος φόβος ἁγνὸς, καὶ οὐκ ἀπογενήσεταί ποτε· διότιπερ οὐσιωδῶς ἐμπέφυκέ πως τῷ Θεῷ πρὸς τὴν κτίσιν, ποιούμενος ἔκδηλον αὐτοῦ πᾶσι τὴν φυσικὴν αἰδεσιμότητα, τῆς ὑπὲρ πᾶσαν βασιλείαν καὶ δύναμιν ὑπεροχῆς.

ο'. Ὁ μὴ φοβούμενος τὸν Θεὸν ὡς κριτὴν, ἀλλ' αἰδούμενος αὐτὸν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς ἀπείρου δυνάμεως ὑπεροχὴν, οὐκ ἔχει δικαίως ὑστέρημα, τέλειος ὑπάρχων ἐν τῇ ἀγάπῃ, μετ' αἰδοῦς καὶ τῆς πρεπούσης σεβασμιότητος ἀγαπῶν τὸν Θεόν· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ κτησάμενος τὸν διαμένοντα φόβον εἰς αἰῶνα αἰῶνος, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὑστέρημα τοπαράπαν οὐδέν. C

οα'. Ἐκ τῶν ὄντων, τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· καὶ ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν ὄντων, τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν· καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῆς κινήσεως, τὴν ἐνυπόστατον τοῦ ὄντος μανθάνομεν ζωὴν, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

οβ'. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδενὸς ἄπεστι τῶν ὄντων, καὶ μάλιστα τῶν λόγου καθ' ὁτιοῦν μεταληφότων. Συνεκτικὸν γὰρ ὑπάρχει τῆς ἑκάστου γνώσεως, ὅτι Θεὸς καὶ Θεοῦ Πνεῦμα, κατὰ δύναμιν προνοητικῶς διὰ πάντων χωροῦν, καὶ τὸν ἐν ἑκάστῳ λόγον κατὰ φύσιν ἀνακινοῦν, καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς συναίσθησιν τῶν πλημμελῶς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς D φύσεως πεπραγμένων, ἄγον τὸν αἰσθανόμενον· καὶ τὴν προαίρεσιν εὔεικτον ἔχοντα, πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐκ φύσεως ὀρθῶν λογισμῶν. Διὸ καὶ πολλοὺς εὑρίσκομεν καὶ τῶν ἄγαν βαρβάρων καὶ νομάδων ἀνθρώπων, καλοκαγαθίας μεταποιουμένους, καὶ τοὺς ἀνέκαθεν κρατήσαντας ἐν αὐτοῖς θηριώδεις ἀθετοῦντας νόμους.

[28] Psal. xxxiii, 10. [29] Psal. xviii, 10.

* Male edita, εἶναι τῷ, quod sequitur Picus.

(r) *Οὐδὲ ἔσται διαπαντὸς, τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ τῆς μετανοίας συναφανιζόμενος*. Hæc tam clara, de timore illo incipientium, qui originem actus ex peccato, castus non sit, et qui non semper maneat, sed una cum peccato aboleatur per pœnitentiam (charitate scilicet perfecta cum foras mittente), non ferendo errore Picus, adversante Scriptura omnique theologia, *Nec unquam delebitur cum peccato per pœnitentiam*.

A οϒ'. Ἔστι μὲν ἐν πᾶσιν ἁπλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὸ πάντων ἐστὶ συνεκτικὸν καὶ προνοητικὸν, καὶ τῶν φυσικῶν σπερμάτων ἀνακινητικόν. Προσδιωρισμένως δὲ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐν νόμῳ, καθότι τῆς τῶν ἐντολῶν ἐστιν ὑποδεικτικὸν παραβάσεως, καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν προαγορευθείσης ἐπαγγελίας, φωτιστικόν· ἐν δὲ πᾶσι τοῖς κατὰ Χριστὸν πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὡς υἱοθετικόν. Ὡς δὲ σοφίας ποιητικὸν, ἐν οὐδενὶ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἁπλῶς, πλὴν τῶν συνιέντων, καὶ ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἐνθέου πολιτείας ἀξίους ποιησαμένων τῆς αὐτοῦ θεωτικῆς ἐνοικήσεως. Πᾶς γὰρ μὴ ποιῶν τὰ θεῖα θελήματα, κἂν πιστὸς ᾖ, ἀσύνετον ἔχει τὴν καρδίαν, ὡς πονηρῶν λογισμῶν ἐργαστήριον, καὶ τὸ σῶμα κατάχρεων ἁμαρτίαις, ὡς διαπαντὸς μολυσμοῖς παθῶν ἐνεχόμενον.

73. Spiritus sanctus in omnibus simpliciter est, ea ratione qua omnia continet et conservat, providetque universis, et naturalia semina movet. Certa autem ratione etiam in omnibus qui in lege sunt, quatenus mandatorum transgressionem submonstrat, et ad Christi prædictam promissionem cognoscendam, lucem præbet. Præter hos autem modos, in omnibus est qui Christiano nomine censentur, etiam ut adoptionis auctor. **528** Ut autem auctor sapientiæ, in nullo eorum, quos diximus, simpliciter est, præterquam in illis qui prudentia ac intelligentia prædit sunt, quique per vitam divinis moribus institutam, ejus deificantis inhabitationis se dignos præbuerunt. Quisquis enim divinas voluntates non facit, etsi fidelis est, cor in-B sipiens habet, tanquam malorum cogitationum officinam, ac corpus obnoxium peccatis, ut quod semper vitiorum ac libidinum inquinamentis sordeat.

οδ'. Ὁ τῆς σωτηρίας ὀρεγόμενος πάντων ἀνθρώπων Θεὸς, καὶ πεινῶν αὐτῶν τὴν ἐκθέωσιν, τὴν τούτων οἴησιν ὡς τὴν ἄκαρπον καταρώμενος ἀποξηραίνει συκῆν, ὅπως τοῦ δοκεῖν εἶναι δίκαιοι, τὸ εἶναι μᾶλλον προκρίναντες, τὸν μὲν καθ' ὑπόκρισιν τῆς ἠθικῆς ἐπιδείξεως ἐκδυσάμενοι χιτῶνα, τὸν ἐνάρετον δὲ, καθὼς ὁ θεῖος βούλεται λόγος, ἀνοθεύτως μετελθόντες βίον, εὐσεβῶς τὴν ζωὴν διενέγκωσι, Θεῷ μᾶλλον τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν, ἢ τοῖς ἀνθρώποις τὸν ἐκτὸς ἐπιδεικνύμενοι περὶ τὰ ἤθη σχηματισμόν.

74. Qui omnium salutem expetit Deus, eorumque esurit deificationem, illorum animi fastum ac jactantiam, velut infructuosam ficum maledictio arefacit [30]; ut, præ eo quod est justos videri, pluris facientes ut justi reipsa sint, simulatione constantem morum ostentationis tunicam exuentes, virtutumque luce nitentem ac studiosam, ut divina lex jubet, sincere vitam consectantes, pie quod est hujus temporis transigant; ita nimirum ut Deo potius animum exhibeant, quam exterius simulatam morum speciem hominibus ostentent.

C οε'. Ἕτερός ἐστιν ὁ τοῦ ποιεῖν, καὶ ἕτερος ὁ τοῦ πάσχειν λόγος· καὶ ὁ μὲν τοῦ ποιεῖν λόγος ἐστὶν, ἡ φυσικὴ πρὸς ἀρετῶν ἐνέργειαν δύναμις (s)· ὁ δὲ τοῦ πάσχειν, ἡ χάρις τῶν ὑπὲρ φύσιν, ἢ σύμβασις τῶν παρὰ φύσιν. Ὡς γὰρ τοῦ ὑπερόντος φυσικὴν οὐκ ἔχομεν δύναμιν, οὕτως οὔτε τοῦ μὴ ὄντος ἔχομεν φύσει τὴν δύναμιν. Πάσχομεν οὖν ὡς ὑπὲρ φύσιν οὖσαν κατὰ χάριν, ἀλλ' οὐ ποιοῦμεν τὴν θέωσιν· οὐ γὰρ ἔχομεν φύσει δεκτικὴν τῆς θεώσεως δύναμιν. Καὶ πάσχομεν πάλιν ὡς παρὰ φύσιν, γνώμῃ κατὰ σύμβασιν τὴν κακίαν· οὐ γὰρ ἔχομεν πρὸς γένεσιν κακίας φυσικὴν δύναμιν. Ποιοῦμεν οὖν ἐνταῦθα φύσει ὄντες τὰς ἀρετὰς, πρὸς τὸ ταύτας ποιεῖν ἔχοντες φυσικὴν τὴν δύναμιν· πάσχομεν δὲ κατὰ τὸ μέλλον τὴν θέωσιν, τὴν πρὸς τὸ παθεῖν ταύτην κατὰ δωρεᾶς χάριν δεχόμενοι.

75. Alia est agendi ratio, alia patiendi. Ac agendi quidem ratio, naturalis facultas est operationis virtutum; patiendi vero ratio, vel eorum gratia est quæ naturam superant, vel eorum casus ac eventus, quæ sunt præter naturam. Quemadmodum enim ejus quod rebus superius est, haudquaquam naturalem facultatem habemus, ita nec ejus quod nec est in rebus, seu nihil est, facultate natura præditi sumus. Patimur ergo, ut quod naturam superet, non vero facimus, cujus nobis auctor gratia, hoc quod deificamur; quippe qui ejus capacem natura facultatem nullam habeamus. Rursus vero malitiam atque vitium, quod contra naturam, voluntate animique sententia accidat, patimur; quippe cujus originis nulla in nobis naturalis facultas exsistat. D Quamobrem dum præsenti ævo agimus, natura virtutes operamur, ad quas præstandi naturali instructi facultate sumus: in futuro autem deificationem patimur, cujus patiendæ gratiam ac munus a Deo consequamur.

ος'. Ποιοῦμεν ἡμεῖς, ἐφ' ὅσον τήν τε τῶν ἀρετῶν ποιητικὴν φύσει λογικὴν ἔχομεν δύναμιν ἐνεργουμένην· καὶ τὴν πάσης γνώσεως δεκτικὴν νοερὰν ἀσχέ-

76. Agimus nos, quatenus rationali facultate virtutum effectrice natura præditi sumus, scientiæque omnis capace absolute mentis facultate, omnem-

[30] Matth. xxi, 19.

(s) Ἡ φυσικὴ πρὸς ἀρετῶν ἐνέργειαν δύναμις. Sic Maximus, hoc quod est agere definit, *Naturalis facultas operandi, seu præstandi virtutes*. Ac ubique τὸ φύσει opponit τῷ, παρὰ φύσιν. Sic loqui docuit Paulus, Rom. II. Ὅταν ἔθνη φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ· *quasi ex ductu atque instinctu naturæ*, illique consentaneæ; tunc etiam cum gratia excitamur, extra quam in natura corrupta, non φύσει agimus, sed παρὰ φύσιν· etsi Maximus nihil hic peculiarius de gratia explicat, sine qua certum est nos non dignos effici beata illa passione, quæ est θέωσις, perfectaque cum Deo similitudo ejusque adeptio, omnino excedens vim et facultatem naturæ (etiam quoad modum) omni proprio actu in ea cessante, Deo sibi penitus animum subjiciente beato illo silentio, ejusque fruendi felici necessitate.

que rerum ac scibilium naturam superante, atque omnia sæcula retro se relinquente: **529** patimur vero, cum perfecte superatis rerum ex nihilo rationibus, ad rerum Auctorem ignote venerimus, unaque cum rebus natura finitis, cessationem otiumque nostris ipsi facultatibus indixerimus; illud nimirum effecti, quod naturalis facultatis haudquaquam facinus exsistit. Non enim natura, ea vi prædita est, quæ sit comprehendendo quod natura superius est. Deificationem enim quod efficiat, nihil in creatis est, quod neque in eis aliquid est, quod Deum possit comprehendere. Id enim divinæ solummodo gratiæ proprium est, ut certa quadam ratione deificationem rebus tribuat; quæ nimirum naturam, luce naturam excedente, illustret, supraque proprios fines excellentia gloriæ ac claritatis elevet.

77. Vita hac perfuncti, virtutes cessamus præstare; earum tamen loco, nunquam per gratiam pati cessamus, hoc, quod deitate donamur. Quæ enim supra naturam passio est, nullis angustatur terminis, quod vivida ac efficax est; quæ autem est præter naturam illique adversa, nec vere est, quod obscura ac infirma est.

78. Divinorum bonorum formæ, tum virtutum modi sunt, tum rerum rationes; quibus Deus semper homo fit; ut nempe corpus, virtutum modos habens; ut vero animam, scientiæ rationes, quibus eos qui sint digni deificat, vere exsistentem, virtutis characterem præbens, veræque ac certæ scientiæ, quæ reipsa sit, substantiam tribuens.

79. Fidelis animus, ac qui actionem colit, in morem sancti Petri, ab Herode (lege scilicet pelliccea; Herodes enim, si nomen interpreteris, *pelliceus* dicitur, quæ est carnis prudentia) tentus; sub duplici clauditur custodia; unaque porta ferrea; qui tum vitiorum ipso opere actuque, tum mentis in ea consensu impugnetur: quem utique duplicem carcerem seu custodiam, ubi per philosophiæ studentis actioni sermonem, ut per angelum, illoque præduce transierit, venit ad portam ferream, quæ ad civitatem ducit (firmam scilicet duramque ac difficile superabilem sententium virium in res illis subjectas habitudinem ac libidinem) quam naturalis in spiritu speculationis sermo ultro aperiens, ad affinia jam intellectilia mentem ab Herodis insania liberatam, intrepide transmittit.

τως δύναμιν, πᾶσαν τῶν ὄντων καὶ γινωσκομένων φύσιν διαβαίνουσαν, καὶ πάντας κατόπιν ἑαυτῆς τοὺς αἰῶνας ποιουμένην· πάσχομεν δὲ, ἡνίκα τῶν ἐξ οὐκ ὄντων τοὺς λόγους τελείως περάσαντες (1), εἰς τὴν τῶν ὄντων ἀγνώστως ἔλθωμεν Αἰτίαν, καὶ συγκαταπαύσωμεν τοῖς φύσει πεπερασμένοις τὰς οἰκείας δυνάμεις, ἐκεῖνο γινόμενοι, ὅπερ τῆς κατὰ φύσιν δυνάμεως οὐδαμῶς ὑπάρχει κατόρθωμα· ἐπειδὴ τοῦ ὑπὲρ φύσιν, ἡ φύσις καταληπτικὴν οὐ κέκτηται δύναμιν· θεώσεως γὰρ οὐδὲν γενητὸν κατὰ φύσιν ἐστὶ ποιητικὸν, ἐπειδὴ μηδὲ Θεοῦ καταληπτικόν· μόνης γὰρ τῆς θείας χάριτος ἴδιον τοῦτο πέφυκεν εἶναι, τὸ ἀναλόγως τοῖς οὖσι χαρίζεσθαι θέωσιν· τῆς λαμπρυνούσης τὴν φύσιν τῷ ὑπὲρ φύσιν φωτὶ, καὶ τῶν οἰκείων ὅρων αὐτὴν ὑπεράνω, κατὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς δόξης, ποιουμένης.

οζ'. Τὰς ἀρετὰς ποιοῦντες, μετὰ τήνδε παυόμεθα τὴν ζωήν· τὴν δὲ κατὰ χάριν ὑπὲρ αὐτῶν οὐ παυόμεθα πάσχοντες θέωσιν. Τὸ γὰρ ὑπὲρ φύσιν πάθος, ἀόριστον, ὅτι καὶ δραστικόν· τὸ δὲ παρὰ φύσιν, ἀνύπαρκτον, ὅτι καὶ ἀδρανές.

οη'. Τῶν θείων ἀγαθῶν τύποι, οἵ τε κατ' ἀρετὴν τρόποι, καὶ οἱ τῶν ὄντων λόγοι· οἷς ὁ Θεὸς διαπαντὸς ἄνθρωπος γίνεται, ὡς μὲν σῶμα, τοὺς τρόπους ἔχων τῶν ἀρετῶν, ὡς δὲ ψυχὴ, τοὺς ἐν πνεύματι λόγους τῆς γνώσεως, οἷς τοὺς ἀξίους θεοποιεῖ, χαρακτῆρα διδοὺς ἀρετῆς ἐνυπόστατον, καὶ ἀπλανοῦς γνώσεως ἐνούσιον χαριζόμενος ὕπαρξιν.

οθ'. Ὁ πιστὸς, κατὰ τὸν ἅγιον Πέτρον, καὶ πρακτικὸς νοῦς, ὑπὸ Ἡρώδου κρατούμενος, τοῦ δερματίνου νόμου· *δερμάτινος* γὰρ ὁ Ἡρώδης ἑρμηνεύεται, ὅπερ ἐστὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκός· ὑπὸ δύο συγκλείεται φυλακὰς *, καὶ μίαν πύλην σιδηρᾶν, πολεμούμενος ἔκ τε τῆς τῶν παθῶν ἐνεργείας, καὶ τῆς κατὰ διάνοιαν ἐπὶ τοῖς πάθεσι συγκαταθέσεως, ἅς τινας καθάπερ φυλακὰς, ἤγουν εἱρκτὰς, διὰ τοῦ λόγου τῆς πρακτικῆς φιλοσοφίας, ὡς δι' ἀγγέλου διαπεράσας, ἔρχεται ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν· τὴν πρὸς τὰ αἰσθητὰ λέγω τῶν αἰσθήσεων, στεῤῥὰν καὶ ἀπότομον καὶ δυσκαταμάχητον σχέσιν· ἣν ὁ τῆς φυσικῆς ἐν πνεύματι θεωρίας διανοίγων λόγος αὐτομάτην, πρὸς τὰ συγγενῆ νοητὰ λοιπὸν ἀφόβως τὸν νοῦν παραπέμπει τῆς Ἡρώδου μανίας ἐλεύθερον.

* Quæst. 24 ad Thalas., φύλακε.

(1) *Τῶν ἐξ οὐκ ὄντων τοὺς λόγους περάσαντες. Rerum, quæ ex nihilo sunt, rationibus superatis.* Quod sæpius τῶν ὄντων, Maximus et alii dicunt; certe ἐξ οὐκ ὄντων, ubi præsertim τῷ ὄντι absolute opponuntur. Sic clara, male Picus, *Patimur cum sermones de his quæ non sunt, haberi solent, plene transgressi*; quibus nec mica sensus. Parique fere ἀστοχασίᾳ illi redditum, quod alto adeo sensu Maximus de eadem in patria deificatione, ἐκεῖνο γινόμενοι, ὅπερ τῆς κατὰ φύσιν δυνάμεως, οὐδαμῶς ὑπάρχει κατόρθωμα. *Hoc præclarum facultatis naturalis facinus assecuti, quod nusquam subsistit.* Egregium certe facinus illud, quod est nihil. Nempe patimur: *qui illud efficiamur* (ipsum scilicet quod patimur, quod est Deus, ipsi dii deificatione facti) *quod naturalis facultatis haud quam facinus*, seu opus, *exsistit* (nempe beata illa passione hoc fieri), sed singularissimi divini muneris, Deique sic sibi creaturam subjicientis, cui condendo suam impressit imaginem, intelligendique ac arbitrii facultate sibi fecit affinem.

π'. Ὁ διάβολος καὶ ἐχθρός ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ A ἐκδικητής· ἐχθρὸς μὲν, ὅταν ὡς μισῶν αὐτὸν, δοκεῖ πως τὴν ὀλέθριον κεκτῆσθαι πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἀγάπην, τοῖς τῶν ἑκουσίων παθῶν τρόποις, διὰ τῆς ἡδονῆς πείθων ἡμῶν τὴν προαίρεσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, προκρίνειν τὰ πρόσκαιρα· δι' ὧν κλέπτων ὅλην τῆς ψυχῆς τὴν ἔφεσιν, τῆς θείας παντελῶς ἀγάπης ἡμᾶς ἀφίστησιν, ἑκουσίους ἐχθροὺς ποιῶν τοῦ ποιήσαντος· ἐκδικητὴς δὲ, ὅταν γυμνώσας τὸ πρὸς ἡμᾶς μῖσος, ὡς ἤδη γενομένους αὐτῷ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὑποχειρίους, ἐξαιτῆται τὴν καθ' ἡμῶν τιμωρίαν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω φίλον τῷ διαβόλῳ καθέστηκεν, ὡς ἄνθρωπος τιμωρούμενος. Τοῦτο δὲ συγχωρηθεὶς, τὰς ἐπαλλήλους ἐπινοῶν τῶν ἀκουσίων παθῶν ἐπαγωγὰς, λαίλαπος δίκην ἀπηνῶς ἐπιφέρεται τοῖς καθ' ὧν ἐκομίσατο συγχωρήσει Θεοῦ τὴν B ἐξουσίαν· οὐ τὸ πρόσταγμα τὸ θεῖον ἐκπληρῶσαι βουλόμενος, ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον τοῦ καθ' ἡμῶν μίσους διαθρέψαι πάθος ἐπιθυμῶν· ἵνα τῷ πολλῷ βάρει τῶν ὀδυνηρῶν συμφορῶν, ἡ ψυχὴ δι' ἀτονίαν ὀκλάσασα, τῆς θείας ἐλπίδος ἑαυτῆς περικόψῃ τὴν δύναμιν, ἀντὶ νουθεσίας, ἀθεΐας αἰτίαν ποιουμένη τὴν τῶν ἀλγεινῶς συμβαινόντων ἐπαγωγήν.

πα'. Ὅταν οἱ τὴν πρακτικὴν ἕξιν, καὶ τὴν θεωρητικὴν ἐπιστήμην ἀπειληφότες, πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ταύτας μετέρχωνται δόξαν, ἤθη μὲν ἀρετῶν τῷ φαινομένῳ τρόπῳ σκιαγραφοῦντες· λόγους δὲ σοφίας καὶ γνώσεως μόνον λαλοῦντες, δίχα τῶν κατὰ δικαιοσύνην ἔργων· καὶ τὸν ὡς ἐπ' ἀρετῇ καὶ γνώσει C τοῖς ἄλλοις ἐπιδείκνυνται τύφον, εἰκότως πρέπουσι παραδίδονται πόνοις, διὰ τοῦ πάσχειν τὴν ἀγνοηθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τῆς ματαίας οἰήσεως ταπεινοφροσύνην μεταμανθάνοντες.

πβ'. Ἕκαστος τῶν δαιμόνων κατὰ τὴν ἐνδιαθέτως ὑποκειμένην ἐπιτηδειότητα, πρὸς τήνδε ἢ τήνδε τῶν πειρασμῶν τὴν ἐπαγωγὴν τυγχάνει λειτουργῶν· ἄλλος γὰρ ἄλλης ἐστὶ ποιητικὸς κακίας, καὶ ἄλλος ἄλλου σαφῶς ἐστι μιαρώτερος, καὶ πρὸς τόδε μᾶλλον τῆς κακίας τὸ εἶδος ἐπιτηδειότερος.

πγ'. Ἄνευ τῆς θείας συγχωρήσεως, οὐδὲ αὐτοὶ οἱ δαίμονες κατ' οὐδὲν ὑπουργεῖν δύνανται τῷ διαβόλῳ. Οἶδε γὰρ αὐτὸς ὁ Θεὸς ὅπως μετὰ τῆς δεούσης φιλανθρώπου καὶ ἀγαθῆς προνοίας συγχωρεῖ τῷ δια- D βόλῳ διὰ τῶν αὐτοῦ ὑπουργῶν, τὰς ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν, διαφόρους ποιεῖσθαι τιμωρίας· καὶ δηλοῖ τοῦτο σαφῶς, ἡ περὶ τοῦ Ἰὼβ συγγραφὴ μὴ δυνάμενον τῷ Ἰὼβ παντελῶς προσπελάσαι τὸν διάβολον ἀναγραφομένη, δίχα τοῦ θείου βουλήματος.

πδ'. Ἐνυπόστατος πίστις ἐστὶν, ἡ ἐνεργὴς καὶ ἔμπρακτος, καθ' ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐν τοῖς πρακτικοῖς (u) δείκνυται, ταῖς ἐντολαῖς σωματούμενος,

530 80. **Diabolus, Dei et hostis et ultor est.** Hostis quidem, dum tanquam odio in eum incitatus, exitiosam erga nos homines habere videtur dilectionem, eorum affectuum modis qui ex voluntate sunt, voluptatum illecebra auctor scilicet nostræ voluntati exsistens, ut æternis bonis anteponat temporanea: quibus totam animi cupiditatem astu rapiens, a divina nos prorsus charitate, Creatoris sponte hostes constituens, abjungit. Ultor autem, cum nudato, quo nos prosequitur, odio, velut jam ei per peccatum factos obnoxios, ad pœnam deposcit. Nulla enim re æque delectatur diabolus, ac hominis supplicio. Ubi autem id illi concessum fuerit, alia aliis succedentia mala, quæ invitis durus exactor infligat, excogitans, turbinis in morem illis immaniter ingruit, in quos Dei permissione accepit potestatem: non quod Dei mandatum implere velit, sed hoc etiam atque etiam satagens, ut sui in nos odii alat virus; quo nempe ingenti ærumnarum dolorumque pondere præ debilitate fatiscens animus divinæ abs se spei virtutem abscindat; qui videlicet corruptionis loco ac disciplinæ, quæ molesta eveniunt ac inferuntur, in impietatis argumentum vertat.

81. Cum ii, qui actionis habitum, ac contemplandi scientiam nacti sunt, ad captandam ex hominibus gloriam hæc colunt; nempe virtutum modos conspicuo gestu atque habitu adumbrantes, sapientiæque ac scientiæ duntaxat sermones absque operum justitia loquentes; velutque virtutis ac scientiæ nomine, quo tument fastu, aliis ostentantes; convenientibus merito laboribus traduntur: ut per tormenta ac mala, quam ex inani jactantia stultaque sui opinione nesciverant, sensus modestiam (id est, humilitatem) vel sero addiscant.

82. Quisque dæmonum pro subjecta sibi atque indita idoneitate, ad hanc illamve inferendam tentationem ministrat. Alius enim aliud incendit vitium, aliusque alio palam sceleratior est, atque ad hoc illudve vitii genus magis idoneus.

83. Ne ipsi quidem dæmones, aliter quam Dei permissione, ullo modo diabolo ministrare possunt. Novit enim Deus qua ratione, qua par est clementia benignissimaque providentia diabolo permittat, ut per suos ministros, eorum quæ peccavimus exigat pœnas. Ac perspicue **531** declarat, quæ conscripta exstat Jobi historia; qua memoriæ proditum est, non potuisse diabolum omnino, præterquam Dei nutu, Jobum aggredi, aut illi propinquare [31].

84. Fides ipsa vere exsistens, efficax est et actuosa; qua Dei sermo, in his qui actionem colunt, mandatis corporatus patescit: per quæ ut sermo

[31] Job I, 12.

* Cf. qu. 26. ad Thalass.

(u) *Ἐν τοῖς πρακτικοῖς*. Distincti ubique πρακτικοὶ contra θεωρητικούς, qui scilicet student actioni, et qui contemplationi. Nihil bene Picus; *Dum res geruntur, patefit*. Imo, *In ipsis qui colunt actionem*,

ac Verbum, eosdem actionis cultores ad Patrem, A in quo per naturam est, sursum adducit.

85. Vitæ conversionem cultumque angelicum, ac spontaneum animi cum corpore divortium, divinæque in spiritu instaurationis ortum, Novi Testamenti profitetur mysterium. Spiritalem porro circumcisionem vocare moris est divinæ Scripturæ, quod libidinosa animi ad corpus affectio amputatur.

86. Deus cum bonus ac benignus sit, malique a nobis atque vitii semen prorsus exstirpare velit (voluptatem scilicet ac libidinem, quæ a divina charitate animum subduxit), diabolo, ut labores nobis et supplicia inferat, permittit; quo nimirum simul ac semel, tum ejus quæ antecessit, voluptatis virus per labores animo abstergat, tum vero B adversum hujus ævi res, ac quæ soli sensui blandiantur, odium nobis perfectamque abhorrentis animi displicentiam, ingerat; ut quarum usus, præter pœnam, majoris nihil commodi habeat : idque demum agens, ut illius ultrix, hominumque propensior odio potentia, ipsa, mala infligendo, ad virtutem, eos qui sponte ab ea prolapsi sint, cogat et reducat.

87. Decens plane æquumque est, ut qui pravas diaboli suggestiones, ut sponte peccarent, libentes animo susceperunt, ab eo puniantur. Etenim diabolus tum per voluntarios affectus ac passiones voluptatis sator est, tum doloris ac cruciatus per involuntarios inflictor et actor.

C 88. Mens contemplationi dedita atque sapiens, idcirco haud raro plectenda diabolo traditur, qui juste ei labores ærumnasque seu clades inducat, ut discat magis per mala, quæ patitur, patienter ferendo ac sustinendo philosophari, quam ut superflue, iis, quæ non sunt, superbiendo, evanescat.

89. Qui ob læsam Dei gratiam patitur, dum sanantis eum divinæ providentiæ rationem agnoverit, tum illata mala gratias agendo gaudio suscipit, tum cujus 532 gratia punitur, delictum corrigit. Qui vero ejus medicinæ sensum non percipit, tum a concessa gratia juste removetur, tum libidinum ac vitiorum confusioni traditur, in hoc desertus ut ipso patret opere, quorum animo desiderium D habebat.

90. Quisquis, eorum quæ illi delicta commissa sunt, sensu adductus, sponte, qua decet gratiarum actione, ærumnis graves tentationes quæ invitos excipiunt, ut suscipiat, in animum inducit, virtutis habitu atque gratia non ejicitur; ut qui sponte regis Babylonis jugum subierit, ac velut delicto facturus satis pœnamque luens, non abnuat, quæ illi pœnæ inferuntur : sed in illis manens, regi quidem Babylonis tributo solvit [89], violentos ex

[89] Jerem. xxvii, 6 seqq.

quos statim, τοὺς πράττοντας vocat. Alibi pluribus explicat Maximus, esse actionem, ac virtutis opera, velut corpus hominis spiritalis; ipsum intellectum et contemplationem, velut animam, quæ se multo ad ejus perfectionem indigeant.

A δι' ὧν ὡς Λόγος πρὸς τὸν ἐν ᾧ κατὰ φύσιν ἐστὶν, ἀνάγει Πατέρα τοὺς πράττοντας.

πε'. Ζωῆς μετάθεσιν καὶ λατρείαν ἀγγελικὴν, καὶ πρὸς σῶμα ψυχῆς ἑκούσιον ἀλλοτρίωσιν, καὶ τῆς ἐν πνεύματι θείας μεταποιήσεως γένεσιν, τὸ τῆς Νέας Διαθήκης καταγγέλλει μυστήριον. Πνευματικὴν δὲ περιτομὴν ὁ λόγος οἶδε καλεῖν, τὴν τῆς ἐμπαθοῦς σχέσεως πρὸς σῶμα τῆς ψυχῆς ἐκτομήν.

πς'. Ἀγαθὸς ὑπάρχων ὁ Θεὸς, καὶ θέλων ἡμῶν ἐκτῖλαι παντελῶς τὸ τῆς κακίας σπέρμα τὴν ἡδονὴν, τὴν τὸν νοῦν τῆς θείας ἀποσυλήσασαν ἀγάπης, συγχωρεῖ τῷ διαβόλῳ πόνους ἡμῖν καὶ τιμωρίας ἐπαγαγεῖν· κατὰ ταὐτὸν καὶ τῆς προλαβούσης ἡδονῆς τὸν ἰὸν, διὰ τῶν πόνων τῆς ψυχῆς ἀποξέων, καὶ B πρὸς τὰ παρόντα καὶ μόνην τὴν αἴσθησιν σαίνοντα, μῖσος ἡμῖν καὶ τελείαν ἀποδιάθεσιν, ὡς μηδὲν τιμωρίας πλέον εἰς κέρδος κεκτημένα κατὰ τὴν χρῆσιν, ἐμποιῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ἐκείνου τιμωρὸν δύναμιν καὶ μισάνθρωπον, τῆς πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγωγῆς περιστατικὴν αἰτίαν ποιήσασθαι τῶν αὐτῆς ἑκουσίως ἀπολισθησάντων.

πζ'. Πρέπον ἐστὶ καὶ δίκαιον ὑπὸ τοῦ διαβόλου κολάζεσθαι, τοὺς τὰς αὐτοῦ πονηρὰς ὑποθήκας τῶν ἑκουσίων ἁμαρτημάτων ἡδέως δεξαμένους. Καὶ γὰρ καὶ ἡδονῆς ἐστι διὰ τῶν ἑκουσίων παθῶν σπορεὺς ὁ διάβολος, καὶ ὀδύνης διὰ τῶν ἀκουσίων ἐπεργυγεύς.

C πη'. Ὁ θεωρητικὸς νοῦς καὶ γνωστικὸς, πρὸς τιμωρίαν ἐκδίδοται διὰ τοῦτο πολλάκις τῷ διαβόλῳ, πόνους αὐτῷ δικαίως ἐπάγοντι καὶ συμφορὰς, ἵνα μάθη πάσχων περὶ καρτερίας μᾶλλον καὶ πόνων ὑπομονῆς φιλοσοφεῖν, ἢ διακενῆς τοῖς οὐκ οὖσιν ὑπερηφάνως ἐμματαιάζειν.

πθ'. Ὁ πάσχων ὑπὲρ χάριτος [*fort.* ὑπὲρ θείας ἐντολῆς] Θεοῦ παραβαθείσης, ἐὰν ἐπιγνῷ τῆς ἰωμένης αὐτὸν θείας προνοίας τὸν λόγον τήν τε συμφορὰν εὐχαρίστως δέχεται χαίρων, καὶ τὴν ὑπὲρ ἧς παιδεύεται διορθοῦται πλημμέλειαν· ὁ δὲ ταύτης ἀναισθητῶν τῆς ἰατρείας, τῆς τε δοθείσης ἐνδίκως ἐξάγεται χάριτος καὶ τῇ συγχύσει τῶν παθῶν παραδίδοται, πρὸς τὴν πρᾶξιν ἐλθεῖν καταλιμπανόμενος, ὧν D ἐνδιαθέτως εἶχε τὴν ἔφεσιν.

ϙ'. Πᾶς ἀνεχόμενος ἑκουσίως ἐκ τῆς τῶν αὐτῷ πεπραγμένων συναισθήσεως, δέξασθαι τὰς ἐπιπόνους τῶν ἀκουσίων ἐπιφορὰς πειρασμῶν, μετὰ τῆς δεούσης εὐχαριστίας, οὐκ ἐξοικίζεται τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξεώς τε καὶ χάριτος, ὡς ὑπελθὼν ἑκουσίως τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ὡς χρέος ἀποτινὺς, τὰς τῶν βασάνων ἐπιφορὰς καταδεχόμενος· ἀλλ' ἐν αὐταῖς μένων, τελεῖ τῷ μὲν βασιλεῖ Βαβυλῶνος, τοὺς ἐκ τοῦ παθητοῦ τῆς φύσεως βιαίους πόνους, καὶ τὴν

ἐπ' αὐτοῖ; κατὰ διάνοιαν ὡς ὀφειλέτης αὐτῶν διὰ τὰς A προλαβούσας πλημμελείας, συγκατάθεσιν· τῷ δὲ Θεῷ, προσφέρων διὰ λατρείας ἀληθινῆς, τῆς ταπεινῆς λέγω διαθέσεως, τὴν τῶν παρημελημένων διόρθωσιν.

natura patibili ac obnoxia, labores, mentisque in eos consensum, tanquam eorum reus, ob ea, quæ jam illi delicta commissa sunt, Deo autem per verum cultum et obsequium (humilem scilicet animi sensum et affectionem) delictorum offert emendationem.

ϟα'. Ὁ τὴν κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ πρὸς διόρθωσιν ἐπαγομένην αὐτῷ διὰ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν συμφορὰν, εὐχαρίστως μὴ καταδεχόμενος καὶ τὴν ἐπὶ τῷ δοκεῖν δίκαιος εἶναι, μεταγνοὺς, οὐκ ἀποτιθέμενος οἴησιν, ὡς τοῖς θείοις τῶν δικαίων κριμάτων ἀντιπίπτων θεσπίσμασι, καὶ μὴ καταδεχόμενος ἑκουσίως ὑπὸ τὸν ζυγὸν γενέσθαι τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος κατὰ τὴν θείαν διαταγὴν, εἰς αἰχμαλωσίαν παραδίδοται· καὶ κλοιοὺς καὶ δεσμὰ καὶ λοιμὸν καὶ θάνατον καὶ μάχαιραν, καὶ τῆς ἰδίας παντελῶς ἀποικίζεται γῆς. Πάντα B γὰρ ταῦτα, καὶ τούτων πλείονα, ὁ τῆς κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ὡς ἰδίας γῆς ἐξοικιζόμενος ἕξεως πάσχει· διὰ τὸ μὴ θέλειν αὐτὸν ἐξ ὑπερηφανίας καὶ ματαίας οἰήσεως τὰς ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν ἐκτιννὺς δίκας, ἐν θλίψεσιν εὐδοκῆσαι καὶ ἀνάγκαις καὶ στενοχωρίαις κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Ἤδει γὰρ ὁ μέγας Ἀπόστολος, φυλακτικὴν τῶν θείων κατὰ ψυχὴν θησαυρῶν ὑπάρχουσαν, τὴν ἐκτὸς περὶ τὸ σῶμα συνισταμένην διὰ τῶν πόνων ταπείνωσιν· καὶ διὰ τοῦτο στέργων ὑπέμενε, καὶ δι' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς οἷς ἀρετῆς καὶ πίστεως προέκειτο τύπος· ἵνα κἂν ὡς ὑπεύθυνοι πάσχωσι κατὰ τὸν ἐπιτιμηθέντα Κορίνθιον, εἰς παρηγορίαν ἔχωσι καὶ ὑπομονῆς μίμησιν τὸν ἀνευθύνως πάσχοντα.

91. Qui secundum Dei indulgentiam ejusque permissu, quæ inducuntur emendationis causa, tentationum invitos excipientium incursu, mala, gratiarum actione non suscipit, nec, pœnitentia ductus, inanem jactantiam suique opinionem, quod sibi justus videatur, deponit, tanquam qui divinis justorum judiciorum decretis obsistat; nec sponte in animum inducat, ut juxta Dei mandatum, regis Babylonis se jugo subjiciat, in captivitatem traditur, catenisque et vinculis et fami et neci gladioque addicitur, atque omnino patria sedibusque suis ejicitur. Hæc enim omnia, atque his plura patitur, qui velut terra sua, virtutis scientiæque habitu ablegatur; quod nimirum præ superbia, inanique fastu ac jactantia, peccatorum luens pœnas, nolit sibi juxta divinum Apostolum [33] in tribulationibus et necessitatibus et angustiis placere, seu boni et æqui hæc ducere. Nec enim latebat magnum Apostolum, quæ exterius circa corpus per labores humilitas conflatur, ejusmodi esse, ut per eam divinis in animo thesauris probe caveatur. Eamque ob rem libens sustinebat, tum sui ipse gratia, tum eorum quibus virtutis ac fidei norma propositus erat; ut vel reorum more patientes, velut ille Corinthius [34] multæ addictus atque punitus, consolationis argumento æmulandæque patientiæ eum haberent, **533** qui et insons patiebatur.

ϟβ'. Ὁ μὴ τοῖς σχήμασι τῶν ὁρατῶν ἐναπομένων C διὰ τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ κατὰ νοῦν τοὺς λόγους αὐτῶν ἀναζητῶν, ὡς νοητῶν τύπους (v) ἢ λόγους αἰσθητῶν θεώμενος κτισμάτων, οὐδὲν ἀκάθαρτον εἶναι τῶν ὁρωμένων διδάσκεται· πάντα γὰρ φύσει καλὰ λίαν καθέστηκεν.

92. Qui sensus libidine, rerum visibilium figuris non immoratur, sed earum mente rationes exquirit, tanquam qui intellectilium formas, aut sensilium creatorum rationes contueatur, nihil in illis quæ oculis usurpamus, immundum esse docetur. Cuncta enim natura valde bona exsistunt [35].

ϟγ'. * Ὁ τῇ κινήσει τῶν αἰσθητῶν μὴ συναλλοιούμενος, ἀκίβδηλον τὴν τῶν ἀρετῶν μετέρχεται πρᾶξιν. Ὁ δὲ τοῖς αὐτῶν σχήμασι μὴ διατυπώσας τὸν νοῦν, τὴν ἀληθῆ τῶν ὄντων ἀπείληφε δόξαν. Ὁ δὲ καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τῶν ὄντων τῇ διανοίᾳ παραδραμὼν, ὡς ἄριστος θεολόγος, μετὰ ταύτην ἀγνώστως τῇ μονάδι προσέβαλε.

93. Qui una cum rerum sensilium motu non mutatur, aliusve ex alio efficitur, is veram virtutum actionem colit. Qui vero eorum figuris animo non formatur, veram de rebus nactus est opinionem. Qui autem ipsam rerum essentiam subtili intelligentia prætergressus est, tanquam optimus theologus, ignota ratione illa superata, animum unitati adjecit.

ϟδ'. ** Πᾶς θεωρητικὸς νοῦς, ἔχων τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, ἐν ἑαυτῷ τῆς φαι- D νομένης κτίσεως ἀποκτείνας τὴν κίνησιν, κατώρθωσεν ἀρετήν· καὶ τῶν αἰσθητῶν σχημάτων ἑαυτοῦ τὴν φαντασίαν ἀποτεμὼν, τὴν ἐν τοῖς λόγοις τῶν

94. Mens omnis contemplatione provecta, gladium spiritus habens, quod est verbum Dei [36], in se ipsa perempto creaturæ oculis conspicuæ motu, virtutem adepta est; sensiliumque figurarum a se abscissa cogitatione, in rerum rationibus positam

[33] II Cor. vi, 4. [34] I Cor. v, 5. [35] Gen. i, 31. [36] Ephes. vi, 17.

* Cf. Ad Thal. q. 28.

** Eadem iterum.

(v) *Τοὺς λόγους αὐτῶν ἀναζητῶν, ὡς νοητῶν τύπους· Eorum mente exquirit rationes, ut intellectibilium formas.* Ex sensilibus enim, sic spiritaliter lectis eorum rationibus, assurgimus ad νοητὰ, *res spiritales et quæ sola mente intelliguntur.* Hæc Picus prorsus ἀφιλοσόφως. *Sed qua de his dicuntur, ut intellectualium typis. Intellectualium* νοερῶν est, sive mentium, νοητῶν, *eorum quæ ab illis intelliguntur*, ac velut eorum cibus sunt, uti exponit Dionys. Sic tamen passim interpretes confundunt; superiora vero, nemo ita reddat ut Picus, qui nec errorem seq. cap. mutavit.

veritatem invenit; qua naturalis speculatio seu contemplatio consistit : rerum denique superata substantia, divinæ ac insuperabilis unitatis lumine collustratur, in quo veræ theologiæ mysterium constitutum est.

95. Unicuique Deus, pro subjecta illi de Deo opinione manifestatur. Iis quidem qui desiderio terrenam superaverunt compositionem, viresque animi pari inter se virtute, secundum unam eamdemque jugis motus circa Deum agitationem nacti sunt, tanquam unitas atque Trinitas apparet, quo et propriam exsistentiam ostendat, et illius modum mystice doceat. Quibus autem appetendi vis circa terrenam solummodo compositionem versatur, viresque animi non alias aliis devinctas habent; non illis apparet ut ipse est, sed ut illi se habent; ostendens ambabus manibus terrenum amplexos binarium; quo mundus corporeus, velut ex materia et forma concretus, consistit.

96. Divinus Apostolus, alias aliasque unius Spiritus sancti operationes seu afflatus, alia atque alia vocat dona, quæ unus atque idem operetur Spiritus [37]. Siquidem igitur juxta mensuram fidei in unoquoque datur manifestatio Spiritus, ea ratione qua doni illius participatio præstatur : nimirum singuli fideles pro fidei modulo, subjectaque illis animi dispositione, **534** commensam recipiunt Spiritus operationem afflatumque, tribuentem eis convenientem habitum, ad hujus illiusve mandati exsecutionem.

97. Quemadmodum alius accipit sermonem sapientiæ, alius vero sermonem scientiæ, alius autem fidei : aliusque aliud quid eorum donorum Spiritus, quæ magno Apostolo recensita sunt [38] : sic alius quidem per Spiritum, donum accipit perfectæ ac immediatæ in Deum charitatis nihilque terrenum habentis, secundum certam fidei rationem; alius vero per eumdem Spiritum, donum perfectæ erga proximum dilectionis, aliusque aliud quid secundum eumdem Spiritum, uti dicebam; sic nimirum ut singuli proprium in actu ac exercitum habeant donum. Omnem enim mandati in actu ac exercitum habitum, Spiritus dicit esse donum.

98. Domini baptisma est, voluntatis nostræ erga mundum hunc sensibus objectum ex toto exstinctio : calix vero, ipsius quoque præsentis vitæ nostræ veritatis causa abdicatio.

99. Domini baptisma, laborum virtutis causa sponte animi proposito susceptorum, figura est; quorum ope dilutis conscientiæ sordibus, spontaneam erga res oculis subjectas mortem suscipimus : calix vero, earum quæ adverso aliquo casu invita voluntate, veritatis causa tentationes appetunt, typum præfert; per quas, ipsi quoque vitæ divi-

A ὄντων εὗρεν ἀλήθειαν, καθ' ἣν ἡ φυσικὴ θεωρία συνέστηκε· καὶ τῆς οὐσίας τῶν ὄντων ὑπεράνω γενόμενος, τὸν τῆς θείας καὶ ἀμάχου μονάδος δέχεται φωτισμὸν, καθ' ὃν τῆς ἀληθοῦς θεολογίας συνέστηκε τὸ μυστήριον.

ϟε'. Ἑκάστῳ κατὰ τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ περὶ Θεοῦ δόξαν, ὁ Θεὸς ἐμφανίζεται· τοῖς μὲν κατ' ἔφεσιν τὴν ὑλικὴν περάσασι σύνθεσιν, καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἰσοδυναμούσας ἀλλήλαις κεκτημένοις κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀεικινησίαν περὶ Θεὸν, ὡς μονὰς ἐκφαίνεται καὶ Τριὰς, ἵνα καὶ τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν παραδείξειε, καὶ τὸν αὐτῆς τρόπον μυστικῶς ἐκδιδάξειε. Τοῖς δὲ περὶ μόνην τὴν ὑλικὴν σύνθεσιν ἔχουσι κινουμένην τὴν ἔφεσιν, καὶ ἀλλήλαις ἀσυνδέτους τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις κεκτημένοις, οὐχ ὡς ἔστιν, B ἀλλ' ὡς εἰσὶν ἐμφανίζεται, δεικνὺς ὅτι τῆς ὑλικῆς δυάδος ἀμφοῖν ἐπελάβοντο ταῖν χεροῖν· καθ' ἣν ὁ σωματικὸς, ὡς ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, συνέστηκε κόσμος.

ϟϛ'. * Ὁ θεῖος Ἀπόστολος, τὰς διαφόρους ἐνεργείας τοῦ ἑνὸς ἁγίου Πνεύματος, χαρίσματα λέγει διάφορα, ὑφ' ἑνὸς δηλονότι καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐνεργούμενα Πνεύματος. Εἰ τοίνυν κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος ἐν τῇ μετοχῇ τοῦ τοιοῦδε χαρίσματος, ἕκαστος τῶν πιστῶν δηλονότι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, καὶ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ κατὰ ψυχὴν διαθέσεως, συμμεμετρημένην δέχεται τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν, χαριζομένην αὐτῷ τῆσδε ἢ τῆσδε τῆς ἐντολῆς τὴν ἁρμόζουσαν πρὸς ἐνέργειαν ἕξιν.

C ϟζ'. Ὥσπερ ὁ μὲν λαμβάνει λόγον σοφίας, ὁ δὲ λόγον γνώσεως, ἕτερος δὲ, πίστεως, καὶ ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἀπηριθμημένων τῷ μεγάλῳ Ἀποστόλῳ χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος· οὕτως ὁ μὲν δέχεται διὰ τοῦ Πνεύματος χάρισμα τῆς τελείας καὶ ἀμέσου πρὸς Θεὸν καὶ μηδὲν ἐχούσης ὑλικὸν ἀγάπης, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως· ἕτερος δὲ διὰ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος, τῆς τελείας ἀγάπης πρὸς τὸν πλησίον χάρισμα· ἄλλος δὲ ἄλλο τι, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ὡς ἔφην, ἔχοντος ἑκάστου ἐνεργούμενον τὸ οἰκεῖον χάρισμα. Πᾶσαν γὰρ ἐντολῆς ἕξιν ἐνεργουμένην, Πνεύματος εἶναι χάρισμα λέγει.

ϟη'. Τὸ τοῦ Κυρίου βάπτισμά ἐστιν, ἡ παντελὴς D πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον τῆς προαιρέσεως ἡμῶν νέκρωσις· τὸ δὲ ποτήριον, καὶ αὐτῆς ἡμῶν τῆς παρούσης ζωῆς ὑπὲρ ἀληθείας καθέστηκεν ἄρνησις.

ϟθ'. Τὸ τοῦ Κυρίου βάπτισμα, τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς κατὰ πρόθεσιν ἑκουσίων καὶ ἡμετέρων πόνων, τύπος ὑπάρχει· δι' ὧν τὰς κατὰ συνείδησιν ἀποῤῥύπτοντες κηλῖδας, τὸν πρὸς τὰ φαινόμενα τῆς προαιρέσεως ἑκούσιον καταδεχόμεθα θάνατον· τὸ δὲ ποτήριον, τῶν ἐκ περιστάσεως παρὰ προαίρεσιν ἐπανισταμένων ἡμῖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκουσίων πειρασμῶν (x)

[37] I Cor. XII, 4. [38] ibid. 8-12.

* Ad Thal. q. 29.

(x) *Τῶν ἐκ περιστάσεως ἐπανισταμένων ἀκουσίων πειρασμῶν.* Nihil bene Picus, *ratione circumstantiarum;* ut et quod statim sequitur, τὸν περιστατικὸν τῆς φύσεως θάνατον, *circumstantem naturæ mortem.* Est enim περίστασις hoc loco, non *circumstantia*, sed quod Hesych. Varin. et alii expli-

τύπος ἐστί· δι' ὧν καὶ αὐτῆς προκρίνοντες τὸν A θεῖον πόθον τῆς φύσεως, ἑκόντες τὸν περιστατικὸν ὑπερχόμεθα τῆς φύσεως θάνατον.

ρ'. Ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν τὸ βάπτισμα πρὸς τὸ ποτήριον· ὅτι τὸ μὲν βάπτισμα, ὑπὲρ ἀρετῆς πρὸς τὰ ἡδέα τοῦ βίου νεκρὰν ἐργάζεται τὴν προαίρεσιν· τὸ δὲ ποτήριον, τὴν ἀλήθειαν καὶ αὐτῆς προκρίνειν πείθει τῆς φύσεως τοὺς εὐσεβεῖς.

num amorem præferentes, sponte in vitæ mali adversisque positam naturæ mortem sustinemus.

100. Baptisma inter et calicem hoc refert, quod baptisma, virtutis causa, ad delectabilia vitæ quod attinet, voluntatem emortuam reddit: calix vero, ut Dei cultores ipsi quoque naturæ veritatem præferant, auctor exsistit.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΔΕΥΤΕΡΑ.

α'. Πρότερον τοῦ βαπτίσματος ἔθετο τὸ ποτήριον, ὅτι διὰ τὴν ἀλήθειάν ἐστιν ἡ ἀρετή, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἀρετὴν ἡ ἀλήθεια. Ὅθεν ὁ διὰ τὴν ἀλήθειαν πράττων τὴν ἀρετήν, κενοδοξίας οὐ τιτρώσκεται βέλεσιν· B ὁ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἀρετῆς ἕνεκεν ἐπιτηδεύων, σύνοικον ἔχει τῆς κενοδοξίας τὴν οἴησιν.

β'. Ἀλήθειαν μὲν εἶναι λέγει, (y) τὴν θείαν γνῶσιν· ἀρετὴν δέ, τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας τῶν ἐφιεμένων αὐτῆς ἀγῶνας. Ὁ τοίνυν γνώσεως ἕνεκεν, ἀρετῆς ὑπομένων πόνους, οὐ κενοδοξεῖ, γινώσκων ἀπερίληπτον εἶναι φύσει τοῖς πόνοις τὴν ἀλήθειαν· τοῖς δευτέροις γὰρ οὐ περιγράφεται φύσει τὸ πρῶτον. Ὁ δὲ τὴν γνῶσιν διὰ τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς ἀγῶνας ἐπιτηδεύων, πάντως κενόδοξος ὢν εἰληφέναι δοκῶν τοὺς στεφάνους πρὸ τῶν ἱδρώτων· οὐκ εἰδὼς ὅτι διὰ τοὺς στεφάνους οἱ πόνοι, ἀλλ' οὐ διὰ τοὺς πόνους οἱ στέφανοι· φύσει γὰρ ἀμελέτητος πᾶσα καθέστηκε μέθοδος, τοῦ δι' ὃ πέφυκεν ἐξανυσθέντος, ἢ ἀνυσθῆναι C δόξαντος.

γ'. Ὁ μόνην τῆς γνώσεως τὴν μορφήν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ψιλὸς λόγος· καὶ ὁ τὴν εἰκόνα τῆς ἀρετῆς, ὅπερ ἐστὶ τὸ ψιλὸν ἦθος, ἐπιτηδεύων, Ἰουδαῖός ἐστι καὶ αὐτός, ἀληθείας τύποις φυσιούμενος.

δ'. Ὁ πᾶσαν τὴν φαινομένην τοῦ νόμου λατρείαν μὴ κατ' αἴσθησιν ὁρῶν, ἀλλὰ ταῖς κατὰ νοῦν ἐφόδοις ἕκαστον τῶν ὁρωμένων συμβόλων διασκοπήσας, τὸν ἐν ἑκάστῳ κεκρυμμένον θεοτελῆ Λόγον ἐκδιδασκόμενος, ἐν τῷ νόμῳ τὸν Θεὸν εὑρίσκει, καλῶς ψηλαφῶν διὰ τῆς νοερᾶς δυνάμεως, ὡς ἐν φορυτῷ, τῇ ὕλῃ τῶν νομικῶν διατάξεων, εἴ που κεκρυμμένον εὕροι τῇ σαρκὶ τοῦ νόμου, τὸν τὴν αἴσθησιν διαφεύ- D γοντα παντελῶς μαργαρίτην Λόγον.

ε'. Καὶ ὁ τὴν φύσιν δὲ τῶν ὁρωμένων μὴ τῇ αἰσθήσει μόνῃ περιγράφων, ἀλλὰ κατὰ νοῦν σοφῶς τὸν

CENTENARIUS ALTER.

1. Priorem baptismate calicem posuit [39], quod nimirum virtus propter veritatem, at non propter virtutem veritas sit. Qui igitur veritatis causa virtute fungitur, inanis gloriæ jaculis non vulneratur: qui autem virtutis causa veritatem colit, inanis gloriæ contubernalem animi elationem habet suique vanam existimationem.

2. Veritatem quidem, divinam scientiam **535** esse dicit: virtutem vero, eorum pro veritate certamina, qui ejus desiderio tenentur. Qui igitur scientiæ causa virtutis labores sustinet, non laborat inani gloria, qui natura comprehendi non posse veritatem laboribus sciat. Quod enim natura primum est, his quæ secunda sunt, non circumscribitur. Qui vero scientiam ob labores pro ea exantlandos sectatur, omnino inanis gloriæ morbo tenetur, qui ante sudores, nactum se coronas arbitretur: nempe ignorans esse labores, ut assequaris coronas; at non ita coronas propter labores. Cessat enim suopte genio omnis methodus artisque ratio, eo peracto cujus gratia erat, aut quod peractum esse existimetur.

3. Qui solam scientiæ formam sectatur, quod est nudus sermo; ac veritatis imaginem, quæ est simplex morum honestas, ipse quoque veritatis figuris animo tumens, sibique placens, Judæus exsistit.

4. Qui conspicuum omnem legalem cultum, non ex sensus ratione videt; sed mentis intentionibus visibilia quæque symbola considerat, qui in eis singulis occultum Deo perfectum Verbum doceatur, Deum in lege invenit; pulchre mentis facultate palpans, num usquam, ceu in congerie (legalium scilicet constitutionum materia) in legis carne abditum nancisci queat, qui sensus vim penitus fugit, unionem; hoc est, Verbum.

5. Quin is quoque qui naturam rerum oculis subjectarum non solo definit sensu; sed quæ

[39] Marc. x, 38.

cant, θλῖψις, ἀνάγκη, μέριμνα· quod et sæpius redditur illa vox, *Afflictio*, *necessitas*, *ærumna*, *afflictus rerum casus*. Hæc enim sunt, quæ illum efficiunt calicem, qui non nostra voluntate assumitur, **sed exterius** Deo auctore, vel saltem, eo permittente, **adhibetur**: quem ipsum tamen oblatum sponte acceptare debemus, inque eum modum, τὸν περιστατικὸν φύσεως θάνατον ὑπέρχεσθαι: mortem scilicet, **qua** sic malis atque ærumnis naturæ vita exstinguatur, Dei desiderio obire.

(y) Ἀλήθειαν εἶναι λέγει. Non uno loco sic loquitur Maximus, ac si non ejus essent, quæ adhibet quasi scholia, ubi quid obscurius locutus est, ut quod hic exponit præcedens caput. Eo autem collineare videtur, ut divina scientia, ipsa potius a Deo speranda sit ac expetenda, ad quam non sufficere nostros ac virtutis labores existimemus; aut unquam nos comprehendisse; quod sentire, quandiu in via sumus, οἰήσεως est, toties Maximo exagitatæ; *sui opinionis ac jactantiæ;* animi sibi placentis atque superbi.

singulis creatis inest, rationem sapienter scrutatur, A Deum invenit, qui ex proposita rerum magnificentia, earum auctorem Deum doceatur [40].

6. Quia igitur attrectantis propria discretio est; qui legalia symbola sapienter legens, rerumque conspicuam naturam solerter contuens, Scripturam et creaturam ac seipsum discernit seu dirimit; Scripturam quidem, in litteram et spiritum; creaturam vero, in rationem et superficiem; seipsum autem, in mentem et sensum: ac ex Scriptura quidem, spiritum; ex creatura vero, rationem, ex se ipso autem mentem assumpserit, hæcque alia aliis insolubili nexu devinxerit, Deum invenit; quippe qui Deum in Mente et Ratione (seu Verbo) et Spiritu exsistentem, uti decet ac per facultatem licet, agnoverit, cunctis liberatus quæ sunt B seducendo, inque innumeras errore opiniones trahunt, nimirum a littera, superficie et sensu, in quibus diversa quantitas **536** est ac unitati contraria. Sin autem quis legis litteram, rerumque oculis subjectarum superficiem atque proprium sensum alia aliis nectendo miscuerit, cæcus est manu viam tentans; rerum scilicet Auctoris ignorantia laborans.

7. Divinus magnusque Apostolus definiendo quidnam sit fides, ait: *Fides est eorum quæ sperantur substantia, rerumque quæ non videntur, evictio* [41]. Sin autem quis etiam definiat, esse bonum internum animoque repositum, aut veram notitiam arcana illa bona demonstrantem, nihil C a vero aberraverit.

8. Fides vis est, ut sic loquar, affectiva, seu affectio ac habitudo, qua immediata supra naturam credentis cum Deo, cui creditur ac qui credatur, perfecta unio præstetur.

9. Quia igitur homo ex anima exsistens et corpore, duabus jactatur legibus (carnis scilicet et spiritus) ac quidem carnis lex, in sensu viget; lex autem spiritus, in mente: lexque adeo carnis in sensu vigens, terrenis addicere habet; lex vero spiritus, ipsa in mente vigens, immediate cum Deo copulat; merito: *Qui non discretus fuerit in corde suo* [42]; hoc est, non discreverit in mente sua; seu immediatam cum Deo unionem, quæ est per fidem, non diviserit, tanquam qui imperturbati animi D (quin et jam deus per fidem) unione factus sit, *dicet monti huic: Transi, et transibit* [43]: quo modo loquendi, velut ipsum digito sensum ac legem carnis ostendit, gravem illam ac difficile mobi-

ἐν ἑκάστῳ κτίσματι λόγον ἐρευνώμενος, εὑρίσκει Θεὸν, ἀπὸ τῆς προβεβλημένης τῶν ὄντων μεγαλουργίας, τὴν αὐτῶν τῶν ὄντων διδασκόμενος αἰτίαν.

ϛ'. Ἐπειδὴ τοίνυν ἴδιον τοῦ ψηλαφῶντος ἡ διάκρισίς ἐστιν· ὁ τὰ νομικὰ σύμβολα γνωστικῶς ἐπερχόμενος, καὶ τὴν φαινομένην τῶν ὄντων φύσιν ἐπιστημονικῶς θεώμενος, διακρίνων τὴν Γραφὴν καὶ τὴν κτίσιν καὶ ἑαυτὸν, τὴν μὲν Γραφὴν, εἰς γράμμα καὶ πνεῦμα· τὴν δὲ κτίσιν, εἰς λόγον καὶ ἐπιφάνειαν· ἑαυτὸν δὲ, εἰς νοῦν καὶ αἴσθησιν· καὶ τῆς μὲν Γραφῆς, τὸ πνεῦμα· τῆς δὲ κτίσεως, τὸν λόγον· ἑαυτοῦ δὲ, τὸν νοῦν λαβὼν, καὶ ἀλλήλοις ἀλύτως ἑνώσας, εὗρε Θεόν· ὡς ἐπιγνοὺς καθὼς δεῖ, καὶ δυνατόν ἐστι, τὸν Θεὸν, τὸν ἐν Νῷ καὶ Λόγῳ καὶ Πνεύματι· πάντων τῶν πλανώντων καὶ εἰς μυρίας δόξας κατασυρόντων ἀπαλλαγεὶς, λέγω δὲ γράμματος καὶ ἐπιφανείας καὶ αἰσθήσεως, ἐν οἷς ἡ διάφορος ὑπάρχει ποσότης, καὶ τῆς μονάδος ἀντίθετος. Εἰ δὲ τὸ γράμμα τοῦ νόμου, καὶ τὴν τῶν ὁρωμένων ἐπιφάνειαν καὶ τὴν οἰκείαν αἴσθησιν ἀλλήλοις τις προσπλέξας συμφύρῃ, τυφλός ἐστι μυωπάζων, τὴν τῆς Αἰτίας τῶν ὄντων ἀγνωσίαν νοσῶν.

ζ'. * Ὁ θεῖος καὶ μέγας Ἀπόστολος, τί ἐστι πίστις ὁρίζων, φησί· *Πίστις ἐστὶν, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, καὶ πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.* Εἰ δέ τις καὶ ἐνδιάθετον αὐτὴν ἀγαθὸν ὁρίσαιτο, ἢ γνῶσιν ἀληθῆ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἀποδεικτικὴν, τῆς ἀληθείας οὐ διήμαρτεν.

η'. Ἡ πίστις, δύναμίς ἐστι σχετικὴ, ἢ σχέσις δραστικὴ τῆς ὑπὲρ φύσιν ἀμέσου τοῦ πιστεύοντος πρὸς τὸν πιστευόμενον Θεὸν, τελείας ἑνώσεως.

θ'. Ἐπειδὴ τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς ὑπάρχων καὶ σώματος, δυσὶ σαλεύεται νόμοις, σαρκὸς λέγω καὶ πνεύματος· καὶ ὁ μὲν τῆς σαρκὸς νόμος, κατὰ τὴν αἴσθησιν· ὁ δὲ τοῦ πνεύματος, κατὰ τὸν νοῦν κέκτηται τὴν ἐνέργειαν· καὶ ὁ μὲν τῆς σαρκὸς ὕλῃ συνδεῖν πέφυκε, κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐνεργούμενος (1)· ὁ δὲ τοῦ πνεύματος κατὰ νοῦν ἐνεργούμενος, πρὸς τὸν Θεὸν ἀμέσως ποιεῖται τὴν ἕνωσιν· εἰκότως *Ὁ μὴ διακριθεὶς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*· τουτέστιν, ἐν τῷ νοῒ μὴ διακρίνας, ἤγουν διατεμὼν τὴν διὰ τῆς πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν γεγενημένην ἄμεσον ἕνωσιν, ὡς ἀπαθὴς, μᾶλλον δὲ θεὸς ἤδη διὰ τῆς πίστεως τῇ ἑνώσει γεγενημένος, *ἐρεῖ τῷ ὄρει τούτῳ μεταβῆναι, καὶ μεταβήσεται*·

[40] Sap. XIII, 5. [41] Hebr. XI, 1. [42] Marc. II, 23. [43] ibid.

* Conf. ad Thal. q. 33.

(1) *Κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐνεργούμενος.* Exponit ipse Maximus eam vocem active, per hoc quod dicit: κατὰ τὴν αἴσθησιν, κατὰ τὸν νοῦν κέκτηται τὴν ἐνέργειαν; sicque optime intelligitur quod de charitate Galat. V. Δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη· *Per charitatem operans*, ut non male Erasm. nihil dissentanee Vulg. *quæ per charitatem operatur*: quem nec ita barbare locutum existimandum, ut passiva significatione eam vocem acceperit, quidquid velle videatur Hier. Ipsa sane fides est, cui operatio vitaque ascribitur, etsi illi necessaria ad perfectionem comes charitas seu dilectio, sine qua vana est atque mortua, non valens scilicet vera vitæ opera edere, nisi forte inchoatione ac disponendo ad perfectam justitiam ex motione gratiæ.

δειχτικῶς διὰ τοῦ τοῦτο φάναι, τὸ φρόνημα καὶ τὸν A νόμον δηλῶν τῆς σαρκὸς, τὸν βαρὺν ὄντως καὶ δυσμετακίνητον, καὶ ὅσον πρὸς δύναμιν φυσικὴν, παντελῶς ἀκίνητον καὶ ἀσάλευτον.

ι'. Τοσοῦτον ἐῤῥίζωται τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων διὰ τῆς αἰσθήσεως ἡ τῆς ἀλογίας δύναμις, ὥστε τοὺς πολλοὺς μηδ' ἄλλο τι νομίζειν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ σάρκα, δύναμιν πρὸς ἀπόλαυσιν τῆς παρούσης ζωῆς τὴν αἴσθησιν ἔχουσαν.

ια'. *Πάντα*, φησὶ, *δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, καὶ μὴ διακρινομένῳ*, τουτέστι μὴ διαιρουμένῳ τῆς κατὰ νοῦν διὰ πίστεως γεγενημένης αὐτῷ πρὸς τὸν Θεὸν ἑνώσεως, διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν σχέσιν· ὅσα κόσμου καὶ σαρκὸς τὸν νοῦν ἀλλοτριοῖ· Θεῷ δὲ προσοικειοῖ, τετελειωμένον τοῖς κατορθώμασι. Τοῦτο γὰρ προσυπακουστέον τῷ, *Πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι*. B

ιβ'. Ἡ πίστις ἀναπόδεικτος γνῶσίς ἐστιν. Εἰ δὲ γνῶσίς ἐστιν ἀναπόδεικτος, ἄρα σχέσις ἐστὶν ὑπὲρ φύσιν ἡ πίστις, δι' ἧς ἀγνώστως, ἀλλ' οὐκ ἀποδεικτικῶς ἑνούμεθα τῷ Θεῷ κατὰ τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν.

ιγ'. Τὴν ἄμεσον λαβὼν ἕνωσιν πρὸς τὸν Θεὸν ὁ νοῦς, τὴν τοῦ νοεῖν καὶ νοεῖσθαι παντελῶς δύναμιν ἔχει σχολάζουσαν (a). Ὁπηνίκα γοῦν ταύτην λύσει, νοήσας τι τῶν μετὰ Θεὸν, διεκρίθη, τεμὼν τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν, καθ' ἣν ἕως ἐστὶ τῷ Θεῷ συνημμένος, ὡς ὑπὲρ φύσιν καὶ τῇ μεθέξει Θεὸς γεγενημένος, καθάπερ ὄρος ἀκίνητον, ἑαυτοῦ τὸν τῆς φύσεως μετατίθησι νόμον. C

ιδ'. Ὁ πρὸς εὐσέβειαν εἰσαγόμενος, περὶ τῶν ἔργων διδασκόμενος τῆς δικαιοσύνης, τὴν πρᾶξιν μόνην ἐπιτελεῖ, μετὰ πάσης ὑπακοῆς καὶ πίστεως, καθάπερ σάρκας ἐσθίων τῶν ἀρετῶν τὰ φαινόμενα, τὴν ἠθικὴν δηλονότι παιδαγωγίαν· τοὺς δὲ τῶν ἐντολῶν λόγους, ἐν οἷς ἡ τῶν τελείων ὑπάρχει γνῶσις, τῷ Θεῷ παραχωρεῖ διὰ τῆς πίστεως, μὴ δυνάμενος συνεπεκταθῆναι τέως τῷ μήκει τῆς γνώσεως.

ιε'. Ὁ τέλειος, οὐ μόνον τὴν τῶν εἰσαγομένων τάξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν προκοπτόντων διαδραμὼν, οὐκ ἀγνοεῖ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατ' ἐντολὴν γινομένων τοὺς λόγους, ἀλλ' ἐκείνους πνεύματι πρῶτον δια[illegible]ὼν, πᾶσαν ἐσθίει διὰ τῶν ἔργων τὴν σάρκα τῶν D

lem; quodque attinet ad facultatem naturalem, prorsus immobilem ac inconcussam.

10. Sic altas, sensus opera, radices in hominum natura egit irrationalis facultas, ut vulgi longe pars maxima nihil hominem esse existiment, nisi carnem sensu præditam, qua facultate præsenti vita fruatur.

11. *Omnia*, inquit, *possibilia sunt credenti, ac ei, qui non discernitur* [44], qui scilicet non dividitur a mentis cum Deo per fidem unione, ob animi cum corpore per sensus necessitudinem. Quæcunque nimirum a mundo ac carne mentem avocant, Deoque virtutibus perfectum conciliant. Id enim subaudiendum in eo quod dicitur, *Omnia possibilia sunt credenti.*

12. Fides, cognitio est indemonstrabilis. Sin autem ita se res habet, ergo fides habitudo natura superior est; per quam ignota ratione, non quæ demonstratione **537** nitatur, Deo unimur, ejus generis unione quæ excedat mentis omnem cogitatum.

13. Animus immediatam cum Deo unionem nactus, vim qua intelligit ac intelligatur prorsus vacantem habet. Ubi igitur hanc solverit, eorum quæ a Deo secunda sunt aliquid intelligens, discretus est, dissecta illa unione quæ omni mentis intelligentia superior est: qua, quandiu cohæret Deo, tanquam natura superior deusque divino factus commercio, velut montem immobilem, a se naturæ legem transfert.

14. Qui ad pietatem introducitur, in eaque rudimentarius est, cum doceatur justitiæ opera, solam actionem præstat, qui nimirum cum omni obedientia et fide, veluti carnes, quæ virtutum conspicua sunt (moralem scilicet institutionem) comedat. Mandatorum autem rationes, in quibus perfectorum posita scientia est, Deo permittit per fidem; quod hactenus quanta scientia est, extendi non potest.

15. Perfectus, qui nedum eorum qui introducuntur, sed et proficientium ordinem percucurrerit, eorum quæ ab ipso illi præcepta fiunt, rationes non nescit; sed illis primum spiritu interbibitis, virtutum omnem carnem, operum ipsa functione

[44] Marc. IX, 22.

(u) *Τελείως τὸ κατὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας ἀνεδήσατο κράτος. Victoriam, palmam retulit.* Sic Greg. in Basilio, de Maximino Christianos persequente τὸ τῆς ἀσεβείας κράτος ἀναδήσασθαι. *Palmam et coronam impietatis mereri.* Bud. At, Picus, *Plane se gesserit impudenter*, etc., quæ mera inscitia est : ut quod statim sequitur de Juda et Jerusalem, quibus eamdem derelictionis iram accidere ait Maximus, quæ Ezechiæ, dum reddit, *sed Judas et Jerusalem ingruunt*. Dicas loqui de hostibus ipsius Ezechiæ. Sic nullo sensu omnia.

(v) *Τοὺς ἐπὶ κρείττοσι φανέντας ἀγνώμονας.* Τὸ κρεῖττον, haud raro pro virtute sumitur; nec hic aliter Maximus. De illa enim Providentia sermo est, qua vitiis et affectibus laborare sinimur, ut ad modestiam gratique animi sensum in virtutibus componamur, summeque Deo exosam illique contrariam superbiam, longe excutiamus. Sic non bene Picus, *rebus prosperis, rebus secundis*; aut certe minus explicate.

ιγʹ. Ὅρον καὶ νόμον ἐνυπάρχοντα θεῖον τοῖς οὖσιν A ἴσμεν, τὴν τῶν ὄντων συνεκτικὴν πρόνοιαν, κατὰ κρίσιν δικαίαν τῇ σπάνει τῶν ἀγαθῶν παιδεύουσαν πρὸς εὐγνωμοσύνην, τοὺς ἐπὶ τῇ ἀφθονίᾳ τῶν ἀγαθῶν πρὸς τὸν ταύτης χορηγὸν φανέντας ἀγνώμονας, διὰ τῶν ἐναντίων αὐτοὺς πρὸς συναίσθησιν ἄγουσαν τῆς τοῦ χαριζομένου τὰ καλὰ διαγνώσεως. Ἡ ἐπ' ἀρετῇ γὰρ οἴησις, ἀπαιδαγώγητος μένουσα, τὸ τῆς ὑπερηφανίας γεννᾷν πέφυκε νόσημα, τὸ τὴν ἀντικειμένην τῷ Θεῷ φέρον διάθεσιν.

13. Regulam legemque divinam rebus inesse scimus, quæ scilicet res continet ac conservat, Providentiam; justo plane judicio bonorum penuria et egestate illos erudientem, ut grati animi sensum assumant, qui bonis affluentes, ipsorum largitori ingrati exstiterant; ex contrariis nimirum in sensum ducendo, ejus, qui bonorum auctor ac largitor sit. Quæ enim pro virtutis nomine, inanis opinio mentisque elatio accedit, nisi castigatione aliqua coerceatur, superbiæ morbum (affectum utique Deo contrarium) proclive parit.

ιδʹ. Ὁ οἰόμενος ἑαυτὸν κατειληφέναι τὸ τέλος τῆς ἀρετῆς, οὐδαμῶς ζητήσει λοιπὸν τὴν πηγαίαν τῶν καλῶν αἰτίαν, ἑαυτῷ μόνῳ περιγράψας τὴν τῆς ἐφέσεως δύναμιν, καὶ αὐτὸν τῆς σωτηρίας τὸν ὅρον ὑφ' B ἑαυτοῦ, φημὶ δὲ τὸν Θεὸν, ζημιούμενος (x). Ὁ δὲ τῆς ἑαυτοῦ περὶ τὰ καλὰ φυσικῆς συναισθόμενος πενίας, οὐ παύεται προτροπάδην τρέχων πρὸς τὸν δοῦναι δυνάμενον τῆς ἐνδείας τὴν πλήρωσιν.

14. Qui se virtutis finem assecutum **561** esse existimat, nusquam deinceps bonorum fontem auctoremque requirat, sibi ipse circumscribens desiderii vim, suoque ipse vitio, ipsius salutis finis (Dei nimirum) jacturam faciens. Qui autem naturalis suæ paupertatis, ad bona quod attinet ac honesta, sibi ipse conscius est, ad eum festinare non cessat, qui penuriæ supplementum unus præstare potest.

ιεʹ. Ὁ τὴν ἀπειρίαν τῆς ἀρετῆς διαγνοὺς, οὐδέποτε τοῦ κατ' αὐτὴν παύεται δρόμου, ἵνα μὴ ζημιωθῇ αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος, τὸν Θεὸν λέγω, περὶ ἑαυτὸν στήσας τὴν κίνησιν τῆς ἐφέσεως· καὶ λάθῃ νομίζων ἐπειλῆφθαι τῆς τελειότητος, ὑπομένων τοῦ ἀληθῶς ὄντος τὴν ἔκπτωσιν, πρὸς ὅπερ ἐπείγεται πᾶσα σπουδαίου κίνησις.

15. Cui infinita virtutis amplitudo explorata est, ab ejus nunquam cursu desistit, ne ejus ipsius qui virtutis principium ac finis est (hoc est, Dei) jacturam faciat, ipse circa se desiderii motum definiens: imprudensque nactum se perfectionem existimet, ab eo prolapsus quod est vere, et ad quod motus omnis, ejus, qui virtuti studet, contendit.

ϛʹ. Γίνεται δικαίως ἐπὶ τὸν ὑψηλόφρονα νοῦν ὀργή· τουτέστιν, ἐγκατάλειψις, καθὰ εἴρηται· ἤγουν ἡ τοῦ διοχληθῆναι αὐτὸν κατά τε τὴν πρᾶξιν, κατά C τε τὴν θεωρίαν ὑπὸ δαιμόνων συγχώρησις· ἵνα λάβῃ, τῆς μὲν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἀσθενείας, συναίσθησιν· τῆς δὲ σκεπούσης αὐτὸν, καὶ τὸ πᾶν κατορθούσης τῶν ἀγαθῶν θείας δυνάμεώς τε καὶ χάριτος, τὴν ἐπίγνωσιν· καὶ ταπεινωθῇ, πόῤῥω παντελῶς ἑαυτοῦ τὸ ἀλλότριον καὶ παρὰ φύσιν ὕψος ποιούμενος· ὥστε μὴ ἐπελθεῖν ἐπ' αὐτὸν τὴν ἄλλην ὀργὴν, τῆς τῶν δοθέντων χαρισμάτων ἀφαιρέσεως, ταπεινωθέντα καὶ γενόμενον τῆς τοῦ παρέχοντος τὰ καλὰ συναισθήσεως.

16. Juste ira in animum altum sapientem obtingit: nempe derelictio, uti dictum est; sive, ut divexari a dæmonibus ac molesta pati sinatur, tum quod ad actionem, tum quod ad contemplationem attinet: quo scilicet, naturalis suæ infirmitatis sensu percepto, se protegentem, bonaque omnia præstantem, divinam potentiam gratiamque agnoscat, et humilietur; ac procul omnino alienam atque a naturæ rationibus abhorrentem, celsitatem abjiciat; ne alia ira illi superveniat, qua scilicet concessis donis ablatis humiliatus, in ipsius bona præbentis sensum veniat.

ιζʹ. Ὁ μὴ σωφρονισθεὶς τῷ πρώτῳ εἴδει τῆς ὀργῆς, ἤγουν ἐγκαταλείψεως, ἐλθεῖν πρὸς ταπείνωσιν, ἡγησάμενος αὐτὴν τῆς καλῆς ἐπιγνωμοσύνης διδάσκαλον, τὴν ἄλλην δέχεται σαφῶς ἐπ' αὐτὸν ἐρ- D χομένην ὀργὴν, ἀφαιρουμένην αὐτοῦ τὴν τῶν χαρισμάτων ἐνέργειαν, καὶ ἔρημον αὐτὸν καθιστῶσαν τῆς τέως φρουρούσης δυνάμεως. Ἀφελῶ γὰ , φησὶ, *τὸν φραγμὸν αὐτοῦ*, περὶ τοῦ ἀγνώμονος Ἰσραὴλ ὁ Θεὸς λέγων, *καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν· καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα· καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδὲ μὴ σκαφῇ· καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα, καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτόν*.

17. Qui primo iræ genere (id est, derelictionis) minime emendatus est, ut seipsum humiliaret, existimans probæ gratitudinis eam magistram esse, alteram plane in se venientem iram excipiet, donorum vim actumque auferentem, hactenusque tutum eum præstante potentia atque virtute, ipsum denudantem. *Auferam* enim, inquit Deus, de ingrato Israele loquens, *sepem ejus, et erit in direptionem: diruamque maceriam ejus, et erit in conculcationem. Et relinquam vineam meam, et non putabitur neque fodietur: et ascendet in eam, ut in terram desertam, spina; et nubibus mandabo ne pluant super eam* [61].

[61] Isa. v, 5, 6.

(x) Ὑφ' ἑαυτοῦ ζημιούμενος. Ipse sibi auctor amittendi salutis finem (Deum scilicet) ejusque jacturæ. Quod sic clarum, Picus, hoc, et seq. cap., *a seipso afficiens injuria, contumelia*; quod nimis crassum ac supinum est.

18. Proclivis adhuc ad impietatem via est, quod aliquis præ cordis duritia, virtutum jacturam non sentiat. Qui enim ob carnis voluptates ac libidines in consuetudinem duxit ut Deo non obsequatur, ipsum quoque Deum negabit, cum se occasio dederit; carnis vitam ac **562** incolumitatem Deo anteponens, cujus et unius libidines divinis voluntatibus prætulit.

19. Quidquid ullo modo passum animum putaverimus, una cum eo etiam ejus agendi vim ac contemplandi passam esse existimabimus. Nec enim unquam subjectum patiatur aut afficiatur, quin ea quæ sunt in subjecto perinde et ipsa disponantur. Subjectum autem animum appello, tanquam virtutis ac scientiæ capacem; in subjecto autem, actionem et contemplationem, quæ accidentium rationem ad eum habeant. Quamobrem etiam omnino pariter ac ille afficiuntur, ejus talem quempiam motum habentes, suæ immutationis originem.

20. Quisquis religiosus ac virtutis cultor, in Ezechiæ morem, sapientiæ vi ac scientiæ dæmones accinctus robore, siquidem ingruente nequissimorum spirituum congressu, mitti ad se cœlitus angelum (majorem scilicet ac principem sapientiæ sermonem) precum suffragio impetraverit, omnemque exterendo diaboli aciem dissipaverit, nec talem victoriam ac salutem in Deum auctorem retulerit, sed sibi ipse ascripserit; is talis non retribuit Deo, juxta quod ille retribuerat, qui gratiarum actionis multitudinem cum salute, quanta fuit, non exæquaverit; nec ejus qui salutem præstitit beneficio, animi sui affectionem benevolentiamque remensus sit [82].

21. Illustremus mentem divinis conceptibus; corpus vero, diviniorum mente conceptarum rationum modis præclare exornemus, ipsumque abjectis affectibus, rationalem officinam præstemus. Nam qui innati corporis affectus sunt, siquidem ratione regantur, omni vacant crimine; sin autem sine illa moveantur, vitio vertuntur. Hos itaque abdicandos affectus dicit, quorum insitus quidem est natura motus, usus autem non raro innaturalis, quod ratione minime gubernetur.

22. Quisquis ob ea dona, quæ accepit, altum sapiens, tanquam non acceperit, animum extulerit, in se merito iram suscipit, permittente Deo spirituali cum eo certamine diabolum congredi, ac tum virtutis modos actionis cultu evertere, tumque lucidas scientiæ rationes contemplandi studio turbare ac confundere: quo nimirum suam ipse doctus infirmitatem, unicam illam **563** potentiam affectus in nobis ac libidines expugnantem, noverit, ductusque pœnitentia humilietur, inanis fastus ac vanæ opinionis tumore abjecto; Deumque reddens propitium, supervenientem impœnitentibus iram avertat; quæ

A ιη'. Ἔτι [*edit. et unus Reg.* ὅτι] πρὸς ἀσέβειαν πρανὴς καθέστηκεν ὁδὸς, ἡ περὶ τὴν ζημίαν τῶν ἀρετῶν ἀναισθησία. Ὁ γὰρ ἐθίσας ἑαυτὸν διὰ τὰς ἡδονὰς τῆς σαρκὸς Θεοῦ παρακούειν, καὶ αὐτὸν ἀρνήσεται τὸν Θεὸν, καλούσης προφάσεως· Θεοῦ τὴν σαρκὸς ζωὴν προτιμῶν, ἧς καὶ μόνης τὰς ἡδονὰς τῶν θείων κρείττους ἔσχηκε θελημάτων.

ιθ'. Ὅταν τι καθ' οἱονδήποτε τρόπον τὸν νοῦν πεπονθέναι νομίσωμεν, τῷ τοιούτῳ νοΐ, τήν τε πρακτικὴν αὐτοῦ καὶ θεωρητικὴν δύναμιν, κατὰ τοὺς φυσικοὺς αὐτῶν λόγους συμπεπονθέναι πάντως πιστεύσομεν. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν παθεῖν τὸ ὑποκείμενον, τῶν ἐν ὑποκειμένῳ μὴ πασχόντων· ὑποκείμενον δὲ λέγω τὸν νοῦν, ὡς ἀρετῆς καὶ γνώσεως δεκτικόν· ἐν ὑποκειμένῳ δὲ, B τὴν πρᾶξιν καὶ τὴν θεωρίαν, αἵτινες πρὸς τὸν νοῦν συμβεβηκότων λόγον ἐπέχουσι. Διὸ κατὰ πάντα τρόπον, καὶ συμπάσχουσι πάσχοντι, τὴν αὐτοῦ ποιὰν κίνησιν, ἀρχὴν τῆς οἰκείας ἀλλοιώσεως ἔχουσαι.

κ'. Πᾶς θεοφιλὴς καὶ ἐνάρετος ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἐζεκίαν, γνωστικῶς τὸ κατὰ τῶν δαιμόνων διαζωσάμενος κράτος, ἂν γένηταί τις αὐτῷ προσβολὴ πνευμάτων πονηρῶν, ἀοράτως κατὰ νοῦν πρὸς αὐτὸν συμπλεκόντων τὸν πόλεμον, καὶ διὰ προσευχῆς δέξηται θεόθεν αὐτῷ πεμπόμενον ἄγγελον· λέγω δὲ σοφίας λόγον μείζονα· καὶ πᾶσαν ἐκτρίψας διασκεδάσῃ τοῦ διαβόλου τὴν φάλαγγα· καὶ τῆς τοιαύτης νίκης τε καὶ σωτηρίας αἴτιον τὸν Θεὸν μὴ ἐπιγράψηται, C ἀλλ' ἑαυτῷ τὴν ὅλην ἀνάθηται νίκην, ὁ τοιοῦτος οὐκ ἀνταπέδωκε τῷ Θεῷ κατὰ τὸ ἀνταπόδομα αὐτοῦ, μὴ ἐξισώσας τῷ μεγέθει τῆς σωτηρίας, τὸ πλῆθος τῆς εὐχαριστίας· μηδὲ τῇ εὐεργεσίᾳ τοῦ σώσαντος, ἀντιμετρήσας τὴν οἰκείαν διάθεσιν.

κα'. Φωτίσωμεν τὸν νοῦν τοῖς θείοις νοήμασι· τὸ δὲ σῶμα τοῖς τῶν νοηθέντων θειοτέρων λόγων τρόποις φαιδρύνωμεν, ἀρετῆς αὐτὸν ποιοῦντες λογικὸν ἐργαστήριον, τῇ ἀποβολῇ τῶν παθῶν· τὰ γὰρ ἔμφυτα πάθη τοῦ σώματος, λόγῳ μὲν κυβερνώμενα, οὐκ ἔχει διαβολήν· κινούμενα δὲ τούτου χωρὶς, φέρει διαβολήν. Τούτων οὖν λέγει γίνεσθαι δεῖν ἀποβολὴν, ὧν ἔμφυτος μὲν ἡ κίνησις, παρὰ φύσιν δὲ γίνεται πολλάκις ἡ χρῆσις, λόγῳ μὴ κυβερνωμένη.

D κβ'. Πᾶς ὁ ὑψώσας ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν, ἐφ' οἷς ἔλαβε χαρίσμασι, μέγα φρονήσας, ὡς μὴ λαβὼν, ἐνδίκως δέχεται γινομένην ἐπ' αὐτῷ τὴν ὀργὴν, συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ τῷ διαβόλῳ νοητῶς αὐτῷ συμπλακῆναι· καὶ τοὺς κατὰ τὴν πρᾶξιν παρασαλεῦσαι τρόπους τῆς ἀρετῆς, καὶ τοὺς κατὰ θεωρίαν διαυγεῖς ἐπιθολῶσαι λόγους τῆς γνώσεως, ἵνα μαθὼν τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἐπιγνῷ τὴν μόνην δύναμιν, τὴν τὰ πάθη ἐν ἡμῖν καταπαλαίουσαν, καὶ ταπεινωθῇ μετανοήσας, τὸν ὄγκον ἀποβαλὼν τῆς οἰήσεως, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεώσηται, καὶ ἀποστρέψῃ τὴν ἐπερχομένην τοῖς μὴ μετανοοῦσιν ὀργὴν, τὴν ἀφαιρουμένην

[82] II Paral. xxxii, 25.

* Cf ad Thal. q. 52.

τὴν φρουροῦσαν τὴν ψυχὴν χάριν, καὶ ἔρημον καταλιμπάνουσαν τὸν ἀγνώμονα νοῦν.

κγ'. Ὀργὴ σωτήριός ἐστιν, ἡ πρὸς τὸ πολεμεῖσθαι τὸν ὑψηλόφρονα νοῦν τοῖς πάθεσιν ὑπὸ τῶν δαιμόνων, θεία συγχώρησις· ἵνα γνῷ πάσχων ἀτίμως, ἐπ' ἀρεταῖς μεγαλαυχούμενος, τίς ὁ τούτων ὑπάρχει δοτήρ· ἢ γένηται τῶν ἀλλοτρίων γυμνὸς, ἅπερ ὡς μὴ λαβὼν, ἔχειν ἐνόμιζε.

κδ'. Μακάριος ὄντως ἐκεῖνος ὁ νοῦς, ὁ τοῖς οὖσιν ἅπασιν ἐπαινετῶς ἀποθανών· τοῖς μὲν αἰσθητοῖς, τῇ ἀποθέσει τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας· τοῖς δὲ νοητοῖς, τῇ τῆς νοερᾶς ἀποπαύσει κινήσεως. Σημείωσαι δὲ ὅτι νοῦ θάνατον ἐπαινούμενον λέγει, τὴν πρὸς πάντα τὰ ὄντα γνωμικὴν ἀπογένεσιν (y), μεθ' ἣν τὴν θείᾳ χάριτι ζωὴν ὑποδέχεσθαι πέφυκεν· ἀντὶ τῶν ὄντων, τὸ αἴτιον τῶν ὄντων ἀνεννοήτως ἀπολαβών.

κε'. Μακάριος ὁ συνάψας τὸ μὲν πρακτικὸν τῷ κατὰ φύσιν ἀγαθῷ· τὸ δὲ θεωρητικὸν, τῇ κατὰ φύσιν ἀληθείᾳ. Πᾶσα γὰρ πρᾶξις, διὰ τὸ ἀγαθὸν γίνεσθαι πέφυκε· καὶ πᾶσα θεωρία, τὴν γνῶσιν διὰ μόνην ζητεῖ τὴν ἀλήθειαν· ὧν διανυσθέντων, οὐδὲν ἔσται τοσύνολον τὸ πλῆττον τῆς ψυχῆς τὸ πρακτικὸν, οὔτε μὴν τὸ θεωρητικὸν αὐτῆς, διὰ ξένων δριμύττον θεωρημάτων· παντὸς ἐπέκεινα γενομένης καὶ ὄντος, καὶ νοουμένου, καὶ εἰς αὐτὸν εἰσδυσάσης τὸν Θεὸν τὸν μόνον ἀγαθὸν καὶ ἀληθινὸν, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν ὄντα καὶ νόησιν.

κϛ'. Πρακτικῆς ἀρετῆς τέλος εἶναί φασι τὸ ἀγαθόν. Τοῦτο δὲ, θείας ἐνεργείας ὑπάρχει συμπλήρωσις, πρὸς ἣν ἄγει τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς, τῷ θυμῷ καὶ τῇ ἐπιθυμίᾳ χρώμενον κατὰ φύσιν· ἐν ᾗ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀναφαίνεσθαι πέφυκε κάλλος (z)· Θεωρητικῆς δέ φασι φιλοσοφίας εἶναι τὴν ἀλήθειαν, τέλος· ἥτις ἀμερῶς τῶν περὶ Θεὸν ἁπάντων ἑνοειδής ἐστι γνῶσις, πρὸς ἣν ὁ καθαρὸς φέρεται νοῦς· ἀποσβέσας ἑαυτοῦ παντελῶς τὴν κατ' αἴσθησιν κρίσιν· ἐν ᾗ (γνώσει δηλονότι) ἀκίβδηλον τὸ τῆς θείας εἰκόνος ἀξίωμα δείκνυται.

κζ'. * Οὐδεὶς δύναται τὸν Θεὸν εὐλογεῖν ἀληθῶς,

* Cf. ad Thalass. q. 44.

A nempe gratiam animam munientem auferat, ingratamque mentem atque improbam vacuam derelinquat.

23. Ira salutaris est, divina permissio impugnandi animam alta sapientem dæmonum opera, qui libidines atque affectus succendant; ut dum turpiter ac ignominiose afficitur, qui virtutum nomine gloriabatur, noverit quis illarum sit dator; aut certe alienis nudetur, quæ sic habere existimabat, ac si non accepisset.

24. Beatus revera ille animus, qui cunctis laudabiliter rebus mortuus est; iis quidem quæ sensu percipiuntur, abjecta sentiendi operatione; iis vero quæ mente, cessatione ab intelligendi motu ac functione. Notandum vero laudabilem animi mortem appellare, quæ voluntate animique sententia B est, erga res omnes quasi decessum ac desitionem; postquam, quæ per gratiam est, vitam habet suscipere; rerum loco, ipsum rerum Auctorem recipiens, qua nemo intelligat ratione.

25. Beatus qui agendi vim naturali bono copulavit; vimque contemplandi, naturali veritati addixit. Omnis enim actio, boni causa fieri habet, omnisque contemplatio seu speculatio, veritatis solum gratia scientiam quærit: quibus absolutis atque peractis, nihil prorsus erit, quod agendi vim animi pulset aut offendat, nihilque quod peregrinis extraneisque ac novis considerationi objectis, ejusdem contemplandi vim mordeat ac exasperet: C cum nimirum, superato quidquid est ac cogitatur, in ipsum Deum, qui solus bonus verusque est, omnique essentia et intellectu superior, immeaverit.

26. Ejus, quæ in actione versatur, virtutis finem, bonum esse aiunt. Hoc autem, divinæ operationis complementum exsistit; ad quod facultas rationis, ira utens ac cupiditate ut naturæ consentaneum est, ducit; in eoque ejus quod est ad similitudinem, pulchritudo elucet: studentis vero contemplationi philosophiæ finem, veritatem esse dicunt; omnium scilicet indivise circa Deum exsistentium uniformem scientiam, **564** ad quam mens pura fertur; tum nimirum, cum sensus judicium a se prorsus exstinxerit: in qua (utique scientia) sincera divinæ imaginis dignitas sese magnifice prodit. D

27. Deum nemo vere benedicere potest, quin

(y) *Τὴν πρὸς πάντα τὰ ὄντα γνωμικὴν ἀπογένεσιν.* Uti γένεσις *natura* est; et γίνεσθαι, *oriri, in rerum naturam produci*; sic ἀπογένεσις, *desitio atque nihilum*. Mens ergo laudabiliter moritur, cum sic se habet ad res alias, ac si ne esset quidem; quod illis superatis, uni Deo et auctori tota impenditur. Non satis Picus, *spontaneam omnium quæ sunt privationem*; quæ esset paupertatis definitio, non excellentiæ ejus status, quem Maximus intendit describere. Hesych. ἀπογενόμενοι, ἀποθανόντες.

(z) *Ἐν ᾗ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀναφαίνεσθαι πέφυκεν κάλλος. In quo complemento divinæ operationis, elucet similitudinis decor*: id quod est *ad similitudinem*. Itaque ponit Maximus similitudinis rationem in imitatione divinæ bonitatis, quæ sit in nobis virtutum cultu et actione: imaginis vero rationem, in perfectissima illa omnium circa Deum uniformi scientia, quæ expressio sit divinæ veritatis. Non bene Picus: *In quæ pro similitudine relucere solet quoddam ornamentum*: quasi τὸ, ἐν ᾗ, referat τὸ τῆς ψυχῆς, non τὸ, συμπλήρωσις τῆς θεία; ἐνεργείας. Utrumque sane et similitudo et imago, in anima elucet, non pro ejus substantia (quod attinet ad Maximi hic scopum) sed prout vel virtute vel scientia pollet, Deique in se bonitatem ac veritatem utraque refert.

corpus virtutibus sanctificaverit, animumque scientia ac notionibus illustraverit. Virtutis enim affectio ac dispositio, contemplantis animi facies est, tanquam in cœlum, in sublime erecta veræ cognitionis ac scientiæ.

28. Beatus cui vere exploratum sit, Deum in omnibus tanquam organis actionem et contemplationem, virtutemque et scientiam, victoriam quoque et sapientiam, necnon bonitatem ac veritatem efficere, nihil nobis prorsus conferentibus, præter propensam in ea quæ honesta ac officii sunt, voluntatem : qua præditus magnus Zorobabel, præter ea quæ dicta sunt, ita Deum alloquens ait : *Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam; et tibi confiteor! Domine patrum. Abs te est victoria et abs te sapientia, et tibi est claritas, et ego famulus tuus* [83]. Tanquam revera probus ac gratus servus, cuncta Deo accepta retulit, qui donasset omnia; ei, a quo acceptam habebat sapientiam, tanquam patrum Domino, bonorum concessorum vim aperta confessione ascribens; nempe unionem victoriæ et sapientiæ, uti dictum est; virtutis quoque et scientiæ, actionisque et contemplationis, nec non bonitatis et veritatis. Hæ enim aliæ aliis conjunctæ, unam Dei claritatem ac splendorem emicant.

29. Omnia sanctorum merita ac recte facta, Dei procul dubio exstiterunt dona, cum nemo prorsus aliud quid boni habeat, quam quod datum est; ipsum nimirum a Deo tanquam Domino, pro ejus qui accipit probitatis gratique animi ac benevoli modulo, commensum; eaque duntaxat quisque habeat, quæ donanti Domino adlibeant.

30. Qui virtutis ac scientiæ jura tuetur animus, cuique adeo propositum sit, ut affectuum ac libidinum pravam servitutem excutiat : *Prævalent*, inquit, *mulieres, et super omnia vincit veritas* [84]; nempe, mulieres vocans, virtutes deificas, quibus unionem faciens cum Deo, hominumque inter se mutuo, consistit charitas : quæ nimirum, ab omnibus quæ oriuntur ac intereunt, hisque superioribus spiritalibus substantiis, **565** animum extrahat, ipsique Deo amoris quadam temperatione, quoad per humanæ naturæ facultatem licet, implicet ac innectat, impollutumque atque divinum mystice convictum faciat. Veritatem autem appellans, unicam ac solam rerum causam seu auctorem, principiumque et regnum et potentiam et gloriam, ex qua, ac cujus gratia cuncta facta sunt et fiunt, atque ab ipsa et per ipsam continentur ut sint in rerum natura : pro qua denique omnis diligentia motusque religiosis piisque viris certat.

31. Mulierum nomine virtutum finem designavit, nempe charitatem; qui videlicet, eorum qui

μὴ τὸ σῶμα καθαγιάσας ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὴν ψυχὴν καταφωτίσας ταῖς γνώσεσιν. Ἡ γὰρ κατ' ἀρετὴν διάθεσις, πρόσωπόν ἐστι τοῦ θεωρητικοῦ νοὸς, ὡς εἰς οὐρανὸν πρὸς τὸ ὕψος τῆς ἀληθινῆς ἐπαιρόμενον γνώσεως.

κη'. Μακάριος ὁ ἐν ἀληθείᾳ εἰδὼς, ὅτι πᾶσαν ἐν ἡμῖν ὡς ὀργάνοις ὁ Θεὸς ἐπιτελεῖ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν, ἀρετήν τε καὶ γνῶσιν, καὶ νίκην καὶ σοφίαν, καὶ ἀγαθότητα καὶ ἀλήθειαν, μηδὲν ἡμῶν συνεισφερόντων τοσύνολον, πλὴν τῆς θελούσης τὰ καλὰ διαθέσεως· ἣν ἔχων ὁ μέγας Ζοροβάβελ, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, φησὶν, *Εὐλογητὸς εἶ*, πρὸς τὸν Θεὸν λέγων, *ὃς ἔδωκάς μοι σοφίαν, καὶ σοὶ ὁμολογῶ, Δέσποτα τῶν πατέρων· παρὰ σοῦ ἡ νίκη, καὶ παρὰ σοῦ ἡ σοφία, καὶ σοὶ ἡ δόξα, καὶ ἐγὼ σὸς οἰκέτης*. Ὡς εὐγνώμων ὄντως οἰκέτης, πάντα τῷ Θεῷ ἀνέθετο τῷ πάντα δωρησαμένῳ, ἐξ οὗ λαβὼν εἶχε τὴν σοφίαν, αὐτῷ ὁμολογῶν ὡς Δεσπότῃ πατέρων τῶν κεχαρισμένων ἀγαθῶν τὴν δύναμιν, ἅπερ εἰσὶν, ἕνωσις νίκης, ὡς εἴρηται, καὶ σοφίας, ἀρετῆς τε καὶ γνώσεως, πράξεως καὶ θεωρίας, ἀγαθότητός τε καὶ ἀληθείας· αὗται γὰρ ἀλλήλαις ἑνούμεναι, μίαν ἀπαστράπτουσι δόξαν καὶ αὐγὴν Θεοῦ.

κθ'. Πάντα τὰ τῶν ἁγίων κατορθώματα, Θεοῦ προδήλως ὑπῆρχον χαρίσματα· μηδενὸς τοπαράπαν ἔχοντος μηδὲν, ἢ τὸ δοθὲν ἀγαθόν· ὡς παρὰ Δεσπότου τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἀναλογίαν τῆς εὐγνωμοσύνης τε καὶ εὐνοίας τοῦ δεχομένου μετρούμενον· κἀκεῖνα μόνα κεκτημένου, ὅσα τῷ Δεσπότῃ δωρουμένῳ παρίσταται.

λ'. Ὁ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς γνώσεως προϊστάμενος νοῦς, καὶ τῆς κακῆς τῶν παθῶν δουλείας τὴν ψυχὴν στερηθῆναι βεβουλημένος, φησὶν, *Ὑπερισχύουσιν αἱ γυναῖκες, καὶ ὑπερνικᾷ ἡ ἀλήθεια*· γυναῖκας μὲν εἰπὼν, τὰς θεοποιοὺς ἀρετὰς, ἐξ ὧν ἡ πρὸς Θεὸν καὶ ἀλλήλους τοῖς ἀνθρώποις ἑνοποιὸς ἀγάπη συνέστηκεν· ἁπάντων τὴν ψυχὴν ἐξαρπάζουσα (a) τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν, καὶ τῶν ὑπὲρ αὐτὰ νοητῶν οὐσιῶν, καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ κατ' ἐρωτικήν τινα σύγκρασιν περιπλέκουσα, καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ τὴν ἄχραντον καὶ θείαν μυστικῶς δημιουργοῦσα συμβίωσιν. Ἀλήθειαν δὲ φήσας, τὴν μόνην καὶ μίαν αἰτίαν τῶν ὄντων, καὶ ἀρχὴν καὶ βασιλείαν καὶ δύναμιν καὶ δόξαν, ἐξ ἧς καὶ δι' ἣν πάντα γέγονέ τε καὶ γίνεται, καὶ πρὸς τὸ εἶναι ὑπ' αὐτῆς καὶ δι' αὐτῆς συγκρατεῖται· καὶ ὑπὲρ ἧς πᾶσα τοῖς φιλοθέοις ἐστὶ σπουδή τε καὶ κίνησις.

λα'. Διὰ μὲν τῶν γυναικῶν, τὸ τέλος ἐνεδείξατο τῶν ἀρετῶν, τὴν ἀγάπην· ὅπερ ἐστὶν ἡ κατ' ἔφεσιν

[83] III Esdr. IV, 59, 60. [84] ibid. 34, 41.

(a) Ἁπάντων τὴν ψυχὴν ἐξαρπάζουσα. Quod ait Maximus, extrahere charitatem ab omnibus creatis animam, Deoque quasi commiscere ac illi adjungere, fœdo Picus errore : *Omnium rapit animam, tum eorum quæ generationi et corruptioni sunt obnoxia*, etc. Ergo etiam pecorum et stirpium, hæcque ipsa charitatis capacia sunt, et ut sic Deo copulentur?

τοῦ φύσει ἀγαθοῦ τῶν μετεχόντων ἀδιάπτωτος ἡδονὴ καὶ ἀδιαίρετος ἕνωσις. Διὰ δὲ τῆς ἀληθείας, τὸ πέρας πασῶν ἐπεσήμανε τῶν γνώσεων, καὶ αὐτῶν γινωσκομένων· εἰς ὅπερ, ὡς ἀρχὴν καὶ πέρας πάντων τῶν ὄντων, αἱ κατὰ φύσιν κινήσεις γενικῷ τινι λόγῳ συνέλκονται· πάντα νικώσης κατὰ φύσιν ὡς ἀληθείας τῆς τῶν ὄντων ἀρχῆς καὶ αἰτίας, καὶ πρὸς ἑαυτὴν συνελκούσης τῶν γεγονότων τὴν κίνησιν.

λβ'. Τῇ καθ' ὑπεροχὴν στερήσει τῶν πολλῶν, ὡς ἓν καὶ μόνον ἡ ἀλήθεια πέφυκεν ἀναφαίνεσθαι, καλύπτουσα πάντων τῶν νοεῖν ἢ νοεῖσθαι δυναμένων τὰς γνωστικὰς δυνάμεις, ὡς ὑπὲρ τὰ νοοῦντά τε καὶ νοούμενα καθ' ὕπαρξιν ὑπερούσιον οὖσα· καὶ ἀπείρῳ δυνάμει τὰς κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος τῶν ὄντων ἀκρότητας περιγράφουσα, πᾶσαν πάντων πρὸς ἑαυτὴν συνέλκει κίνησιν· τοῖς μὲν παρεχομένη γνῶσιν ἀρίδηλον ἧς ἐστερήθησαν χάριτος· τοῖς δὲ δωρουμένη κατ' αἴσθησιν ἄῤῥητον, ἧς εἶχον τὴν ἔφεσιν ἀγαθότητος, τῇ μεθέξει φανερὰν τὴν ἐπίγνωσιν.

λγ'. Ὁ νοῦς, σοφίας ὄργανον, φησίν· ὁ λόγος, γνώσεως· ἡ κατ' ἄμφω φυσικὴ πληροφορία, τῆς κατ' ἄμφω συνισταμένης πίστεως· τοῦ δὲ τῶν ἰαμάτων χαρίσματος, ἡ φυσικὴ φιλανθρωπία. Πᾶν γὰρ χάρισμα θεῖον, ἐπιτήδειον ἐν ἡμῖν ἔχει καὶ προσφυὲς, ὥσπερ δύναμιν, ἢ ἕξιν ἢ διάθεσιν, ὄργανον δεκτικόν. Οἷον, ὁ τὸν νοῦν πάσης αἰσθητῶν φαντασίας ποιήσας καθαρὸν, δέχεται σοφίαν· ὁ δὲ τὸν λόγον τῶν ἐμφύτων παθῶν, θυμοῦ λέγω καὶ ἐπιθυμίας, καταστήσας δεσπότην, δέχεται γνῶσιν· ὁ δὲ τὴν κατὰ νοῦν καὶ λόγον περὶ τὰ θεῖα ἀσάλευτον πληροφορίαν ἔχων, τὴν πάντα δυναμένην δέχεται πίστιν· ὁ δὲ τὴν φυσικὴν κατορθώσας φιλανθρωπίαν μετὰ τὴν τελείαν τῆς φιλαυτίας ἀναίρεσιν, ἰαμάτων δέχεται χαρίσματα.

λδ'. Ἕκαστος ἡμῶν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν αὐτῷ πίστεως, φανερουμένην κέκτηται τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ὥστε ταμίας ὑπάρχει τῆς χάριτος ἕκαστος ἑαυτοῦ· καὶ οὔποτ' ἂν εὖ φρονῶν ἄλλῳ φθονήσειεν ἐνευδοκιμοῦντι ταῖς χάρισιν, ἐπ' αὐτῷ κειμένης τῆς δεκτικῆς τῶν θείων ἀγαθῶν διαθέσεως.

λε'. Αἴτιον εἶναί φησι τῆς τῶν θείων διανομῆς ἀγαθῶν, τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου πίστεως. Καθὼς γὰρ πιστεύομεν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ πράττειν τῆς προθυμίας ἐπίδοσιν ἔχομεν. Ὁ γοῦν πράττων, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πράξεως ἐπιδείκνυται τὸ μέτρον τῆς πίστεως, δεχόμενος ὡς ἐπίστευσε τὸ μέτρον τῆς χάριτος· ὁ δὲ μὴ πράττων, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀπραξίας ἐπιδείκνυται τὸ μέτρον τῆς ἀπιστίας, δεχόμενος ὡς ἠπίστησε, τῆς χάριτος τὴν στέρησιν. Οὐκοῦν κακῶς ποιεῖ βασκαίνων τοῖς κατορθοῦσιν ὁ φθονερὸς, ἐπ' αὐτῷ σαφῶς, οὐκ ἐπ' ἄλλῳ

[88] Rom. XII, 6.

A natura boni sunt participes, firma ac constans voluptas indivisaque unio est. Veritatis autem nomine, omnium notitiarum, ipsorumque omnium quæ noscuntur atque sciuntur, finem significavit; in quem, ut principium finemque rerum omnium, naturales motus generali quadam ratione coguntur: cum nempe vincat omnia tanquam veritas, rerum principium ac causa, et ad se, eorum quæ creata sunt, perinde motum trahat.

32. Ea multorum privatione, quæ per excellentiam est, veritas ut unum et singulare natura sua elucet, omnium quæ intelligere aut intelligi valent, intelligendi facultates obtegens; quippe quæ superessentiali exsistentia, cum illis quæ intelligunt, tum quæ intelliguntur, emineat; infinitaque potentia,
B rerum extremitates et principii ratione et finis circumscribendo, omnem omnium ad se motum pariter trahat: aliis quidem ejus gratiæ qua privati sunt, claram notitiam præbens; aliis vero, arcano sensu ac gustu, eam bonitatem, cujus desiderio tenebantur, ex perceptione manifeste agnoscendam tribuens.

33. Intellectus, sapientiæ organum; ratio, scientiæ; utriusque naturalis certitudo, fidei, quæ utraque constat. Doni sanitatum, naturalis humanitas ac benignitas. Omne enim divinum donum, idoneum in nobis commodumque, velut potentiam aut habitum seu dispositionem, organum illius capax habet. Exempli causa, qui ab omni rerum in
C sensum cadentium cogitatione animum emundaverit, sapientiam recipit: qui vero eorum affectuum qui a natura nobis insiti sunt (iræ scilicet et cupiditatis) rationem arbitram constituerit, **566** is scientiam accipit: qui autem mente ac ratione inconcussam circa divina certitudinem nactus est, is fidei, quæ omnia potest, compos efficitur: qui denique sublato perfecte cæco sui amore ac carnali (φιλαυτίαν vocant) naturalem humanitatem adeptus est, is donis sanitatum potitur.

34. Quisque nostrum, pro ejus fidei ratione, quæ in ipso est, manifestam nanciscitur Spiritus operationem. Proinde, suæ quisquis gratiæ arbiter est, nec ullus unquam sani capitis eo nomine alii invideril, quod gratiis fulgeat; quippe cum dispositio
D animique affectio divinorum capax bonorum, in illius sit sita libera voluntate.

35. Causam esse ait distributionis divinorum bonorum, fidei cujusque mensuram [88]. Pro eo enim ac credimus, etiam ad agendum majoris vim alacritatis habemus. Qui ergo actione fungitur, pro ejus rata ratione, fidei mensuram ostendit, gratiæ mensuram nactus, pro eo ac credidit: qui autem actionem non præstat, pro desidiæ modo incredulitatis mensuram prodit, gratiæ privatione multatus, pro eo ac fuit incredulus. Male igitur facit, qui invidia laborans, aliorum virtute contabescit, cum in ejus, non alterius, perspicue posita sit facultate credendi

atque agendi optio, et ut ad fidei mensuram pertingentem gratiam accipiat. A

36. Qui honesti amans est, per Providentiam sapientiæ rationibus sponte ad deificationis festinat gratiam: quem vero illius tædet, justo judicio castigationis modis a pravitate ac malo invitus revocatur; sic plane, ut alter tanquam Dei amans ac religiosus, per Providentiam deificetur; alter vero per judicium, velut terrenorum amans, in damnationem venire non sinatur. Deus enim ut bonus, sapientiæ rationibus curat eos, qui voluntate propensi sint: qui autem ægre ad virtutem moveantur, sanat castigationis modis.

37. Quæ vere fides est, veritas est, mendacium non habens, quæ contineat ac incolumitatem præstet; bona vero conscientia, vim infert charitatis, quippe nullam mandati transgressionem habens. B

38. *Et requiescent*, inquit, *super eum septem spiritus: spiritus sapientiæ, spiritus intelligentiæ, spiritus scientiæ, spiritus prudentiæ, spiritus consilii,* **567** *spiritus fortitudinis, spiritus timoris Dei* [86]. Horum autem spiritualium donorum proprium est: timoris quidem, ut abstineamus a malis; fortitudinis, ut bona operemur; consilii, ut contraria discernamus; prudentiæ, ut quæ officii sunt, vere ac sincere sciamus; scientiæ, ut reipsa divinas in virtutibus rationes comprehendamus; intelligentiæ, ut ex eorum ratione quæ scientia comprehendimus prorsus animo afficiamur; sapientiæ, nulla vi mentis comprehensa cum Deo unio, qua cupido votorum avida vis, dignis in possessionem ac fruitionem cedit, eum qui participet, ex commercio deum faciens, divinæque beatitudinis (jugi sine fastu divinorum mysteriorum ad eos qui opus habeant propositione fusiorique enarratione) interpretem præstans. C

39. Spiritus timoris Dei est, ut ab iis quæ reipsa mala sunt ipsoque opere abstineamus; spiritus fortitudinis, prompta animi incitatio motusque ad exsequenda reque ipsa peragenda mandata; spiritus consilii, habitus discretionis, quo, ratione comite, divina mandata exsequimur, vitiaque a virtutibus discernimus; spiritus prudentiæ, modorum quibus actio virtusque colatur, certa firmaque cognitio, qua agendo, a recto rationis judicio nunquam excidimus; spiritus scientiæ, mandatorum inque illis exsistentium rationum, quibus consistunt virtutum modi, comprehensio; spiritus intelligentiæ, ex virtutum modis ac rationibus affici, sive ut convenientius atque aptius loquar, in ea transmutari: qua transmutatione naturales vires cum D

A κειμένης τῆς τῶν πιστεύειν τε καὶ πράττειν, καὶ πρὸς τὸ μέτρον τῆς πίστεως ἐρχομένην δέξασθαι τὴν χάριν, ἐπιλογῆς.

λς'. Ὁ τῶν καλῶν ἐραστὴς, κατὰ πρόνοιαν σοφίας λόγοις ἑκουσίως ἐπείγεται πρὸς τὴν τῆς θεώσεως χάριν· ὁ δὲ τούτων ἀνέραστος, κατὰ τὴν δικαίαν κρίσιν, παιδείας τρόποις ἀκουσίως κακίας ἀπάγεται· ὁ μὲν, ὡς φιλόθεος διὰ τῆς προνοίας θεούμενος· ὁ δὲ, διὰ τῆς κρίσεως, ὡς φιλόϋλος εἰς κατάκρισιν ἐλθεῖν μὴ συγχωρούμενος. Ὁ γὰρ Θεὸς ὡς ἀγαθὸς, σοφίας μὲν λόγοις θεραπεύει τοὺς θέλοντας· παιδείας δὲ τρόποις, τοὺς πρὸς ἀρετὴν δυσκινήτους ἰᾶται.

λζ'. Ἡ μὲν ὄντως πίστις, ἀλήθειά ἐστι συνεκτικὴ B τε καὶ συστατικὴ, ψεῦδος οὐκ ἔχουσα· ἡ δὲ ἀγαθὴ συνείδησις, τὴν τῆς ἀγάπης ἐπιφέρεται δύναμιν, ὡς μηδεμίαν ἔχουσα παράβασιν ἐντολῆς.

λη'. *Καὶ ἐπαναπαύσεται*, φησὶν, *ἐπ' αὐτὸν, ἑπτὰ πνεύματα· πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα γνώσεως, πνεῦμα ἐπιστήμης* (*b*), *πνεῦμα βουλῆς, πνεῦμα ἰσχύος, πνεῦμα φόβου Θεοῦ*. Ἔστι δὲ ἴδιον τῶν πνευματικῶν τούτων χαρισμάτων, φόβου μὲν, ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν· ἰσχύος δὲ, ἡ πρᾶξις τῶν ἀγαθῶν· βουλῆς δὲ, ἡ τῶν ἀντικειμένων διάκρισις· ἐπιστήμης δὲ, ἡ τῶν καθηκόντων ἀνόθευτος εἴδησις· γνώσεως δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν τῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς θείων λόγων περίληψις· συνέσεως δὲ, ἡ πρὸς τὰ γνωσθέντα διόλου τῆς ψυχῆς συνδιάθεσις· σοφίας C δὲ, ἡ πρὸς Θεὸν ἀδιάγνωστος ἕνωσις, καθ' ἣν τοῖς ἀξίοις ἡ ἔφεσις ἀπόλαυσις γίνεται, μεθέξει ποιοῦσα Θεὸν τὸν μετέχοντα, καὶ τῆς θείας αὐτὸν ὑποφήτην καθιστῶσα μακαριότητος, κατὰ τὴν ἀέναον πρὸς τοὺς δεομένους τῶν θείων μυστηρίων, ἀνεκπόμπευτον προβολὴν καὶ διέξοδον.

λθ'. Τὸ πνεῦμα τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τῶν κατ' ἐνέργειαν κακῶν ἐστιν ἀποχή· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἰσχύος, ἡ πρὸς ἐνέργειαν καὶ πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν πρόθυμος ὁρμὴ καὶ κίνησις· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς βουλῆς, ἡ ἕξις τῆς διακρίσεως, καθ' ἣν σὺν λόγῳ τὰς θείας πράττομεν ἐντολὰς, καὶ τῶν κρειττόνων διαιροῦμεν τὰ χείρονα· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἐπιστήμης, ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν τῆς πράξεως τρόπων ἄπτωτος εἴδησις· καθ' D ἣν πράττοντες, τῆς ὀρθῆς τοῦ λόγου κρίσεως οὐδαμῶς πίπτομεν· τὸ δὲ πνεῦμα τῆς γνώσεως, ἡ τῶν ἐντολῶν καὶ τῶν ἐν αὐταῖς λόγων περίληψις, καθ' οὓς οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν συνεστήκασι· πνεῦμα δὲ συνέσεώς ἐστιν, ἡ πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν συγκατάθεσις, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, μεταποίησις, καθ' ἣν σύγκρασις γίνεται τῶν φυσι-

[86] Isa. XI, 2, 3.

(*b*) *Πνεῦμα ἐπιστήμης*. Habent LXX, πνεῦμα εὐσεβείας. Vulg. *Spiritus pietatis*. Ipse Maximus, cent. IV, ex his quinque c. 79 et 80, πνεῦμα εὐσεβείας et ipse habet. Arab. *veræ religionis*. Verum hæc ex Hebr. non prodierunt immediate. Hebr. unum idemque nomen est, quod statim seq. *timor* redditur. Ac forte scripserint ol LXX πνεῦμα εὐλαβείας· qui sit spiritus timoris casti, modesti, reverentiali ac religiosi. Videtur hic Maximus ἐπιστήμην pro prudentia usurpare, ac particular judicio agibilium; ut et γνῶσιν, pro judicio universali, ac quo rerum rationes comprehendamus. Alioqui notum quid ἐπιστήμη, et scientia stricte dictæ, philosophis.

κῶν δυνάμεων πρὸς τοὺς τρόπους καὶ τοὺς λόγους τῶν ἐντολῶν· πνεῦμα δὲ σοφίας ἐστὶν, ἡ πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν ἐν ταῖς ἐντολαῖς πνευματικωτέρων λόγων ἀνάληψίς τε καὶ ἕνωσις, καθ' ἣν ἀγνώστως τοὺς ἐν Θεῷ, κατὰ τὸ θεμιτὸν ἀνθρώποις, ἁπλῶς μυούμενοι τῶν ὄντων λόγους, ὡς ἔκ τινος βλυστανούσης πηγῆς τῆς καρδίας, τὴν ἐν τοῖς ὅλοις ἀλήθειαν ποικίλως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις προσφέρομεν.

μ'. Ἀπὸ μὲν τῶν ἐκ Θεοῦ τελευταίων, ἡμῖν δὲ προσεχῶν, ἐπὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἡμῶν μὲν πόῤῥω, τῷ δὲ Θεῷ προσεχῆ, καθ' ὁδὸν καὶ τάξιν ἀναβαίνομεν. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἀργίας τῶν κακῶν διὰ φόβου, ἐπὶ τὴν τῶν ἀρετῶν δι' ἰσχύος ἐρχόμεθα πρᾶξιν· ἀπὸ δὲ τῆς τῶν ἀρετῶν πράξεως, ἐπὶ τὴν διάκρισιν τῆς βουλῆς· ἀπὸ δὲ τῆς διακρίσεως, ἐπὶ τὴν ἕξιν τῶν ἀρετῶν, ἤγουν ἐπιστήμην· ἀπὸ δὲ τῆς ἕξεως τῶν ἀρετῶν, ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς ἀρεταῖς λόγων· ἀπὸ δὲ ταύτης, εἰς τὴν πρὸς τοὺς ἐγνωσμένους λόγους τῶν ἀρετῶν μεταποιητικὴν ἕξιν· φημὶ δὲ τὴν σύνεσιν· καὶ ἀπὸ ταύτης, εἰς τὴν ἁπλῆν τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας ἀκριβῆ θεωρίαν· ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι, πολλοὺς καὶ ποικίλους ἐκ τῆς τῶν ὄντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν οὐσιῶν σοφῆς θεωρίας, εὐσεβεῖς λόγους περὶ τῆς ἀληθείας ἀποδώσομεν.

μα'. Τὸ πρὸς ἡμᾶς κατ' ἐνέργειαν πρῶτον ἀγαθὸν, ὅπερ ἐστὶν ὁ φόβος, τελευταῖον ἀπηριθμήσατο τῆς Γραφῆς ὁ λόγος, ὡς σοφίας ἀρχὴν, ἀφ' οὗ κινούμενοι, πρὸς τὸ τῆς σοφίας τέλος τὴν σύνεσιν (c), ἀναβαίνομεν, μεθ' ἣν προσεχεῖς αὐτῷ γινόμεθα τῷ Θεῷ, μόνην τὴν σοφίαν τῆς πρὸς αὐτὸν ἑνώσεως μεσιτεύουσαν ἔχοντες. Οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν ἐπιλαβέσθαι σοφίας, τὸν μὴ πρότερον διὰ τοῦ φόβου, καὶ τῶν διὰ μέσου λοιπῶν χαρισμάτων, τήν τε λήμην τῆς ἀγνοίας, καὶ τὸν τῆς κακίας κονιορτὸν, ἑαυτοῦ παντελῶς ἀποσεισάμενον. Διὰ τοῦτο Θεῷ μὲν, προσεχῆ τὴν σοφίαν, ἡμῖν δὲ, τὸν φόβον ἡ γραφικὴ τάξις διέθηκεν, ἵνα ἡμεῖς εὐταξίας μάθωμεν ὅρον καὶ νόμον.

μβ'. Διὰ τούτων οὖν ἀναβαίνοντες τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίστεως, ἤγουν φωτισμῶν, πρὸς τὴν θείαν τῆς σοφίας συναγόμεθα μονάδα· τὴν γεγενημένην δι' ἡμᾶς τῶν χαρισμάτων διαίρεσιν, πρὸς τὴν αἰτίαν τῶν χαρισμάτων συνάγοντες, ταῖς κατὰ μέρος τῶν ἀρετῶν ἀναβάσεσι, μηδὲν τῶν εἰρημένων συνεργίᾳ Θεοῦ παραλιμπάνοντες, ἵνα μὴ κατ' ὀλίγον ἀμελοῦντες, τυφλὴν ἡμῶν τὴν πίστιν καὶ ἀνόμματον καταστήσωμεν, οὐκ ἔχουσαν τοὺς διὰ τῶν ἔργων τοῦ Πνεύματος φωτισμοὺς, καὶ κολασθῶμεν δικαίως εἰς

A modis rationibusque mandatorum contemperari contingit; spiritus sapientiæ, spiritaliorum in mandatis rationum in Auctorem et causam assumptio unioque, qua, ignota ratione, quæ in Deo sunt rerum rationes simpliciter (quoad hominibus licet) edocti, velut ex cordis quadam scaturigine ac fonte, exsistentem in universis veritatem, varie aliis hominibus expromimus.

40. Ab iis quæ a Deo postrema sunt, nobis autem proxima velutque hærentia, ad prima, atque a nobis quidem remota, Deo autem proxima, via quadam ordineque ascendimus. Ab eo enim quod a malis per timorem abstineamus, ad virtutum opera per fortitudinem præstanda venimus; a præstatione B **568** autem virtutum, ad consilii discretionem; a discretione autem, ad virtutum habitum, sive prudentiam; a virtutum autem habitu, ad rationum in virtutibus ipsis scientiam; ab illaque, ad habitum quo ad exploratas nobis virtutum rationes convertimur in easque transmutamur, nempe intelligentiam; atque ab hoc, ad simplicem veritatis in universis accuratam contemplationem: ex qua profecti orsique, plures atque diversas, ex rerum tum quæ in sensum cadunt, tum quæ mente intelliguntur, pietati hærentes de veritate reddemus rationes.

41. Primum quoad nos in actu bonum, timorem scilicet, postremum recensuit Scriptura, tanquam sapientiæ principium; a quo ducto motus exordio, C ad sapientiæ finem (id est, intelligentiam) ascendimus: quem nacti, Deo proxime cohærentes, solam unionis cum ipso medium vinculum habemus sapientiam. Non enim usquam aliquis sapientiam apprehendat, quin prius per timorem donaque reliqua interjecta, a se ipse tum ignorantiæ lemam, tum malitiæ pulverem penitus excusserit. Idcirco, Deo quidem proxime sapientiam, nobis autem timorem, Scripturæ ordo digessit ut et nos compositi ordinis rationem legemque noverimus.

42. Per hos igitur fidei oculos, hoc est, illustrationes, in divinam Sapientiæ cogimur unitatem; eam scilicet, quæ propter nos exstitit, donorum D divisionem, in donorum ipsum Auctorem ac causam colligentes, particularibus virtutum progressionibus eorum quæ dicta sunt, Deo auspice, nihil omittentes; ne, dum paulatim negligimus, cæcam nostram fidem atque oculis orbatam statuamus, quam absentia operum, Spiritus illustrationes deficiant; meritoque in infinita sæcula puniamur, ut qui in nobis,

(c) *Πρὸς τὸ τῆς σοφίας τέλος τὴν σύνεσιν*. Singularis hic videtur vocis τέλος acceptio. Non enim intelligentia et σύνεσις proprie finis est sapientiæ, cum hæc perfectior sit omniumque absolutio, qua ipsi immediate unimur Deo; sed ultimum est et quasi limes, ὅρος, quo postremo sapientiam nanciscimur, nec aliud Maximus hac loquendi forma voluerit; ultimus scilicet ad eam gradus. Qui velit τέλος hic, effectum, esse, quam ejus vocis significationem inter primas illius ponit *Thesaurus*, nec is a vero abierit. Sic enim, c. 44, sapientiam monada seu unitatem exponit Maximus, ex qua virtutes reliquæ intelligantur procedere, in quibus origine prima ἡ σύνεσις, ipsa quo ad nos ultima, qua incipientes a timore gradum ad sapientiam facimus, quæ est illa virtutum ad ipsam ἀποκατάστασις, seu revocatio: quod utrumque Maximus, ut subtilissimus, in mente habuerit.

quod in nobis est, divinos fidei oculos excæcaverimus.

43. Quisquis in se per desidiam non exsequendo mandata, ejusmodi oculos effodit, prorsus reprobus est, qui Deum in ipsum aspicientem amplius non habeat. Siquidem enim divini Spiritus operationes afflatusque Scriptura oculos Domini nuncupat[87], qui implendo mandata hos non aperit, Deum in se aspicientem non habet. Haud enim alii, ut par est, oculi sunt, quibus Deus **569** terrigenas aspicere novit; quippe cum nostra virtutis luce illustratio, divini aspectus radius sit.

44. Sapientia, unitas est, quæ in diversis ex ipsa virtutibus indivisim consideretur, inque eorum operationibus uniformiter intelligatur; ac rursus simplex unitas virtutibus quæ ex ipsa sunt, ad eam seu originem remeantibus, ostenditur; cum nos scilicet, quorum causa, singularum virtutum generatione progreditur, ipsarum singularum cultu, sublimiori ascensu in ipsam colligimur.

45. Fide cæca præditus est, qui non præstat divina fidei præcepta. Cum enim Dei præcepta sint lux; palam est carere divina luce, qui non operatur divina præcepta[88]; nudamque, non quæ vere sit, circumferre divinam appellationem.

46. Nemo qui peccet, carnis infirmitatem, excusando peccatum, prætexere potest. Quod enim natura Deo Verbo unita est, soluta maledictione, tota virtute atque robore instaurata est, ut excusandi proclivioris in vitia ac libidines affectus, omnis nobis prætextus sublatus sit. Verbi enim deitas, ipsa semper fidelibus comes, exsistentem in carne peccati legem exstinguit.

47. Qui fide in Deum et charitate, innaturalium affectuum abhorrentes a ratione cupiditates, sive motus, devicit, ipsa quoque naturali lege excessit; totusque ad intelligibilium regionem transit: ac quod natura affine ejusdemque generis est, cum his quæ illi accesserunt una secum ab extranea servitute educit.

48. Scientia, nisi eam actionis cultu divino timore coerceas, animi elationem facit; ei scilicet qui ea inflatus sit, auctor exsistens, ut quod fenerato accepit, velut proprium ostentet; sic per eam sermonis symbolum conferens, ut in eo sibi laudem captet. Quæ autem actio una cum divino amore ipsa augmentum facit, dum sibi majorem quam pro agendorum ratione scientiam non arrogat, eum, qui illa fungatur, ad sensus modestiam componit, qui nimirum rationibus suam illius facultatem superantibus in se contrahatur.

A ἀπείρους αἰῶνας, ὡς ἐν ἑαυτοῖς κατὰ τὴν πίστιν ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν, τοὺς θείους ἐκτυφλώσαντες ὀφθαλμούς.

μγ'. Πᾶς ὁ τῆς πίστεως ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς ἀργίας τῶν ἐντολῶν τοὺς τοιούτους ἀνορύξας ὀφθαλμούς, πάντως κατάκριτος, μηκέτι τὸν Θεὸν ἔχων εἰς αὐτὸν ἐπιβλέποντα. Εἰ γὰρ τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος, φησίν, ὀφθαλμοὺς Κυρίου προσαγορεύει ὁ λόγος, ὁ μὴ τούτους τῇ πράξει τῶν ἐντολῶν διανοίγων, ἐπιβλέποντα τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἔχει. Δι' ἄλλων γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὀφθαλμῶν ἐπισκοπεῖν τοὺς ἐπὶ γῆς οὐ πέφυκεν ὁ Θεὸς, εἴπερ θείας ὁράσεως ἀκτίς ἐστιν, ὁ κατ' ἀρετὴν ἡμῶν φωτισμός.

μδ'. Ἡ σοφία μονάς ἐστι, ταῖς ἐξ αὐτῆς διαφόροις ἀρεταῖς ἀτμήτως ἐνθεωρουμένη· καὶ μονο- B ειδῶς ταῖς αὐτῶν ἐνεργείαις ἐπινοουμένη· καὶ πάλιν ἁπλῆ μονὰς ἀποδεικνυμένη, ταῖς πρὸς αὐτὴν τῶν ἐξ αὐτῆς ἀρετῶν ἀποκαταστάσεσιν· ὅταν ἡμεῖς, δι' οὓς κατὰ τὴν ἑκάστης ἀρετῆς γένεσιν ποιεῖται τὴν πρόοδον, ἀνατατικῶς δι' ἑκάστης ἀρετῆς πρὸς αὐτὴν συναγόμεθα.

με'. Τυφλὴν ἔχει τὴν πίστιν, ὁ τὰ κατὰ τὴν πίστιν θεῖα προστάγματα μὴ ἐργαζόμενος. Εἰ γὰρ φῶς εἰσι τὰ τοῦ Θεοῦ προστάγματα, δῆλον ὅτι δίχα θείου φωτός ἐστιν, ὁ μὴ πράττων τὰ θεῖα προστάγματα, καὶ ψιλὴν, ἀλλ' οὐκ ἀληθῆ τὴν θείαν περιφέρεται κλῆσιν.

μς'. Οὐδεὶς ἁμαρτάνων δύναται τῆς ἁμαρτίας συνήγορον ἔχειν τῆς σαρκὸς τὴν ἀσθένειαν. Ἡ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον ἕνωσις, ὅλην τὴν φύσιν τῇ λύσει C τῆς κατάρας ἀνέῤῥωσεν, ἀπροφάσιστον ἡμῖν ποιησαμένη τὴν πρὸς τὰ πάθη τῆς γνώμης προσπάθειαν. Ἡ γὰρ τοῦ Λόγου θεότης, κατὰ χάριν ἀεὶ συνοῦσα τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι, τὸν ἐν τῇ σαρκὶ νόμον τῆς ἁμαρτίας ἀπομαραίνει.

μζ'. Ὁ τῶν παρὰ φύσιν παθῶν διὰ τῆς εἰς Θεὸν πίστεως καὶ ἀγάπης νικήσας τὰς παραλόγους ἐπιθυμίας, εἴτουν κινήσεις, καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ἔξω γίνεται νόμου, καὶ πρὸς τὴν χώραν τῶν νοητῶν ὅλος μεταβιβάζεται, καὶ τὸ κατὰ φύσιν ὁμόφυλον (d), μετὰ τῶν προσγενομένων αὐτῷ, τῆς ἀλλοτρίας ἑαυτῷ συνεκβάλλει δουλείας.

μη'. Μὴ χαλινουμένη τῷ θείῳ φόβῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν ἡ γνῶσις, τύφον ἐργάζεται, ὡς οἰκεῖον τὸ D δεδανεισμένον προβάλλεσθαι πείθουσα τὸν ἐπ' αὐτῇ τυφωθέντα, πρὸς οἰκεῖον ἔπαινον τὸν ἔρανον τοῦ λόγου ποιούμενον. Ἡ δὲ πρᾶξις τῷ θείῳ συναυξάνουσα πόθῳ, τὴν ὑπὲρ τὰ πρακτέα μὴ λαμβάνουσα γνῶσιν, τὸν πρακτικὸν ἐργάζεται ταπεινόφρονα, τοῖς ὑπὲρ τὴν οἰκείαν δύναμιν λόγοις πρὸς ἑαυτὸν συστελλόμενον.

[87] Zachar. III, 9. [88] Prov. VI, 23.

• Conf. ad Thal. q. 55.

(d) *Τὸ κατὰ φύσιν ὁμόφυλον.* Allegoria est, ejus quod habetur I Esdr. II, quo recensentur, qui egressi sunt de Babylone ad instaurandam Hierosolymam et templum, numeratis etiam illorum servis, et jumentis seu pecoribus; quæ sunt ista προσγενόμενα, præter τὸ ὁμόφυλον, qui erant ipsi Hebræi: illa *quasi adventitia;* quæ omnia simul educta sunt ex peregrina illa servitute. Nihil apte Picus, *Et quod arridet naturæ*, etc. Hæc ipsa ibi pluribus Maximo, amica illi allegoria, sensuque spiritali et tropologico exposita.

μθ'. Οὐράνιον οἰκητήριόν ἐστιν, ἡ κατ' ἀρετὴν ἀπαθὴς ἕξις, καὶ ἡ μηδὲν ἔχουσα πλάνης πολεμοῦν αὐτῇ νόημα, γνῶσις.

ν'. Ὥσπερ τέλος κινηθείσης μονάδος ἐστὶν ἡ μυριάς, καὶ ἀρχὴ μὴ κινηθείσης μυριάδος ἐστὶν ἡ μονάς· ἀρχὴ γὰρ παντὸς τέλους, ἡ κατ' αὐτὸ σαφῶς ἀκινησία καθέστηκε· καὶ τέλος πάσης ἀρχῆς, ἡ τῆς κατ' αὐτὴν κινήσεως ὑπάρχει συμπλήρωσις· οὕτω καὶ ἡ πίστις, ἀρχὴ κατὰ φύσιν ἀρετῶν ὑπάρχουσα, τέλος ἔχει τοῦ δι' αὐτῶν ἀγαθοῦ τὴν συμπλήρωσιν· καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἀγαθὸν, ὡς ἀρετῶν τέλος, ἀρχὴν ἔχον τὴν πίστιν, πρὸς αὐτὴν ἐνδιαθέτως συνάγεται. Πίστις γάρ ἐστιν ἐνδιάθετον ἀγαθὸν, καὶ ἀγαθόν ἐστιν ἐνεργηθεῖσα πίστις. Πιστὸς δὲ κατὰ φύσιν, καὶ ἀγαθός ἐστιν ὁ Θεός· τὸ μὲν, ὡς πρῶτον ἀγαθόν· τὸ δὲ, ὡς ἔσχατον ὀρεκτόν. Ταὐτὸν δὲ ταῦτα καθέστηκε παντὶ τρόπῳ ἀλλήλοις ὄντα, μηδενὶ λόγῳ πλὴν τοῦ κατ' ἐπίνοιαν ἀλλήλων διαιρούμενα παντελῶς, διὰ τὴν τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἀρχομένων, καὶ εἰς αὐτὸν ληγόντων, κίνησιν. Ἄρα ἡ μυριὰς ἐσχάτου ὀρεκτοῦ φέρουσα τύπον, τῶν πρὸς αὐτὸ κινουμένων τελείαν περιγράφει τὴν ἔφεσιν· καὶ ἡ μονὰς, πρώτου ἀγαθοῦ φέρουσα σύμβολον, τῶν ἀπ' αὐτοῦ κινουμένων τελείαν ἐπιφέρεται βάσιν [*duo Reg.* φύσιν].

να'. Πρώτη ἐστὶν ἀπάθεια, ἡ παντελὴς ἀποχὴ τῶν κατ' ἐνέργειαν κακῶν, ἐν τοῖς εἰσαγομένοις θεωρουμένη· δευτέρα δὲ, ἡ παντελὴς κατὰ διάνοιαν περὶ τὴν τῶν κακῶν συγκατάθεσιν ἀποβολὴ λογισμῶν, ἐν τοῖς μετὰ λόγου τὴν ἀρετὴν μετιοῦσι γινομένη· τρίτη δὲ, ἡ κατ' ἐπιθυμίαν περὶ τὰ πάθη παντελὴς ἀκινησία, ἐν τοῖς διὰ τῶν σχημάτων τοὺς λόγους νοητῶς θεωμένοις τῶν ὁρωμένων· τετάρτη δέ ἐστιν ἀπάθεια, ἡ καὶ αὐτῆς τῆς ψιλῆς φαντασίας παντελὴς κάθαρσις, ἐν τοῖς διὰ γνώσεως καὶ θεωρίας καθαρὸν καὶ διειδὲς ἔσοπτρον τοῦ Θεοῦ ποιησαμένοις τὸ ἡγεμονικὸν, συνισταμένη. Ὁ τοίνυν καθάρας ἑαυτὸν ἐνεργείας παθῶν, καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς κατὰ διάνοιαν συγκαταθέσεως ἐλευθερωθεὶς, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ κατ' ἐπιθυμίαν κινήσεως στάσιν λαβὼν, καὶ τῆς αὐτῶν ψιλῆς φαντασίας τὸν νοῦν καταστήσας ἀμόλυντον, τὰς τέσσαρας γενικὰς ἀπαθείας ἔχων, ἐξέρχεται τῆς ὕλης καὶ τῶν ὑλικῶν, καὶ πρὸς τὴν νοερὰν καὶ θείαν καὶ εἰρηνικὴν τῶν νοητῶν ἐπείγεται λῆξιν.

νβ'. Πρώτην ἀπάθειαν λέγει, τὴν πρὸς ἁμαρτίαν τοῦ σώματος κατ' ἐνέργειαν ἀνέπαφον κίνησιν· δευτέραν δὲ, τὴν κατὰ ψυχὴν τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν τελείαν ἀποβολὴν, δι' ἧς τῶν παθῶν ἀπομαραίνεται κατὰ τὴν πρώτην ἀπάθειαν κίνησις, ἐξάπτοντας αὐτὴν πρὸς ἐνέργειαν οὐκ ἔχουσα τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς· τρίτην δὲ, τὴν περὶ τὰ πάθη τελείαν τῆς ἐπιθυμίας ἀκινησίαν, δι' ἣν καὶ ἡ δευτέρα γίνεσθαι πέφυκε, τῇ τῶν λογισμῶν καθαρότητι συνισταμένη· τετάρτην δὲ λέγει ἀπάθειαν, τὴν κατὰ διάνοιαν πασῶν τῶν αἰσθητῶν φαντασιῶν τελείαν ἀπόθεσιν, καθ' ἣν ἡ τρίτη τὴν γένεσιν εἴληφεν, οὐκ ἔχουσα τὰς

49. Cœleste domicilium est, affectibus vacans ac tranquillus virtutis habitus; scientiaque, quæ nullo erroris cogitatu falsique notitia impugnetur.

50. Quemadmodum unitatis motæ **570** finis, myrias est; principiumque motæ myriadis est unitas (omnis enim finis principium, ejus perspicue immobilitas est, finisque omnis principii, illius motus complementum est) sic et fides, cum sit natura virtutum principium, ejus boni complementum, quod per illas præstatur, finem habet; bonumque natura, tanquam ipsum virtutum finis, quod fidem principium habeat, ad eam interne animo colligitur. Est enim fides bonum animi ac internum; bonumque, ipsum fides efficax est. Atqui Deus natura fidelis ac bonus est; alterum quidem, ut primum bonum; alterum vero, ut supremum appetibile. Hæc vero idem inter se omni modo sunt, nulla prorsus ratione distincta, quam quæ subtili cogitatu noscitur; ob eorum scilicet motum; quæ ab illo ducunt originem, et in ipsum desinunt. Myrias igitur, quæ supremi appetibilis formam gerat, eorum, quæ in ipsum moveantur, perfectam appetitionem definit: unitasque, primi boni symbolo, eorum quæ ab ipso moventur, perfectam basim infert ac fundamentum.

51. Prima ἀπάθεια est (*imperturbatio affectuumque vacuitas*) cum a malis ipso opere prorsus abstinemus: inque illis consideratur, qui adhuc inducuntur: secunda, cum omnes animo, quibus malis consentiamus, cogitationes abigimus; inque illis contingit, qui ratione comite virtutem colunt. Tertia, cum appetendi facultas nullo modo affectibus movetur ac libidine, in iis qui per figuras rerum oculis subjectarum, spiritaliter rationes contuentur. Quarta denique imperturbatio, est vel ab ipsa nuda cogitatione plena integraque emundatio; in iis qui per scientiam et contemplationem, mundum ac pellucidum Dei speculum mentem reddiderunt. Qui igitur ab ipso se vitiorum seu libidinum actu emundavit, ac ne illis animo consentiat liber evasit, affectuque ad ea moveri atque illici desiit: qui denique a nudo ipso cogitatu intaminatam mentem reddidit, is quadruplicem genericam ἀπάθειαν (imperturbationem scilicet) nactus, e terra terrenisque egreditur, et ad mentium divinamque atque pacatam spiritalium requiem, beatasque sedes contendit.

52. Primam ἀπάθειαν (*imperturbationem affectuumque vacuitatem*) vocat, illibatum corporis in peccatum ipso actu **571** motum; alteram, perfecte animo abdicatas libidinosas vitioque hærentes cogitationes, ex quo est, ut pro prioris imperturbationis modo, libidinum motus exstinguatur, cui libidinosæ cogitationes desint, quibus in actum accendatur: tertiam, perfectam appetentis animi in vitia ac libidines cessationem, qua et secunda fit, quæ in cogitationum puritate consistit: quartam denique, qua omnium quæ sensu attinguntur cogitationes animo profligamus, unde et tertia ortum habuit.

rerum ejusmodi cogitationibus carens, quibus vitiorum imagines ac simulacra illi informentur.

53. Quisquis actionis cultor sit, huic tanquam servi atque ancillæ, ratio mentisque cogitatio laborant, dum studiosæ actionis modos adinveniunt atque fabricant, omnemque propemodum vim suam in nequissimos spiritus actioni infensos instructam habent atque contentam. Expleta autem, quæ actioni studet, philosophia, quam senarius annorum numerus designavit (dictum namque est, senarium numerum eam partem philosophiæ symbolo referre, quæ actionem colit) ad spiritalem liberi (ratio scilicet mentisque cogitatio) dimittuntur; nempe ad affinium in rebus rationum contemplationem revertantur.

Sunt hæc capita quadringentis de charitate omnino proxima, ni et gemina, seu etiam superiora. Eorum idem character, qui et illorum, plurimum laudatus Photio: perspicuitas, brevis sententia; nullæ allegoriæ: omnia ejusmodi, quæ summam eruditionem cum pari pietate redoleant, vereque maximum morum magistrum, summumque Christianæ omnis ἀσκήσεως, et in ea perfectionis ducem ac præceptorem prodant: quod ipsum iambi operi præfixi ab antiquario insinuant. Prima statim voce emendandum subit, quod ita scriptum Ἔξεστι, ac reponendum Ἔπεστι· non enim Maximus de re loquitur quæ liceat, sed de eo quod incumbat et officii sit, sic sollicitum esse cum fidelis sis.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΕΟΠΕΜΠΤΟΝ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΝ

Ἐρωτήσαντα περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας· καὶ τοῦ, « Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ ἐπὶ τὴν δεξιὰν σιαγόνα· » καὶ τοῦ, « Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα. »

—

MAXIMI MONACHI

AD THEOPEMPTUM SCHOLASTICUM

Qui quæsierat de judice iniquitatis [1]; deque illo, « Si quis percusserit te in dexteram maxillam [2]; » itemque illo, « Noli me tangere : nondum enim ascendi ad Patrem [3]. »

—

Οἷς Λόγος ὑπάρχει τὸ προσκυνούμενον, τούτοις A καὶ βίος ἐκφάντωρ λόγου τὸ κατορθούμενον· ἵνα σφραγίδα γνώσεως ἀληθοῦς τὴν πεῖραν λαβόντες τῆς πράξεως, μάθωσιν ἀφ' ὧν, ὡς θέμις, πεπόνθασιν, ὅσον τοῦ τί εἰδέναι, μεῖζον τὸ γίνεσθαι· καὶ τούτου μᾶλλον, τὸ ἀεὶ καὶ μᾶλλον, ἕως ἂν αὐτοῖς ἡ πρὸς τὸν αἴτιον ἀδίστακτος οἰκείωσις, κατορθωθείη, στάσει τὴν κίνησιν περιγράφουσα καὶ ἀτρεψίᾳ γνώμης τὴν ἔφεσιν· οἷς καὶ ἡ μετὰ χάριν ἐκθέωσις, ἱερᾶς τῆς κατὰ τόνδε τὸν βίον καὶ θεοειδοῦς ἀγωγῆς ἔπαθλον ἀντιδίδοται. Πρὸς οὓς μάλα σοφῶς καὐτὸς ἀπευθύνων τὸν βίον, Θεοφύλακτε δέσποτα, ζητεῖν ἐπείγῃ τὸ πᾶσι προκείμενον δι' ἀγαθότητα, καὶ πάντας δι' ἀπειρίαν διαδιδράσκον· τὸ μὲν, ἵν' ἑλκύσῃ πρὸς ἑαυτὸ, τῷ ἀμηχάνῳ τῆς ὡραιότητος κεντρίζον τὴν ἔφεσιν· τὸ δὲ, ἵνα στομώσῃ, τῇ τῆς ὑπεραπείρου B καταπλήξει καὶ θείας ὑπεροχῆς περιστέλλον τὸν κόρον, ὕβρεως ὄντα πατέρα καὶ διαχύσεως γέννημα, τοῖς τὴν φλογίνην ῥομφαίαν οὐ προθεωροῦσι σὺν τοῖς Χερουβὶμ τεταγμένην καὶ στρεφομένην, οὐκ ἄλλοις, ἢ τοῖς δίχα φόβου πρὸς ἀρετὴν ἐπιστρέφουσιν· ἔνθεν τῷ μεγέθει τῆς ἐπὶ τὰ καλὰ προκοπῆς συνεπεκτείνων τὸ μέτριον, ᾧ καὶ μᾶλλον ἐπαύξεις σὺν ἀσφαλείᾳ τὴν πρόοδον· ἠξίωσας ἀγνώτην ὄντα με καὶ ταπεινὸν ἐπιγνῶναι, δι' οὗ τοῖς κατ' αὐτὴν ἡ φύσις τρόπου παρείχετο· φημὶ δὲ, τοῦ γράμματος· ὃ λόγος συνδεκτικὸς τῶν ἀπόντων ἐστὶ, καὶ τῶν οὐ βλεπομένων ἐμφανιστικός· τοσοῦτον νοήσει παραδιδοὺς καὶ συνάπτων τὸν τέως αἰσθήσει μὴ γνωριζόμενον, ὅσον διὰ ταύτης αὐτὸς χαραττόμενος C παχύνεται σωματούμενος· ᾧ καὶ τὴν ἐμὴν οὐδένειαν εἰς πόθον ἤγαγες τὸν ὑμέτερον πλέον, ἢ θέαν τὴν οἰκείαν ἀσωμάτως κεκίνηκας· προδείξας αὐτὸν ἐπ' ἀμφοῖν τούτοιν ἔχειν μᾶλλον τὸ ἴσον περὶ τὸν λόγον, ἢ ὅσον ἕτεροι περὶ σὲ τὴν τοῦ λόγου χάριν παρὰ τοὺς ἄλλους προτερήματα [a]· οἷς διὰ βίου κοσμούμε-

635 Quibus Verbum ac Sermo est, quod colitur, iis quoque sic vita instituta est, ut suo ipsa munere verbi sermonisque interpres sit; quo scilicet, ipsum actionis reipsa periculum, veræ scientiæ signaculum nacti, ex iis quæ passi sint quoad licet, intelligant, quantum præstet majusque sit, fieri aliquid quam scire; idque adeo magis semper magisque fieri, donec indivisa cum Auctore necessitudo eis obtigerit, ipsa quiete motum circumscribens, et quæ invertibilitate animi desiderium finiat : quibus etiam, quæ gratiæ comes est, deificatio conferatur, sacræ ac deiformis institutionis dum hoc sæculum vertitur, præmio. Ex horum tu quoque, a Deo conservate domine, ratione sapienter admodum vitam dirigens, desiderii ardore quæris, quod, eo quod bonum cunctis expositum est quodque eo quod infinitum, fugit omnes : alterum quidem, ut ad se trahat, immenso decore cupiditatem exstimulans; alterum vero, ut quasi duret, supra quam infinitæ illius divinæque excellentiæ stupore fastidium amputans atque inhibens, quo proclive spretionis injuria est, et quod ipsum diffusionis proles exsistat, his, qui extentum sociis Cherubim ac volitantem non prævident flammeum gladium [4]; neque aliis quam qui sine metu nec ille comite ad virtutem convertuntur. Hinc **636** nimirum paribus cum honesti profectu modis, modesti animi sensum proferens, quo et omnis securus periculi, majorem fructum facis; ut et ignoti mei atque humilis notitiam conciliandam opera studioque putaveris, quo id modo, exque suis rationibus, natura indulsit; per litteras scilicet ac epistolas; ejus nimirum generis sermone, qui longe absentes alios aliis uniat, ac nunquam ex facie visos, manifestos reddat : tantum nimirum mentis intelligentia præbens ac devinciens, qui necdum sensu innotuit, quantum ipse

[1] Luc. XVIII, 6. [2] Luc. VI, 29. [3] Joan. XX, 27. [4] Gen. III, 24.

[a] Locus obscurus, ac forte mendosus.

per eum (id est sensum) exaratus crassatur corpore convestitus. Quo et sermone, in tui majus desiderium, meam tenuitatem et quod exiguus et nihili sum, traxisti, cui incorporea ratione tui ipse aspectum præsentiamque suscitaveris; ostendens nimirum utroque magis te nactum, sermonis ritu, æqualitatem; quam tuo alii sermonis gratiam, ut reliquis præcellant : quibus per vitam ornatus, quo unquam modo caligantem mentem meam ad contemplationem inducendam, tibi ipse operæ pretium duxisti, idque sacrorum ejusmodi sermonum, ac quorum assecutio, quam pro ejus facultate superior exsistit, qui necdum perfecte instabilium rerum ac dividuarum naturam ortumque superavit; nedum pro mea, qui horum sponte colluvie miscear, ac vermis instar, in immundorum tabo affectuum voluter ac delicier. Enimvero obsequenti animo, et ut vestræ dilectioni honorem habeam, majora aggredior quam pro mea facultate, ut de quibus jussistis, dicam; id vero conjectura, non quasi ipse decernam ac sententiam feram.

A νος, πῶς ποτε τὴν ἐμὴν ἀμβλυωπίαν πρὸς θεωρίαν ἐνάγειν ἐσπούδασας, ἱερῶν καὶ ταῦτα λόγων, καὶ ὧν ἡ ἐπίβασις, κρεῖττον ἢ κατὰ ἄνθρωπον, τὸν οὔπω τελείως ὑπεραναβάντα τὴν τῶν ἀστάτων καὶ διαστατῶν φύσιν καὶ γένεσιν· μὴ ὅτι γ' ἐμοὶ τῷ φορυτῷ τούτων ἑκουσίως συμφυρομένῳ, καὶ σκώληκος δίκην τῇ σήψει τῶν ἀκαθάρτων καλινδουμένῳ καὶ ἡδομένῳ παθῶν. Πλὴν τῆς εὐπειθείας χάριν, καὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης τιμὴν, τῶν ὑπὲρ ἀξίαν κατατολμῶν, ἐκεῖνά φημι περὶ ὧν ἐκελεύσατε· στοχαστικῶς, ἀλλ' οὐκ ἀποφαντικῶς.

Judicem iniquitatis in Evangelio, figurato loquendi genere et per similitudinem, mentem nostram significari arbitror ac nuncupari, quod nimirum jam ipso initio transgressionis reatu iniquum judicium fecerit; quippe Conditoris illi spreto mandato, corruptorisque delecto consilio quo factum ut terrena esse longe prætulerit, quam ut esset divinaque evaderet. Ejus civitatem, sensum intelligo, aut mundum oculis subjectum, in quibus dementi consilio libidine conquiescens, habitatione certoque domicilio incolatum mutavit; neque Deum timens, neque vero eumdem, nostri causa hominem factum, reverens; alterum quidem præ dementia ac superbia; alterum autem, præ contemptu; **627** quarum illa (dementia scilicet et superbia) non prævideat magnitudinem judiciorum; hic autem (id est contemptus) quam hactenus benignitas mutationem exspectans, cohibet, districtionem pœnamque non avertat : quibus temere procaciusque sese inseruit, concessa illi ab Auctore, ad ea præstanda quæ officii essent, præter jus omne extraque officium, arbitrii abusa dignitate; quodque dictu nefas, cum bonum apparens, ei quod mentis oculo percipitur vereque est, præoptandum duxisset.

B Κριτὴν ἀδικίας ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ παραβολικῶς ὑπάρχειν καὶ λέγεσθαι, τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, ἀρχῆθεν ἐκ παραβάσεως ἄδικον πεποιημένον τὴν κρίσιν· ὡς τὴν τοῦ Κτίσαντος μὲν οὐ δεξάμενον ἐντολὴν· τὴν δὲ τοῦ φθείροντος ἑλόμενον συμβουλὴν· ἐξ οὗ καὶ τὸ χοϊκὸς εἶναι, τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ θεῖος γενέσθαι πάμπολυ προστίμησε. Πόλιν δὲ εἶναι τούτου, τὴν αἴσθησιν, ἢ τὸν ὁρώμενον κόσμον· οἷς παραλόγως κατὰ σχέσιν ἐπαναπαυόμενος, τῆς κατοικίας τὴν παροικίαν ἠλλάξατο· μήτε Θεὸν φοβούμενος, μήτε μὴν ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν γεγενημένον δι' ἡμᾶς ἐντρεπόμενος· τὸ μὲν, διὰ τὴν ἄνοιαν· τὸ δὲ, διὰ τὴν καταφρόνησιν· ἐκείνην τε μὴ προορωμένην τῶν κριμάτων τὸ μέγεθος· καὶ ταυτὴν οὐκ εἰργομένην, ἣν τέως ἡ χρηστότης προσμένουσα τὴν μεταβολὴν C ἀναστέλλει, τὴν βάσανον· αἷς ἑαυτὸν αὐθαδῶς περιέπειρε, τῇ δεδομένῃ παρὰ τοῦ Κτίσαντος εἰς ἐξάνυσιν τῶν καθηκόντων αὐτεξουσίῳ τιμῇ παρὰ τὸ δέον ἀποχρησάμενος· καὶ τοῦ νοουμένου τὸ φανὲν ἀγαθὸν κρίνας, ὃ μὴ θέμις ἦν, αἱρετώτερον.

Viduam autem interpellantem, animam utentem ratione; quippe quæ ad sanctorum ac religiosorum operum edendos fructus, ratione, quæ per naturam bona seminet, destituatur. Quæ (videlicet ratio) una hac totali plenaque in ipsam dilectionis vi atque affectu teneatur; nec tamen illi assidua maneat, idcirco nimirum quod hæc illi assensum abnuit, liberæque voluntatis incitationem ad terrena convertit.

Χήραν δὲ διοχλοῦσαν, τὴν λογικὴν ψυχὴν, ἅτε δὴ πρὸς καρπογονίαν ἱερῶν καὶ ὁσίων ἔργων οὐκ ἔχουσαν τὸν τὰ καλὰ κατὰ φύσιν σπείροντα λόγον. Μόνῃ τῇ πρὸς αὐτὴν ὁλικῇ ταύτῃ στοργῇ καὶ διαθέσει κρατούμενον· ἀλλ' οὐ προσμένοντα διὰ τὴν ἀπόνευσιν, καὶ τὴν αὐθαίρετον πρὸς τὰ τῇδε ῥοπήν.

Ejus adversarium (nempe animæ) miseræ carnis terrenum tum motum, tum sensum prudentiamque accipio, quo divinæ in nobis imaginis ejusque dignitatis pulchritudinem polluere, atque nitorem obscurare, student impuri dæmones; tum nimirum, cum nobis libidine succumbentibus, turpissima vitia probrososque affectus dire immittunt : quorum reatu indicta naturæ et mortis damnatio, cum vita, quæ vere est, ab initio frui noluisset.

D Ἀντίδικον δὲ ταύτης, φημὶ τῆς ψυχῆς, τὸ τῆς δυστήνου σαρκὸς ἔνυλον κίνημά τε καὶ φρόνημα, δι' οὗ τῆς ἐν ἡμῖν θείας εἰκόνος καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ἀξιώματος, τό τε κάλλος καταμολύνειν σπουδάζουσι, καὶ τὸ διαυγὲς ἀμαυροῦν οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, ὁπηνίκα, δι' ἡδονῆς ὑποπίπτουσιν, ἐπεισφρήσωσι δεινῶς ἡμῖν τὰ τῆς ἀτιμίας αἴσχη καὶ πάθη· δι' ἃ καὶ ὁ θάνατος κατεκρίθη τῆς φύσεως, οὐχ ἑλομένης τὸ ἀπαρχῆς τῆς ὄντως κατατρυφῆσαι ζωῆς.

Sugillationes autem existimo, conscientiæ tacito quodam clamore adhortantis verbera, quibus ex anima proficiscentibus, iisque illi increbrescentibus, paulatim quodammodo inflecti ac mitescere consuevit mentis austeritas, visque illa ad ea quæ ho-

Ὑπωπιασμοὺς δὲ τοὺς ἐκ τῆς συνειδήσεως μεθ' ὑποφωνήσεώς τινος παρακλητικοὺς αἰκισμοὺς, οἷς προτεινομένοις ἐκ τῆς ψυχῆς, ἠρέμα πως εἴωθεν κάμπτεσθαι τὸ αὐστηρὸν τοῦ λογισμοῦ, καὶ πρὸς τὰ καλὰ διὰ τὴν χρονιωτέραν ἕξιν ἀνύπεικτον, οὐ φέ-

φροντος ἐνδομυχοῦσαν, καὶ οἷον αἰκίζουσάν τε συνεχῶς καὶ διοχλοῦσαν τὴν βάσανον· ἕως λυμήνηται τὰ τὴν ψυχὴν λυμαινόμενα πάθη, δι' ἐγκρατείας, καὶ τῆς πρὸς τὰ μέλη τῆς σαρκὸς ἑκουσίου νεκρώσεως. Εἶτα καὶ πρὸς ἀγχιστείαν αὐτοῦ τοῦ λόγου δι' εὐσεβείας, καὶ τῆς περὶ τὰ κρείττω τελεωτέρας ἀγάγοι σπουδῆς· οἷς φυσικῶς ἐνεργουμένοις, τὰ οἰκεῖα καὶ πατρικὰ παραβάλλων, ὁ ὑπὲρ οὐσίαν καὶ φύσιν Θεὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, *Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ*, φησὶ, *τὴν ἐκδίκησιν ὑμῶν*, δι' ἐμοῦ σαρκωθέντος, καὶ τὴν τοῦ καθαιρέτου τῆς φύσεως ποιουμένου καθαίρεσιν;

A nesta sunt ac officii obduratior, quæ ex diuturniore habitu inolevit; dum illa intus latens ac continue velut flagellans ingruensque molestius tormentum ferre non potest: quandiu nimirum affectus ac libidines, animam pessumdantes, per continentiam ac sponte assumptam membrorum carnis mortificationem, non pessumdederit; exindeque ad rationis ipsius necessitudinem, pietatis cultu diligentiorique opera erga ea quæ virtutis sunt, provexerit: quibus, dum sic natura præstantur, sua paternaque assimilans, qui essentia naturaque Deus Dominus noster Jesus Christus superior est, *Deus*, inquit, **638** *non faciet vestri vindictam* [a]: per me scilicet, qui carnem assumpserim, et qui eum destruam, qui naturam destruxit.

B Οὕτω μὲν οὖν τὰ περὶ τούτου διεξῆλθον ἐπιτόμως ἐγὼ, καθ' ὅσον τὸ ἐγχωροῦν τῆς διανοίας μέτρον ἐπήρκεσεν· εἰ καὶ ἄλλως ἄλλοι τὸν τόπον κατανοήσαντες· οἱ μὲν εἰς Χριστόν· οἱ δὲ τοὔμπαλιν, εἰς τὸν Ἀντίχριστον ἐξειλήφασι. Δέος δέ μοι νοεῖν, ἢ λέγειν ἑκάτερα· τὸ μὲν, ὡς ἀσύγκριτον· οὐ γὰρ μείων μὲν Υἱοῦ· μείζων δὲ Πατρὸς, ἡ ἐκδίκησις· ἢ δι' ἄλλου, καὶ ἄλλη τὸ σύνολον, πλὴν τοῦ Υἱοῦ. Καὶ πῶς ἐπὶ τῆς αὐτῆς συγκριτικῶς φησι, τὸ, *Ὁ δὲ Θεὸς*, φησὶν, *οὐ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν ὑμῶν;* Οὐ γὰρ ἔχει χώραν· ἢ διάφορος πάντως δειχθήσεται, καὶ μετὰ τῆς φύσεως οὐ δυναμένης τὸ ἴσον δρᾷν· καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν, οὐ συντασσομένης· εἰκονιζούσης δὲ μόνον, ὡς ὑπερκειμένην, τὴν ὑπερέχουσαν. Τὸ δὲ, ὡς ἀνένδεκτον καὶ ἀμήχανον, τὸ καλὸν ποιεῖν τὸν κακίας εὑρετὴν καὶ διδάσκαλον· *Οὐ* C *γὰρ δύναται*, φησὶ, *δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν*· καλὸν δὲ ἡ ἐκδίκησις, καὶ τὸ τὴν ὄχλησιν ἀφοσιοῦσθαι δεόντως τοῦ προσπελάζοντος· ἢ τούτῳ παραβάλλεσθαι τυχὸν, ὃ μὴ θέμις, τὸν Πατέρα, καὶ πάσης ἀρετῆς καὶ ζωῆς χορηγὸν ἐξ Υἱοῦ, καὶ ταῦτα μονογενοῦς, καὶ ἴσου τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀγαθότητα. Οὐ γὰρ τὰ καλὰ διὰ τῶν κακῶν μηνύεσθαι πέφυκεν, ὥσπερ οὐδὲ διὰ σκότους τὸ φῶς, ἢ θανάτου ζωή· καὶ τοῦ μηδαμῶς ὄντος, τὸ ὄν. Καὶ οὐ λέγω ταῦτα πρὸς τὴν ἐκείνων ἀθέτησιν· ἔχομαι γὰρ καὶ ἀντέχομαι ζωῆς πλέον, τῆς τῶν φαμένων διδασκαλίας· ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον μέτριον δι' ἄκραν δειλίαν ἀσφαλιζόμενος. Τὴν δὲ ἀνάγνωσιν τοῦ ὑποπιάζειν κανονίζειν οὐ πρέπον ἐμοὶ, διὰ τὴν ἐν τούτοις D ἀμαθίαν, ἢ τοῖς ἠσκημένοις καὶ σπουδῇ προελομένοις τὴν παίδευσιν· οἳ ταύτην ὀφείλειν φασὶ κανονίζεσθαι βαρυτόνως μᾶλλον, ἢ περισπωμένως, ὅτι τέ φασι τῶν ῥημάτων οὐδὲν περισπᾶται, πλὴν εἰ μὴ ἐκ συναιρέσεως βαρυτόνου καθέστηκεν, ὡς τὸ, νοῶ, καὶ ποιῶ, καὶ χρυσῶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, φυλάσσοντα καὶ μετὰ προθέσεως ἐπὶ τῆς αὐτῆς τὸν τόνον.

Sicque adeo quæ huc spectant sub compendio enarravi, quantum pro animi modulo assequi licuit, etsi alii eum locum aliter intellexerunt; partimque de Christo, partim contra de Antichristo, nonnulli exposuerunt. Metuo tamen ac absterreor, ne utrumvis aut intelligam, aut dicam: alterum quidem, quod omnem respuat comparationem; non enim minor quidem Filii, major autem Patris vindicta est; aut per alium, atque alia prorsus, quam Filii, aut per Filium. Quanam vero ratione, eadem cum sit, quasi per comparationem dicit, *Deus autem non faciet vindictam vestri?* Non enim habet locum, aut omnino diversus monstrabitur, eaque præditus natura, quæ idem præstare non possit: quæque adeo ejusdem minime ordinis sit; sed quæ solummodo tanquam eminentem simulacro referat ac repræsentet, eam quæ præcellit. Alterum vero, quod nullo modo admittendum sit, neque res ferat, ut auctor malitiæ et inventor doctorque, bonum præstare existimetur: *Non enim*, inquit, *potest arbor mala fructus bonos facere* [b]; vindicta autem bonum est, justoque munere seu functione, interpellantis molestiam redimere ac depellere. Aut forte ut Antichristo (quod nefas) Patrem similem asseramus, per Filium, idque unigenitum parique natura ac bonitate, virtutis omnis ac vitæ auctorem. Non enim natura comparatum, ut bona et honesta, eorum quæ mala sunt, typo designentur; sicut neque ut lumen per tenebras, ac per mortem vita; eo denique quod minime est, id quod est figuretur. Neque hæc dico, ut viris detraham; cum eorum qui dixerunt, doctrinam, ipsa chariorem vita habeam, sed ut meæ ipse tenuitati præ summa formidine caveam. Vocis autem ὑπωπιάζειν accentus rationem tradere, non tam mearum sit partium, ob summam iis in rebus inscitiam, quam eruditorum, et qui disciplinis sedulo animum adjunxerunt. Aiunt itaque sic observandum, ut gravi potius accentu, quam flexo pronuntietur. Nullum enim verbum dicunt circumflecti, nisi quod ex gravi per contractionem effectum sit; ut sunt νοῶ ποιῶ, χρυσῶ, ac similia, quæ etiam cum propositione in eadem servant accentum.

Τὴν δεξιὰν, σιαγόνα, τὴν δεξιὰν πρᾶξίν φημι, καὶ ὅσην ἔνθεος ἡμῖν διὰ τῶν ἐντολῶν συνιστάμενος βίος χαρακτηρίζει, ῥαπιζομένην ὑπὸ τοῦ πονηροῦ

639 Dexteram maxillam, dexteram dico actionem, et quæ fauste cedit; omnem denique, quam divina nobis vita, mandatorum observatione fulta,

[a] Luc. XVIII, 7. [b] Matth. VII, 18.

insignit: quam nequissimus, boni honestique operis occupata opinione percutit; indeque proficiscentis arrogantiæ plaga per inanem gloriam in tumorem, adversus eos qui nulla, aut impari forte virtute præditi sunt; cum quadam velut inflammatione, tollit: cui malo ut occurramus, velut aliam ac sinistram vertamus operæ pretium est; nempe vitam, quæ nos hujus sæculi errore prius conspurcavit, qua jugiter vigente memoria percutiamur; velutque peccatores magis comprimamur atque ad modestiam componamur, quam ut sancti extollamur, exque elationé, quibus sacra humilitas ad stabilitatem desit, corruamus. Honorentur vero cum iis quæ sensu spiritali accipiuntur (quin et illis prius) ut sacræ præparationis anteriorisque emundationis signa, ac corporaliter quæ sic fiunt, in Domini gratiam, qui præcepit, atque inde rem præstantibus mansuetudinis habitum tribuit; et ut ipse percutiens, incredulus esse desinat, dum alacri promptaque suscipientis constantia, ejus qui plagam infert, incitationem retundit; qui, sin aliud, vel illud ipsum revereatur, quod tantis inferior est; quodque non resistat, cujus id facultatis sit, ac cujus impetum una duntaxat religio præcepti inhibeat.

A τῇ προλήψει τῆς ἐνεργουμένης καλοκαγαθίας· καὶ τῇ πληγῇ τῆς ἐντεῦθεν οἰήσεως, φλεγμαίνουσάν πως διὰ κενοδοξίας, καὶ ἐπαιρομένην κατὰ τῶν μηδεμίαν, ἃ μὴ τὴν ἴσην τυχὸν κεκτημένων· δι' ἣν ὥσπερ ἄλλην καὶ οἷον ἀριστερὰν στρέφειν προσήκει, τὸν ἤδη πρότερον ἡμᾶς κατὰ τὴν ἀπάτην τοῦ αἰῶνος τούτου καταμολύναντα βίον, τούτῳ τε πλήττεσθαι συνεχῶς διὰ τῆς μνήμης· καὶ ὡς ἁμαρτωλοὺς μᾶλλον συστέλλεσθαι καὶ μετριάζειν, ἢ ὡς ἁγίους μετεωρίζεσθαι, καὶ δι' ἔπαρσιν καταπίπτειν, οὐκ ἔχοντας πῆξιν ἱερὰν τὴν ταπείνωσιν. Τιμάσθω δὲ μετὰ τῶν κατὰ θεωρίαν λαμβανομένων· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τούτων, εἰς ἑτοιμασίαν ἱερὰν καὶ προκάθαρσιν, καὶ σωματικῶς ταῦτα τελούμενα διὰ τὸν ἐντειλάμενον Κύριον· πραϋπαθείας ἐντεῦθεν ἕξιν τοῖς κατορθοῦσι δωρού- B μενον, καὶ τῆς τοῦ πλήττοντος περιγραφὴν ἀπιστίας, τῷ ἑτοίμῳ τῆς παραδοχῆς τὸ πρόθυμον τῆς πληγῆς ἀναστέλλοντα, αἰδομένου τυχὸν, εἰ μή τι ἄλλο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ὑποπτώσεως· καὶ τὸ μηδαμῶς ἀντιτείνειν τὸν δυνάμενον τοῦτο ποιεῖν, εἰργόμενον δὲ διὰ τὴν πρόσταξιν.

Illud autem, *Noli me tangere*, ad Mariam Magdalenam dictum est a Domino, cum ea illum hortulanum esse existimaret; hoc nimirum significante mysterio ac indicante animam omnem intelligendi vi præditam, necdum superato conjuncto tabernaculo, ac quæ proinde eorum quæ oriuntur et intereunt (quæ a sativis nihil distant oleribus; par enim in utrisque fluxio ac defluxio, temporisque circumscriptio ac periodus) Verbum conditorem esse existimet, ob ejus circa hæc, et ad illa usque progressum ac demissionem; haud dignam esse quæ ipsum spiritu tangat, idque cum ex illis quærat, quæ in aspectum cadunt, ac nostri causa duntaxat factum carnem cognoscat; at, non pro majestate, Deumque ex Deo Patre natum, habeat. Hoc enim merito intelligimus, quod ita dicitur, *Nondum ascendi ad Patrem meum*: nempe per summam theologiam ac fidem, quibus rerum in aspectum cadentium natura circumscribitur, haud exaltatum **640** esse ab anima, quæ in eum modum affecta sit; sed quæ adhuc velut pædagogo duce, ad perfectiorem ejus comprehensionem (ad habitum scilicet revelationis divinorum) tanquam ad Galilæam per contemplationem necesse habeat ascendere, ac cum præsignatis ab eo propositisque rationibus ac sermonibus, totum, quoad licet, comprehendere, tantumque fieri, quod ipsum erat, quod factum est quod nos sumus, quantum id factum esse ostensum est, excepto duntaxat peccato; uti nos quoque cum illo, excepta duntaxat natura, cum doni compotes facti fuerimus; quod spei munere modo operiens, congruisque, mandata exsequendo, operibus convenienter honestans, consequeris, quantum credidisti; frueris que, quantum laborasti; quin et amplius, infinitiesque, quantum etiam dator muneris, cum naturæ modum, tum sæculi omnis comprehensionem superessentiali præstantia excedit.

Τὸ δὲ, *Μή μου ἅπτου*, πρὸς τὴν Μαγδαληνὴν λέλεκται Μαρίαν παρὰ τοῦ Κυρίου, κηπουρὸν αὐτὸν εἶναι νομίσασαν· δηλοῦντος τοῦ μυστηρίου, καὶ ὑπεκφαίνοντος, ὡς ψυχὴ πᾶσα νοερὰ, μήπω τὸ συμφυὲς σκῆνος ὑπεραναβᾶσα, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ μόνον, οὐδὲν οὐδαμῶς διαφερόντων λαχάνων κηπευομένων· ἴση γὰρ ἐπ' ἀμφοῖν ἥ C τε ῥοὴ καὶ ἀποῤῥοὴ, καὶ ἡ τοῦ χρόνου περιγραφὴ καὶ περίοδος· δημιουργὸν εἶναι τὸν Λόγον ὑπολαμβάνουσα, διὰ τὴν περὶ ταῦτα, καὶ ἕως τούτων πρόοδον αὐτοῦ καὶ συγκατάβασιν· οὐκ ἀξία τῆς τούτου κατὰ πνεῦμα καθέστηκεν ἐπαφῆς, καὶ ταῦτα τοῖς φαινομένοις αὐτὸν ἐπιζητοῦσα· καὶ σάρκα δι' ἡμᾶς γεγενημένον γινώσκουσα μόνον αὐτόν· ἀλλ' οὐχὶ πρεπόντως καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένον γινώσκουσα. Τοῦτο γὰρ κατὰ τὸ εἰκὸς νοεῖν ὑποβάλλει, τὸ, *Οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου*, τὸ μὴ δι' ἄκρας θεολογίας καὶ πίστεως, οἷς ἡ τῶν ὁρωμένων περιγράφεται φύσις, ὑψωθῆναι πρὸς τῆς οὕτω διακειμένης ψυχῆς· ἀλλ' ἔτι παιδαγωγικῶς δεομένης εἰς ἐντελεστέραν τούτου κατάληψιν, ἐπὶ D τὴν ἀποκαλυπτικὴν ἕξιν τῶν θείων ὡσεί τινα Γαλιλαίαν διὰ θεωρίας ἀναδραμεῖν· καὶ σὺν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτετυπωμένοις καὶ προβεβλημένοις λόγοις, ὅλον ὡς θέμις περιληφθῆναι, καὶ γενέσθαι τοσοῦτον ὅπερ αὐτὸς ἦν ὁ γενόμενος ὅπερ ἡμεῖς, ὅσον ἐδείχθη τοῦτο γενόμενος πλὴν μόνης τῆς ἁμαρτίας, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐκείνῳ, δίχα μόνης τῆς φύσεως, ἡνίκα τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπιτύχοιμεν· ἣν δι' ἐλπίδος νῦν προσδεχόμενος, καὶ προσήκουσι τῶν ἐντολῶν ἔργοις δεόντως ἀποσεμνύνων, ἀπολαύσαις ὅσον ἐπίστευσας, καὶ τρυφήσαις ὅσον ἐπόνησας· μᾶλλον δὲ πλέον καὶ ἀπειράκις, καθ' ὅσον καὶ ὁ ταύτης δοτὴρ ὑπερουσίως ὑπερανέστηκε καὶ φύσεως κίνησιν, καὶ παντὸς αἰῶνος περίληψιν.

ΕΤΕΡΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΜΑΞΙΜΟΥ.

CAPITA ALIA

SANCTI PATRIS NOSTRI MAXIMI.

ΣΤΙΧΟΙ.

A

Πηγὴν νάουσαν ἠθηκῶν δρόσον λόγων,
Ἐνταῦθ' ἐφεύρεις, εἰ μετέλθῃς γνησίως,
Ὁμολογητοῦ Μαξίμου πόνους, φίλε.
Ἀσπάζου δ' αὐτοὺς, καὶ μαθήσῃ τὸ κέρδος.

α'. Ἔπεστι παντὶ Χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύοντι εἰς Θεὸν, μὴ ἀμεριμνεῖν· ἀλλὰ πάντοτε προσδοκᾷν καὶ ἐκδέχεσθαι πειρασμόν· ἵνα ὅταν ἔλθῃ, μὴ ξενίζηται μηδὲ ταράσσηται· ἀλλ' εὐχαρίστως ὑπομένειν τὸν κόπον τῆς θλίψεως, καὶ ἐννοεῖν τί ψάλλων σὺν τῷ Προφήτῃ λέγει· *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με.* Καὶ οὐκ εἶπεν· *Ὅτι ἡ παιδεία σου κατέστρεψέ με, ἀλλὰ, ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος.*

B

β'. Ἀρχὴ μὲν καλοῦ, φόβος Θεοῦ· τέλος δὲ, ὁ πόθος αὐτοῦ. Ἀρχὴ παντὸς ἀγαθοῦ λόγος ἔμπρακτος, καὶ πρᾶξις ἐλλόγιμος. Διὸ, οὔτε πρᾶξις λόγου χωρὶς, ἀγαθή· οὔτε λόγος πράξεως ἄνευ, ὁ προερχόμενος (a).

γ'. Πρᾶξίς ἐστι, σώματος μὲν, νηστεία καὶ ἀγρυπνία· στόματος δὲ, ψαλμῳδία· ψαλμῳδίας δὲ κρεῖττον, εὐχή· καὶ σιωπὴ, λόγου τιμιωτέρα. Καὶ χειρῶν πρᾶξις, τὸ ὑπ' ἐκείνων ἀγογγύστως γινόμενον. Ποδῶν δὲ, τὸ δι' αὐτῶν ἐκ πρώτης ἐπιτροπῆς ἀνυόμενον. Ψυχῆς δὲ πρᾶξις, ἐγκράτεια σὺν ἁπλότητι, καὶ ἁπλότης τῇ ἐγκρατείᾳ ἐνεργουμένη. Τοῦ δὲ νοὸς, ἡ ἐν θεωρίᾳ εὐχὴ, καὶ ἐν εὐχῇ θεωρία τοῦ Θεοῦ.

C

δ'. Προηγεῖται πασῶν ἀρετῶν, ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ὧν κύημα ἡ ταπείνωσις, καὶ ἡ ἐκ ταύτης κατὰ τοὺς Πατέρας προσγινομένη διάκρισις. Ἧς ἄνευ, οὐδ' ἑτέρα τὸ αὐτῆς ἰδεῖν πέρας δυνήσεται.

ε. Ἡ μὲν πρᾶξις τὸν τοῦ λόγου ζυγὸν ἀτιμά-

VERSICULI.

Manantem fontem moralium rorem sermonum
Hic invenies, si vere ex animo perlegeris,
O amice, Maximi Confessoris labores.
Hos amplectere, ac utilitatem condisces.

1. Debet quisquis Christianus recte in Deum credit, curis vacuus non esse minusque sollicitus, sed tentationem semper opperiri et exspectare; ne, cum venerit, quasi improvisa percellat atque conturbet: sed in gratiarum actionem effusus, afflictionis molestiam atque laborem patienter ferat, menteque cogitet, quid psallendo cum Propheta dicat: *Proba me, Domine, et tenta me* [1]. Neque dixit: *Disciplina tua* **641** evertit me, sed, *correxit me in finem* [2].

2. Initium boni, timor Dei est: finis vero, ejus amor. Boni omnis initium, sermo actione fretus, actioque quasi sermone imbuta ac erudita. Quocirca nec actio bona est absque sermone; nec sermo ipse prolatitius absque actione

3. Actio, corporis quidem, jejunium et vigiliæ: oris vero, psalmodia. Porro psalmodia, potior oratio est; silentiumque, præstantius sermone. Manuum item actio, quod per illas citra murmurationem præstatur: pedum vero, quod ex prima statim jussione illis peragitur. Animi actio, continentia cum simplicitate, et simplicitas continentia efficax. Mentis denique actio, quæ in contemplatione est, oratio; et quæ in oratione est, Dei contemplatio.

4. Cunctis virtutibus præeunt misericordia et veritas, quarum proles est humilitas; et quæ ex illa provenit (uti Patrum fert sententia) discretio. Hæc si desit, neutra suum finem videre poterit.

5. Actio, spreto sermonis jugo ac rationis, huc

[1] Psal. xxv, 2. [2] Psal. xvii, 36.

(a) *Ὁ προερχόμενος*. Quod tanta ejus vocis λόγος Græcis amplitudo est ac ὁμωνυμία, scite Maximus de illo distinxit, qui ore profertur. Nam λόγος ἐνδιάθετος, mentis sermo ac cordis, illique insitus, de quo tanta in procemio Scholiorum ad *Quæst. ad Thalass.* ipse potius actionis parens, præhabensque quidquid in ea bonitatis exsistit. Qua de re ad orat. Gregorii in magnum Athanasium.

illuc errore vaga circa inutilia, juvencæ in modum, invenitur : sermoque ac ratio, abjecto actionis pretioso amictu, haud cultu decenti nitet, etsi talem specie tenus præferre videtur.

A ζουσα, ὧδε κἀκεῖσε περὶ τὰ ἀνωφελῆ, οἷά τις δάμαλις περιπλανωμένη εὑρίσκεται· ὁ δὲ λόγος, τῆς πρακτικῆς τοὺς ἐντίμους χιτῶνας ἀποποιούμενος, οὐκ εὐσχήμων, κἂν τοιοῦτος εἶναι πως τὸ δοκεῖν σχηματίζεται.

6. Virilis fortisque animus, mulieris instar, per omnem vitam, duplici accensa face (actionis scilicet vi ac contemplationis) quæ sunt officii peragit : rursus vero contraria qui voluptatibus mollis est ac remissus.

ς'. Ἡ ἀνδρεία ψυχή, ὡς γυνή, παρ' ὅλον αὐτῆς τὸν βίον, εἰς δύο λύχνους, τὸ πρακτικόν τε καὶ θεωρητικὸν, καιομένους κατέχουσα, πράττει τὰ ὀφειλόμενα· τὰ ἐναντία δὲ πάλιν, ἡ παρειμένη ταῖς ἡδοναῖς.

7. Non sufficit animo, ut a vitio perfecte liberetur, sponte assumpta afflictatio; nisi et iis malis quæ invitis obveniunt, velut ignis camino non dissolvatur.

ζ'. Οὐκ ἀρκεῖ τῇ ψυχῇ πρὸς τελείαν κακίας ἀπαλλαγὴν, ἡ ἑκούσιος κακοπάθεια, εἰ μὴ καὶ διὰ τῆς ἀκουσίου ἐκπυρουμένη μὴ διαλύηται.

8. Gladii in morem ad perfecte abdicandum vitium duratus animus, nisi per ignem et aquam (voluntarios scilicet et involuntarios labores) transierit, illidentibus casibus atque adversis inviolabilis non servabitur.

η'. Οἷά τις μάχαιρα ἡ ψυχὴ πρὸς τελείαν κακίας B ἀπαλλαγὴν, εἰ μὴ διὰ πυρὸς διέλθῃ καὶ ὕδατος, τουτέστιν ἑκουσίων πόνων καὶ ἀκουσίων, ἄθραυστος ταῖς ἀντιτυπίαις τῶν συμβαινόντων οὐ συντηρεῖται.

9. Quemadmodum tentationum quæ ex animi voluntate sunt, tres universaliores causæ exsistunt, sanitas, divitiæ, et gloria seu claritas; sic et earum quæ invitis ac exteriore agente obveniunt, tres itidem sunt causæ, bonorum jactura seu damna, infirmitates, maledicta ac convicia. Hæc autem quibusdam quidem ad ædificationem contingunt, quibusdam vero ad destructionem.

θ'. Ὥσπερ τῶν ἑκουσίων πειρασμῶν, τρία εἰσὶ τὰ καθολικώτερα αἴτια· ὑγεία, πλοῦτος καὶ εὔκλεια· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἀκουσίων τρία εἰσί· ζημίαι, ἀσθένειαι καὶ λοιδορίαι. Γίνονται δὲ ταῦτα τισὶν, εἰς οἰκοδομήν· τισὶ δὲ, εἰς καθαίρεσιν.

642 10. Adnascuntur velut stolones quidam, animo quidem, cupiditas et tristitia; corpori vero, voluptas et dolor. Causa vero, doloris quidem, voluptas. Dum enim molestum doloris sensum vitare volumus, ad voluptatem confugimus : tristitiæ vero seu mœroris, cupiditas aut ægritudo.

ι'. Παρυφέστηκε ψυχῇ μὲν, ἐπιθυμία καὶ λύπη· σώματι δὲ, ἡδονὴ καὶ ὀδύνη. Αἴτιον δὲ, τῆς μὲν ὀδύνης, ἡ ἡδονή (b)· θέλοντες γὰρ ἐκφυγεῖν τὴν κατὰ C τὴν ὀδύνην ἐπίπονον αἴσθησιν, πρὸς τὴν ἡδονὴν καταφεύγομεν· λύπης δὲ, ἐπιθυμία ἢ ἀῤῥωστία.

11. Studiosus ac virtutis cultor, bonum habet alte animo repositum insitumque : qui autem inani gloria laborat, illo cogitatum. Malum vero studiosus quasi superficie tenus habet; libidinosus vero ac voluptati deditus, alto fixum pectore.

ια'. Ἐνδιάθετον μὲν ὁ ἐνάρετος κέκτηται τὸ καλόν· περινενοημένον δὲ, ὁ κενόδοξος. Τὸ δὲ κακὸν, ὁ μὲν σπουδαῖος, ἐξ ἐπιπολῆς ἔχει· κατὰ βάθους δὲ, ὁ φιλήδονος

12. Rarius nec ex animo ac propense in malo versatur [a], qui illud odit : crebrius vero et tenacius, qui ejus adhuc causis affectus est.

ιβ'. Ὀλιγάκις μὲν καὶ οὐκ ἐπιμελῶς (c) εὑρίσκεται πρὸς τὸ κακὸν, ὁ τοῦτο μισῶν· πλεονάκις δὲ καὶ προσεκτικώτερον, ὁ ἔτι ταῖς αἰτίαις ἐκείνου προσκείμενος

13. Quibus non ex animo est ut pœniteant, illis quoque juge est ut delinquant : quibus vero non ex destinata est voluntate ac proposito ut peccent, certa exque animo pœnitentia est, ejusque causa haud ita crebra.

ιγ'. Οἷς μὴ κατὰ πρόθεσιν τὸ μετανοεῖν, τούτοις συνεχὲς καὶ τὸ πλημμελεῖν· οἷς δὲ παρὰ πρόθεσιν τὸ ἁμαρτάνειν, ἐμπληροφόρητος ἡ μετάνοια, καὶ τὸ D αἴτιον ταύτης οὐχὶ συχνόν.

14. Sensus et conscientia oris sermoni sint comites, ut scilicet divinus sermo, qui dixit [b] fore se in medio eorum, non erubescat, ob procacita-

ιδ'. Αἴσθησις καὶ συνείδησις, λόγῳ τῷ κατὰ προφορὰν συνερχέσθω, ὅπως ὁ εἰρηκὼς θεῖος λόγος, ἐν μέσῳ τούτων εὑρίσκεσθαι, μὴ καταισχύνηται, διὰ

[a] Gen. vi, 5. [b] Matth. xviii, 20.

(b) *Τῆς μὲν ὀδύνης, ἡ ἡδονή*. Sunt quidem hæc, alia aliis causa, uti aliis locis ipse Maximus explicat; dumque sectamur voluptatem, nos laboribus implicamus, ac dolorem augemus, ipsumque jugem reddimus. Hic tamen, et quod attinet ad rationem Maximo allatam, potius scribendum videatur, τῆς μὲν ἡδονῆς, ἡ ὀδύνη· *Dolor causa est voluptatis;* quod ejus depellendi causa, voluptatem consectamur. Pleniora forte scripsit Maximus : quanquam pronum est permutatas has voces ex litterarum vicinitate.

(c) *Καὶ οὐκ ἐπιμελῶς*. Allusio est ad Gen. vi, 5, ubi sic ἐπιμελῶς, quasi serio, omnique diligentia atque opera dicuntur, illius ætatis homines malo incumbere; quod procul est ab eo, qui illud odit, peneque invitus vel concupiscentia, vel suasione aliqua aut etiam errore, in illud quandoque trahitur.

τῆς προπετείας ἢ ἀμετρίας τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων.

ιε'. Οὐχ' ὁ τοῖς ἔργοις μὴ ἀδικῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, οὗτος καὶ τοῖς λόγοις ἀμίαντον συνετήρησεν. Οὐ δὲ ὁ τούτους φυλάττων, ἤδη καὶ λογισμοὺς οὐκ ἐμόλυνεν. Ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, τριττῶς τοῦτο πράττει.

ιϛ'. Οὐ δυνήσῃ τὸ πρόσωπον τῆς ἀρετῆς κατιδεῖν, ἡδέως ἔτι τὸ τῆς κακίας κατανοῶν. Μισητὸν δὲ τότε φανεῖται τὸ δεύτερον, ὅτε τοῦ πρώτου ἐπιθυμήσεις τὴν γεῦσιν, καὶ τοσαύτης τὴν ὄψιν ἀποξενώσεις μορφῆς.

ιζ'. Διὰ τῶν λογισμῶν, οὐ τῶν πραγμάτων προηγουμένως πολεμοῦσιν οἱ δαίμονες τὴν ψυχήν. Αὐτὰ γὰρ καθ' αὐτά, ἀναγκαῖα τὰ πράγματα. Καὶ τῶν μὲν πραγμάτων, ἡ ἀκοὴ αἰτία καὶ ὅρασις· τῶν δὲ λογισμῶν, ἡ συνήθεια καὶ οἱ δαίμονες.

ιη'. Τριττὸν μέν, τὸ ἁμαρτητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, ἐν ἔργοις καὶ λόγοις καὶ λογισμοῖς εὑρισκόμενον. Ἑξαδικὸν δέ, τὸ ἀναμαρτησίας καλόν. Ἀπταίστους γὰρ τὰς πέντε αἰσθήσεις καὶ τὸν προφορικὸν συντηρεῖν δεῖ λόγον. *Ἐν οἷς ὁ μὴ πταίων, ἀνήρ φησι τέλειος, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ τὰ μέλη τοῦ σώματος.*

ιθ'. Ἑξαχῶς τὸ ἄλογον μέρος διαιρεῖται τῆς ψυχῆς· εἴς τε τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ εἰς τὸν κατὰ προφορὰν λόγον, ὃς συνδιαιρεῖται μὲν ἀδιαιρέτως τῷ πάσχοντι, ἀπαθὴς ὤν· ἀναμάττεται δὲ τὴν αὐτοῦ κακίαν παθητικὸς εὑρισκόμενος.

κ'. Οὐ δύναται οὔτε σῶμα καθαρθῆναι νηστείας καὶ ἀγρυπνίας χωρίς· οὔτε ἐλέους καὶ ἀληθείας ψυχή· ἀλλ' οὔτε νοῦς ἄνευ θεωρίας καὶ ὁμιλίας Θεοῦ. Αὗται γὰρ αἱ συζυγίαι, ἐν τούτοις ἐπισημόταται.

κα'. Κυκλοφορουμένη ταῖς εἰρημέναις ἀρεταῖς ἡ ψυχή, ἀπερικτύπητον τὸ ταύτης ἐκ πειρασμῶν καθίστησι φρούριον· ὅ ἐστιν ἡ ὑπομονή· *Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν γὰρ κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν*, ὁ Λόγος φησίν. Εἰ δὲ ἑτέρως ἐχόμενα εἴη, οἷά τις πόλις ἀτείχιστος, καὶ ὑπὸ τῶν πόῤῥωθεν ψόφων, δειλίας μοχλοῖς κατασείεσθαι εἴωθεν.

κβ'. Οὐχ ὅσοι εἰς τὰ κατὰ λόγον εἰσὶ φρόνιμοι, οὗτοι καὶ εἰς τὰ κατ' ἔννοιαν· ὅσοι δὲ εἰς τὰ κατ' ἔννοιαν, οὗτοι καὶ εἰς τὰ κατ' αἴσθησιν ἔξωθεν εὑρεθήσονται. Εἰ γὰρ καὶ πάντας ὑποφόρους ἔχει ἡ αἴσθησις, ἀλλ' οὐχ ὁμοίους αὐτῇ τοὺς φόρους ἀποδιδόασιν. Ἐξ ἀφελότητος γὰρ οἱ πλείους εἰς τὰ κατ' αὐτὴν τιμᾷν αὐτὴν ὡς αὐτὴ ἀπαιτεῖ οὐκ ἐπίστανται.

κγ'. Τῇ φύσει ἄτμητος οὖσα ἡ φρόνησις, τέμνεται εἰς διαφόρους τομάς. Ὧ μὲν γὰρ δίδοται πλέον, ᾧ δὲ ἔλαττον μέρος αὐτῆς· ἕως αὐξηθεῖσα ἡ πρακτικὴ ἀρετή, συνδρόμους τε αὐτῇ τὰς γονικὰς [ἔχουσα] ἀρετάς, τὸ ἐνδεχόμενον ἑκάστῃ ἀποπλη-

[5-6] Jac. III, 2. [7] Luc. XXI, 19.

A tem aut immoderantiam eorum quæ dicuntur aut aguntur.

15. Qui non lædit operibus animum suum, haud etiam verbis servavit impollutum. Nec qui linguæ custos est, jam quoque cogitationes nihil inquinavit. Peccatum enim, triplici hac ratione contingit.

16. Virtutis faciem viacre non poteris, qui jucunde adhuc vitii conspectum animo usurpes. Tunc porro alterum exosum videbitur, cum prioris gustum desiderio concupisces, vultumque a tali longe forma abstraxeris.

17. Cogitationum, non rerum incursu, dæmones principalius adoriuntur animum. Nam res ipsæ, secundum se, necessariæ sunt. Ac rerum quidem B causa, auditus et visus : cogitationum vero, consuetudo ac vis dæmonum.

18. Trifariam animi peccatum dividitur, quod in operibus et verbis et cogitationibus invenitur. Sex vero partibus constat non peccandi bonum. Inoffensos enim servemus necesse est quinque sensus, orisque sermonem : *In quibus qui non offendit, perfectus est vir; potens etiam freno circumducere membra corporis* [5-6].

643 19. Animi pars rationis expers sex partibus dividitur; quinque scilicet sensibus, et sermone qui ore profertur. Is, una cum eo qui afficitur indivise dividitur, immunis ipse ab affectione : contrahit vero ejus vitium ac malitiam, cum affe-
C ctus concitatos movens animosque perturbans invenitur.

20. Nec corpus citra jejunium vigiliasque emundari potest, nec absque misericordia et veritate animus; at neque mens absque contemplatione Deique colloquio. Sunt enim hæ in istis illustrissimæ conjugationes.

21. His, quas dicebam, virtutibus, cuneo vallatus animus, immune a tentationum strepitu reddit suum præsidium, id est, patientiam. Ait namque Scriptura : *In patientia vestra possidete animas vestras* [7]. Sin autem se aliter res habuerit, haud secus ac civitas immurata, etiam fragoribus longe positis, pavoris vectibus vehementius concuti consuevit.

D 22. Non omnes qui sermone prudentes sunt, hi quoque mentis sensu prudentes exsistunt : omnes vero qui mentis sensu, hi etiam sensu exterius hoc esse invenientur. Quanquam enim sensus omnes vectigales habet, non tamen eadem illi tributa reddunt. Plerique enim ex simplicitate, sic eum colere, ut ipse expetit, non noverunt.

23. Prudentia, cum natura indivisibilis sit, diversis partibus scinditur. Alii enim major, alii minor illius portio tribuitur; donec aucta virtus actioni studens, una secum concurrentes nacta generales virtutes, quantum cuique bonum concessum est,

expleverit. Plerique enim per defectum vitæ actuosæ, etiam prudentiæ munera adepti sunt

24. In his quæ sunt ex natura, pauci prudentes invenientur: in his vero quæ præter naturam, longe plures. Illorum enim metu, suam omnem naturalem prudentiam evacuantes, parum illic habent ut sapiant; plurimum vero in rebus superfluis, et quæ natura laudem non habeant.

25. Convenientis exque ratione silentii asseclæ ac convivæ, opportunitas et modus: ejus vero epulum, veritas; per quam veniens mendacii pater ad animam peregrinantem, eorum quæ quærebat, nihil invenit.

26. Verus misericors est, non qui sponte præbet superflua, sed qui necessaria raptoribus indulget.

644 27. Alii quidem terrenis divitiis spiritales comparant, eleemosynæ ritu: alii vero spiritalibus terrenas abdicant, earum gustu percepto quæ indefectibiles sunt.

28. Amant omnes in bonis abundare: grave autem est, qui Dei munere divitias consecutus sit, non in longum tempus licere iis frui ac oblectari.

29. Foris apparet animi sanitas; intusque in sensus imo, ejus proclive latet infirmitas. Sin autem omnino sic rebus comparatum est, ut foris quidem reprehensionum emundatione, intus vero mentis renovatione illa proveniat; demens est qui reprehensiones rejicit; ac quem semper in stuporis nosocomio jacere non pudet.

30. Ne gravius animo feras ac offendaris, in eum, qui manu curam invito adhibeat: sed magis ad absterssam injucunditatem vertens oculos, te quidem deplora; Deumque, ejus tibi dispensationis ac curæ auctorem, magnifice prædica.

31. Ne infirmitatis tuæ ulla gravitate animum despondeas; sed efficaciorum remediorum sedulo apparatu ac diligentia, procul ab ea recede, qui salutis animæ curam geras.

32. Ne te ei subduxeris qui opportune perstringit; quin te illi adjunge, atque ostendet quantum sub sensu tuo malum delitescat: absumptoque quod amaritudinis gustu displicebat, dulci ex sanitate vesceris edulio.

33. Quantum capis laborum sensum, tantum lubens eum habe, qui arguendo quasi digito ostendit. Est enim perfectæ tibi emundationis auctor,

A ρώσει καλόν. Οἱ πλείους γὰρ κατὰ τὴν ἔλλειψιν τῆς ἐμπράκτου ζωῆς (*d*), καὶ τὸ φρονεῖν ἐκληρώσαντο.

κδ'. Εἰς μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ὀλίγοι φρόνιμοι εὑρεθήσονται· εἰς δὲ τὰ παρὰ τὴν φύσιν, πολλοί. Δέει γὰρ τῷ περὶ αὐτὰ ὅλην αὐτῶν τὴν φυσικὴν φρόνησιν ἐκκενώσαντες, ἔχουσιν ἐκεῖ μὲν τὸ φρονεῖν ὀλίγον· τὸ πλεῖστον δὲ ἐν τοῖς περιττοῖς, καὶ οὐ τῇ φύσει ἐπαινετοῖς.

κε'. Τῆς εὐλόγου σιωπῆς, ὁ καιρὸς καὶ τὸ μέτρον συνεστιάτορες· πανδαισία δὲ τούτου γίνεται ἡ ἀλήθεια· καθ' ἣν ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ ἐπὶ ψυχὴν ἀποδημοῦσαν ἐρχόμενος, εὑρίσκει ἐπιζητουμένων οὐδέν.

κϛ'. Ἐλεήμων ἀληθὴς, οὐχ ὁ παρέχων ἑκουσίως τὰ περιττὰ, ἀλλ' ὁ συγχωρῶν τὰ ἀναγκαῖα τοῖς
B ἀφαρπάζουσιν.

κζ'. Οἱ μὲν τῷ ἐνύλῳ πλούτῳ κτῶνται τὸν ἄϋλον ἐλεημοσύνης θεσμοῖς· οἱ δὲ ἀΰλῳ ἀποκτῶνται τὸν ἔνυλον, ἐν αἰσθήσει τοῦ ἀνεκλείπτου γενόμενοι.

κη'. Φίλον μὲν παντὶ, τὸ πλουτεῖν ἐν καλοῖς· λυπηρὸν δὲ, τῷ θείως πλουτήσαντι μὲν, μὴ ἐπὶ πλεῖστον συγχωρηθῆναι δὲ ἐνευφρανθῆναι αὐτῷ

κθ'. Ἔξωθεν μὲν, ἡ ὑγεία δοκεῖ τῆς ψυχῆς· ἔνδοθεν δὲ, ἐν τῷ τῆς αἰσθήσεως πυθμένι πέφυκε κρύπτεσθαι ἡ ἀῤῥωστία αὐτῆς. Εἰ δὲ δεῖ πάντως ἔξωθεν μὲν ἐκείνην τῷ ἀναθερισμῷ τῶν ἐλέγχων γενέσθαι, ἔνδοθεν δὲ ταύτην τῷ ἀνακαινισμῷ τοῦ νοός· ἄφρων ὁ τοὺς ἐλέγχους ἀποσειόμενος, καὶ ἐν τῷ τῆς ἀναλγησίας πάντοτε ἀνακεῖσθαι νοσοκο-
C μείῳ (*e*) μὴ αἰσχυνόμενος.

λ'. Μὴ τραχυνθῇς κατὰ τοῦ ἀκουσίως σε χειρουργήσαντος· ἀλλὰ πρὸς τὴν κενωθεῖσαν ἀηδίαν ἀποβλεψάμενος, ταλάνισον μὲν ἑαυτόν· μακάρισον δὲ, τὸν αἴτιόν σοι ταύτης γενόμενον οἰκονομίας Θεόν.

λα'. Μὴ πρὸς τὸ δεινὸν ἀπευδοκήσῃς τῆς ἀῤῥωστίας σου· ἀλλὰ διὰ τῶν τῆς φιλοπονίας δραστικωτέρων φαρμάκων, πόῤῥω γενοῦ ταύτης, ὁ τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγείας ἐπιμελούμενος.

λβ'. Μὴ συσταλῇς ἀπὸ τοῦ καιρίως σε πλήττοντος· πρόσει δὲ τούτῳ, καὶ ὑποδείξει σοι, ὅσον τὸ ὑποσμῆχον τὴν αἴσθησίν σου κακὸν, καὶ φάγῃ ὄψον ἡδὺ τὸ ἐκ τῆς ὑγείας, μετὰ τὸ ἀναλωθῆναι τὸ ἐκ τῆς
D πικρίας ἀπόβλητον.

λγ'. Ὅσον αἰσθάνῃ τῶν πόνων, τοσοῦτον ἀποδέχου τὸν τούτους διὰ τῶν ἐλέγχων ὑποδεικνῦντά σοι. Καθάρσεως γὰρ τελείας αἴτιός σοι καθίσταται· ἧς

(*d*) *Κατὰ τὴν ἔλλειψιν τῆς ἐμπράκτου ζωῆς.* Videtur τὴν ἔμπρακτον ζωὴν, quasi activam dicere, seu, quæ actionem colit, et contra θεωρητικὴν dividitur: velitque plures non admodum exercitatos in vita activa et actionis cultu, quasi per rationes superiores vi contemplationis Deoque illustrante prudentiæ munere nactos esse. Anceps usus τοῦ, κατὰ, dubium sensum reddit. Verius hic Maximus dixerit, quam in cap. *De charitate ad Elpidium*, esse aliqua difficilia, et quæ semel et iterum legi oporteat, ut percipiantur, nec solum ex phrasi et usu loquendi, sed magis ex ipsa materia, ipsa ex reconditiore penu moralis et Christianæ philosophiæ petita.

(*e*) *Ἐν τῷ τῆς ἀναλγησίας νοσοκομείῳ.* Ἀναλγησία hic Maximo, palam stupor mentis, quo quis cœlestium, et eorum quæ sunt ad salutem, omni sensu careat; vixque ac ne vix quidem meliori fruge renovari valeat. Jungit Marcus semel et iterum, *De just. et operibus*, c. 122 et 133, τὸ, ἡδυπαθὴς et ἀνάλγητος, qui sit voluptarius, sicque corporis deliciis deditus, ut illis sensum omnem pietatis exuerit; nedum erga proximos, per immisericordiam, uti expressit Obsop., sed magis erga Deum propriamque salutem.

A ἄνευ, ἐν καθαρῷ χωρίῳ τῆς εὐχῆς οὐ δύναται γενέσθαι ὁ νοῦς.

λδ'. Ἐν τῷ ἐλέγχεσθαι, ἢ σιωπᾷν δεῖ, ἢ ἠπίως ἀπολογεῖσθαι τῷ καταλέγοντι· οὐ διὰ τὸ συστῆσαι τὰ οἰκεῖα τὸν ἐλεγχόμενον· διὰ δὲ τὸ ἀναστῆσαι προσκόψαντα ἴσως, τὸν ἐν ἀγνοίᾳ ἐλέγχοντα.

λε'. Ὁ τῷ λυπήσαντι ἀδίκως (f) πρὸ τοῦ προσκληθῆναι ὑπ' αὐτοῦ εὐνοῶν, ἐζημίωται τῶν ἀνηκόντων οὐδέν. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πρόσκλησιν, τῆς εὐφορίας τὸ ἥμισυ. Κερδαίνει δὲ ὅλον τὸ προκαταβληθὲν, ὁ μηδέποτε διὰ λύπην ἀποσυνάγωγος εὑρισκόμενος· προστίθησι δὲ καὶ μισθὸν ἑαυτῷ, ὁ τὸ σφάλμα βάλλων ἐπάνω ἑαυτοῦ ἐν παντί.

B λς'. Οὔτε ὁ ὑψηλόφρων ἐπιγινώσκει οἷα τὰ ἑαυτοῦ ἐλαττώματα, οὔτε ὁ ταπεινόφρων τὰ οἰκεῖα καλά. Καλύπτει γὰρ, τὸν μὲν, ἄγνοια φαύλη· τὸν δὲ, θεάρεστος.

λζ'. Τοῖς ἰσοτίμοις ὁ ὑπερήφανος ἐν καλοῖς παραμετρεῖσθαι οὐ βούλεται· ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις, πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας, φορητὸν τὸ ἑαυτοῦ παραβαλλόμενον ἡγεῖται ἐλάττωμα.

λη'. Ὁ μὲν ψόγος στεῤῥὰν· ὁ δὲ ἔπαινος, ἔκλυτον τὴν ψυχὴν ἀπεργάζεται καὶ νωθροτέραν πρὸς τὰ καλά.

λθ'. Ὑπόστασις μὲν πλούτου, χρυσός· ἀρετῆς δὲ, ταπείνωσις. Ὡς οὖν ὁ χρυσοῦ ἀπορῶν πένης ἐστὶ, κἂν μὴ τοῖς ἔξωθεν φαίνηται· οὕτω ταπεινώσεως C ἄνευ, ἐνάρετος οὐκ ἔσται ὁ ἀγωνιζόμενος.

μ'. Χρυσοῦ δίχα, ὥσπερ ἔμπορος οὐ πέφυκεν ἔμπορος, κἂν λίαν πρὸς ἐμπορίαν ἐστὶν ἐπιτήδειος· οὕτως οὐδὲ ταπεινοφροσύνης χωρὶς, ἐν κατασχέσει τῶν τῆς ἀρετῆς ἠθέων εὑρεθήσεται ὁ ἀσκούμενος, κἂν πάντη τῇ ἑαυτοῦ νουνεχείᾳ θαῤῥῇ.

μα'. Τῇ ταπεινοφροσύνῃ ὁ ἀνιὼν, κατώτερος τοῦ ἑαυτοῦ φρονήματος γίνεται· ἀνώτερος δὲ, ὁ ἐκείνης χωρὶς, ὃς οὐδὲ παραμετρεῖσθαι τοῖς ἐλαχίστοις (g) ἑκουσίως ἀνέχεται· καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς πρωτοκλισίαις τὸ λυπηρὸν ἐπιδείκνυται.

μβ'. Καλὸν τῷ ἀγωνιστῇ φρονεῖν μὲν ἥττονα τῆς ἐργασίας αὐτοῦ, πράττειν δὲ κρείττονα τῆς δειλίας αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἀνθρώποις αἰδέσιμος, καὶ D Θεῷ *ἐργάτης* εὑρίσκεται *ἀνεπαίσχυντος*.

μγ'. Ἢ κατορθοῦσθαι δεῖ (h) πρὸς πάσας τὰς ἐν-

sine qua mens, in mundo orationis loco non potest versari.

34. Dum quis reprehenditur, aut taceat necesse est, aut blande sugillanti excusando respondeat : non ut is qui reprehenditur sua statuat, sed ut eum qui forte offendit, per ignorantiam reprehendendo, erigat.

35. Qui ei qui injuria læsit, priusquam ab eo invitaretur, benevolentiæ sinum aperit, ejus quod officii sit nullam jacturam fecit. Qui vero postquam invitatus fuerit, uberioris fructus dimidiam partem amisit. Lucratur autem quidquid fuerat proseminatum, qui præ tristitia animique rancore, nunquam præsentiam subduxisse invenitur. Sed et mercedem sibi accumulat, qui in omnibus in se culpam rejicit.

645 36. Nec qui elato est animo suos novit defectus, quanti sint; nec qui humili modestoque sensu, sua bona; celat enim tum illum mala ignorantia, tum hunc Deo accepta.

37. Superbus in bonis, æqualibus componi renuit : in contrariis vero malisque, cum his qui præcellunt collatum vitium suum, tolerabile prorsus existimat.

38. Vituperium quidem, robustum ac fortem : laus vero, solutum ac mollem, et ad ea quæ sunt officii segnem reddit animum.

39. Divitiarum quidem substantia, aurum; virtutis vero, humilitas. Quemadmodum igitur qui auri penuria laborat, pauper est, quamvis his qui foris sunt ac extraneis non videatur; sic sine humilitate virtutis palæstra certans studiosus non erit.

40. Quemadmodum mercator, quem aurum deficiat, nec si valde idoneus mercaturæ sit, omnino mercator exsistat : sic nec exercens ad pietatem sine humilitate virtutis fructuum compos unquam invenietur, quantumvis omnino suæ solertiæ fidat.

41. Qui sensus modestia ac humilitate ascendit, sensu suo dejectior redditur; qui vero absque illa, altior, ac nec minimis lubens componi velit. Hincque adeo fit, ut in primis consessibus tristitiam prodat [a].

42. Præstat pugilem virtutis palæstra, minora sapere quam pro suo opere; potiora vero quam pro sua formidine ac ignavia agere. Sic enim tum hominibus venerabilis, tum Deo *operarius inconfusibilis* [b] invenietur.

43. Aut Dei mandata omnia adimpleat necesse

[a] Luc. xiv, 7; xx, 46. [b] I Tim. ii, 15.

(f) *Ὁ τῷ λυπήσαντι ἀδίκως*. Coactus sum mutare quod mendosum omnino apparebat, nulloque apto sensu a Maximo scribi potuerat, λυπήσαντι δικαίως, et μετανοῶν· cum alioqui expedita sit totius capitis sententia, ipsa arguta, ac qua erudite exponuntur gradus ferendi aut remittendi injurias; quæ tunc injuriæ sunt, cum injuste inferuntur : ἀντὶ τοῦ μετανοῶν, scripsissem μετευνοῶν, si illa voce usum aliquem probatum auctorem invenissem. Alioqui vero vox εὐνοῶν, ipsa non incommoda; respexeritque in ea Maximus, illud Matth. v, 25 · Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχύ· *Habeto benevolentiam cum adversario tuo cito*, uti reddit Erasm. ac Græca sonant; spectatque et istud ad reconciliationem, qua studemus, injuriæ obliti, si quid ea læsa benevolentia est, saniori consilio resarcire.

(g) *Παραμετρεῖσθαι τοῖς ἐλαχίστοις*. Hæc humilitatis perfectio est, ac quod Dominus aliis verbis admonuit, jubens sedere in novissimo loco; ut nemo sit inter minimos, cujus nos modum excedere existimemus. Secus de superbis 37, nec æqualibus ait (τοῖς ἰσοτίμοις) in bonis velle *παραμετρεῖσθαι, componi et exæquari*.

(h) *Ἢ κατορθοῦσθαι δεῖ*. Caput istud novum

est, aut uni diligenter humilitati incumbat, qui vereatur ne extraneus a recumbentibus in thalamo exsistat.

44. Misce simplicitati continentiam; ac humilitati copula veritatem, erisque justitiæ contubernalis, cui velut ad mensam, reliquæ omnes virtutes libenter congregentur.

45. Cæca veritas est, cui desit comes humilitas. Hincque est ut contradictione pædagogo utatur, qua utcunque laborans fulciatur, nec tamen præter rancoris arcem quidquam inveniat.

46. Blandi mores, virtutis decorem produnt: membrorumque firma compositio, animi pacem et tranquillitatem.

646 47. Primum bonum est, nullas officii partes deserere. Huic proximum, quod erratum sit, pudore non obtegere, ac nec in eo impudentius gloriari; sed magis humiliari, et cum accuseris, teipsum pariter accusare, pœnamque libenter suscipere. Hoc ni fiat, invalidum est quidquid Deo obtuleris.

48. Cum sponte assumpta afflictatione, suscipienda et quæ invitis accidit; quæ nimirum ex illatis calumniis, exque rerum damnis acceptis et ægritudinibus consistit. Hæc enim qui non suscipit, sed indigne fert, ei similis est, qui non cum sale, sed cum solo melle vult comedere panem suum: cui sane non ubique comes voluptas, sed satietas atque nausea semper e vicino est.

49. Cum herus sit, servi formam præferre videtur, qui proximi vestem laceram divinis sermonibus lavat, vel qui eleemosynarum elargitionibus eam consuit. Caveat autem qui hoc facit, nequando quod ut servus rem præstet, cum mercede, quæ etiam competit, potentiæ dignitatem, inanis gloriæ vitio amittat.

50. Quemadmodum fides substantia est rerum sperandarum [10]; ita nimirum prudentia, animi; ac virtutis, humilitas. Mirumque est, quomodo quæ a se perfecta sunt, imperfecta exsistant, si accidentia desint.

51. *Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum*, inquit [11]; ciborum scilicet atque verborum, per continentiam seu abstinentiam. Qui enim temperate et sobrie se habet pro ciborum verborumque introitu atque exitu, cupiditatem oculorum vitat; iramque ex vesania animique insolentia, lenit; quorum utique etiam præ omnibus connitendum omni modo virtutis palæstra, ut diligentia habeatur. In his enim tum vis agendi robur obtinet, tum contemplandi firmitatem habet.

52. Sunt qui pro ciborum introitu magnam adhibeant diligentiam; pro exitu autem verborum, segnius ac negligentius sese habeant. Hi tales nesciunt, ex Ecclesiastis sententia, iram quidem ex

A τολὰς τοῦ Θεοῦ, ἢ μιᾶς ἀντιποιεῖσθαι τῆς ταπεινοφροσύνης, τὸν δεδοιότα μὴ ξένον τῶν τῷ νυμφῶνι ἀνακειμένων ὀφθῆναι.

μδʹ. Μῖξον τῇ ἁπλότητι τὴν ἐγκράτειαν· καὶ σύζευξον τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλήθειαν, καὶ ὀφθείσῃ δικαιοσύνῃ συνέστιος· ᾗ ὡς ἐπὶ τραπέζης, ἄλλη πᾶσα φιλεῖ ἐπισυνάγεσθαι ἀρετή.

μεʹ. Τυφλὴ τῆς ταπεινοφροσύνης χωρὶς ἡ ἀλήθεια. Διὰ τοῦτο καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ χρῆται παιδαγωγῷ, ἐρεῖσαι μὲν αὐτῇ ἐπί τι μοχθούσῃ, μὴ εὑρισκούσῃ δὲ, εἰ μὴ τὸ τῆς μνησικακίας ὀχύρωμα.

μςʹ Ἦθος χρηστὸν, ὡραιότητα μαρτυρεῖ ἀρετῆς· μελῶν δὲ εὐστάθεια, εἰρηναίαν ψυχήν.

B μζʹ. Πρῶτον μὲν καλὸν, τὸ ἐν μηδενὶ μέρει πταίειν. Δεύτερον δὲ, τὸ μὴ αἰδοῖ κατακαλύπτειν τὸ σφάλμα αὐτοῦ· μή τε μὴν, ἀναιδεύεσθαι ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ταπεινοῦσθαι, καὶ κατηγορούμενον ἑαυτοῦ συγκατηγορεῖν, καὶ δέχεσθα. ἀσμένως τὸ ἐπιτίμιον. Τούτου δὲ μὴ γινομένου, ἀνίσχυρον ἅπαν τὸ τῷ Θεῷ προσφερόμενον.

μηʹ. Πρὸς τῇ ἑκουσίῳ κακοπαθείᾳ, χρὴ καὶ τὴν ἀκούσιον καταδέχεσθαι· τὴν ἐκ διαβολῶν λέγω, ζημιῶν τε καὶ ἀσθενειῶν. Ταῦτα γὰρ ὁ μὴ καταδεχόμενος, ἀλλὰ δυσπετῶν, ὅμοιός ἐστι τῷ μὴ μετὰ ἁλὸς, μετὰ δὲ μέλιτος μόνου βουλομένου ἐσθίειν τὸν ἄρτον αὐτοῦ· ὃς οὐ πάντοτε μὲν τὴν ἡδονὴν ἔχει σύντροφον, τὸν δὲ κόρον ἀεὶ γείτονα κέκτηται.

C μθʹ. Δεσπότης ὢν, δούλου σχῆμα περιβαλλόμενος φαίνεται, ὁ τὸ διεῤῥωγὸς πλύνων τοῦ πλησίον λόγοις ἐνθέοις ἱμάτιον, ἢ καταῤῥάπτων ταῖς μεταδόσεσι. Σκοπείτω δὲ ὁ τοῦτο ποιῶν, μή ποτε διὰ τὸ ὡς δοῦλος τοῦτο τελεῖν, προσαπολέσῃ σὺν τῷ μισθῷ, καὶ τὸ προσὸν αὐτῷ τῆς ἐξουσίας διὰ κενοδοξίας ἀξίωμα.

νʹ. Ὥσπερ ἡ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πέφυκεν, οὕτω ψυχῆς μὲν, ἡ φρόνησις· ἀρετῆς δὲ, ἡ ταπείνωσις. Καὶ θαῦμα, πῶς τὰ αὐτοτελῆ, τῶν συμβεβηκότων δίχα ἀτελῆ καθεστήκασι.

ναʹ. *Κύριος φυλάξοι τὴν εἴσοδόν σου*, φησὶ, *καὶ τὴν ἔξοδόν σου*· τὴν τῶν βρωμάτων δηλονότι καὶ τῶν ῥημάτων, τῇ ἐγκρατείᾳ. Ἐγκρατῶς γὰρ D ὁ ἔχων περὶ τὴν τῶν βρωμάτων καὶ ῥημάτων εἴσοδόν τε καὶ ἔξοδον, ἐπιθυμίαν μὲν τὴν ἐξ ὀφθαλμῶν ἀποδιδράσκει· θυμὸν δὲ τὸν ἐξ ἀπονοίας καταπραΰναι, ὧν δεῖ καὶ πρὸ πάντων ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν τὸν ἀγωνιζόμενον, παντὶ τρόπῳ σπουδαστέον. Ἐν τούτοις γὰρ, τὸ μὲν πρακτικὸν ἔῤῥωται· τὸ δὲ θεωρητικὸν, ἐστερέωται.

νβʹ. Τινὲς δὲ περὶ τὴν εἴσοδον τῶν βρωμάτων, πολλὴν ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν· περὶ δὲ ἔξοδον τῶν ῥημάτων, ἀμελῶς διατίθενται. Οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἐπίστανται παράγειν θυμὸν μὲν ἀπὸ καρδίας (i), ἐπιθυ-

[10] Hebr. XI, 1. [11] Psal. CXX, 8.

est, etsi in schedis Roma missis, eodem numero consignatum erat cum superiori. Idem verbum eadem constructione ex psal. CXVIII, 128, habet Marc. c. 31, *De lege spiritali;* de quo, ejusque recto sensu, quæ visa sunt obiter exposita altero Maximi centenario ex duobus, nec hic necesse repetere.

(i) *Παράγειν θυμὸν μὲν ἀπὸ καρδίας.* Inter tot verbi *παράγω* significationes, qua usurparunt ol

μίαν δὲ ἀπὸ σαρκὸς, κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστήν· δι' A ὧν ἡ καθαρὰ καρδία κτίζεσθαι εἴωθε παρὰ τοῦ καινουργοῦντος Πνεύματος.

ιγ'. Τὸ μὲν τῶν βρωμάτων ἀπέριττον, περὶ τὴν ἧττω τρυφῆς ποιότητα· τὸ δὲ τῶν ῥημάτων ἀνέγκλητον, περὶ τὴν κρείττω τῆς σιωπῆς ποσότητα εὑρεθήσεται.

νδ'. Πύρωσον τοὺς νεφρούς σου ἀσιτίᾳ βρωμάτων, καὶ ἔτασον τὴν καρδίαν σου ἐγκρατείᾳ ῥημάτων, καὶ ἕξεις πρὸς ὑπηρεσίαν καλῶν, τὸ, ἐπιθυμητικόν τε καὶ θυμικόν.

νε'. Ἡ μὲν τῶν ὑπογαστρίων ἡδονὴ καταπίπτει ἐν ἀσκουμένοις, τοῦ σώματος παρακμάσαντος· ἔτι δὲ παραμένει τοῦ φάρυγγος (j), τῷ μὴ φθάσαντι ταύτην ἐνδίκως κολάσαι. Σπουδάσαι οὖν χρὴ διὰ τῆς B αἰτίου, τοῦ αἰτιατοῦ τὸν ὀνειδισμὸν ἀποτρίψασθαι, ὡς ἂν μὴ ξένος ἐκεῖσε τῆς κατὰ τὴν ἐγκράτειαν ἀρετῆς εὑρεθεὶς, αἰσχυνθῇς.

νς'. Ἀναγκαῖον εἰδέναι τὸν ἀσκητὴν, πότε καὶ τίσι βρώμασι δεῖ ὡς ἐχθρὸν τρέφειν τὸ σῶμα αὐτοῦ· πότε δὲ ὡς φίλον παρακαλεῖν καὶ πάλιν παραμυθεῖσθαι ὡς ἀσθενῆ· ἵνα μὴ λάθῃ τὰ μὲν τοῦ ἀσθενοῦς, τῷ φίλῳ· τὰ δὲ τοῦ φίλου παρατιθεὶς τῷ ἐχθρῷ· καὶ ἑκατέρους ὡς σκανδαλίσας, καιρῷ πειρασμοῦ εὑρήσει πολεμοῦντας αὐτόν.

νζ'. Ὅταν τῆς τρυφῆς τὴν τροφὴν ὁ τρεφόμενος προτιμοτέραν ποιήσηται, τότε ἡ τῶν δακρύων ἐπιδημήσασα χάρις αὐτῷ, παρακαλεῖν ἄρχεται καὶ ἄλλης πάσης ἡδύτητος ἐπιλανθάνεσθαι, ὡς ἤδη τούτων C καταποθείσης ἀσυγκρίτῳ ἡδύτητι.

νη'. Τῷ μὲν πλατυνομένῳ συνεστάλη τὰ δάκρυα· ἐξεβλύθη δὲ ταῦτα, τῷ τὴν στενὴν ὁδὸν ἀγαπήσαντι.

νθ'. Οὐκ ἔστιν λύπης ἐκτὸ;, οὔτε ἁμαρτωλὸς, οὔτε δίκαιος· ἀλλ' ὁ μὲν, ὅτι μὴ πάντη ἀπέλιπεν τὸ κακόν· ὁ δὲ, ὅτι οὔπω κατέλαβε τὸ ὄντως καλόν.

ξ'. Τῶν ἐφ' ἡμῖν μὲν κατὰ δύναμιν ἀρεταὶ, εὐχὴ καὶ σιωπή· τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς, νηστεία καὶ ἀγρυπνία εἰσίν. Ὅπερ οὖν τῷ ἀγωνιστῇ εὐληπτότερον, τοῦτο μετέρχεσθαι χρή.

ξα'. Οἶκος μὲν εὐχῆς, ἡ ὑπομονή· περικρατεῖται D

corde, ex carne vero cupiditatem [11], auferre; quibus innovator Spiritus habet cor mundum creare [12].

53. Ciborum laudata frugalitas atque parcitas, in minori quam pro deliciis qualitate; verborum autem omni vacans reprehensione indulgentia, in potiori quam pro silentio invenietur quantitate.

647 54. Ure renes tuos ciborum inedia, et proba cor tuum verborum abstinentia, habebisque virtutis ministerio obsequentes, cupiditatis iræque facultatem.

55. Venereorum voluptas, emarcescente corporis pube, concidit, in iis qui virtutis palæstra exercent: adhuc tamen manent gulæ irritamenta, ei, qui non ante eam debita ultione castigaverit. Enitendum igitur est, ut per causam, effectus probrum elidas, ne extraneus ab abstinentiæ seu continentiæ virtute illic inventus, confundaris.

56. Exercens ad pietatem, sciat necesse est, quandonam et quibus cibis alendum corpus ut hostis; quando item recreandum ut amicus, ac rursus quando ei adhibenda solatia tanquam infirmo: ne per imprudentiam, quæ sunt infirmi, amico; et quæ amici, hosti apponendo; ac velut qui utrosque scandalizaverit, utrisque in tempore tentationis utatur infensis.

57. Cum is qui alimento utitur, gulæ deliciis necessarium cibum prætulerit, tunc accedens lacrymarum gratia, ingerere incipit ac suadere, ut et omnem aliam dulcedinem obliviscatur, quæ harum jam incomparabili dulcedine absorpta sit.

58. Ei qui dilatatur, contracta est lacrymarum vis; fluunt autem largo fonte, illi, qui viam arctam dilexit.

59. Nec peccator aliquis, nec justus, doloris animi expers exsistit: sed dolet ille quidem, quod non omnino malum reliquerit; hic vero, quod necdum quod est vere bonum adeptus sit.

60. Eorum quæ in nostra sunt facultate, virtutes, oratio et silentium: eorum vero, quæ non sunt in facultate, sed plerumque ex corporis temperamento pendent, jejunium et vigiliæ. Quod igitur pugili magis expeditum, id vero necesse cum colere et exercere.

61. Domus orationis, patientia est; ejus enim

[11] Eccle. XI, 10. [12] Psal. L, 12.

LXX in eo Eccles. loco, non admodum probatis Græcis auctoribus trita. Affine tamen est, quod in plurium majore Lexico, alias Crispiniano refertur ex Plutar. in *Romulo*, Τούτους ἐξέκρουε καὶ παρῆγεν ὁ Τάτιος. *Quasi expunxit ac missos fecit*: quod et vox Hebraica sonat והעבר *transire fecit*. Apud Paulum, τὸ, Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, I Cor. VII, 31, quod vulg. *Præterit figura mundi hujus*; perinde reddi posset: *Fallax est species mundi hujus*, quod scilicet mortalium oculis in rebus humanis objicit, a quibus Paulus discipulorum avocat animos, ne se illis dementari sinant, ipsis adhærendo, sed magis ad ea quæ vere sunt studium omne transferant, levi solum rerum usu permisso ac qualem vitæ necessitas alio festinantibus omnino postulat. Pro ἐπιθυμίας Vulg, *malitia*, ex Heb. cujus vocis explicatio est, τὸ, ἐπιθυμία· hæc enim carnis malitia seu vitium, *concupiscentia*.

(j) *Ἔτι δὲ παραμένει τοῦ φάρυγγος*. Nempe diuturniora gulæ prælia, nec nisi morte finienda; quod absolvi a necessario ciborum usu, quandiu vita superstes est, minime liceat; cui conjuncta illa gulæ voluptas, ipsa necessaria Deoque auctore insita, quandiu justæ mediocritatis modum servat. Secus de venereorum voluptate, ordinata ad speciei conservationem, cujus rei munus, nec ad omnes, nec pro omni statu aut ætate spectat. Erat mendose, παρειμένου τοῦ φάρυγγος· quæ sic aperta imperiti scribæ menda, nolim excoquere, aut possim, indeque lectori negotium facessere.

septis arceque continetur : res vero ac substantia, humilitas, quod illa alatur.

62. Qui verba non sustinet, nec laudibus honorabitur : qui vero ante voluptatem dolorem considerat, ejus molestiam cavebit.

63. Cave minore vinciaris, et non servies majori; non enim moribus comparatum est, ut majus malum ante minus illinatur.

648 64. Qui ad majora respicias, minoribus eris formidabilis : his vero contemptus videbere, si ad illa animum desponderis.

65. Fieri non potest ut ad majores evadas virtutes, qui earum quæ sunt ex facultate summam arcem non apprehenderis.

66. In quibus vigent misericordia et veritas, viget perinde quidquid Deo gratum et acceptum est. Nam hæc quidem neminem judicat nisi misericordia comite; illa vero extra veritatem nusquam humanitatem ac clementiam adhibet.

67. Si continentiam simplicitate temperaveris, ejus quæ illinc est beatitudinis compos eris.

68. Quæ te impugnant vitia omnia nunquam excideris, nisi prius arvum, unde aluntur, incultum dimiseris.

69. Alii corporis solummodo materiam emundare student; alii, etiam animi. Quidam enim adversus peccatum solummodo quod opere patratur, vires acceperunt; quidam vero adversus etiam affectum animique vitium seu perturbationem : qui autem adversus cupiditatem, longe paucissimi sunt.

70. Mala materia, corporis quidem, libidinosa affectio; animi vero, voluptarius affectus; mentis autem, prona vergensque affectio. Attinent vero, ad priorem quidem, tactus; ad alteram, sensus reliqui; ad postremam, contraria mentis affectio.

71. Voluptarius haud procul est a libidinoso; quique prono affectu ducitur, haud procul a voluptario. Longe vero ab utroque est, qui immunis ab affectibus (ἀπαθής) imperturbati scilicet animi est.

72. Libidinosus est, cujus vis prona in peccatum rationem majori vi rapit, etsi hactenus opere exteriori non peccet. Voluptarius autem, qui peccati actum habet ratione imbecilliorem, etsi intus animo afficitur. Affectu pronus, qui libertati (seu potius servituti) mediorum propense hæret. Affectibus liber (ἀπαθής), qui horum omnium discrimen nescit.

73. Perit ex animo, libidinosa quidem affectio, jejunii cultu et orationis. Voluptaria vero, vigiliarum ac silentii disciplina. Propensæ mentis affectio, quietis solitudine ac sui diligenti cura. Imperturbatio mentisque tranquillitas, ex Dei conflatur memoria.

649 74. Ab imperturbationis tranquillique ani-

A γὰρ ἐν αὐτῇ· χρῆμα δὲ, ἡ ταπείνωσις· τρέφεται γὰρ δι' αὐτῆς.

ξβ'. Λόγους μὴ καρτερῶν, ἐπαίνοις οὐ τιμηθήσῃ· πρὸ δὲ τῆς ἡδονῆς τὴν ὀδύνην ἀποσκοπῶν, ἐκφεύξῃ ταύτης τὸ λυπηρόν.

ξγ'. Μὴ δεσμευθῇς τῷ μικρῷ, καὶ οὐ δουλεύσεις τῷ μείζονι· οὐ γὰρ πέφυκε τὸ μεῖζον κακὸν πρὸ τοῦ μικροῦ διαπλάττεσθαι.

ξδ'. Ἀφορῶν πρὸς τὰ μείζω, φοβερὸς ἔσῃ τοῖς ἥττωσιν· εὐκαταφρόνητος δὲ τούτοις ὀφθείσῃ, πρὸς ἐκεῖνα ἀπειρηκώς.

ξε'. Οὐ δυνήσῃ ἐπὶ τὰς μείζους φθάσαι τῶν ἀρετῶν, μὴ τῶν κατὰ δύναμιν καταλαβὼν τὴν ἀκρότητα.

ξς'. Ἐν οἷς κρατεῖ ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ἐν ἐκείνοις
B καὶ πᾶν εἴ τι θεάρεστον. Ἡ μὲν γὰρ οὐδένα κρίνει ἐλέους χωρίς· τὸ δὲ φιλανθρωπεύεται ἐν οὐδενὶ ἀληθείας ἐκτός.

ξζ'. Τῇ ἁπλότητι κερασάμενος τὴν ἐγκράτειαν, ἐν περιλήψει γενήσῃ τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος.

ξη'. Οὐ κόψῃς πάντα τὰ πολεμοῦντά σε πάθη, εἰ μὴ πρότερον τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐτρέφοντο, ἐάσῃς ἀνήροτον.

ξθ'. Οἱ μὲν, τὴν τοῦ σώματος μόνον ὕλην ἐκκαθᾶραι σπεύδουσιν· οἱ δὲ, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς. Οἱ μὲν γὰρ πρὸς μόνην τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν ἰσχὺν ἔλαβον· οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸ πάθος· πρὸς δὲ τὴν ἐπιθυμίαν πάνυ ἐλάχιστοι.

C ο'. Ὕλη πονηρὰ, σώματος μὲν ἐμπάθεια (k), ψυχῆς δὲ ἡδυπάθεια, προσπάθεια δὲ τοῦ νοός. Κατηγορεῖται δὲ τῆς μὲν ἁφὴ, τῆς δὲ αἱ λοιπαὶ αἰσθήσεις, τῆς δὲ τελευταίας ἐναντία διάθεσις.

οα'. Ὁ μὲν ἡδυπαθὴς πλησίον ἐστὶ τοῦ ἐμπαθοῦς· ὁ δὲ προσπαθὴς, τοῦ ἡδυπαθοῦς· μακρὰν δὲ ἀμφοτέρων ὁ ἀπαθής.

οβ'. Ἐμπαθής ἐστιν ὁ τὸ ἁμαρτητικὸν ἔχων τοῦ λογισμοῦ βιαιότερον, κἂν τέως μὴ ἁμαρτάνει ἐκτός. Ἡδυπαθὴς δὲ ὁ τὴν ἐνέργειαν τῆς ἁμαρτίας ἔχων ἀσθενεστέραν τοῦ λογισμοῦ, κἂν πάσχῃ ἐντός. Προσπαθὴς δὲ ὁ τῇ ἐλευθερίᾳ, μᾶλλον δὲ τῇ δουλείᾳ τῶν
D μέσων, προσκείμενος· ἀπαθὴς δ' ἂν εἴη ὁ τούτων πάντων τὴν διαφορὰν ἀγνοῶν.

ογ'. Ἀπόλλυται ἐκ ψυχῆς ἐμπάθεια μὲν διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς, ἡδυπάθεια δὲ δι' ἀγρυπνίας καὶ σιωπῆς, ἡ δὲ προσπάθεια διὰ ἡσυχίας καὶ προσοχῆς· ἀπάθεια δὲ συνίσταται ἐκ μνήμης Θεοῦ.

οδ'. Τῆς ἀπαθείας ἀπὸ χειλέων, κηρία μέλιτος,

(k) *Ἐμπάθεια*. Carnalis affectus, maxime venereorum, qui Maximo passim, ἐμπαθὴς λογισμὸς, ac tactu maxime consummatur; vere κατ' ἐξοχὴν πάθος, ob tactus majorem delectationem. ἡδυπάθεια, in aliis sensibus captata voluptas et jucunditas : προσπάθεια, mentis ipsa affectio, quæ se proclive abduci sinat. Sed hæc satis arbitraria, ut quæ sequentibus in his vocibus Græca facilitate Maximus ludit; quarum lepos atque vis, nullis satis Latinis vocibus potest repræsentari.

οἷα οἱ λόγοι τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀποστάζουσι. Τί; οὖν A ἀξιωθείη τοῖς χείλεσιν ἐκείνοις προσάψαι τὰ ἴδια, καὶ μασθῶν ἀνὰ μέσον αὐτῆς αὐλισθῆναι, καὶ ὀσμῆς ἡδείας μεταβαλεῖν ἱματίων ἐκείνης; τουτέστι, νόμοις ἐνηδυνθῆναι τῶν ἀρετῶν, τῶν ὑπὲρ πάντα φησὶ τὰ ἀρώματα ὄντα τῆς αἰσθητῆς διαγνώσεως.

mi labiis, velut favi mellis stillant vitæ æternæ verba [14]. Cuinam igitur obtingat ut sua illis admoveat labia, et ut inter ejus ubera versetur, illiusque afficiatur vestimentorum odoris fragantia [15]? Nempe virtutum legibus delectetur, quæ super omnia aromata sunt, ejus cognitionis et judicii quod sensus vi habetur.

οε'. Τοῦ μὲν ὁρωμένου σώματος, πᾶσα ψυχὴ γυμνωθήσεται· τοῦ δὲ τῆς ἁμαρτίας, οἱ τῆς ἐνταῦθα ζωῆς ὀλίγοι τῶν ἡδέων προσαπολαύσαντες.

75. Corpore oculis subjecto, anima omnis nudabitur; peccati autem corpore, pauci ex illis qui vitæ hujus deliciis potiti sunt.

ος'. Νεκροὶ μὲν ἐκ ζώντων (l) πάντες ὀφθήσονται· νεκρωθήσονται δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ μόνοι οἱ ἐκ διαθέσεως ταύτην μισήσαντες.

76. Mortui ex viventibus, omnes quidem conspicientur: sed illi duntaxat peccato mortificabuntur, qui ex animo illud oderint.

οζ'. Τίς ἑαυτὸν πρὸ τοῦ κοινοῦ θανάτου τοῦ σώματος ἴδοι τῆς ἁμαρτίας γυμνόν; καὶ τίς ὁ γνοὺς αὐτόν τε καὶ τὴν ἰδίαν φύσιν, ὁποία ἐστὶ πρὸ τῆς B μελλούσης γυμνώσεως;

77. Quis ante communem mortem corporis, nudum se a peccato viderit? quisve seipsum suamque indolem ante futuram denudationem noverit?

Τοῦ αὐτοῦ.

Ψυχὴν ἔρωτι νυμφικῷ τετρωμένην,
Εὐχὴ συνάπτειν οἶδεν ὧδε νυμφίῳ.

Ejusdem.

Animum Sponsi amore saucium,
Sic oratio Sponso copulare novit.

οη'. Τοῦ αἰσθητοῦ τε καὶ νοεροῦ φωτὸς ἡ λογικὴ ἐν μεθορίῳ κειμένη ψυχή, διὰ μὲν τούτου, ὁρᾷν καὶ πράττειν τὰ τοῦ σώματος ἐπετράπη· δι' ἐκείνου δέ, τὰ τοῦ πνεύματος. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἠμαυρώθη μὲν αὐτῇ ἐκεῖνο, ἐτρανώθη δὲ τοῦτο, διὰ τὴν ἀρχῆθεν συνήθειαν, εἰ μὴ ὅλως μετὰ τοῦ νοεροῦ ἐν τῇ εὐχῇ γένηται, ὁλικῶς τοῖς θείοις ἐνατενίζειν οὐ δύναται. Ἀνάγκη δὲ εἶναι αὐτὴν ἐν μεταιχμίῳ σκότους καὶ φωτός· κατὰ σχέσιν μὲν τούτου, κατὰ δὲ φαντασίαν ἐκείνου ἀναστρεφομένην.

78. Anima ratione utens, cum in lucis sensu perceptibilis animique intelligentis confinio constituta sit; altera quidem, quæ sunt corporis videre atque agere illi concessum est; altera vero, quæ sunt spiritus. Quia tamen mentis lux ac intelligentia illi obscurata est, corporis vero sensu percipientis clarius diluxit, ob antiquam scilicet consuetudinem; fieri non potest ut omni vi divinis intendat, nisi prorsus mente ejusque luce orationi vacaverit: C quinimo necesse est, eam in tenebrarum lucisque confinio versari : tenebrarum quidem, ex affectu ac libidine; lucis vero, ex animi informatione et cogitatione.

οθ'. Συμπαραμενέτω τῷ νῷ ἡ εὐχή, ὡς ἐν ἡλίῳ ἀκτίς· ἧς ἄνευ αἱ κατ' αἴσθησιν μέριμναι, οἷά τινες ἄνυδροι νεφέλαι περιπετόμεναι, τὸν νοῦν εἴργουσι τῆς οἰκείας λαμπρότητος.

79. Oratio menti conjuncta illique individue comes, velut radius soli, maneat; cujus absentia rerum in sensum cadentium curæ, velut quædam nubes inaquosæ circumvolantes, a propria mentem arceant claritate.

π'. Ἔνδον τῆς κατὰ τὴν εὐχὴν στενῆς πύλης, νοῦς παθητικὸς οὐ δύναται εἰσελθεῖν, πρὸ τοῦ τὴν κατὰ σχέσιν ἀπολιπεῖν μέριμναν· περὶ δὲ τὰ περισκήνια ἐκείνης, ὀδυνηθήσεται διὰ παντὸς ἀσχολούμενος.

80. Non potest mens affectibus mancipata intra angustam orationis portam intrare, quin prius sollicitudines, qua illis libidine hæret, dimiserit; sed semper circa circumposita tabernacula vacans dolebit.

πα'. Δύναμις μὲν εὐχῆς πεῖνα βρωμάτων ἑκούσιος· πείνης δέ, τὸ μήτε ὁρᾷν, μήτε ἀκούειν, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, τῶν ἐγκοσμίων οὐδέν. Τούτων ὁ μὴ ποιούμενος πρόνοιαν, τὸ μὲν τῆς νηστείας οὐκ ἐστερέωσεν οἰκοδόμημα· τὸ δὲ τῆς εὐχῆς ἐν αὐτῇ περιρραγῆναι ἐποίησεν.

81. Orationis vis, ciborum esuries sponte assumpta; esuriei vero, nihil eorum quæ sæculi sunt aut videre, autve **650** audire, quin omnino necesse sit. Horum qui non curam gerit, tum jejunii D domicilium firma basi non struxit, tum orationis in eo lares undique dirui fecit.

πβ'. Ἀπέριττος εἰ μὴ ἐκ πάντων ὁ νοῦς τῶν κατ' αἴσθησιν γένηται, ἀνωφερὴς γενέσθαι οὐ δύναται, καὶ τὸ οἰκεῖον γνωρίσαι ἀξίωμα.

82. Nisi mens superfluam omnem rerum in sensum cadentium curam abjecerit, sublimis ipsa ferri non potest, suamque nosse dignitatem.

πγ'. Ἔξω μὲν ποιεῖται τῆς ψυχῆς ἡ εὐχή, πάντας τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῇ λογισμούς, δυναμουμένη

83. Oratio lacrymis roborata, infestas omnes cogitationes animo ejicit; vicissimque facetiarum

[14] Prov. VI, 23; Cant. IV, 11; Joan. VI, 69. [15] Cant. IV, 11.

(l) *Νεκροὶ ἐκ ζώντων*. Paul. Rom. VI, 13, ἐκ νεκρῶν ζῶντας dixit, *ex mortuis viventes*; quæ verba sic videtur Maximus detorsisse, ut quod ille de animi morte vitaque dixerat, ipse ad corporis traheret: quæ quidem futura sit omnium at non laudabilis mors animi, quam νεκρώσεως vocabulo passim viri ecclesiastici Paulina phrasi vocant.

lege freta inducit mentis evagatio : quam qui exterminavit, una quoque malorum omnium causam, loquendi libertatem profligavit.

84. Jejunium quidem, diei symbolum, eo quod exterius palam geritur; oratio autem noctis, quod obscura ac secreta est. Qui igitur utrumvis alterum in altero juste exerceat, ad speculatorum civitatem deveniet, *unde dolor et tristitia atque gemitus* in Christo *aufugiunt* [16].

85. Spiritalis operatio, sine etiam corporali opere consistere habet. Beatus ergo, qui terreno opere, quæ in materia non est, operationem pluris fecerit. Per eam enim quod deest operi implevit, qui orationis cultu vitam absconditam ac Deo manifestam vivit.

86. Ferre nos patienter fide hortatur Apostolus, spe gaudere, orationi instare, ut gaudii bonum nobis perseveret [17]. Sin autem se res ita habet, qui mala non fert patienter, fidelis non est : et qui non gaudet, nec bonæ spei est. Amisit enim gaudii parentem orationem, quod illi non instat aut ea assiduus est.

87. Si animus in terrenis ac sæculi rerum cogitationibus initio versatus, tantam cum illis nacta est necessitudinem; quantam, rogo, non nanciscetur, si continue orationi incumbat? In quibus enim, inquit, moratur, in illis et dilatari solet.

88. Quemadmodum a suo olim domicilio divisus animus, illius claritatis oblitus est; sic necesse est, ut sæculi rerum rursus oblivione assumpta, orationis præsidio ad eam proclive recurrat.

89. Sicut infans ad frigentia matris ubera, sic se mens ad orationem habere invenietur, quæ non possit consolatione lenire; ad eam autem quæ ali-

A τοῖς δάκρυσιν· ἀντεισάγει δὲ τούτους ὁ μετεωρισμὸς τοῦ νοὸς, νόμῳ εὐτραπελίας ἐνδυναμούμενος· ἣν ὁ ἐξορίζων, συνεξόριστον καὶ τὸ παναίτιον πεποίηκε τῆς παῤῥησίας κακόν.

πδʹ. Ἡμέρας μὲν σύμβολον ἡ νηστεία, διὰ τὸ ἔκδηλον· νυκτὸς δὲ διὰ τὸ ἄδηλον, ἡ εὐχή. Ἑκατέραν οὖν τούτων ἐν ἑκατέρᾳ ἐνδίκως ὁ μετερχόμενος, πρὸς τὴν τῶν κατασκόπων ἀπαντήσεται πόλιν (m), *ἐν ᾗ ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμὸς* ἐν Χριστῷ.

πεʹ. Ἡ πνευματικὴ ἐργασία, καὶ σωματικοῦ ἔργου ἐκτὸς συνίστασθαι πέφυκε. Μακάριος οὖν ὁ κρείσσονα τοῦ ἐνύλου ἔργου, τὴν ἄϋλον ἡγησάμενος ἐργασίαν. Δι' αὐτῆς γὰρ τὴν τοῦ ἔργου ἐπλήρωσεν ἔλλειψιν, ζήσας τὴν κεκρυμμένην ζωὴν τῆς εὐχῆς
B καὶ φανερὰν τῷ Θεῷ.

πςʹ. Ὑπομένειν μὲν ἡμᾶς τῇ πίστει (n) παρακαλεῖ ὁ Ἀπόστολος· χαίρειν τῇ ἐλπίδι, τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖν, ἵνα τὸ τῆς χαρᾶς ἡμῖν παραμείνῃ καλόν. Εἰ δὲ τοῦτο, ἄρα ὁ μὴ ὑπομένων, οὐ πιστός· ὁ δὲ οὐ χαίρων, οὐκ εὔελπις· ἀπεβάλετο γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς χαρᾶς προσευχὴν, ἐν τῷ μὴ προσκαρτερεῖν ἐν αὐτῇ.

πζʹ. Εἰ τοῖς ἐγκοσμίοις λογισμοῖς ὁ νοῦς ἐξ ἀρχῆς συναναστραφεὶς, τοσαύτην ἐν αὐτοῖς τὴν φιλίαν ἐκτήσατο, πόσην οὐκ ἂν οἰκειότητα σχῇ ἐν εὐχῇ συνεχεῖ· καὶ γὰρ ἐν οἷς, φησὶ, χρονίζει (o), ἐν αὐτοῖς καὶ πλατύνεσθαι εἴωθεν.

πηʹ. Ὥσπερ τοῦ ἰδίου οἰκητηρίου πάλαι διαιρεθεὶς
C ὁ νοῦς, τῆς ἐκείνου λαμπρότητος ἐπελάθετο· οὕτω δεῖ τοῦτον αὖθις ἐν λήθῃ τῶν ὧδε γενόμενον, πρὸς ἐκείνην ἀναδραμεῖν δι' εὐχῆς.

πθʹ. Καθάπερ νήπιον πρὸς μαστοὺς ἐναποψυγέντας μητρὸς, οὕτως εὑρεθήσεται νοῦς πρὸς εὐχὴν τὴν μὴ δυναμένην παρακαλέσαι αὐτόν· πρὸς δὲ τὴν ἄλλως

[16] Isa. LI, 11. [17] Hebr. XII, 1; Rom. XII; 12; Coloss. IV, 2.

(m) *Πρὸς τὴν τῶν κατασκόπων ἀπαντήσεται πόλιν*. Ad Sionem scilicet, cujus nomen speculam sonat, ac cujus ipsius Isaias meminit cap. illo LI, quo ista omnia Maximi collineant, consueta illi allegoria; quanquam hic eis longe solito parcior est, ut et capitibus de charitate.

(n) *Ὑπομένειν ἡμᾶς τῇ πίστει*. Sic legisse Maximum Rom. XII, 12, ubi nunc Græca, τῇ θλίψει, Vulg. *in tribulatione patientes*; nihil dubium : utque alii codices suffragarentur, illa lectio magis arrideret, quod præsertim constructio ipsa mollior; quodque adeo duplicem virtutem Paulus continua serie videtur commendare, ac cuique quod illi proprium aut conjunctum est, tribuere : spei, gaudium, τῇ ἐλπίδι χαίροντες· fidei, laborum sustinentiam, τῇ πίστει ὑπομένοντες· quod ipsum argumentum late prosequitur in Epist. ad Hebr., ostendens omni retro ævo sanctos illa victores laborum exstitisse : cum illud, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, duram omnino constructionem habeat, et in qua aliquid desideretur, necessario supplendum; nec satis antecedentibus aut sequentibus cohæreat : tametsi habent etiam Chrys., Theodor., Theophyl., etc. Cumque superioribus illud hæserit, τῷ καιρῷ δουλεύοντες, quod repræsentant Græcæ omnes editiones (si forte Parisiensem τῶν LXX, seu illis adjunctam Novi Testam. ad exemplar Romanum expressam excepe-
ris) Erasm. *tempori servientes*, sic abhorrente sententia, nec satis Paulo digna, pro eo quod legerunt antiqui omnes relati, et Vulg. habetque cod. Alexand. τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες, *Domino servientes*; quid mirum potuisse, pro, τῇ πίστει, τῇ θλίψει, sic una serie textu ibi laborante obrepere? Maximo, ex meliori codice emendante; si tamen ille ex codice scripsit, non ut suggerebat memoria : quæ sæpius
D id repræsentat, non quod in codice legimus, sed quod κατὰ πρόχειρον accommodatius nobis videtur : quomodo etiam Hieronymo sæpius obrepsisse observat Joan. Morinus, in Exercit. biblicis; potiorique ratione aliis, quorum in divinis non tanta fuit ἀκρίβεια. Hincque est, ut nihil affirmare ausim, ac donec occurrant certiora monumenta, mutandum contendere. Satis fuit aliam ejus loci lectionem, quæ tanti videatur, Maximo auctore utcunque vindicare ac declarare.

(o) *Ἐν οἷς χρονίζει*. Sententia est, quam et videatur ab auctore superiori mutuatus; qua significatur placere quæ molita sunt exque consuetudine, vel si alias injucunda sint. Describit Marc. *De justitia ex oper*. c. 68, durum mentis certamen, cum ab occupata olim informatione, ἀπὸ χρονίας προλήψεως; avellendus est animus, quasi tortoribus hinc inde cor distrahentibus : ubi frigide Obsop. *temporali occupatione*.

ἔχουσαν, ὡς παιδίον τὸ ὑφ' ἡδονῆς ἐναφυπνοῦν ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτῆς.

ϟ'. Ἐκεῖ, φησὶν, ἐν τῇ πενθίμῳ δηλονότι εὐνῇ τῆς ἐναρέτου ζωῆς, κατὰ τὴν ἐν τῷ Ἄσματι φήσεις νύμφην καὶ ἡ εὐχὴ πρὸς τὸν ἑαυτῆς ἐραστὴν, *δώσω τοὺς μαστούς μου σοὶ*, εἰ ὁλικῶς μοι διατεθῇς.

ϟα'. Φιλίαν πρὸς τὴν εὐχὴν οὐ δύναται κτήσασθαι, ὁ μὴ πᾶσαν ὕλην ἀπαρνησάμενος, πλὴν τροφῆς καὶ σκέπης. Ἔξω τῶν ἄλλων γενοῦ ἐν εὐχῇ, ὁ θέλων μετὰ μόνου γενέσθαι τοῦ νοῦ.

ϟβ'. Τοῦ θεοφιλοῦς μαρτύριον, εὐχὴ μονολόγιστος (p)· λόγος δὲ καίριος, ἔμφρονος λογισμοῦ· μονοειδὴς δὲ γεῦσις, τῆς ἐλευθέρας εἴη αἰσθήσεως. Ἐν τούτοις οὖν τοῖς τρισὶν, ἐῤῥῶσθαι τὰ τῆς ψυχῆς λέγεται.

ϟγ'. Λειανθῆναι δεῖ καλῶς καὶ ἁπαλυνθῆναι, ὥσπερ τῶν παίδων, τὴν φύσιν τοῦ εὐχομένου, ὡς ἂν κατὰ τὴν ἐκείνων, εὐείκτως δέξηται τὴν ἐκ τῆς εὐχῆς ἐνταττομένην ἀνάπτυξιν. Διὸ μὴ ἀμέλει, ὁ συναφθῆναι ταύτῃ φιλῶν.

ϟδ'. Οὐ πάντες τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἐν εὐχῇ κέκτηνται· ἄλλος μὲν ἄλλον, καὶ ἄλλος δὲ ἕτερον. Ὁ μὲν γὰρ εὔχεται, εἰ οἷόν τε, μετὰ τῆς εὐχῆς εἶναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ πάντοτε, καὶ πρὸς τὸ ὑπεραναβῆναι αὐτῆς· ὁ δὲ ἵνα μὴ λογισμοῖς ἐν αὐτῇ περικόπτηται. Πάντες δὲ εὔχονται, ἢ συντηρηθῆναι ἐν ἀγαθοῖς, ἢ μὴ συναπαχθῆναι κακοῖς.

ϟε'. Εἰ ἐξ εὐχῆς, οὐδεὶς ἀταπείνωτος· συντρίβεται γὰρ ὁ ἐν ταπεινώσει εὐχόμενος· οὐκ ἄρα ἐν ταπεινώσει προσεύχεται, ὁ ἔξωθεν θρασυνόμενος.

ϟϛ'. Πρὸς τὴν χήραν, τὴν πρὸς τὸν ὠμὸν τὴν δίκην κινοῦσαν κριτὴν, ἀφορῶν ὁ εὐχόμενος, οὐκ ἐκκακίσῃς διὰ τὴν βραδυτῆτα τῶν ἀγαθῶν τῆς εὐχῆς.

ϟζ'. Οὐ παραμείνῃ σοι εὐχὴ, τῷ πρὸς τὰ συλλογιζόμενα ἔσωθεν, καὶ ὁμιλούμενα ἔξωθεν ἐμβραδύνοντι· ἡ αὐτὴ δὲ ὀφθήσεται ὑποστρέφουσα, τῷ δι' αὐτὴν ὑποτεμνομένῳ τὰ πλείονα.

ϟη'. Εἰς λαγόνας ψυχῆς εἰ μὴ εἰσδύνουσι τὰ ῥήματα τῆς εὐχῆς, οὐκ ἂν εἰς τὰς τοῦ προσώπου σιαγόνας τὰ δάκρυα περικλυσθῆναι συγχωρηθήσονται.

ϟθ'. Ἀνατέλλουσι γεωργῷ μὲν τὰ δάκρυα, μὴ κατ' ὄψιν τῶν σπερμάτων ῥιφέντων τῆς γῆς· μοναχῷ δὲ τὰ δάκρυα ἀναβλύζουσιν, οὐκ ἀπονητὶ μετερχομένῳ τὰ ῥήματα τῆς εὐχῆς.

ρ'. Κλεὶς οὐρανῶν βασιλείας εὐχή. Ταύτην ὁ κα-

A ter comparata sit, velut infans in ejus placide ulnis indormiscens.

651 90. *Illic*, inquit (in lugubri scilicet lecto vitæ studiosæ, dicat oratio ad suum amatorem velut Sponsa in Cantico), *dabo tibi ubera mea* [18]; si modo te mihi totum prorsusque addixeris.

91. Amicitiam cum oratione nancisci non potest, qui exceptis necessariis alimentis atque vestitu, terrenis omnibus non abrenuntiaverit [19]. A reliquis excedas, qui sola mente in oratione versari velis.

92. Religiosæ mentis certum indicium, una rationibus inconcussaque oratio: prudentis vero rationis, opportunus sermo; sensus autem liberi, uniformis gustus. In his igitur tribus animi sanctitatem consistere dicunt.

B 93. Orantis, rite subigenda ac mollienda, velut puerorum, indoles sit; ut sicut illis comparatum est, quæ ex oratione inditur explanatio, nulla resistentia facileque recipiatur. Cave igitur negligas, qui illi sociari velis.

94. Non omnes in oratione eumdem finem habent, verum alius alium atque alium. Nam est qui oret, ut, si fieri potest, ejus semper animus in oratione versetur, illiusque metas velut transgrediatur; et est qui oret ne in ea cogitationibus interpelletur. Omnes vero orant, ut, aut in bonis conserventur, aut ne malorum consensu subducantur.

95. Cum ex oratione nemo non humiliatus exeat (qui enim orat in humilitate conteritur), plane non C orat in humilitate, qui exterius insolescit.

96. Qui ad viduam litem prosequentem apud sævum judicem [20], orans tu, animum attendis, cave despondeas animum, tametsi bonorum orationis tardius compos fias.

97. Haud tibi assidua futura oratio, qui interius cogitationibus, exteriusque fabulationibus immoreris: eadem autem redire conspicietur, si illius studio pleraque resecaveris.

98. Nisi in animi sinum orationis verba immeaverint, largo flumine irrigare faciei genas lacrymis non licebit.

99. Oboriuntur agricolæ lacrymæ, dum non in oculis projecta terræ semina videt; monacho vero scaturiunt, dum non sine labore orationis verba D percurrit.

100. Regni cœlorum clavis, oratio. Hanc qui

[18] Cant. VII, 12. [19] I Tim. VI, 8. [20] Luc. XVIII, 3.

(p) *Εὐχὴ μονολόγιστος*. Interpretatur Hesych. μονόκλονος, exque eo Varin. Quod sit obscurum per obscurius. Marc. *De justitia ex operib.* c. 140, μονολόγιστον ἐλπίδα habet, quam et parari δι' ἀρνήσεως dicit. Ὅταν ὁ νοῦς κρατήσῃ δι' ἀρνήσεως τὴν μονολόγιστον ἐλπίδα· ubi primum ex Maximo emend. δι' ἀπαρνήσεως· non enim vox illa simplex eo sensu usurpatur: ἀπάρνησις vero, rerum abdicatio est, ipsaque nostris abnegatio qua sic spes μονολόγιστος obtinetur, ac μονολόγιστος ipsa gratia paratur: quam vocem Hesych. interpretatus sit ἀκλόνητος ut irrepserunt in ejus Lexicon plura menda. Quadrat enim optime, ut spes sic μονολόγιστος dicatur, quasi minime cogitationibus anceps, sed ipsa unius rationis et inturbata; eodemque modo oratio. Non quod reddidit Obsop. Marci loco citato, *spem unice considerandam*. Iterum, c. 102, ὁ μονολόγιστον ἐξανύων εὐχὴν, intra velamen versari Maximo dicitur, opponitque τῷ ἐν αὐτῇ ῥεμβομένῳ, *qui vaga mente in ea sit*, segniusque oret, nec sobria ac attenta mente. Nam et Chrysost. *in Epist. ad Coloss.* τῷ γρηγοροῦντι καὶ νήφοντι opponit: cui proinde idem est ac ἀκηδιῶν *qui segnis tepidusque est*: quo fere sensu etiam μετέωρον haud raro Patres dicunt: quod et Hesych. κοῦφον reddit et ἐννεόν *levem, stultum*; suspensi scilicet vagique ac instabilis animi.

tenet pro eo ac decet, bona ejus amicis reposita videt. Solum autem præsentia considerat, qui in illa fiduciam non habet.

652 101. Non potest mens dicere ad Deum cum fiducia inter orandum : *Dirupisti vincula mea ; tibi sacrificabo hostiam laudis* [21], nisi virtutis desiderio ab ignavia et segnitie, somnolentiaque ac gulositate abruperit animum.

102. Extra primum velamen in oratione stat, qui mente distractus est : intra penetrat, qui unis cogitationibus (mente scilicet non vaga) orat. Solus autem in Sancta sanctorum inspectat, qui cum pace naturalium rationum, ea etiam considerat, quæ circa essentiam sunt omnem mentis excedentem sensum, ac inde divina quadam luce dignatur.

103. A terrenis foris vacantem animum, velut flamma quædam circumvoluta, quasi ferrum igni prorsus succensum reddit : estque ipse quidem idem animus, sed quem contingere minime liceat; sicut ferrum igni candens exterius contingi non potest.

104. Beatus qui in hac vita in eum modum spectari meruit ; quique statuam natura luteam, gratiæ munere igneam vidit.

105. Gravis, ceu herus quidam, his qui inducuntur ac novitiis incumbit lex orationis ; proficientibus autem velut amor est ad lautas quasi epulas esurientem compellens.

106. His qui probe actionem colunt quandoque quidem oratio, velut nubes obumbrans [22], urentes arcet cogitationes ; quandoque vero velut lacrymarum guttas illis irrorans, spiritalia theoremata sensaque ostendit.

107. Canticum citharæ condimentum exsistat, quam quis exterius pulset : animus vero nisi adjuvante in oratione mystica in spiritu allocutione, haud facile compungi consuevit. Illud enim : *Quid oremus, sicut oportet, nescimus* [23], in eum proclive orantem intellectum ducit.

Ejusdem.

Illustratur mens, spiritalis contemplationis
In sublime elata, dum sermones istos legerit.

108. Necesse est ut spiritalis noverit (γνωστικὸν vocant) quandonam ejus mens in sensorum animi ac conceptuum ; quando item in cogitationum et rationum, ac quando in sensus regione versetur. Atque in hac rursum, in iisne quæ opportuna, an potius quæ importuna sunt, inveniatur.

653 109. Animus, dum non in sensis ac conceptibus, omnino in cogitationibus et rationibus versatur, vicissimque dum in cogitationibus et rationibus ; non in sensis animi ac conceptibus. At, dum in sensu, cum omnibus versatur.

A τέχων ὡς δεῖ, ὁρᾷ τὰ ἀποκείμενα ἀγαθὰ τοῖς φίλοις αὐτῆς. Μόνα δὲ τὰ παρόντα περισκοπεῖ, ὁ παῤῥησίαν ἐν ἐκείνῃ μὴ ἐσχηκώς.

ρα'. Οὐ δύναται ὁ νοῦς ἐν καιρῷ τῆς εὐχῆς μετὰ παῤῥησίας λέγειν πρὸς τὸν Θεόν· *Διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς μου, σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως*, εἰ μὴ δειλίας καὶ ῥᾳθυμίας, πολυυπνίας τε καὶ ἀδηφαγίας, ἐξ ὧν τὸ πταίειν, ἐπιθυμίᾳ τῶν κρειττόνων, ἀποῤῥαγῇ.

ρβ'. Ἔξω τοῦ πρώτου καταπετάσματος ἵσταται, ὁ ἐν εὐχῇ ῥεμβόμενος· ἔνδοθεν γίνεται, ὁ μονολόγιστον ἐξανύων αὐτήν. Μόνος δὲ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων παρέκυψεν, ὁ μετὰ τῆς εἰρήνης τῶν φυσικῶν λογισμῶν καὶ τὰ περὶ τῆς πάντα νοῦν ὑπερεχούσης [οὐσίας] διασκεπτόμενος, καί τινος ἐκεῖθεν φωτοφα-
B νείας καταξιούμενος.

ργ'. Ὁπόταν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν σχολάσασα ᾖ ἡ ψυχή, τότε οἷά τις φλὸξ περικυκλώσασα ταύτην, ὡς σίδηρον καθάπαξ τῷ πυρὶ πεπυρακτωμένην ὅλην καθίστησι, καὶ ἔστι ψυχὴ μὲν ἡ αὐτή, οὐκέτι δὲ καὶ ἁπτή, ὡς οὐδὲ ὁ πυρακτωθεὶς σίδηρος, ταῖς ἔξωθεν ἐπαφαῖς.

ρδ'. Μακάριος ὁ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ οὑτωσὶ θεωρηθῆναι ἀξιωθείς, καὶ τὸν αὐτὸν φύσει πήλινον ἀνδριάντα, χάριτι πύρινον κατιδών.

ρε'. Τοῖς μὲν εἰσαγομένοις οἷά τις δεσπότης, ὁ νόμος ἐπίκειται τῆς εὐχῆς· τοῖς προκόψασι δέ, ὡς ἔρως ὁ συνελαύνων πεινῶντα καθάπερ πολυτελῆ πρὸς ἑστίασιν.

ρς'. Τοῖς καλῶς τὴν πρακτικὴν μετερχομένοις,
C ποτὲ μὲν ἡ εὐχὴ νεφέλη καθάπερ ἐπισκιάζουσα, τοὺς καυστικοὺς ἀπείργει ἐξ αὐτῶν λογισμούς· ποτὲ δὲ σταγόνας οἷα δακρύων τούτοις ἐπιψεκάζουσα, δείκνυσι τὰ πνευματικὰ θεωρήματα.

ρζ'. Ὠδὴ μὲν ἥδυσμα κιθάρας τῆς κρουομένης ὑπό τινος ἔξωθεν εὑρεθήσεται· ψυχὴ δὲ μὴ συνεργούσης αὐτῇ ἐν εὐχῇ τῆς ἐν πνεύματι μυστικῆς προσφωνήσεως, εὐκατάνυκτος οὐ πέφυκε δείκνυσθαι. Τὸ γάρ, *Τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν*, καὶ τὰ ἑξῆς, εἰς τοῦτο ἐνάγει τὸν προσευχόμενον.

Τοῦ αὐτοῦ.

Φωτίζεται νοῦς γνωστικῆς θεωρίας
Πρὸς ὕψος ἀρθείς, τοῖσδ' ἐπεντυχὼν λόγοις.

ρη'. Ἀναγκαῖον εἰδέναι τὸν γνωστικόν, πότε ὁ
D νοῦς αὐτοῦ εἰς τὴν χώραν τῶν νοημάτων ἐστίν· πότε δὲ εἰς τὴν τῶν λογισμῶν· καὶ πότε εἰς τὴν κατ' αἴσθησιν. Καὶ ἐν ταύτῃ πάλιν, εἰ ἐν τοῖς κατὰ καιρόν, ἢ ἐν τοῖς παρὰ καιρὸν μᾶλλον εὑρίσκεται.

ρθ'. Ἐν νοήμασιν οὐκ ὢν ὁ νοῦς, ἐν λογισμοῖς πάντως ἐστίν· ἐν λογισμοῖς δὲ ὤν, ἐν νοήμασιν οὐκ ἔστιν. Ἐν δὲ τῇ αἰσθήσει γενόμενος (q), μετὰ πάντων ἐστίν.

[21] Psal. cxv, 17. [22] Exod. xiv, 19. [23] Rom. viii, 26.

(q) Ἐν δὲ τῇ αἰσθήσει γενόμενος. Sunt hæc quasi ænigmatica. Quid sit mentem esse in sensu, dumque in illo est, et conceptus habere et ratiocinationes ; id est, res simpliciter et cum discursu intelligere, haud satis capio, nisi hoc vult Maximus, intelligentem nunquam absolvi, pro hoc sta-

ρι'. Διὰ τοῦ νοήματος μὲν ὁ νοῦς διέρχεται πρὸς τὰ νοητά· διὰ δὲ τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὰ λογικὰ ὁ λόγος· πρὸς δὲ τὴν πρακτικὴν, διὰ τῆς φαντασίας ἡ αἴσθησις.

ρια'. Εἰς ἑαυτὸν ὁ νοῦς συναγόμενος, οὐδὲν οὔτε τῶν κατὰ τὸν λογισμὸν θεωρεῖ· γυμνοὺς δὲ νόας καὶ θείας αὐγὰς, βλυζούσας εἰρήνην τε καὶ χάριν.

ριβ'. Ἄλλο ὁ νοῦς τοῦ πράγματος, καὶ ἄλλο ὁ λόγος αὐτοῦ· καὶ ἕτερον τὸ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν ἀναγόμενον. Καὶ τὸ μὲν ἔστιν οὐσία· τὸ δὲ, συμβεβηκός· τὸ δὲ, ἡ τοῦ ὑποκειμένου διαφορά.

ριγ'. Πολλὰς ὁδοὺς ἀνατέμνων ὁ νοῦς, ἀκόρεστος δείκνυται· πρὸς μίαν δὲ συναγόμενος τῆς εὐχῆς, πρὸ τῆς ἐντελείας στενοχωρούμενος φαίνεται, λιπαρῶν τὸν μέτοχον (r) ἀπολυθῆναι, πρὸς τὰ ἀφ' ὧν ἐξελήλυθεν.

ριδ'. Ἄνωθεν ἠγμένος ὁ νοῦς, οὐκ ἀναδραμεῖται αὖθις ἐκεῖσε, εἰ μὴ τελείαν τῶν κάτω ποιήσηται καταφρόνησιν διὰ τῆς περὶ τὰ θεῖα σχολῆς.

ριε'. Εἴ τε μὴ τὴν ψυχήν σου δύνῃ μετὰ μόνων ποιῆσαι τῶν περὶ αὐτὴν λογισμῶν, κἂν τὸ σῶμα σου μονάζειν ἀνάγκαζον, τὴν περὶ αὐτὸ ἀθλιότητα διὰ παντὸς ἐννοούμενος· οὕτω γὰρ τῷ χρόνῳ ἐλέει Θεοῦ, καὶ πρὸς τὸ πρῶτον ἀναδραμεῖν δυνήσῃ τῆς εὐγενείας ἀξίωμα.

ρις'. Ὁ μὲν πρακτικὸς ὑποτάσσειν εὐκόλως δύναται τὸν νοῦν τῇ εὐχῇ· ὁ δὲ θεωρητικὸς, τὴν εὐχὴν τῷ νοΐ. Ὁ μὲν ἀπὸ τῶν φαινομένων συστέλλων σχημάτων τὴν αἴσθησιν· ὁ δὲ τὴν ψυχὴν πρὸς τοὺς ἐγκεκρυμμένους τοῖς ῥήμασι λόγους μεταβιβάζων. Καὶ ὁ μὲν σωμάτων πείθει λόγους τὸν νοῦν ἐννοεῖν· ὁ δὲ ἀσωμάτων κατανοεῖν. Ἀσώματοι δέ εἰσι λόγοι σωμάτων, ἰδιότητές τε καὶ οὐσίαι αὐτῶν.

ριζ'. Ὅταν τὸν νοῦν σου τῆς τῶν σωμάτων, καὶ βρωμάτων, καὶ χρημάτων ἡδυπαθείας ἐλευθερώσῃς, τότε καὶ ὅπερ ἂν ποιεῖς, δῶρον καθαρὸν τῷ Θεῷ λογισθήσεται· ἀντιδοθήσεται δέ σοι τοῦ διανοιγῆναι

A 110. Per animi sensum atque conceptum transit mens ad spiritalia, et ea, quæ illa sola intelliguntur: per ratiocinationem vero et discursum, ratio ad ea quæ rationalia (sic quasi rationi subjecta) sunt. Postremo sensus ad actionem, per eam vim quæ imagines informat, et cogitandi facultates vocatur.

111. Mens in seipsam collecta, nihil eorum considerat, quæ vel sensu percipiuntur, vel ratiocinatione et discursu noscuntur; sed nudas mentes divinosque fulgores, large pacem scaturientes et gratiam.

112. Aliud est rei intellectus, aliud ejus ratio; aliud denique quod sub sensum reducitur. Primum, B substantia est; alterum, accidens; postremum, subjecti differentia.

113. Mens plures iniens vias, insatiabilis noscitur: ad unam vero collecta, quæ est orationis, cum necdum nacta est perfectionem, angustari videtur; rogans qui sit particeps, ad ea dimitti unde exierat.

114. E cœlo devectus animus, non eo rursus evadat postliminio reversus, nisi vacando divinis, terrena hæc inferioraque contempserit.

115. Sin minus licet sic componere animum, ut cum solis circa ipsum cogitationibus versetur, vel corpus tuum solitarium esse coge, eam quæ illi adjacet miseriam continue cogitans: sic enim processu temporis, ad pristinam quoque licebit Dei C clementia redire ingenuitatis præstantiam.

116. Is quidem qui actione defungitur, facile mentem subjicere potest orationi; qui vero contemplationi studet, orationem menti. Alter quidem, contrahendo sensum ab eorum figuris quæ in aspectum cadunt; alter vero, animum transferendo ad rationes latentes in verbis. Ac quidem alter, menti auctor est ut corporum rationes consideret; alter vero, ut incorporeorum plene intelligat. Sunt vero incorporeæ corporum rationes, eorumque cum proprietates tum essentiæ.

117. Cum mentem tuam a corporum et ciborum ac pecuniarum voluptario affectu 654 ac libidine liberaveris, tunc quidquid feceris, munus Deo mundum reputabitur, retribueturque tibi ut ape-

tu, a phantasmate, quod sensui ascribit. Sive enim ipsam rei quidditatem intelligat, quod vocat νόημα (id est conceptum mentis ac intellectum), sive circa accidentia et proprietates discurrat, quod λογισμὸν indigetat, omnino necesse est, ut phantasma, quasi omnis ejus cognitionis basim, speculetur, in quo et accidentia, et ipsa essentia illis involuta, eluceat. Τὰ λογικὰ quod vocat, ea quæ discursu ac ratione cogitante intelliguntur (passive scilicet utendo illa voce) paulo insolentius est. Affine tamen est, quod λογικὴν στάσιν dicunt rhetores, *statum rationalem*. Quintilianus, l. III, c. 5: *Illud jam omnes fatentur, esse quæstiones aut in scripto, aut in non scripto: in scripto, sunt de jure: in non scripto, de re: illud legale, hoc rationale.* Hermagoras atque eum secuti vocant, νομικὸν et λογικόν. Item Cicero, *Tusc.* l. IV: *Habes ea quæ de perturbationibus enucleatius disputant Stoici: quæ λογικὰ appellant, quia asseruntur subtilius.* Sic itaque hic D Maximus, λογικά, non ipsa ratione prædita, sed quæ sic ratione percipiuntur; et quæ *rationalia*, eadem cum Græcis vocis ὁμωνυμία cogimur dicere, quod non distinctæ voces, ut sunt τὸ νοητὸν et τὸ νοερὸν etsi nec in illis auctores satis accurati sunt, nec, raro eorum significata confundant, ac quod passive sonat, active accipiant, vicissimque.

(r) *Λιπαρῶν τὸν μέτοχον*. Placebat magis ut esset τὸν κάτοχον. Rogans eum, qui vir spiritalis sit, ἔνθεος, plenus Spiritu ac oratione provectus, ejusque nactus perfectionem; quique adeo quiete in illa fruatur; præ laboris scilicet impatientia, ut in aliis sic dissipatis (actioni scilicet addictum) morari sinat: ac vel maxime, quod ea vox κάτοχος, etiam activam significationem quandoque admittat. Sic enim ille in orationis exercitio detinentem Patrem spiritalem, ab ea dimittere, sic quasi tædio victus propense roget.

riantur oculi cordis tui, et ut in Dei legibus in eo occultis clare mediteris; quæ quidem super mel et favum spiritali gutturi tuo videbuntur [24], præ dulcedine quæ ex illis diffunditur.

118. Fieri non potest ut corporum pecuniarumque ac necessariorum ciborum cupiditate superiorem efficias animum, nisi in mundam justorum regionem eum induxeris, in qua Dei mortisque memoria supergerminans, germen omne rei desiderabilis e terreno corde delebit.

119. Mortis cogitatione nihil formidolosius est, nec Dei memoria quidquam admirabilius. Altera quidem, salutarem tristitiam præstare habet; altera tribuere mentis lætitiam. Ait enim Propheta, *Memor fui Dei, et delectatus sum* [25]. Sapiens quoque: *Memorare novissima tua, et non peccabis* [26]. Fieri enim non potest, ut quis alterum obtineat, quin prioris acerbitatem ejus ipso periculo noverit.

120. Donec mens revelata facie Dei claritatem conspexit [27], non potest animus dicere in sensu suo: *Ego vero delectabor in Domino* [28], *exsultabo in salutari ejus* [29]. Velamen enim cæci ac carnalis amoris super cor ejus positum est, ut non revelentur ei fundamenta orbis terræ (rerum scilicet conditarum rationes), nec ab illo auferetur absque laboribus sponte assumptis atque extrinseco agente illatis.

121. Non post fugam ex Ægypto (post peccatum scilicet quod actu perpetratur), neque post maris transitum (libidinis superatam servitutem); sed post moram in deserto, quæ videlicet inter malitiæ effectus motusque media intercedat, Israelitici populi ductori concessum explorare terram promissam [30] (tranquillissimi animi statum ac imperturbationem), missa in eam rem aspectrice virtute sua ac procul inspectrice [31].

122 Hi qui in deserto sedent, qui scilicet a malis otiantur, auditu solo beatæ illius terræ bona perceperunt. Qui vero etiam exploratores fuerunt, hi nimirum res ipsas oculis usurpando, subtilius animo intellexerunt. At qui in eam ingredi meruerunt, toto sensu ex ea fluentibus in lactis morem ac mellis (prima scilicet et secunda contemplatione) rationibus saturati sunt [32].

655 123. Nondum cum Christo crucifixus est, qui naturales carnis adhuc motus habet: nec cum illo sepultus est, qui animi desideria ac cupiditates

A τοὺς τῆς καρδίας σου ὀφθαλμοὺς, καὶ τρανῶς ἐμμελετᾷν τοῖς ἐγκεκρυμμένοις ἐν αὐτῇ νόμοις Θεοῦ, οἵτινες ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τῷ νοητῷ σου λογισθήσονται λάρυγγι, τῇ ἀπ' αὐτῶν ἐκδιδομένῃ ἡδύτητι.

ριη'. Οὐ δυνήσῃ σωμάτων καὶ χρημάτων, καὶ τῆς τῶν ἀναγκαίων βρωμάτων ἐπιθυμίας ὑπέρτερον ποιῆσαι τὸν νοῦν, εἰ μὴ ἐν τῇ καθαρᾷ τῶν δικαίων χώρᾳ εἰσάξῃς αὐτόν· καθ' ἣν, ἥ τε τοῦ θανάτου καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ μνήμη ἐπαναβλαστήσασα, ἀπὸ γηΐνης καρδίας ἀπαλείψει πᾶν ἐνθυμίου ἀνάστημα.

ριθ'. Οὐδὲν οὔτε ἐννοίας θανάτου φοβερώτερον, οὔτε Θεοῦ μνήμης θαυμασιώτερον. Ἡ μὲν γάρ ἐστι λύπης σωτηριώδους παρεκτική· ἡ δὲ, εὐφροσύνης χαριστική. *Ἐμνήσθην* γὰρ, φησὶν ὁ Προφήτης, *τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην*. Καὶ ὁ Σοφός· *Μιμνήσκου* B *τὰ ἔσχατά σου, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεις*. Ἀδύνατον γάρ τινα τοῦ δευτέρου ἐν κατασχέσει γενέσθαι, μὴ πεῖραν τῆς τοῦ προτέρου λαβόντα στυφότητος.

ρκ'. Ἕως ἂν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ οὐκ ἴδῃ ὁ νοῦς, οὐ δύναται ἡ ψυχὴ λέγειν ἐν αἰσθήσει αὐτῆς· *Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ τερφθήσομαι· ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ*. Κάλυμμα γὰρ κεῖται τὸ τῆς φιλαυτίας ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς, πρὸς τὸ μὴ ἀνακαλυφθῆναι αὐτῇ τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης, ἅτινά εἰσιν οἱ λόγοι τῶν γεγονότων, ὅπερ ἐξ αὐτῆς οὐ περιαιρεῖται, ἑκουσίων πόνων καὶ ἀκουσίων χωρίς.

ρκα'. Οὐ μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου φυγήν· ἥτις ἐστὶν ἡ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία· οὐδὲ μετὰ τὴν C θαλάσσης διάβασιν, τῆς κατὰ σχέσιν λέγω δουλείας· ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐν ἐρήμῳ διατριβὴν, μεταξὺ κειμένην ἐνεργημάτων καὶ κινημάτων κακίας, τοῦ Ἰσραὴλ ὁ δημαγωγὸς (s) κατασκοπεῖν δύναται τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀπάθεια, τὴν ὀπτικὴν ἀποστέλλων καὶ ἐποπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν.

ρκβ'. Οἱ μὲν ἐν τῇ ἐρήμῳ καθήμενοι, τουτέστιν, ἐν τῇ τῶν κακῶν ἀνενεργησίᾳ, ἀκοῇ μόνῃ τῆς μακαρίας ἐκείνης γῆς τὰ ἀγαθά.... οἱ δὲ τὰ ἐν ἐκείνῃ κατασκοπήσαντες, ἐν περινοίᾳ δηλονότι ψυχῆς τῶν ὁρωμένων θεωρίας γεγόνασι. Οἱ δὲ καταξιωθέντες ἐν αὐτῇ εἰσελθεῖν, ὅλῃ τῇ αἰσθήσει τῶν ἐξ αὐτῆς ἀποῤῥεόντων ὡς γάλα καὶ μέλι, τῆς πρώτης φημὶ καὶ δευτέρας θεωρίας (t), λόγων D ἐνεφορήθησαν.

ρκγ'. Οὔπω συνεσταυρώθη Χριστῷ, ὁ ἔτι φυσικὰς κινήσεις ἔχων σαρκός· οὐδὲ συνετάφη, ὁ ψυχικὰς ἐνθυμήσεις ἐπισυρόμενος· πῶς οὖν συναναστῇ αὐ-

[24] Psal. XVIII, 11. [25] Psal. LXXVI, 4. [26] Eccle. VII, 40. [27] II Cor. III 18. [28] Psal. CIII, 34. [29] Psal. IX, 16. [30] Deut. II, 26; Josue II, 1. [31] Deut. XXXI, 2; XXXIV, 1. [32] Exod. III, 8.

(s) *Τοῦ Ἰσραὴλ ὁ δημαγωγός*. Josue scilicet, qui sic duos viros, sive ut habent οἱ LXX, νεανίσκους, *juvenes*, exploratum misit, omni jam deserti superato itinere. Exponit autem Maximus allegorice, τὴν ὀπτικὴν καὶ ἐποπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν· *cernendi vim et inspiciendi*, sensum scilicet et intellectum; id est mentem, quæ est vis illa ἐποπτική, qua licet tantisper ipsa divina inspicere, et παρακύπτειν, quasi a longe avide inclinando prospicere: quæ vitæ hujus summa nostra perfectio est. De Mose, qui velit accipere, qui et ipse speculatores misit, et a longe etiam terram aspexit, monstrante illi Deo e monte, cum moriturus esset, nec hic a Maximi scopo abierit: nam et hæc ἐποπτεία sit, et quanta mortalibus concessa Dei notitia ac speratæ beatitudinis.

(t) *Τῆς πρώτης καὶ δευτέρας θεωρίας*. Videtur primam contemplationem dicere, quæ quasi speculatorum ac fugax est; secundam, quæ ipsa stabilis, velut possidentium jam beatam illam terram.

τῷ ὁ τοιοῦτος, ἐν καινότητι ζωῆς πολιτεύσασθαι (u). A

ρκδ'. Τριῶν οὐσῶν τῆς ψυχῆς περιεκτικωτέρων ἀρετῶν (v), νηστείας, εὐχῆς τε καὶ σιωπῆς, ἀναγκαῖον τὸν μὲν ἐξ εὐχῆς λύεσθαι μέλλοντα, εἰς τὴν θεωρίαν ἐπαναπαύεσθαι· τὸν δὲ ἐκ σιωπῆς, εἰς ἠθικὴν ὁμιλίαν, εἰς δευτέραν καὶ κεχαρισμένην τροφὴν τὸν νηστεύοντα.

ρκε'. Ἐν τοῖς οἰκείοις ἕως ὑπάρχει ὁ νοῦς, σώζει τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἀγαθός τε καὶ συμπαθὴς εὑρισκόμενος. Ἐν δὲ τοῖς κατ' αἴσθησιν γεγονώς, εἰ μὲν εὐχερῶς καὶ [μὴ] προσηκόντως (x) κατέρχεται, πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων, ἐν ἐκείνοις εὐρωστῶν, αὖθίς τε πρὸς ἑαυτὸν ἐπανέρχεται, περὶ τὸν καιρὸν καὶ τὴν χρείαν, ὥς τις στρατηγὸς ἀπερίσκεπτος εὑρεθήσεται, τὸ πολὺ αὐτοῦ ὑποτεμνόμενος τῆς δυνά- B μεως ἐν τῷ μάχεσθαι. Πλὴν οὐ πάντες ἐκείνου ἐκτὸς εὑρεθήσονται, ὅσοι ἐντὸς τοῦ ἐμπεριεχομένου γενέσθαι οὐκ ἴσχυσαν.

ρκς'. Ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος, ξένας τὰς ἑαυτοῦ ἀκτῖνας ἐξ οἰκίας κεκλεισμένης καθίστησι· οὐκ ἂν δὲ τὰς οἰκείας ὁ νοητὸς ἐπαφήσει, τῇ μὴ κεκλεισμένας ἐχούσῃ τὰς αἰσθήσεις ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ψυχῇ.

ρκζ'. Γνωστικός ἐστιν, ὁ τὰς μὲν καταβάσεις αὐτοῦ μεγαλοπρεπῶς· ταπεινοπρεπῶς δὲ τῆς ψυχῆς τὰς ἀναβάσεις διατιθέμενος.

ρκη'. Μέλιττα μὲν λειμῶνα περινοστοῦσα, ἐκεῖ- C θεν τῷ μέλιτι τὰς ἀφορμὰς προσπορίζεται· ψυχὴ δὲ εἰς αἰῶνας περισκοποῦσα, ποικίλον αὐτόθεν τὸν γλυκασμὸν τῇ διανοίᾳ ἐνίησιν.

ρκθ'. Ἡ ἐμφαγοῦσα μὲν ἔλαφος ὄφεις, ἰὸν τοῦ σβέσαι, πρὸς ὑδάτων τρέχει πηγάς· ψυχὴ δὲ ἡ βέλεσι θείοις τρωθεῖσα, ἄπαυστον ἕλκει τὸν τρώσαντα ἔρωτα.

ρλ'. Ψιλοὶ μὲν λογισμοὶ τῇ μοναδικῇ ζωῇ ἐπιφύονται· ἐπιλογισμοὶ δὲ τῇ δυαδικῇ· τῇ δὲ πολυ-

trahit. Qui ergo fiat, ut hic talis cum eo resurgat, ut in novitate vitæ ambulet [33]?

124. Cum tres animi sint generaliores virtutes, jejunium et oratio ac silentium; necesse est, ut qui ex oratione soluturus est, in contemplationem desinat: qui ex silentio, in morum fabulationem; in alterum vero ac concessum cibum, is qui jejunat.

125. Quandiu animus in suis versatur, hoc quod est ad similitudinem servat, qui bonus exsistat et misericors. Dum autem in iis quæ ad sensum spectant, siquidem temere levique ex causa, et non pro eo ac decet officiique ratio postulat, descendit, dans experimentum et sumens, in illis robustus ac vigens, ad seque rursus revertitur; cum occasio ac necessitas tulerit, velut dux quidem inconsideratus nec satis prudens exstiterit, qui longe magnam sui exercitus partem pugnando [ante pugnam] amiserit. Cæterum non omnes ab hac immunes noxa invenientur, quotquot nimirum intra præsidium se continere non potuerunt.

126. Sol iste sensui expositus, occlusam domum radiorum suorum luce non affundit: at vero spiritalis ille, haud fulgores suos in animum immittat, quin rebus in aspectum cadentibus occlusos sensus habuerit.

127. Vir spiritalis et sapiens est, qui descensus suos magnifice; animi vero ascensus humili modestoque sensu disponit.

128. Apis pratum oberrans ac lustrans, melli fabricando materiam congerit: animusque sedulo sæcula considerans, variam inde dulcedinem menti injicit.

129. Cervus exesis serpentibus, ut venenum exstinguat, ad fontes aquarum currit [34]: animus vero divinis saucius jaculis, immortalem adversus vulnerantem amorem trahit.

130. Nudæ simplicesque cogitationes proclive succrescunt vitæ solitariæ: ei vero quæ duorum

[33] Rom. VI, 4. [34] Psal. XLI, 2.

(u) *Ἐν καινότητι ζωῆς πολιτεύσασθαι.* Posuerit Maximus hanc vocem, ut exponentem eam, qua Paulus usus est, περιπατήσωμεν, quam et expressi in versione. Sic enim ambulare, conversari est, talibusque rationibus ac disciplina vitam componere et exigere. Legisse Maximum πολιτεύσωμεν, non ausim asserere.

(v) *Περιεκτικωτέρων ἀρετῶν.* Sic et Marcus generales virtutes vocat: præcepta quoque generalia et particularia, cap. 25 *De justitia ex oper.* ἐντολὴν περιεκτικὴν dicit, qua Deus jubet πᾶσιν ἀποτάξασθαι τοῖς ὑπάρχουσιν· *abrenuntiare omnibus facultatibus:* μερικὴν, qua μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, *tribuere ei qui non habet. De oratione*, cap. 89, πᾶσαν ἐργασίαν ἐντολῶν ἐν αὐτῇ περικεκλεῖσθαι· *includi in ea omnem operationem virtutum:* quam et κεφαλαιωδεστέραν maxime probat, cap. 154, sic nimirum summariam, ut nihil in specie oremus, sed solum Dei regnum et doctrinam ejus quæramus. Hic Maximus generales virtutes vocat, quæ pluribus, seu etiam omnibus conducant; non quod alias omnes complectantur; qua ratione sola dilectio Dei et proximi, omnium ἐντολῶν περιεκτικωτάτη merito Marco dicitur, cap. 211, δευτέρα κεχαρισμένη τροφή, cibus sit in secundis concessus; nempe corporalis, pro justa corporis necessitate, D ejusque indulgentia, Dei munere donatus.

(x) *Εὐχερῶς καὶ μὴ προσηκόντως.* Addidi negationem, quod vocum opposita omnino ratio, nec possit aliquis sic εὐχερῶς, *levi ex causa et temere* ad sensilia descendere, et προσηκόντως, *convenienter* justaque et æqua ratione; quomodo etiam perfecti in illis versantur, nullo aut levi suo detrimento, quod ipsum luculenter justæ necessitatis sarciat ratio, ac charitatis ipsa lex: nec Maximus ab ejusmodi descensu, sua hac sententia ac exemplo, debuit deterrere, sed solum a priore. Quod erat ἐν τοῖς θείοις, mutavi ἐν τοῖς οἰκείοις. Plane enim componit mentem secum ipsam, ut spiritalia sectatur, et ut se ad sensum demittit: quo priore modo in propriis versatur, et ut mens agit, τὸ, ἐν τῷ μάχεσθαι, proclive mutem, πρὸ τοῦ μάχεσθαι· *ante pugnam*, quæ certe magna ducis imprudentia est, dum copias deterit quasi velitando et excurrendo, ante justi prælii molem, quo de rerum summa decernendum sit.

pluriumve consortio agitur, seriæ magis ac repetitæ immorantesque cogitationes. Cæterum animo qui multis divisus est, abscedunt quidem cogitationes; mentes vero solæ corporibus nudæ illi accedentes manifeste apparent, Providentiæ ac judicii, velut quædam fundamenta terræ, revelantes rationes [35].

A σχιδεῖ ψυχῇ. λογισμοὶ μὲν ἀπελήλανται· νόες δὲ μόνοι γυμνοὶ σωμάτων (y) αὐτῇ προσπελάζοντες, τοὺς περὶ Προνοίας καὶ κρίσεως λόγους, ὥς τινα θεμέλια γῆς ἀνακαλύπτοντες, αὐτῇ ἐμφανίζουσιν.

656 131. Cogitationes, nec partis sunt animi carentis ratione, non enim cogitatio (id est, ratiocinatio) in brutis est; neque mentis sunt, nam neque in angelis. Cum ergo facultatis rationis germina sint, velut scala, facultate utentes informante species, a sensu ad mentem ascendunt, quæ sunt illius ei nuntiantes; descenduntque ex illa ad ipsum, quæ ejus sunt illi documento tradentes.

ρλα'. Οἱ λογισμοὶ, οὔτε τοῦ ἀλόγου μέρους εἰσὶ τῆς ψυχῆς· οὐδὲ γάρ ἐστι λογισμὸς ἐν τοῖς ἀλόγοις· οὔτε τοῦ νοεροῦ· ἐπεὶ μηδὲ ἐν ἀγγέλοις· αὐτῆς δὲ τῆς λογικῆς ὄντες γεννήματα, ὡς κλίμακι τῇ φαντασίᾳ χρώμενοι, ἀναβαίνουσι μὲν πρὸς τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως, τὰ ἐκείνης αὐτῷ ἀπαγγέλλοντες· καταβαίνουσι δὲ πρὸς αὐτὴν ἐξ αὐτοῦ τὰ ἐκεί- B νου ὑποτιθέμενοι.

132. Velut quidam e profundo sursum emergentes, ac, quo adjutore utantur, quemquam apprehendere nitentes illique adhærere, sic malæ se cogitationes habebunt, dum ratis in modum, lacrymarum diluvio vitium in periculum vocatur.

ρλβ'. Ὥς τινες ἐκ βυθοῦ ἀναφερόμενοι, καί τινος εἰς βοήθειαν ἐπιλαβέσθαι πειρώμενοι, οἱ πονηροὶ λογισμοὶ εὑρεθήσονται, ὁλκάδα καθάπερ, κινδυνευούσης τῆς κακίας δακρύων κατακλυσμῷ.

133. Pro subjecta animi qualitate, vel, ut piratarum more pelagi profundo mergant, vel, ut instar remigum laboranti maris periculo pariter opem ferant, circa eum coguntur cogitationes ac rationes; aliæ quidem in pelagus trahentes turpium cogitationum; aliæ vero proximam oram legentes, ut ad tranquilla mentem littora impellant.

ρλγ'. Κατὰ τὴν ὑποκειμένην ποιότητα τῆς ψυχῆς, ἢ ὡς πειραταὶ καταποντίζειν, ἢ ὡς ἐρέται συμβοηθεῖν κινδυνευούσῃ, οἱ περὶ αὐτὴν συνάγονται λογισμοί· οἱ μὲν πρὸς πέλαγος ἐννοιῶν ἕλκοντες τῶν ἀπρεπῶν λογισμῶν· οἱ δὲ τὴν ἄσσον παρεκλεγόμενοι, καὶ πρὸς γαληνίους ἀκτὰς τὸν νοῦν ἐποκέλλουσιν.

134. Septimum inanis gloriæ vitium, qui ut extremam tunicam excutere velit animus, nisi illo superiora exuerit, haud possit octavam postmodum superinduere cogitationem, quam et cœlestem habitationem vocare novit divinus Apostolus [36], ac per gemitus eum superinduere, qui ejus causa terrenis nudi exsistant.

C ρλδ'. Ἕβδομον τὸν τῆς κενοδοξίας λογισμὸν (z) ὄντα, ἡ ἐφιεμένη ὡς ἔσχατον ἀποβαλέσθαι χιτῶνα ψυχὴ, εἰ μὴ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπεκδύσηται, οὐ δυνήσεται μετ' αὐτοὺς ὄγδοον ἐπενδύσασθαι. Ὃν καὶ οἰκητήριον οὐράνιον καλεῖν οἶδεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ διὰ στεναγμῶν ἐπενδύεσθαι τοὺς δι' αὐτὸ τῶν ὑλικῶν γυμνητεύοντας.

135. Perfectæ orationi objici solent cogitationes, angeli; mediæ, spiritales; rudimentariæ, naturales.

ρλε'. Τῇ μὲν τελείᾳ εὐχῇ, ἄγγελοι παραβάλλειν πεφύκασι λογισμοί· τῇ δὲ μέσῃ, πνευματικοί· τῇ δὲ εἰσαγωγικῇ, οἱ φυσιολόγοι.

136. Quemadmodum grani generosa vis per spicam manifestari solet, sic et contemplationis veritas per orationem. Ac spica quidem velut armata quædam spicula circum aristas habet, quæ aves semina legentes arceant; oratio vero eas cogitationes quæ philosophantur in tentationibus, ut adversantes interimant.

ρλς'. Ὥσπερ τὸ εὐγενὲς τοῦ κόκκου διὰ τοῦ στάχυος, οὕτω καὶ τὸ εἰλικρινὲς τῆς θεωρίας διὰ προσευχῆς εἴωθεν ἐμφανίζεσθαι· κέκτηται δὲ ὁ μὲν, εἰς ἀποτροπὴν τῶν σπερμολόγων ὀρνέων, οἷά τινα δό- D ρατα, τοὺς περιστοιχοῦντας ἀνθέρικας· τὸ δὲ, τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐν πειρασμοῖς λογισμοὺς, πρὸς τὴν ἐκείνων ἀναίρεσιν.

137. Quæ animi oculis conspicua sunt (actione scilicet) velut columbæ pennæ deargentatæ sunt [37]:

ρλζ'. Τὰ μὲν ὁρώμενα τῆς ψυχῆς, διὰ τὴν πρᾶξιν, περιστερᾶς περιηργυρωμένα καθάπερ εἰσὶ πτε-

[35] Psal. xvii, 16. [36] II Cor. v, 2. [37] Psal. lxvii, 14.

(y) *Νόες μόνοι γυμνοὶ σωμάτων*. Quas hic mentes vocat Maximus, ipsæ sint quæ cogitationes succendunt atque dæmones, sic nimirum profligatæ vitæ hominibus præsentiam aut quasi præsentiam, nudam exhibentes: velut etiam mentes sanctæ, eximiæ sanctitatis viris, quandoque ipsæ, non in somnis, aut moventes vim cogitandi; sed coram præsentia quasi corporali apparent, divinaque eos docent: qui gradus prophetiæ aliis jam dictis, auctore etiam angelico Doctore, altior exsistit. Obscura tamen tota hic Maximi mens et doctrina, ac num ipsi sine discursu conceptus mentis altiores, ita vocati νόες.

(z) *Τὸν τῆς κενοδοξίας λογισμόν*. Vitium sonat illa vox, cum de talibus dicitur. Vitiosas alii cogitationes, vocant, de quibus exstant Cassiani, Nili, et aliorum tractatus. Septem ergo seu vitiis, seu vitiosis cogitationibus, ipsaque postremo excussa inanis gloriæ labes, superest, ut octavam cogitationem, non jam vitiosam, sed quæ vitiis seu affectibus eliminatis succedit, superinduamus; quam communius Maximus aliique spiritales τὴν ἀπάθειαν vocant; domicilium cœleste, quod gemitibus ac lacrymis paratur.

ρί· τὰ δὲ νοούμενα, φημὶ δὴ τὰ μετάφρενα (a), διὰ τὴν θεωρίαν ὡς ἐν χλωρότητι χρυσίου καθίσταται· ἡ γὰρ μὴ οὕτως ὡραιωθεῖσα ψυχὴ, πετασθῆναι καὶ καταπαῦσαι οὐ δύναται, ἔνθα πάντων εὐφραινομένων ἡ κατοικία ἐστίν.

A quæ autem mente intelliguntur (dorsi nimirum posteriora) contemplationis munere in pallore auri consistunt. Animus enim non sic formosus ac venustus, evolare non potest ac quiescere, ubi lætantium omnium habitatio est [38].

Λειμὼν ἐνθάδε καρπῶν πεπληρωμένος,
Πνευματικῆς πράξεως καὶ θεωρίας.

Pratum hic fructibus scatens,
Spiritalis actionis et contemplationis.

ρλη'. Ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ, πάλαι μὲν τοῖς παλαιοῖς προσφέρειν ἐν τῷ ναῷ προσετέτακτο. Νυνὶ δὲ ἡμᾶς, πρακτικῆς μὲν ἀπαρχὰς, ἐγκράτειαν δεῖ Θεῷ προσφέρειν καὶ τὴν ἀλήθειαν· θεωρητικῆς δὲ ἀρετῆς, ἀγάπην καὶ προσευχήν· δι' ἐκείνων μὲν, ἀλόγου ἐπιθυμίας καὶ τοῦ θυμοῦ τὰς ὁρμὰς ἀνακόπτοντας· διὰ τούτων δὲ, ἐννοίας κενὰς, καὶ τὰς ἐκ τούτων ἐπιβουλάς.

657 138. Antiquis olim præceptum erat, ut areæ ac torcularis primitias in templo offerrent [39]. Nunc vero decet nos, actionis quidem primitias, continentiam ac veritatem Deo ipsi offerre; ejus vero virtutis quæ contemplatione nitet, charitatem et orationem : qui nimirum aliis quidem alienæ a ratione cupiditatis iræque appetitiones exscindamus; B aliis vero, inanes cogitationes, et quæ inde ingruunt insidiæ et fraudes.

ρλθ'. Πρακτικῆς ἀρχὴ μὲν, ἐγκράτεια καὶ ταπείνωσις, ἀλήθεια, σωφροσύνη καὶ ταπεινοφροσύνη· τέλος δὲ αὐτῆς, λογισμῶν εἰρήνη καὶ ἁγιασμὸς σώματος.

139. Ejus virtutis quæ actionem colit, principium, continentia, humilitas, veritas, temperantia et castitas, sensus modestia et sobrietas : finis, pacata rationibus mens et corporis sanctimonia.

ρμ'. Πρᾶξίς ἐστιν, οὐ τὸ πράττειν καλῶς δύνασθαι μόνον τὰ καλὰ, ἀλλὰ καὶ τὸ ὡς δεῖ πράττειν αὐτὰ, τὸν καιρὸν καὶ τὸ μέτρον πρὸς τὰ πρακτέα συνεπιφερομένου τοῦ πράττοντος.

140. Actio est, nedum ut honeste præstare possis quæ honesta sunt, sed ut etiam præstes qua decet ratione præstare; ut et tempus modumque. cum his quæ agenda sunt, agens conferat.

ρμα'. Θεωρία ἐστὶν, οὐ τὸ θεωρεῖν μόνον ὡς ἔχουσι τὰ σώματα φύσεως, ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν πρὸς τί βλέπουσιν.

141. Contemplatio est, ut non solum consideres quæ sit corporum natura atque indoles; sed ut etiam quo respiciant eorum rationes consideres.

ρμβ'. Οὐκ ἔστιν οὔτε πρᾶξις ἀσφαλὴς θεωρίας ἐκτὸς, οὔτε θεωρία ἀληθὴς πράξεως ἄνευ. Χρὴ γὰρ καὶ πρᾶξιν ἐλλόγιμον εἶναι, καὶ θεωρίαν ἔμπρακτον· ἵνα τῇ μὲν, ἀνίσχυρον εὑρίσκηται ἡ κακία· τῇ δὲ, δυνατὴ ἡ ἀρετὴ ἐν εὐδοκίαις χρηστότητος.

142. Nec actio tuta est citra contemplationem, neque vero contemplatio citra actionem. Oportet C enim et actionem quasi eruditam ac imbutam ratione esse, et contemplationi actionem hærere; quo nimirum, hinc quidem invalida inveniatur malitia, hinc vero potens virtus ad præstanda quæ libuerit mitissima munera.

ρμγ'. Πέρας μὲν πρακτικῶν, ἡ νέκρωσις τῶν παθῶν· τέλος δὲ γνωστικῆς, ἡ θεωρία τῶν ἀρετῶν.

143. Activorum meta, affectuum libidinumque mortificatio : gnosticorum finis, virtutum contemplatio.

ρμδ'. Ὡς ὕλη τῷ εἴδει, οὕτω πρᾶξις τῇ θεωρίᾳ· καὶ ὡς ὀφθαλμὸς προσώπῳ, οὕτω θεωρία τῇ πράξει ὀφθήσεται.

144. Quemadmodum materia ex forma, sic et actio ex contemplatione; ac sicut oculus ex facie, sic ex actione contemplatio conspicietur.

ρμε'. Ἐν τῷ κατὰ τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν σταδίῳ, πολλοὶ μὲν τρέχουσιν· εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον, ὁ πρὸς τὸ πέρας αὐτῆς ἐλθεῖν τῇ θεωρίᾳ ἐπιθυμῶν.

145. Multi in virtutis quæ actionem colit stadio currunt, sed unus accipit palmam [40], qui scilicet ad ejus finem venire contemplationis compendiis cupit.

ρμϛ'. Κατανύξεως μὲν πόμα πίνει ὁ πρακτικὸς ἐν εὐχῇ· ποτηρίῳ δὲ κρατίστῳ μεθύσκεται, ὁ θεω-

D 146. Activus compunctionis potum in oratione bibit : inebriatur vero optimo calice [41], qui studet

[38] Psal. LXXXVI, 7. [39] Exod. XXII, 23, 25. [40] I Cor. IX, 24. [41] Psal. LIX, 5; XXII, 5.

(a) *Τὰ μετάφρενα.* Sunt quæ alii vocant μεταυχένια. Suid. ὁ μεταξὺ τῶν ὤμων τόπος. *Locus inter humeros : terga, dorsum.* Suppletque Portus, *quod a tergo præcordiis est objectum :* sumpsitque ex Vaticano, cujus hæc sunt verba, Μετάφρενα. τὰ νῶτα, ὅτι ἐξόπισθεν τῶν φρενῶν κεῖται· φρένες δὲ, ὑμένες εἰσὶ μεταξὺ τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος· *Quod retro* τῶν φρενῶν *posita sunt : φρένες enim membranæ sunt inter cor. et jecur.* Τὸ, ἐν χλωρότητι χρυσίου, quod Syxt. interpres reddere maluit, Hilarium secutus et August., *in viriditate auri*, quam quod Vulg. reddiderat, non probo. Liquet enim virorem et viriditatem non apte diei de auro (quidquid Hilarius, *vigorem quemdam æternum* putet ea voce significari), sed potius fulvorem et pallorem, qui auri color optimus est : auctor enim Galenus χλωρὸν ἀντὶ ὠχροῦ sumi; nec Hyppocrates aliter usurpat. Plinius quoque sic accepit apud Dioscorid. lib. III, cap. 79, *De Smyrnio*, φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μὲν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ χλωρὸν ἢ ὑπόλευκον· ipse sic vertit lib. XXVII, cap. 13 : *Cortex ejus foris niger, intus pallidus.* Cum viride saturum significare volunt auctores, πρασοειδὲς vocare solent, et ὡσεὶ πράσον, *quasi porro simile*, convenitque quibusdam lapillis et herbis; auro, nunquam.

contemplationi. Alter quidem in his philosophatur A quæ sunt ex natura; alter vero in oratione seipsum nescit.

147. Non sinitur activus diutius in spiritali contemplatione morari. Invenitur enim ut apud aliquem hospitio exceptus, ac qui cito illius domo egrediatur.

148. Ingrediuntur activi inter orandum, portas mandatorum Dei; ut vero **658** in atria virtutum in canticis, contemplativi. Alii gratias agunt, quod soluti vinculis sunt; alii, quod et captivos hostes suos ceperunt.

149. Necesse est pro actionis vigore, esse et contemplationis; ne velut in navi non convenientibus justisque velis instructa, vel præ illorum nimietate vehementiore flatu aleam subeat, vel pro B illorum ex navigii ratione parvitate, ventorum jacturam faciat.

150. Ejus navigii quod ratione regitur, remiges cogita pias cogitationes. Remos, vitales animi facultates, iram et cupiditatem, voluntatem et consilium. His semper opus habet, qui actioni studet: non semper autem qui studet contemplationi. Hic enim inter orandum cunctis valere jussis, ipse seipsum ad judicii certæque cognitionis clavum collocans, noctem totam contemplationis insomnis agit, hujus rerum universitatis conservatori laudes offerens. Sed et quandoque amatorium quoddam melos assumens, suo ipsius accinit animo, reliqui maris elationes considerans, ac velut frementes C fluctus [42], divina verba ac justificationes stupens.

151. Qui medio se modo habet inter actionem et contemplationem, nec semper nautarum more remigandi labore navigationem facit, nec prorsus spiritalibus velis; sed utrisque felicis usum explet navigationis: dulciter ferens cum actionis labores, qua vel modice fulget contemplationis luce, tum imperfectæ rationes contemplationis, ex adjuncta actionis ope.

152. Contemplationi deditus, naturam voluntati proclive asseclam habens, velut secundus sponte fluxus, nullo labore navigationem facit: actionis autem cultor, affectionem ac libidinem naturæ adversantem nactus, cogitationum collidentium procella durius quatitur; parumque abest ne laboris D molestia despondeat animum.

153. Nec arvo comparatum, nisi probe excolatur, ut serenti uberem ac probatam refundat segetem: sic nec activo, nisi diligenter actionem colat extraque omnem jactantiam, ut affluentem mundumque ex oratione videat fructum.

ρητικός. Ὁ μὲν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν φιλοσοφῶν· ὁ δὲ, καὶ ἑαυτὸν ἀγνοῶν ἐν τῷ εὔχεσθαι.

ρμζʹ. Οὐ συγχωρεῖται ὁ πρακτικὸς εἰς πνευματικὴν ἐπὶ πολὺ θεωρίαν ἐγκαρτερεῖν. Εὑρίσκεται γὰρ ὡς ἐπιξενωθείς τινι, καὶ τῆς ἐκείνου ταχέως οἰκίας ὑπεξερχόμενος.

ρμηʹ. Ἐν πύλαις μὲν εἰσέρχονται οἱ πρακτικοὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ εὔχεσθαι· ὡς ἐν αὐλαῖς δὲ ἀρετῶν ἐν ὕμνοις, οἱ θεωρητικοί· οἱ μὲν εὐχαριστοῦντες, ὅτι ἐλύθησαν τῶν δεσμῶν· οἱ δὲ, ὅτι καὶ αἰχμαλώτους εἰλήφασι τοὺς πολεμοῦντας αὐτούς.

ρμθʹ. Χρὴ κατὰ τὸ τῆς πρακτικῆς κράτος, καὶ τὸ τῆς θεωρίας εὑρίσκεσθαι, ἵνα μὴ καθ' ὁμοιότητα πλοίου τοῦ μὴ κατάλληλα τὰ ἱστία ἐπιφερομένου, ἢ κίνδυνον ὑπομείνῃ ἐν ἀνέμων σφοδρότησιν διὰ τὴν ἀμετρίαν αὐτῶν, ἢ ζημίαν πνευμάτων διὰ τὴν πρὸς τὸ σκάφος σμικρότητα.

ρνʹ. Ἐρέτας μὲν τοῦ λογικοῦ πλοίου, νόει τοὺς εὐσεβεῖς λογισμούς· κώπας δὲ, τὰς ζωτικὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν, βούλησιν καὶ προαίρεσιν. Τούτων ὁ μὲν πρακτικὸς, ἐν χρείᾳ ἐστὶ πάντοτε· οὐ πάντοτε δὲ ὁ θεωρητικός. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τῆς εὐχῆς χαίρειν οὗτος πᾶσιν εἰπὼν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τῶν τῆς διαγνώσεως οἰάκων καθίζων, διὰ πάσης ἐγρήγορε τῆς κατὰ θεωρίαν νυκτὸς, αἰνέσεις προσάγων τῷ συνοχεῖ τοῦ παντός. Καί πού τι καὶ μέλος ἐρωτικὸν ἀναλαβόμενος, τῇ ἑαυτοῦ προσεπᾴδει ψυχῇ, τοὺς τῆς ἄλλης θαλάσσης ἀποσκοπῶν μετεωρισμοὺς, καὶ ὡς ῥοθίζας κινήσεις (*b*), τὰ θεῖα καταπληττόμενος ῥήματά τε καὶ δικαιώματα.

ρναʹ. Ὁ μέσως ἔχων περὶ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν, οὔτε πάντῃ ταῖς κώπαις κατὰ τοὺς ναυτικοὺς ποιεῖται τὸν πλοῦν, οὐθ' ὅλως, τοῖς νοητοῖς ἱστίοις· ἀλλὰ δι' ἀμφοτέρων τὴν χρείαν τῆς εὐπλοΐας ἐργάζεται· ἡδέως φέρων καὶ τοὺς πόνους τῆς πράξεως, διὰ τὸ μέτριον τῆς θεωρίας· καὶ τοὺς λόγους τῆς ἀτελοῦς θεωρίας, διὰ τὸ βοηθεῖσθαι ὑπὸ τῆς πράξεως.

ρνβʹ. Ὁ μὲν θεωρητικὸς, τῇ γνώμῃ τὴν φύσιν ἔχων συντρέχουσαν, ὡς οἷόν τι ῥεῦμα, ἀπόνως ποιεῖται τὸ πλώϊμον· ὁ δὲ πρακτικὸς, ἐναντιουμένην εὑρίσκων τῇ προαιρέσει τὴν σχέσιν, πολὺν λογισμῶν ὑφίσταται κλύδωνα, ὡς εἰς ἀπευδοκίαν μικροῦ δεῖν διὰ τὸ βάρος ἐλθεῖν.

ρνγʹ. Οὔτε χώρα μὴ καλῶς κατεργασθεῖσα, πολύχουν καὶ καθαρὸν ἀντιπαρέχειν τῷ σπείροντι εἴωθεν, οὔτε ὁ τὴν πρακτικὴν μετερχόμενος, εἰ μὴ ἐπιμελῶς ταύτην καὶ φαντασίας ἄνευ μετέρχεται, τὸν ἐξ εὐχῆς ὄψεται καρπὸν πολύν τε καὶ καθαρόν.

[42] Psal. XCII 4.

(*b*) *Καὶ ὡς ῥοθίζας κινήσεις*. Quin sit mendum in illa voce, nullus dubito. Sit forte ῥοθίας, vel ῥοθιαζούσας, quod etiam verbum agnoscit Hesych. quasi *trementes fluctus commotiones* procellamque; ut alia aliam vocem Maximus explicet. Hoc enim præstant maris elationes, ut fluctus sic impetu assurgentibus, tumque eadem vi subsidentibus, aliisque alios intercipientibus ac se mutuo collidentibus, allisisque ad littora ipsasque rupes ac cautes, strepitus ejusmodi ac fragor procul reboet, qui terrorem ac stuporem injiciat: quæ omnia quasi alio in mari procul considerat, qui ipse tranquillo contemplationis mari, velut ad clavum quiete sedens illique indormiens, vehitur.

ρνδ'. Ἐπὶ μὲν τῶν ἐνύλων, ὁ νοῦς συνεργὸν ἔχει A τὸν λογισμόν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀΰλων, εἰ μὴ αὐτὸν παραιτήσηται, ὡς σκώλωπα [alii, σκόλοπα.] ἕξει κολαφίζοντα.

154. In terrenis, mens adjuvantem rationem habet ac cogitationem; in spiritalibus vero et quæ sunt extra materiam, nisi eam repudiaverit, velut stimulum colaphizantem habebit [43].

ρνε'. Κάλυμμα μὲν ἔχει ὁ πρακτικὸς ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐν εὐχῇ, τὴν γνῶσιν τῶν αἰσθητῶν, ἀνακαλυφθῆναι διὰ τὴν σχέσιν μὴ δυνάμενον· μόνος δὲ ὁ θεωρητικὸς διὰ τὸ ἄσχετον, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ ὁρᾷν ἀπὸ μέρους δύναται τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

659 155. Actioni studens velamen habet in oratione super cor positum, earum rerum notitiam, quæ in sensum cadunt, revelari non valens, qua illis affectione addicitur : qui vero studet contemplationi, quod ea liber et solutus sit, revelata facie Dei gloriam ex parte videre potest [44].

ρνς'. Ἡ μετὰ πνευματικῆς θεωρίας εὐχή, ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας ἐστίν, καθ' ἣν ῥέει ὡς μέλι καὶ γάλα ἡ γνῶσις τῶν περὶ προνοίας καὶ κρίσεως λόγων Θεοῦ· ἡ δὲ μετά τινος φυσικῆς, ἡ Αἴγυπτος, ἐν ᾗ τῶν παχυτέρων ἐπιθυμιῶν μνήμη τοῖς εὐχομένοις ἐγγίνεται. B Ἡ δέ γε ἁπλῆ, τὸ μάννα ἐστὶ τὸ ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ διὰ τὸ μονοειδὲς, τοῖς μὲν ἀκαρτερήτοις ἐναποκλεῖον τὰ δι' ἐπιθυμίας τῶν ἐπηγγελμένων καλά· τοῖς δὲ ἐγκαρτεροῦσι τῇ τοιαύτῃ ἀπεστενωμένῃ τροφῇ, προξενοῦν τὴν κρείττω γεῦσιν καὶ μένουσαν.

156. Spiritali contemplationi conjuncta oratio, terra est promissionis, qua, mellis instar et lactis [45], fluit scientia rationum providentiæ et judicii Dei. Quæ vero naturali speculationi, Ægyptus, per quam orantibus crassiorum cupiditatum memoria obrepit [46]. Simplex autem oratio, manna est in deserto, ea ratione qua uniforme erat, non sustinentibus cupiditatis labe [47], promissionum bona occludens; his vero qui arcto illo cibo constanter vescerentur, potiorem gustum atque manentem præstans [48].

ρνζ'. Πρᾶξις σὺν θεωρίᾳ μὲν ὡς σῶμα μετὰ πνεύματος ἡγεμονικοῦ (c)· ἄνευ δὲ θεωρίας, ὡς σάρξ μετὰ πνεύματος προαιρετικοῦ λογισθήσεται.

157. Actio contemplatione fulta, velut corpus est, spiritu fultum principali : cui autem deest contemplatio, velut caro cum liberæ voluntatis spiritu reputabitur.

ρνη'. Τῆς λογικῆς ψυχῆς, αὐλὴ μὲν ἡ αἴσθησις· ναὸς δὲ, ἡ διάνοια· ἀρχιερεὺς δὲ, ὁ νοῦς. Ἐν τῇ αὐλῇ οὖν ἵσταται, ὁ ὑπ' ἀκαίρων νοῦς περικοπτόμενος λογισμῶν· ἐν τῷ ναῷ δὲ, ὁ ὑπὸ εὐκαίρων· ἐπ' οὐδενὶ δὲ τούτων, ὁ εἰς τὸ θεῖον ἱερατεῖον ἀξιωθεὶς εἰσελθεῖν. C

158. Animi utentis ratione, atrium sensus est : templum, mens, pontifex, ratio. Itaque in atrio versatur ea mens, quæ importunis interpellatur cogitationibus : in templo vero, quæ opportunis : in neutro autem, qui in divinum sacrarium intrare meruit.

ρνθ'. Θρῆνος μὲν καὶ μέλος καὶ οὐαὶ, ἐν οἴκῳ τῆς πρακτικῆς ψυχῆς, διὰ τὸν κόπον εὑρίσκεται· φωνὴ δὲ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, διὰ τὴν γνῶσιν διὰ τὸν τῆς θεωρητικῆς ἐξακούεται.

159. Lamentatio, carmen et væ, propter laborem in ejus invenitur domo [49], qui actionem colit : propter scientiam vero vox auditur exsultationis [50] et confessionis [51], in ejus qui studet contemplationi.

ρξ'. Πρακτικὸς μὲν, ἐπιθυμεῖ ἀναλῦσαι, διὰ τοὺς πόνους, καὶ συγγενέσθαι Χριστῷ· θεωρητικὸς δὲ, εὐδοκεῖ μᾶλλον σαρκὶ παραμένειν (d)· καὶ διὰ τὴν χαρὰν, ἣν δέχεται ἐξ εὐχῆς, καὶ διὰ τὴν τοῦ πλησίον πρὸς τὰ γήϊνα ὠφέλειαν.

160. Qui actioni studet, laborum molestia, emigrare cupit, et esse cum Christo [52] : qui vero contemplationi, mavult in carne permanere, tum propter gaudium, quod percipit ex oratione, tum propter proximi, in his quæ terrena sunt, utilitatem.

ρξα'. Ἐπὶ μὲν τῶν λογιωτέρων, ἡ θεωρία προηγεῖται τῆς πράξεως· ἐπὶ δὲ τῶν ἀγροικοτέρων, τῆς θεωρίας ἡ πρᾶξις· εἰς ἓν δὲ τέλος χρηστὸν ἀμφότεραι καταλήγουσι. D Συντομώτερον δὲ τοῦτο ὀφθήσεται, οἷς ἡ θεωρία προηγεῖται τῆς πράξεως.

161. In iis quidem qui eruditiores, majoreque præditi sapientia sunt, contemplatio præit actioni; in rudioribus vero, actio contemplationi, cum ambæ in unum bonum finem desinant. Celerius autem istud videbitur, in quibus contemplatio præit actioni.

[43] II Cor. xii, 7. [44] II Cor. iii, 18. [45] Exod. iii, 8. [46] Num. xi, 5. [47] Num. xxi, 5. [48] Sap. xvi, 20. [49] Ezech. ii, 9. [50] Psal. xli, 5. [51] Psal. cxvii, 15. [52] Philipp. i, 23.

(c) *Μετὰ τοῦ πνεύματος ἡγεμονικοῦ*. Quem Maximus spiritum ἡγεμονικὸν hic vocat, ipse est quem Paulus Ephes. iv, 21, *spiritum* τοῦ νοὸς (*mentis*) vocat, et hortatur eo renovari; quod mens ipsa τὸ ἡγεμονικὸν in homine sit: quod scilicet in eo principale est ac imperio pollet : quæ, cum ipsa ex se fixa sit veri contemplatione, orationem ea fultam constantem, uniusque rationis (μονολόγιστον) reddat : τὸ προαιρετικὸν vero (velut dicas, *arbitrarium*) voluntatem, quæ pro hoc statu instabilis sit, exque alia in aliam mutatur pro rerum objectarum ac cogitationum varietate, inque eas affectione.

(d) *Σαρκὶ παραμένειν*. Græca vulgata, ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκί. Habent tamen codex Alexandrinus et Chrysost. in Expositione, ἐπιμένειν σαρκί, absque propositione, quæ nec admodum necessaria est, cum ejus vim habeat verbum compositum, sitque idem ἐπιμένειν atque ἐμμένειν· τὸ, παραμένειν Maximi magis respuit, habetque emphasin: *permanere in carne*, nec ab ea disjungi.

162. Rerum quæ mente intelliguntur contemplatio, paradisus est. In eum intus, ut in domum, qui spiritalis est atque sapiens in oratione ingreditur: vero actionem colit, viatori prope similis videbitur, qui velit quidem introspicere, **660** nec tamen permittatur, idcirco nimirum quod maceries spiritali ejus staturæ paulo altius eminet. A

163. Corporales affectus ac passiones, bestiis similes sunt: animi autem affectus, volucribus. Ac quidem activus, quæ primi generis sunt a rationali vinea quasi objecto septo arcere potest, non vero etiam volucres, nisi spiritalem nactus sit contemplationem; quantumvis custodiendis quæ sunt animi diligentem curam habuerit.

164. Actionis cultor morali decore præstantior evadere non potest, nisi et ipse velut patriarcha Abraham [23] exierit; velut quidem e domo, e naturali lege, velutque e cognatione, a coætanea ipsi vita, et quæ libidini hæret. Nam sic et ipse velut signaculum [24], quo generalis auferenda voluptas sit atque libido, accepturus est; per quam quod ab ortu circumpositum velamen est, plena nos libertate donare non sinit. B

165. Nec equuleus vere in præsepi manere, ac quæ illius pabula sunt, edere sustinet, neque mens novum aucta perfectione, angusta diu teneri oratione, in eaque assidua esse potest; quin illius more gaudet magis ad lata naturalis speculationis, inter concinendos psalmos ac lectiones habendas, occurrentia exire.

166. Velut lumbos præcinctos, actio, vitales suas facultates, jejunium et castimoniam habet; ut vero lucernas ardentes, contemplatio, sapientes ac eruditas virtutes, silentium et orationem; sic nimirum, ut illa quidem, illis cogitantem rationem velut pædagogum præficiat; hæc vero istis sermonem mente repositum velut nuptiarum instructorem. C

167. Mens imperfecta ad fructiferam orationis vineam non sinitur intrare [25]; sed ad solos, atque id ægre, velut pauper, ad relictos e vindemia racemulos, nudos psalmorum extremos sonos.

168. Sicut non omnes qui ad regis admittuntur colloquium, communi cum eo prandio atque epulis gaudere possunt; sic neque omnes qui ad orationis congressum veniunt, ejus compotes exsistent contemplationis. D

169. Iræ quidem frenum, ex temporis ratione silentium est; alienæ vero a ratione cupiditatis, cibi temperata ratio: cogitationis denique moleste evagantis et quam difficile teneas, unius rationis fixaque mente oratio.

661 170. Tum qui terrenum, tum qui cœleste profundum subire velit; alter quidem in sensum cadentem, alter vero, quæ sola mente percipitur,

ρξβ'. Παράδεισος, ἡ θεωρία τῶν νοητῶν ἐστιν. Ἐν τούτῳ ὁ μὲν γνωστικὸς ὡς ἐν οἰκίᾳ ἔνδοθεν εἰσέρχεται ἐν εὐχῇ· ὁ δὲ πρακτικὸς, ὡς παροδίτης ὀφθήσεται, ἐπιθυμῶν μὲν ἔνδοθεν παρακύπτειν· μὴ συγχωρούμενος δὲ, διὰ τὸ ὑπερανεστηκέναι τὸν φραγμὸν τῆς πνευματικῆς ἡλικίας αὐτοῦ.

ρξγ'. Τὰ μὲν σωματικὰ πάθη θηρίοις ἐοίκασι· πτηνοῖς δὲ, τὰ ψυχικά· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ λογικοῦ δύναται ἀμπελῶνος ἀποτειχίζειν ὁ πρακτικός· οὐκέτι δὲ καὶ τὰ πετεινὰ, εἰ μὴ ἐν θεωρίᾳ πνευματικῇ γένηται, κἂν ὅτι μάλιστα ποιήσηται σπουδὴν πρὸς τὴν τῶν ἔνδοθεν φυλακήν.

ρξδ'. Ἠθικῆς εὐπρεπείας κρείττων πρακτικὸς γενέσθαι οὐ δύναται, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἔξω γένηται, ὡς μὲν τῆς οἰκείας, τοῦ φυσικοῦ νόμου, ὡς δὲ συγγενείας, τῆς ἥλικος αὐτῷ καὶ κατὰ σχέσιν ζωῆς. Οὕτω γὰρ καὶ οὗτος, ὡς σφραγῖδα λήψεται τῆς γενικῆς ἡδονῆς τὴν ἀφαίρεσιν, καθ' ἣν τὸ ἀπὸ γενέσεως κάλυμμα περικείμενον, τὴν παντελῆ ἐλευθερίαν οὐ συγχωρεῖ παρασχεθῆναι ἡμῖν.

ρξε'. Οὔτε πῶλος ἐν ἔαρι ἔνδον φάτνης μένειν, καὶ τὰ ἐκείνης ἐσθίειν ἀνέχεται· οὔτε νεοτελὴς νοῦς (e) τὸ ἀπεστενωμένον ἐπὶ πολὺ καρτερεῖν τῆς εὐχῆς οὐ δύναται· ἡδέως μᾶλλον κατ' ἐκεῖνον ἔχων, ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς φυσικῆς θεωρίας ἐξέρχεσθαι, τῆς κατὰ τὴν ψαλμῳδίαν εὑρισκομένης καὶ τὴν ἀνάγνωσιν.

ρξς'. Ὡς μὲν ὀσφύας ἔχει περιεζωσμένας, νηστείαν καὶ ἁγνείαν ἡ πρακτικὴ, τὰς ζωτικὰς δυνάμεις αὐτῆς· ὡς λύχνους δὲ καιομένους, σιωπήν τε καὶ προσευχὴν, τὰς γνωστικὰς ἡ θεωρητικὴ ἀρετὰς, ἐφιστῶσα· ἡ μὲν ἐκείναις, τὸν λογισμὸν ὡς παιδαγωγόν· ἡ δὲ ταύταις, ὡς νυμφοστόλον λόγον τὸν ἐνδιάθετον.

ρξζ'. Νοῦς ἀτελὴς, εἰς τὸν κατάκαρπον ἀμπελῶνα τὸν τῆς εὐχῆς οὐ συγχωρεῖται εἰσέρχεσθαι· εἰς μόνα δὲ καὶ μόλις, ὡς πρὸς ἐπιφυλλάδας πτωχὸς, τὰ ψιλὰ τῶν ψαλμῶν ἀπηχήματα.

ρξη'. Ὥσπερ οὐ πάντες οἱ εἰς βασιλέως ὁμιλίαν ἐρχόμενοι, συναριστᾷν αὐτῷ δύνανται· οὕτως οὐδὲ οἱ εἰς ἐντυχίαν εὐχῆς ἥκοντες, πάντες ἐν θεωρίᾳ τῇ κατ' ἐκείνην ὀφθήσονται.

ρξθ'. Θυμοῦ μὲν κημὸς, ἡ εὔκαιρος γίνεται σιωπή· ἀλόγου δὲ ἐπιθυμίας, ἡ σύμμετρος ἐδωδή. Δυσκαθέκτου δὲ λογισμοῦ, ἡ μονολόγιστος προσευχή.

ρο'. Καὶ εἰς τὸν κάτω βυθὸν καὶ εἰς τὸν ἄνω ὁ ὑποδῦναι βουλόμενος, ὁ μὲν διὰ τὸν αἰσθητὸν, ὁ δὲ διὰ τὸν νοητὸν μαργαρίτην, ἵνα αὐτὸν ἀνιμήσηται,

[23] Gen. XII, 1. [24] Gen. XVII, 11; Rom. IV, 11. [25] Deut. XXIV, 21.

(e) *Νεοτελὴς νοῦς*. Quasi recens ad perfectionem initiatus, eamque novum adeptus; etsi necdum in illa satis probatus. Suid. νεοτελής, νεωστὶ τετελειωμένος· quod *Thesaurus* Hesychio ascribit, cum sit solum Suidæ, redditque. *Recens absolutus:* non satis bene Portus, *Recens confectus.* Vox enim illa, qua una Suid. alteram explicavit, quamdam absolutionem sonat et consummationem, non solam effectionem; de qua multa Budæus in Comment.

εἰ μὴ γυμνωθῇ οὗτος τῆς ἐσθῆτος, ἐκεῖνος δὲ τῆς αἰσθήσεως, ἀμφότεροι τοῦ ἐπιζητουμένου διαμαρτήσονται.

A margaritam inde extracturus; nisi nudati ambo exstiterint, alter veste, alterque sensu, neuter ejus cujus inquisitione laborat, compos exstiterit.

ροα'. Ὁ μὲν ἔνδοθεν τῆς διανοίας αὐτοῦ γενόμενος νοῦς, ἐν τῷ εὔχεσθαι, ὡς μετὰ νύμφης νυμφίος ἐν τῷ νυμφῶνι διαλεγόμενος εὑρεθήσεται· ὁ δὲ μὴ συγχωρούμενος εἰσελθεῖν, ἔξωθεν ἱστάμενος στενάζων βοᾷ· *Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς;* ἢ τίς ὁδηγήσει με, ἕως τοῦ μὴ *βλέπειν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς* ἐν τῷ εὔχεσθαι.

171. Quæ intra seipsam alta cogitatione mens collecta est, inter orandum, velut sponsus cum sponsa in thalamo sermonem miscens invenietur. Cui autem ingredi non permittitur, foris stans gemitu clamat, *Quis deducet me in civitatem munitam* [56]? aut quis mihi hactenus dux erit, *ut in vanitates et insanias falsas*, inter orandum *non respiciam* [57]?

ροβ'. Ὁποία ἡ χωρὶς ἁλὸς τῷ φάρυγγι λογιζομένη τροφὴ, τοιαύτη καὶ ἡ ἐκτὸς κατανύξεως λογισθήσεται τῷ νῷ μετερχομένη εὐχή.

172. Qualis esca nullo sale condita gutturi videtur, talis et oratio, menti eam colenti existimabitur, nisi ei compunctio comes sit.

ρογ'. Ἡ μὲν ἔτι καταδιώκουσα ψυχὴ τὴν εὐχὴν, τῇ ὠδινούσῃ ὑπάρχει παρεμφερής· ἡ δὲ καταλαβοῦσα, τῇ κυησάσῃ, καὶ πλήρει γενομένῃ διὰ τὸν τόκον χαρᾶς.

173. Animus orationem adhuc persequens, parB turienti quam similis est [58]; eam vero assecutus, ei quæ peperit, exque partu gaudii plena exsistit.

ροδ'. Πάλαι μὲν ὁ Ἀμοῤῥαῖος (e') ἐν τῷ ὄρει οἰκῶν, ἐτίτρωσκεν ἐξερχόμενος τοὺς παραβιαζομένους διέρχεσθαι· νυνὶ δὲ ἡ πονηρὰ λήθη διώκει τοὺς πρὸ τῆς ἁγνείας ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν ἐπιχειροῦντας ἀναβαίνειν εὐχὴν τῆς ἁπλότητος.

174. Olim quidem Amorrhæus montana colens, eos aggressus qui transgredi connitebantur, convulnerabat [59]; nuncque mala oblivio illos persequitur, qui necdum castimoniam adepti, ad altiorem simplicem orationem ascensum moliuntur.

ροε'. Τῆς καθαρᾶς εὐχῆς, ἐν ἔχθρᾳ πολλῇ πεφύκασιν εἶναι οἱ δαίμονες. Καταπλήττει δὲ τούτους, οὐχὶ πλῆθος τῶν κακῶν [καλῶν], ὡς τοὺς ἔξωθεν πολεμίους τὸ στράτευμα· ἀλλ' ἡ τριῶν συμφωνία, νοῦ πρὸς λόγον, καὶ λόγου πρὸς αἴσθησιν.

175. Orationem puram gravi dæmones odio persequuntur, idque ex genio. Percellit vero eos non bonorum turba, velut externos hostes objecta præsidia militum; sed trium consensus, mentis scilicet cum ratione, et rationis cum sensu.

ρος'. Ἡ μὲν ψιλὴ εὐχὴ, ὡς ἄρτος ὀφθήσεται ἀρχομένους στηρίζουσα· ἡ δὲ μετά τινος θεωρίας, ὡς ἔλαιον πιαίνουσα· ἡ δὲ ἀνείδεος, ὡς οἶνος εὐώδης, οὗ οἱ ἐμφορούμενοι ἀπλήστως ἐξίστανται.

176. Simplex oratio, quasi panis videbitur [60], C incipientes ac rudimentarios confortans: quæ vero aliquam contemplationem conjunctam habet, velut oleum impinguans [61]: quæ denique nullas admittit formas ac simulacra, quasi vinum fragrantissimum, quo qui pleni sunt, immensum excedunt ac velut insaniunt [62].

ροζ'. * Ἄγριος μὲν ὄνος, πόλεως μὲν λέγεται πολυοχλίας καταγελᾷν· καὶ μονόκερως δὲ ὑπ' οὐδενὸς δεσμεῖσθαι δυνάμενος. Νοῦς δὲ φύσεως, καὶ τῶν περὶ φύσιν βασιλεύσας λόγων, ματαιότητος μὲν καταγελᾷ λογισμῶν προσευχόμενος· παρ' οὐδενὸς δὲ δύναται τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν κατεξουσιάζεσθαι.

177. Aiunt onagrum confertas civitatis turbas irridere; monoceros autem a nemine alligari potest [63]. Porro mens, quæ naturæ, earumque quæ sunt circa illam, rationum nacta imperium sit, inter orandum vanas irridet cogitationes, nec ullius potestati subjicitur, eorum quæ in sensum cadunt.

ροη'. Χρὴ τὸν ἀγωνιζόμενον, τὴν μὲν αἴσθησιν αὐτοῦ, εἰς τὴν μονοειδῆ συστέλλειν τροφήν· τὸν δὲ νοῦν, εἰς τὴν μονολόγιστον προσευχήν· οὕτως γὰρ ἄσχετος γεγονὼς ἐκ παθῶν, καὶ ἐπὶ τὸ ἁρπάζεσθαι πρὸς Κύριον ἥξει ἐν τῷ προσεύχεσθαι.

178. Debet, qui agone contendit, ad unius generis cibum, sensum suum **662** restringere; mentemque ad unius rationis orationem cogere. Sic enim ab affectibus liber effectus, abunde consequetur ut ad Dominum inter orandum rapiaD tur [64].

[56] Psal. LIX, 11. [57] Psal. XXXIX, 5. [58] Joan. XVI, 21. [59] Num. XIV, 45; Deut. I, 44. [60] Psal. CIII, 15. [61] Psal. XXII, 5. [62] II Cor. V, 13. [63] Job. XXXIX, 5, 9. [64] I Thes. IV, 16.

* Vide Bochart. *De animal. sacræ Scripturæ.*

(e') Ὁ Ἀμοῤῥαῖος. Sic nimirum Deut. I, 44, cum XIV, 45, non Amorrhæus, sed Amalec et Chananæus dicantur, sic de monte exsilientes, in quo erant in insidiis (ἐγκαθήμενοι) eos conscidisse ac persecutos esse, qui vim fecerant ut transirent: quod scilicet Deo irato rem aggrediebantur, Moyse etiam dissuadente. Ὁ οἰκῶν, quod scribit, *qui habitabat*, cum Hebr. ac reliquis convenit; potuitque sic haberi in Græcis, quorum illi copia fuit, sive erant τῶν LXX, sive ἡ κοινή. Quod est cap. 175, οὐχὶ πλῆθος τῶν κακῶν, nullus decoquere possim, ut ita scripsisse putem Maximum, aut forte habuisse cod. Vatic., nisi forte κακῶν, ἀντὶ τοῦ, πόνων positum sit. Sed præstaret καλῶν· honesti quippe nomine virtutis labores potius veniant, quam mali; iique uni quasi exercitus intelligantur, qui terrendo dæmones sint, nec vero terreant, nisi adsit, quam Maximus exigit virium animi una conspiratio et consensus.

179. Canes in se efferat, qui eis baculum intentat: sic et dæmones, qui pure defungi oratione studeat.

180. Voluptarii homines ac libidinosi, ut qui terreni sint, tanquam ranas, cogitationes ipsos distrahentes habent: quorum vero ad mediocritatem affectus redacti sunt, velut luscinias, considerationes habent eos oblectantes, ex aliis in alios commigrantes ramos, variarum scilicet cultu notionum. Iis denique qui ab affectibus liberi tranquillitatis arcem ascenderunt, ingens a cogitationibus et rationibus ac conceptibus silentium est atque requies inter orandum.

181. Olim quidem Maria Mosis soror, conspecta hostium strage, sumens tympanum, victoriæ cantica mulierum choro auspicabatur [65]: nunc vero in ejus animi laudem, qui vitiorum ac affectuum victor exstiterit, ipsa virtutum primatum tenens, excita charitas, citharam cum cantico, velut quamdam contemplationem, pridem illi ad decoris abundantiam laboratam, in manus sumens, non cessat cum turba illi comite, exsultans laudare Deum.

182. Quando orandi jugi exercitio ac cultu, psalmorum oracula in orantis corde hæserint, tunc et ipse velut terra optima, ultro ferre incipit, ut rosas quidem, incorporearum rerum contemplationem; ut vero lilia, corporum longe lucidas rationes ac conceptus; ut denique violas, divinorum judiciorum variam nec animo facile comprehensam considerationem.

183. Flamma materiæ illigata lucis fulgores spargit: animus vero ea solutus ac terrenis liber, Deo afflatus plenusque invenitur: ac illa quidem ad fomentum usque attolli habet; hic vero ad divini usque amoris finem ac consummationem.

184. Qui se perfecte abnegaverit, animus, seque prorsus orationi, ea sublimis, addixerit, qui creatura superior exsistat, non quando libet ad terram descendit, sed cum illi justum æquumque videbitur, qui humanas res omnes pondere et mensura disponit ac regit.

185. Ubi ab anima, acedia exsulaverit, exque animi sensu nequitia ac **663** pravitas excussa fuerit; tunc mens simplicitate nuda vitaque inartificiosa et absque ullo probri integumento inanisque gloriæ vestimento, canit et ipsa canticum novum Deo; pulsansque melos in exsultatione gratias agit, quod futuræ vitæ encænia occupata lætitia celebret.

186. Cum diviniores quosdam afflatus animus orans persentire, iisque agi cœperit, tum velut Canticorum Sponsa, talia et ipse ad sodales et qui pari morum cultu delectentur, succinit, *Fraternus meus misit manum suam per foramen, et venter meus intremuit super eum* [66].

187. Cum miles reversus e prælio, grave armo-

[65] Exod. xv, 20. [66] Cant. v, 4.

A ροθ'. Ῥάβδον μὲν ὁ κυσὶν ἐπισείων ἠγρίωσε καθ' ἑαυτοῦ· δαίμονας δὲ, ὁ καθαρῶς ἐκβιαζόμενος εὔχεσθαι.

ρπ'. Οἱ μὲν ἡδυπαθεῖς προσευχόμενοι, ἅτε ὑλώδεις ὄντες, ὡς βατράχους ἔχουσι τοὺς λογισμοὺς περισπῶντας αὐτούς· οἱ δὲ μετριοπαθεῖς, τὰς θεωρίας ὡς ἀηδόνας κατατερπούσας αὐτοὺς, τῇ ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλους ἀκρέμονας, τουτέστι ποικίλας θεωρίας, μεταβάσει· σιγὴ δὲ πρόσεστι τοῖς ἀπαθέσι καὶ ἠρεμία πολλὴ ἐκ λογισμῶν καὶ νοημάτων ἐν τῷ προσεύχεσθαι.

ρπα'. Πάλαι μὲν ἡ τοῦ Μωσέως Μαρία τῶν πολεμίων τὴν πτῶσιν θεασαμένη, τὸ τύμπανον ἀραμένη, B ἐξῆρχε ταῖς ᾀδούσαις τὰ ἐπινίκια· νυνὶ δὲ εἰς εὐφημίαν τῆς νικησάσης τὰ πάθη ψυχῆς, ἡ κρείττων ἐν ἀρεταῖς ἀγάπη διεγερθεῖσα, τὴν μετ' ᾠδῆς κιθάραν ὥσπερ τινὰ θεωρίαν μεταχειριζομένη ταύτῃ πάλαι τὴν πονηθεῖσαν εἰς κάλλους περιουσίαν, οὐ παύεται σὺν τοῖς περὶ αὐτὴν ἀγαλλιωμένη αἰνεῖν τὸν Θεόν.

ρπβ'. Ὁπόταν διὰ συνεχείας τῆς κατὰ τὴν εὐχὴν κατασχεθῇ τὰ λόγια τῶν ψαλμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ εὐχομένου, τότε καὶ αὐτὸς γῆ καθάπερ ἀγαθὴ, ἄρχεται αὐτομάτως ἀναφέρειν, ὡς μὲν ῥόδα, τὴν θεωρίαν τῶν ἀσωμάτων· ὡς δὲ κρίνα, τὴν τηλαύγειαν τῶν σωμάτων· ὡς δὲ ἴα, τὸ ποικίλον τῶν θείων κριμάτων δυσθεώρητον C

ρπγ'. Ἐν ὕλῃ μὲν δεσμευθεῖσα φλὸξ, φωτοφόρος καθίσταται· ἐξ ὕλης δὲ λυθεῖσα ψυχὴ, θεοφόρος εὑρίσκεται. Κἀκείνη μὲν αἴρεσθαι πέφυκεν ἄχρι τοῦ ὑπεκκαύματος· αὕτη δὲ, μέχρι τοῦ κατὰ τὸν θεῖον ἔρωτα συμπεράσματος.

ρπδ'. Ἡ τελείως ἑαυτὴν ἀρνησαμένη ψυχὴ, καὶ ὁλικῶς ἀνατεθεῖσα πρὸς εὐχὴν, αὕτη οὐχ ὅτε βούλεται κάτω γίνεται, ἄνωθεν εὑρισκομένη τῆς κτίσεως· ἀλλ' ὅτε δίκαιον εἶναι δόξει, τῷ πάντα σταθμῷ καὶ μέτρῳ διεξάγοντι τὰ ἡμέτερα.

ρπε'. Ὅταν ἐκ ψυχῆς μὲν ἡ ἀκηδία ἀπελαθῇ· ἐκ διανοίας δὲ ἡ πονηρία ἐκτιναχθῇ, τότε ὁ νοῦς γυ- D μνὸς γινόμενος τῇ ἁπλότητι, ζωῇ τε τῇ ἀτέχνῳ καὶ δίχα παντὸς τοῦ κατὰ τὴν αἰσχύνην ἐπικαλύμματος, καὶ τοῦ κατὰ τὴν φανητίαν προβλήματος, ᾆσμα μὲν ᾄδει καὶ οὗτος καινὸν τῷ Θεῷ· εὐχαριστεῖ δὲ μέλος ἀνακρουόμενος ἐν εὐφροσύνῃ, τῷ τῆς μελλούσης τὰ ἐγκαίνια προεορτάζειν βιώσεως.

ρπς'. Ὅταν τινὰς θειοτέρας ἐνεργείας ἐνεργεῖσθαι ἄρξηται ἡ εὐχομένη ψυχὴ, τότε καὶ αὐτὴ κατὰ τὴν ἐν Ἄσμασι Νύμφην, πρὸς τὰς ὁμοιοτρόπους τοιαῦτα ὑποφωνεῖ· *Ἀδελφιδός μου ἀπέστειλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀπῆς, καὶ ἡ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ' αὐτόν.*

ρπζ'. Καὶ στρατιώτης ἐκ τοῦ πολέμου ἐπαναλύ-

σας, τὸ βάρος τῶν ὅπλων ἀποσκευάζεται· καὶ πρακτικὸς τοὺς λογισμοὺς, εἰς θεωρίαν ἐρχόμενος· οὔτε γὰρ ἐκεῖνος εἰ μὴ ἐν πολέμῳ χρείαν ἔχει τῶν ὅπλων, οὔτε οὗτος τῶν λογισμῶν.

A rum pondus ponit; tum activus animi rationes et cogitationes, cum ad contemplationem venerit: nam neque ille, præterquam in bello, armis opus habet, neque iste animi rationibus ac cogitationibus.

ρπη'. Οἱ μὲν πρακτικοὶ ὡς ἔχουσι θέσεως θεωροῦσι τὰ σώματα· οἱ δὲ θεωρητικοὶ, ὡς ἔχουσι φύσεως· μόνοι δὲ τοὺς λόγους ἀμφοτέρων ὁρῶσιν οἱ γνωστικοί.

188. Activi, corpora pro eorum situ considerant; contemplativi autem, pro eorum natura et indole: soli demum gnostici (id est, sapientes ac spiritales) illorum pariter horumque rationes vident.

ρπθ'. Ἐν μὲν τοῖς λόγοις τῶν σωμάτων, γινώσκονται τὰ ἀσώματα· ἐν ἀσωμάτοις δὲ, λόγος ὁ ὑπερούσιος, πρὸς ὃν ἐπείγεται πᾶσα σπουδαία ἀναλῦσαι ψυχή.

189. In corporum rationibus cognoscuntur incorporea; in incorporeis vero superessentialis sermo, ad quem studiosus omnis animus festinat evadere.

ρϞ'. Οἱ λόγοι τῶν σωμάτων, ὡς ὀστᾶ εἰσι τοῖς αἰσθητοῖς ἐπικαλυπτόμενοι, οὓς ἴδῃ οὐδεὶς, τῶν ἔξω μὴ γενομένων τῆς προσπαθείας τῶν αἰσθητῶν.

B 190. Corporum rationes velut ossa sunt, illis adoperta quæ in sensum cadunt: has nemo viderit, quin a rerum ejusmodi libidine affectuque excesserit.

ρϞα'. Ἀποτίθεται καὶ στρατιώτης τὰ ὅπλα, καταλείψας τὸν πόλεμον· καὶ θεωρητικὸς τοὺς λογισμοὺς, ἀναλύων πρὸς Κύριον.

191. Tum miles relicta militia arma ponit, tum contemplativus rationes ac cogitationes, dum ad Dominum solvit.

ρϞβ'. Καὶ στρατηγὸς ἐν πολέμῳ σκύλων διαμαρτάνων, ἐν ἀθυμίᾳ καθίσταται· καὶ πρακτικὸς ἐν εὐχῇ, θεωρίας πνευματικῆς.

192. Tum imperator in bello frustratus spoliis, mœret; tum activus in oratione haud ipse spiritalis compos contemplationis.

ρϞγ'. Ἔλαφος μὲν ἐπὶ σωματικῶν ὑδάτων τρέχει πηγὰς, ὑπὸ [ὄφεως] θηρὸς ὡς ὁ δηχθεὶς (f)· ψυχὴ δὲ, ἡ τῷ γλυκυτάτῳ βέλει τρωθεῖσα τῷ τῆς εὐχῆς, ἐπὶ ἀσωμάτων αὐγάς.

193. Cervus quidem ad corporalium fontes aquarum currit [67], a serpente bestia morsus: animus vero dulcissimo sancius orationis jaculo, ad spirituum splendores contendit.

ρϞδ'. Οὔτε σωματικὸς ὀφθαλμὸς τὸν κόκκον τοῦ σίτου ἰδεῖν δύναται, οὔτε νοῦς πρακτικὸς τὴν φύσιν τὴν ἑαυτοῦ, εἰ μὴ γυμνωθῇ, ἐκεῖνος μὲν, ἐλύτρου, οὗτος δὲ, σχέσεως τῆς περικαλυπτούσης αὐτόν.

194. Nec corporalis oculus granum tritici; nec activi mens suam ipsa indolem videre potest, nisi C ille quidem membrana; hic vero, libidine obtegente nudatus fuerit.

ρϞε'. Κρύπτονται ἀστέρες μὲν, ἡλίου ἀνατολῇ· λογισμοὶ δὲ ἐκλιμπάνουσι, τοῦ νοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν βασιλείαν ἐπαναστρέφοντος.

195. Obnubuntur stellæ ortu solis: cessantque cogitationes, mente ad suum regnum revertente.

ρϞϛ'. Μετὰ τὸ τέλος τῆς πρακτικῆς, αἱ πνευματικαὶ θεωρίαι περιχυθεῖσαι τῷ νῷ, οἷά τινες ἀκτῖνες ἡλίου αἱ τοῦ ὁρίζοντος ὑπερκύψασαι, δοκοῦσιν ἔξωθεν αὐτοῦ προσβάλλειν, οἰκεῖαι οὖσαι, καὶ διὰ καθαρότητα ἐκεῖνον περιπτυσσόμεναι.

196. Actione in finem provecta, circumfusæ **664** menti spiritales contemplationes, velut solares quidam radii ab horizonte promicantes, extrinsecus ei advenire videntur, cum ejus propriæ, ac, qua fulget munditia, illi cohærentes sint ac velut coalitæ.

ρϞζ'. Τοιαῦτα καὶ νοῦς θεωρητικὸς ἐκλαλεῖν δύναται, ὅτε ἄνωθεν ἀπ' οὐρανοῦ καταβῇ, φύσεως ἀνάγκαις ἐπικλιθείς· οἷα καὶ ὁ φθεγξάμενος· Θείου κάλλους τί ὑπάρχει θαυμασιώτερον; καὶ τίς ἔννοια τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλοπρεπείας χαριεστέρα; Ποῖος δὲ οὕτω πόθος δριμὺς καὶ ἀφόρητος, ὡς ὁ ἀπὸ Θεοῦ ἐγγινόμενος τῇ ἀπὸ πάσης κακίας κεκαθαρμένῃ ψυχῇ, καὶ ἀπὸ διαθέσεως λεγούσῃ, ὅτι *Τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ*;

197. Talia quoque mens contemplatione nixa eloqui potest, cum naturæ quadam necessitate vergens, e cœlis superne descenderit, qualia et locu- D tus est, qui ait: Quidnam divino mirabilius decore? Quæ vero cogitatio, quam divinæ magnificentiæ gratior? Quis sic acris ac importabilis amor, ac qui in anima cunctis vitiis depurgata a Deo injicitur, quæque ex affectu dicat: *Vulnerata charitate ego sum* [68]?

ρϞη'. Ἐκείνου ἐστὶν τὸ λέγειν· *Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου*

198. Illius est ut dicat: *Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis* [69], qui

[67] Psal. XLI, 1. [68] Cant. II, 5; V, 8. [69] Psal. XXXVIII, 4.

(f) *Ὑπὸ θηρὸς ὡς ὁ δηχθείς*. Quin scriptum sit Maximo, ὑπὸ θηρὸς ὄφεως, nullus dubito. Sic enim θῆρες et θηρία (*bestiæ* scilicet) dicuntur Scripturæ phrasi, quæcunque animalia noxia, etiam ea, quæ vulgo insecta vocamus, cujusmodi sunt serpentes: uti etiam notavit Orig. in excerptis quæ exstant in Genesim, suntque a me collecta. Sic Act. XXVIII, 4, de vipera Pauli manui adhærente, Ὡς δὲ εἶδον οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ, *Ut viderunt pendentem bestiam de manu ejus*.

non labore fatiscit sequendo Deum per orationem, aut qui diem hominis videre non cupit [70].

A ἐκλειφθήσεται πῦρ, τοῦ μὴ κοπιῶντος ὀπίσω Θεοῦ κατακολουθεῖν δι' εὐχῆς, μηδὲ ἡμέραν ἀνθρώπου ἐπιθυμοῦντος θεάσασθαι.

199. Dicat et animus actionis cultor post abjectam malorum sarcinam, velut Sponsa in Cantico, vim rursus facientibus malis dæmonibus et cogitationibus, ut respiciat in vanitates et insanias falsas: *Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Lavi pedes meos, quomodo coinquinabo eos* [71]?

ρϞθ'. Λεγέτω καὶ ψυχὴ πρακτικὴ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τῶν κακῶν, κατὰ τὴν ἐν τῷ Ἄσματι ἐπὶ τῶν ἐκβιαζομένων αὖθις αὐτὴν πονηρῶν δαιμόνων καὶ λογισμῶν, ἐπιβλέπειν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς· *Ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν; ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς.*

200. O religiosum piumque animum, qui ad Deum dicere audeat, *Nuntia mihi*, tu Pastor bonus [72], *ubi pascas* oves tuas; *ubi cubare facias in meridie* agnos tuos, ut hos sequendo *non fiam velut errabunda inter sodalium greges* [73].

σ'. Ὦ ψυχῆς θεοφιλοῦς, τῆς λέγειν τολμώσης πρὸς Θεόν, *Ἀπάγγειλόν μοι*, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, *ποῦ ποιμαίνεις* τὰ πρόβατά σου, *ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ* τοὺς ἄρνας σου (ϛ)· ἵνα τούτοις ἀκολουθοῦσα, *μὴ γένωμαι ὡς πεπλανημένη ἐν ἀγέλαις* B *ἑταίρων*.

201. Quærens actio tenere orationis sermonem, nec ejus compos fieri valens, clamat et ipsa velut Sponsa in Canticis: *In lectulo meo per noctes quæsivi quem dilexi: quæsivi, et non inveni* [74]. Vocavi eum, et non audivit me. *Exsurgam* nunc, intenta magis et operosa oratione, *et circuibo in civitate, per plateas et vicos quæram quem dilexi* [75]. Forsitan cum inveniam, qui in universo hoc, et extra universum est: *Satiabor cum apparuerit mihi gloria ejus* [76].

σα'. Ζητοῦσα τὸν τῆς εὐχῆς ἡ πρακτικὴ κρατῆσαι λόγον, καὶ μὴ δυναμένη, τοιαῦτα, κατὰ τὴν ἐν Ἄσμασι, καὶ αὐτὴ βοᾷ· *Ἐπὶ κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησα· ἐζήτησα, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν*· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. *Ἀναστήσομαι* δὴ δι' εὐχῆς ἐπιπονωτέρας, *καὶ κυκλώσασα ἐν τῇ πόλει ἐν ταῖς πλατείαις καὶ ταῖς ἀγοραῖς, ζητήσω ὃν ἠγάπησα.* Ἴσως εὑρεθήσεταί μοι, ὁ ἐν παντὶ τῷδε ὢν, καὶ τοῦ παντὸς ἔξω. Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν αὐτοῦ.

202. Cum animus, quo perfunditur gaudio in oratione, totus lacrymis diffluere cœperit; tunc et ipse assumpta fiducia tanquam ad Sponsum suum clamat: *Descendat fraternus meus in hortum suum, et comedat velut pomorum meorum* [77] laboratam consolationem.

σβ'. Ὅταν ὅλη δακρύων ἐκ τῆς περὶ τὴν εὐχὴν χαρᾶς ἄρξηται γίνεσθαι ἡ ψυχὴ, τότε καὶ αὐτὴ C παῤῥησιαζομένη, ὡς πρὸς τὸν ἑαυτῆς νυμφίον βοᾷ· *Καταβήτω ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ*, καὶ φαγέτω τῶν ἐμῶν ὡς ἀκροδρύων τὴν πονηθεῖσαν παράκλησιν.

665 203. Cum animus actionis cultor ex magnitudine creatorum, ipsum coram Opificem admirari cœperit [78], ac voluptate, quæ ex illis est, large deliciari, hæc et ipse stupore clamat, *Quam specio-*

σγ'. Ὅταν ἡ πρακτικὴ ψυχὴ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων θαυμάζειν ἄρξηται τὸν Δημιουργὸν, καὶ τῆς ἐκ τούτων κατατρυφᾷν ἡδονῆς, ταῦτα καὶ αὐτὴ ἐκπληττομένη βοᾷ· *Τί ὡραιώθης, νυμφίε,*

[70] Jerem. XVII, 6. [71] Cant. V, 3. [72] Joan. X, 11. [73] Cant. I, 6. [74] Cant. III, 1. [75] ibid. 2. [76] Psal. XV, 15. [77] Cant. V, 1. [78] Sap. XIII, 5.

(ϛ) *Ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ τοὺς ἄρνας σου*. Expressum ex Heb. תרביץ, quod est hiphil, ac proinde activam habet significationem, seu transitivam: quam potuit non mutare Syxt. interp. ea ipse religione, qua servaverant οἱ LXX. Idem peccat Gent. Hervetus in Greg. Nyssen. ad eum versum, ubi perinde reddit, *ubi cubes;* cum auctore Gregorio Sponsa sibi locum ostendi petat, in quo ipse Pastor bonus oves pascat, et accubare faciat. Eusebius quoque: Ἐὰν ἐν ταύτῃ με ποιμαίνῃς, κοιτάσῃς με πάντως ἐν μεσημβρίᾳ· *Si me in salutari hac pascua paveris, prorsus in meridie collocabis:* ἀντὶ τοῦ, Ἀναπαύσῃς ἐν τῷ ἀσκίῳ φωτὶ τῆς ἀναστάσεως. Pro eo ac dicet *Reficies*, *facies quiescere in loco resurrectionis*, *ubi nulla umbra est*. Denique extra exemplum est, τὸ κοιτάζειν, ipsum esse τὸ, κοιτάζεσθαι, vel vocem *cubare*, aliam quam neutram ac intransitivam significationem habere. Hesych. κοιτάσαι, κατακοιμῆσαι· quod ipsum est, *cubare facio*, *in lecto colloco;* uti exponit Budæus: et ut alii metaphorice, *sopio:* suntque qui velint τὸ, κοιμῆσαι, pro κοιμίσαι scribi Æolice mutato ι in η. Est vero κομίσει eidem Hesych. κατακλίνει· quæ forma expressius activa est; etsi sunt alterius D innumera exempla, ipsa pervia; haud forte satis illis animadversa, qui sic eam vocem quasi neutrali sensu, illique compositam τὸ, κοιτάσαι, acceperunt. Quæ sequitur vox in Maximo πεπλανημένη, *errabunda*, *vagans*, quomodo etiam habent Vulg. et versio Æthiopica, ipsa ex Græcis τῶν LXX expressa, in quibus interpres cum Maximo et ipse πεπλανημένη legerit; ni magis ut in Psello, illa vox expositio est ejus, quam ille habet, Maximus reticuit: Μήποτε γένωμαι ὡς παραβαλλομένη, πλανωμένη ἐπ' ἀγέλης ἑτέρων σου· *Ne fiam quasi decepta*, *vagabunda*, *errans*, *per occasionem gregis aliorum*. Voxque Hebraica עטיה sic etiam exponitur; et non solum *operuit*, *induit;* quæ significatio haud satis huic loco congruit. Bene autem quam ex Psello, aliisque dixi. De Sponsa sermo est, sic sollicita inveniendi gregis Sponsi, et timentis in eo, per aliorum similitudinem, decipi, παραβαλεῖ; Hesych. ἀπατήσεις· *decipies;* hancque ejus vocis primam significationem ponit, ut notissimam et tritam. Suid. quoque, παραβλήδην, ἀπατητικῶς, παραλογιστικῶς. Nihilque ejus in eo occurrit ex Theucyd. quod *Thesauri* auctor studet elevare.

A παράδεισος Πατρός σου. Ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ κέδροι αὐτοῦ, ὡς κέδροι τοῦ Λιβάνου. *Ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθισα, καὶ ὁ καρπὸς ὤφθη γλυκὺς ἐν τῷ λάρυγγί μου.*

sus factus est [79]. Sponse, paradise Patris tui: flos campi; et cedri tui sicut cedri Libani [80]. *Sub umbra illius desideravi et sedi; et fructus ejus visus est dulcis faucibus meis* [81].

σδ'. Εἰ ὁ βασιλέα ὑποδεχόμενος εἰς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ, οὕτω περιφανὴς εὑρίσκεται καὶ περίδοξος, καὶ πάσης ἄλλης..... [Ἴσ. ἔμπλεως] χαρᾶς, τί πάθοι ψυχὴ, ἡ τὸν Βασιλέα τῶν βασιλέων ἐν τῷ καθαρθῆναι ὑποδεξαμένη κατὰ τὴν ἀψευδῆ ἐκείνου ὑπόσχεσιν; Καὶ τί ἐάσει, ἔξω μὲν βάλλουσα τὸ μὴ εἰς ἀνάπαυσιν ἐκείνῳ δοκοῦν· ἔνδοθεν δὲ εἰσάγουσα τὸ εἰς ἐκείνου ἀρέσκειαν;

204. Si is qui regem domus hospitio recipit, sic illustris clarusque invenitur, ac reliquo omni gaudio magnifice plenus; quid fiat animo, qui Regem regum, præ sua munditia, juxta ac ille vere pollicitus est [82], susceperit? Quid vero sinet, qui foras ejiciat, quod ad ejus refectionem non videatur; ac quæ illi grata sunt et accepta, proclive admittat?

σε'. Ὁ κληθῆναι προσδοκῶν παρὰ βασιλέως τῇ αὔριον, τίνος ἐν φροντίδι ἄλλου ἔσεται, ἢ λόγων μελέτης τῶν εἰς ἐκείνου εἶναι μελλόντων ἀρέσκειαν; Τοῦτο τηροῦσα πᾶσα ψυχὴ, οὐχ ὀφθήσεται ἀπαρασκεύαστος πρὸς τὸ ἐκεῖθεν κριτήριον.

205. Qui a rege in crastinum vocandus, exspectatione suspensus est, quid aliud curarum verset animo, quam ut ipse secum sermones cogitet ac B meditetur, quibus ejus gratiam initurus est? Hoc quisquis observaverit, haud imparatus ad futurum judicium apparebit.

σϛ'. Μακαρία ψυχὴ, ἡ διὰ τὸ σήμερον προσδοκᾶν ἥξειν τὸν Κύριον ἑαυτῆς, μηδὲν ἡγουμένη ὅλως τὸν πόνον τῆς ἡμέρας πάσης· μηδὲ τὸν τῆς νυκτὸς, διὰ τὸ εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωῒ τοῦτον μέλλειν αὐτῇ ἐμφανίζεσθαι.

206. Beatus animus, idcirco quod Dominum suum hodie venturum exspectat, nihili ducens totius diei laborem; ac etiam noctis, quod ille statim mane præsentiam ei exhibiturus sit.

σζ'. Πάντας μὲν ὁρᾷ ὁ Θεός· ὁρῶσι δὲ τὸν Θεὸν, οἱ θεωροῦντες μηδὲν ἐν τῷ εὔχεσθαι. Καὶ ὅσοι μὲν ὁρῶσι τὸν Θεὸν, καὶ εἰσακούονται παρ' αὐτοῦ· ὅσοι δὲ οὐκ εἰσακούονται, οὐδὲ ὁρῶσιν αὐτόν. Μακάριος δὲ, ὁ πιστεύων ὅτι βλέπεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· οὐ σαλευθήσεται γὰρ ὁ πούς αὐτοῦ, τῆς ἀρεσκείας ἐκείνου χάριν.

207. Deus quidem omnes videt: vident vero Deum qui inter orandum nihil vident. Ac quidem omnes qui vident Deum, ab illo quoque exaudiuntur: qui vero non exaudiuntur, neque vident eum. Beatus autem qui se a Deo videri credit [83]; non enim commovebitur pes ejus, qua ratione illi placere studet.

C ση'. Τῆς ἐντὸς ἡμῶν οὔσης βασιλείας τὰ ἀγαθὰ, ὁ φιλόκοσμος ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε· καὶ ἀκοὴ φιλότιμος οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν κενὴν Πνεύματος ἁγίου οὐκ ἀνέβη· ἀῤῥαβῶνές εἰσι τῶν μελλόντων δίδοσθαι τοῖς δικαίοις ἀγαθῶν ἐν τῇ μελλούσῃ βασιλείᾳ Χριστοῦ· καὶ ὁ μὴ ἐν τούτοις τρυφῶν, οἵτινές εἰσιν οἱ καρποὶ Πνεύματος, ἐν ἀπολαύσει ἐκείνων γενέσθαι οὐ δύναται.

208. Regni cœlorum, quod intra nos est [84], sæculi amans animus, bona non vidit, et ambitiosa auris non audivit, nec in cor Spiritu sancto vacuum ascenderunt [85]. Nempe arrhabones sunt illorum bonorum, quæ justis in futuro Christi regno tribuentur. Ac, qui in illis non delectatur (qui sunt fructus Spiritus) nec ut illis fruatur assequi potest.

σθ'. Οἱ τῶν πρακτικῶν λογισμοὶ ἐλάφοις ἐοίκασιν. Ὡς γὰρ ἐκεῖναι ποτὲ μὲν ἄνω εἰσὶν ἐν τοῖς ὄρεσι διὰ τὸν φόβον τῶν θηρατῶν, ποτὲ δὲ κάτω ἐν ταῖς κοιλάσι διὰ τὸν πόθον τῶν ἐν αὐταῖς· οὕτω καὶ οὗτοι· οὔτε πάντοτε ἐν θεωρίᾳ πνευματικῇ δύνανται εἶναι, διὰ τὸ αὐτῶν εὐτελές· οὔτε ἀεὶ ἐν τῇ φυσικῇ, διὰ τὸ μὴ τὴν ἀνάπαυσιν διώκειν ἀεί. Τῶν μέντοι θεωρητικῶν, περιπεζίων ὑπερόπται θεωρημάτων καθίστανται.

209. Colentium actionem cogitationes animique rationes cervis haud absimiles sunt. Quemadmodum enim cervi, modo montium superiora tenent ob venatorum metum; modo depressa vallium, quo illarum pascuis desiderio afficiuntur; sic et illæ, nec semper in spiritali contemplatione versari D possunt, **666** ob suam tenuitatem; nec in naturali semper speculatione, quod non semper refectionem quærant ac quietem. Eorum vero qui student contemplationi animi, humilia sensa proclive contemnunt.

σι'. Βόλοι μὲν δρόσου (g), γῆς μεθύσκουσιν αὔλα-

210. Stillæ roris [86] terræ sulcos infundunt ac

[79] Cant. I, 15. [80] Cant. II, 1; Psal. CIII, 16. [81] Cant. II, 3. [82] Joan. XIV, 23. [83] Psal. XXXVII, 17. [84] Luc. XVII, 21. [85] I Cor. II 9. [86] Job. XXXVIII, 28.

(g) *Βόλοι δρόσου*. Sic etiam vetera Lexica ex Greg. citant, habentque Græca Biblia, *stillæ roris*; ipsaque adeo Hebr. אגלי־טל in qua voce Aben. Esra vult א esse formativum, quasi a גלל ex eo quod stillæ ejusmodi rotundæ sint ac quasi convolutæ. Sic et βόλοι δρόσου, quod quasi globuli jaciantur, voce satis ingeniose excogitata τοῖς LXX. At quod Xyst. habent βῶλοι, *glebæ roris*, nullaque varia lectione interpr. affert, nullus probo; nec video quænam apta metaphora, ut *roris stillæ*, quod optime reddidit Vulg., dicantur *glebæ*. Quod etiam massa redditur ea vox, βῶλος σιδήρου Eccli. XXII, et βῶλος χρυσέα, pro sole, Apoll. Rhodii schol. ex Euripide, nihil congruit, quod massa, magni aliquid ponderis sit, non exile quid, uti stillæ roris: quarum stillare, spargi est et jaci, τὸ βάλλεσθαι.

inebriant : animi vero in oratione affectiones, irrigui gemitus ex corde prodeuntes.

211. Deitatis, quæ in Trinitate intelligitur, contemplandæ nemo compos videbitur, qui terreno binario, illique vicina monade, superior non exstiterit. Neque vero his sublimior fiet, qui in illis quæ intelliguntur, mentem suam singularem (unius quasi generis) non reddideri

212. Haud ita difficile fluminis in præceps ruentis viam inhibeas, ac mentis impetum retorqueas, ne iis, quæ in aspectum cadunt (terrenis scilicet rebus) dissipetur, sed ad cœlestia ac cognata, cum oranti libuerit, colligatur; tametsi hoc quidem ex naturæ rationibus est, illud vero illi adversum est.

213. Qui puritatem adepti intra res [*extra res*] in aspectum cadentes oculum mentis conjiciunt, tanta replentur admiratione, tantoque gaudio afficiuntur, ut nihil aliud capere possint terrenorum, nec si æmulanda omnia, et quæ pluris facienda ad eos confluxerint.

214. Sufficiunt vel solum dictæ leges naturæ, ut majorem in modum admirationem habeant: intellectæ vero, prata sunt læte florida, quæ cœlesti velut nectare, spiritalis lautioris epuli delicias immortalibus floribus copiose profundant.

215. In roscidis pratorum floribus, examinis reginam circumsidunt apes; jugiterque in compunctione versantem orationem velut necessariæ circumdantes intelligentes fortitudines, quæ ex animo illi sint, conjunctis ei votis desiderant.

216. In mundo oculis conspicuo velut alius quidam mundus cernitur, homo : in eo autem qui mente intelligitur, animi ratio. Ille nimirum cœli, et eorum quæ cœli ambitu continentur, illi nuntius est : hæc vero mentis sensusque, ac eorum quæ ad ea spectant, interpres est, sine quibus uterque mundus mutus foret.

217. Non sic longa dimissus captivitate incedit, ac mens terrenorum liberata libidine, ad cœlestia velut propria ac necessaria, salienti gressu pergit.

667 218. Ei, qui sine attentione, sed mente diffusa, orat, psalmus barbarus existimabitur [87], ipseque vicissim psalmo : amboque, velut qui insaniant erunt dæmonum judicio.

[87] 1 Cor. xiv, 11.

A χας· διαθέσεις δὲ ψυχῆς ἐν εὐχῇ, ἔμβροχοι στεναγμοὶ ἀπὸ καρδίας ἀναδιδόμενοι.

σια'. Τῆς ἐν Τριάδι νοουμένης θεότητος, οὐδεὶς ἐν θεωρίᾳ ὀφθήσεται, ὑλικῆς δυάδος, καὶ τῆς γείτονος μονάδος (*h*) ἄνωθεν μὴ ὀφθείς· οὐδὲ ταύτης γενήσεται ὑψηλότερος, μὴ μοναδικὸν τὸν ἑαυτοῦ ἐν νοουμένοις ἐργασάμενος νοῦν.

σιβ'. Οὐ τοσοῦτον δυσχερὲς εὑρεθήσεται τὸ ποταμοῦ ἀνακόψαι ὁδὸν ἐπὶ τὰ κάτω μὴ φέρεσθαι, ὅσον νοῦν ῥύμην ἀναχαιτίσαι, μὴ ἐν τοῖς ὁρωμένοις σκεδάννυσθαι, πρὸς δὲ τὰ ἄνω καὶ συγγενῆ, ὅτε βούλεται τῷ εὐχομένῳ συνάγεσθαι· κἂν τοῦτο μὲν κατὰ φύσιν, ἐκεῖνο δὲ παρὰ φύσιν καθέστηκεν.

B σιγ'. Τὸν νοῦν οἱ καθαιρόμενοι εἴσω [ἔξω] τῶν ὁρωμένων (*i*) παραπέμποντες, τοσούτου πίμπλανται θάμβους, καὶ τοσαύτης πληροῦνται χαρᾶς, ὡς μηδὲν ἕτερον χωρῆσαι τῶν ἐπιγείων δύνασθαι, μηδ' ἂν εἰ πάντα πρὸς αὐτοὺς συῤῥυεῖεν τὰ περιμάχητα.

σιδ'. Ἐξαρκοῦσι καὶ μόνον οἱ νόμοι ῥηθέντες τῆς φύσεως, πρὸς τὸ λίαν θαυμάζεσθαι· κατανοούμενοι δὲ, λειμῶνες εὑρίσκονται εὐανθεῖς, ὡς ἐξ οὐρανίου νέκταρος, ἀκηράτοις βρύοντες ἄνθεσι τῆς πνευματικῆς πανδαισίας τὸν γλυκασμόν.

σιε'. Ἐν δροσεροῖς μὲν ἄνθεσι λειμώνων τὴν βασιλίδα τοῦ σμήνους περιιζάνουσι μέλιτται· ἐν κατανύξει δὲ τῇ γενομένῃ ἀδιαλείπτως ψυχῇ, ὡς οἰκεῖαι αἱ νοεραὶ δυνάμεις περικυκλοῦσαι, συνεκποθοῦσι τὰ

C καταθύμια.

σις'. Ἐν μὲν τῷ ὁρωμένῳ κόσμῳ, ὡς ἄλλος τις κόσμος ὁρᾶται ὁ ἄνθρωπος· ἐν δὲ τῷ νοουμένῳ, ὁ λογισμός· οὐρανοῦ μὲν γὰρ καὶ τῶν ἐν μέσῳ οὗτος ἐκείνῳ καταγγελεύς· νοῦ δὲ καὶ αἰσθήσεως, καὶ τῶν περὶ αὐτὰ, ὑποφήτης ὑπάρχει ὁ λογισμός· ὧν ἄνευ, ἀμφότεροι κόσμοι ἐκεκώφωντο ἄν.

σιζ'. Οὐχ οὕτως ἀπολυθεὶς αἰχμάλωτος διὰ χρόνου πορεύεται, ὡς νοῦς τῶν ὑλικῶν σχέσεων ἐλευθερωθεὶς, πρὸς τὰ οὐράνια ὡς πρὸς οἰκεῖα πορεύεται ἀγαλλομένῳ ποδί.

σιη'. Τῷ μὴ μετὰ προσοχῆς εὐχομένῳ, ἀλλὰ διαχεομένῳ, βάρβαρος μὲν ὁ ψαλμὸς λογισθήσεται· αὐτὸς δὲ τῷ ψαλμῷ, ὡς βάρβαρος· καὶ ὡς μαινό-

D μενοι ἀμφότεροι δαίμοσιν.

Sic etiam Vatabl. aliique interpretes. Codex Alex. συνοχὰς καὶ βώλους in quem nihil hic necesse inquirere.

(*h*) *Καὶ τῆς γείτονος μονάδος*. Videtur voce μονάδος significare, qua Deus unus ipse et singularis cognoscitur, nulla personarum distinctione; quam excedere necesse est, altiori cognitione, ut Deitatem in Trinitate intelligamus; et non solum δυάδα, *binarium*, qua voce Greg. Orat. in diem Natal. exque illo Maximus, creaturas intelligunt; quæ præsertim constant ex materia et forma. Vicinam dicit hanc μονάδα, quod proclive sit et innatum, ut sic Deum intelligamus. Est enim hæc inter ea quæ Paulus vocat *nota Dei*.

(*i*) *Εἴσω τῶν ὁρωμένων*. Id ita dictum Maximo videatur, quod mens ipsas eorum rationes in eis contempletur; et in illis τὰ ἀσώματα (res scilicet spiritales ac intelligibilia) cognoscat: ex quibus assurgit ad ipsum ὑπερούσιον Λόγον (Deum nimirum) quantum ex rebus a nobis cognosci potest. Sic cap. 589 et 590, ubi etiam necessario exigit, τὸ ἔξω γενέσθαι τῆς προσπαθείας τῶν αἰσθητῶν· *ab omni terrenorum affectu excedere ac libidine*, quo mentis illa puritas, de qua hic sermo est præstatur. Verum expeditius sit, scripsisse Maximum ἔξω τῶν ὁρωμένων· qua enim mente sic visibilibus excedimus, contemplando divina, terrena omnia, ac quidquid in illis dignum æmulatione videtur περιμάχητον, omnino contemnimus.

σιθ'. Οὐ ταυτόν ἐστιν οἷς ἐσταυρώθη ὁ κόσμος, καὶ οἵτινες τῷ κόσμῳ ἐσταύρωνται. Τοῖς μὲν γὰρ, ἧλοι νηστεία καὶ ἀγρυπνία· τοῖς δὲ, ἀκτημοσύνη καὶ ἐξουδένωσις. Τῶν δὲ δευτέρων χωρὶς, οἱ πόνοι τῶν προτέρων ἀνωφελεῖς.

σκ'. Οὐ καθαρῶς δύναται προσεύξασθαι, ὁ φιλοκάλῳ πάθει (j) καὶ φιλοτίμῳ κρατούμενος. Περὶ ταῦτα γὰρ αἱ σχέσεις, καὶ οἱ τῆς ματαιότητος λογισμοὶ τὴν οἰκειότητα ἔχοντες, σχοινία καθάπερ ἐκείνῳ περιπλεκόμενοι γίνονται, κατασπῶντες ὡς οἷα στρουθίον δεδεμένον ἀναπτῆναι πειρώμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς εὐχῆς.

σκα'. Ἀδύνατον εἰρηνικὸν γενέσθαι τὸν νοῦν ἐν εὐχῇ, ἐγκράτειαν καὶ ἀγάπην φίλην τὸν μὴ κτησάμενον. Ἡ μὲν γὰρ, τὴν κατὰ τῆς ψυχῆς ἐκ τοῦ σώματος ἔχθραν καταλύειν ἐπαγωνίζεται· ἡ δὲ, τὴν πρὸς τὸν πλησίον διὰ τὸν Θεόν. Κἀντεῦθεν ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν εἰρήνη ἐπιδημοῦσα, μονὴν ποιεῖσθαι πρὸς τὸν οὕτωσὶ κατειρηνεύσαντα ἐπηγγείλατο.

σκβ'. Ἀνάγκη τοῦ εἰς βασιλείαν Θεοῦ ἀγωνιζομένου εἰσελθεῖν, περισσεύειν ἐν ἀγαθοῖς τὸ ἔργον τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ· ἐν ἐλεημοσύναις μὲν, διὰ τῆς ἐκ τοῦ ὑστερήματος παροχῆς· ἐν πόνοις δὲ, τοῖς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, διὰ τοῦ ἀποστερήματος (k) τῆς ἐν Κυρίῳ ὑπομονῆς.

σκγ'. Οὔτε ὁ ἐνδεῶς πρὸς ἀρετὴν ἔχων διὰ τὴν ἀμέλειαν, οὔτε ὁ περιττῶς διὰ τὴν οἴησιν, εἴσω λιμένος τοῦ κατὰ τὴν ἀπάθειαν εὑρεθήσονται. Οὐδέτερος γὰρ τῶν ἐκ δικαιοσύνης ἐν ἀπολαύσει γέγονεν ἀγαθῶν, μεσίτιδος εὑρισκομένης αὐτοῖς, ἐλλείψεως καὶ ὑπερβολῆς.

σκδ'. Οὔτε ἡ γῆ εἰ μὴ πολυπλασίονα τῷ γεωργῷ τὸν πόνον χαρίσηται, εὔπορον καὶ ἀνενδεῆ ἀπεργάσεται αὐτὸν, μόνον τὸν σπόρον παρεχομένη, ἢ καὶ μικράν τινα προσθήκην· οὔτε τῷ πρακτικῷ τὸ ἀνυόμενον ἔργον, εἰ μὴ κρεῖττον τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ ἡ σπουδὴ εὑρεθείη, πρὸς τὸν Θεὸν δίκαιον ἀπεργάσασθαι δύναται.

σκε'. Οὔτε πάντες οἱ μὴ ἀγαπῶντες τὸν πλησίον μισεῖν δύνανται· οὔτε οἱ μὴ μισοῦντες αὐτὸν ἀγαπᾷν· καὶ ἄλλο μέν ἐστι, τὸ βασκαίνειν ἐκείνου τὴν ἀρετήν· ἕτερον δὲ τὸ μὴ ἐμποδὼν αὐτῷ εὑρίσκεσθαι πρὸς προκοπήν. Ἐσχάτης δὲ κακίας εὑρεθήσεται

219. Non idem est, quibus mundus crucifixus est, et qui mundo crucifixi sunt [88]. Nam illis quidem clavi sunt, jejunium et vigiliæ; his vero, rerum abdicatio ac sui contemptus. Porro absque secundis, priorum labores nullius sunt frugis.

220. Non potest pura mente orare, qui elegantioris cultus honorisque affectu tenetur. Circa hæc enim libidines vanæque cogitationes cum necessitudinem habeant, velut funiculi ei circumplexi fiunt, passerculi in morem detrahentes tempore orationis, dum evolare nititur.

221. Fieri non potest ut mens in oratione pacata sit, nisi continentiam ac dilectionem amicam obtineat. Ac quidem illa quæ ex corpore adversus animam, inimicitia est, studet dissolvere; hæc vero, quæ adversus proximum est propter Deum. Indeque, quæ omnem sensum exsuperat, pax adveniens [89], mansionem se facturam pollicita est [90], apud eum, qui eo se modo, suaque pace composuerit.

222. Necesse est, ut ejus qui contendit intrare in regnum Dei [91], opus in bonis abundet; nempe in eleemosynis, præbendo ex eo quod illi deest [92]: in laboribus vero, pacis causa, per ejus patientiæ fraudationem quæ in Domino est.

223. Nec qui ad virtutem, qua socordia laborat, minus habet, nec qui superflue, qua itidem inani existimatione ac jactantia, intra imperturbationis portum occurret. Neuter enim bonorum justitiæ compos exstitit, quippe cum ambo defectus excessusque juxta mediocritatem non invenerint.

224. Nec terra, nisi multiplici segete agricolæ laborem cumulaverit, ejus satis indigentiam levabit, ac penuria eum liberabit (quæ scilicet sementem, seu etiam exiguum quid illius auctoramento præbuerit), sic nec quod activus opus facinusque ediderit, justum eum apud Deum reddere potest, nisi ejus voluntate ac proposito diligentia major fuerit.

225. Nec omnes qui non diligunt proximum, ipsum odisse possunt; nec qui non oderunt, ipsam diligere. Aliudque **668** est invidere ejus virtuti, aliudque non illi obstaculo esse, quin proficiat. Extremæ vero malitiæ gradus invenietur, quod

[88] Galat. VI, 14. [89] Philipp. IV, 7. [90] Joan. XIV, 23. [91] Matth. V, 20. [92] Marc. XII, 44; Luc. XXI, 4.

(j) Ὁ φιλοκάλῳ πάθει. Quod φιλοκάλῳ τὸ φιλότιμον jungit Maximus, argumento est, sic in partem vitii illud usurpare, ut superfluum duntaxat cultum elegantiamque significet, cujus amor etiam iis qui ad pietatem exercent, obstaculo esse solet sublimioris volatus in oratione; quomodo ab Hesychio τὸ, φιλόκαλος, φιλόκοσμος exponitur: cum alioqui ea vox communius sonet in bonum, ac pro honesti studioso accipiatur: quandoque etiam dicatur de amore corporum. Sic φιλοκαλία Socrati objecta, ac si dictum fuisset παιδεραστία. Greg. de pavone perinde ambo hæc conjunxit φιλόκαλον καὶ φιλότιμον· ad notandum animal pulchritudinis amans, eaque sibi placens ac ambitiosum; ex quo Maximus transferre potuit in mores hominum.

(k) Διὰ τοῦ ἀποστερήματος. Sensus videtur, sic colendam pacem cum proximo, ut ejus causa omnem in eum patientiam exhibeamus, cujus ipsi nobis in Christo rei sumus; summam scilicet, ut quasi fraudatio Christianæ in nobis patientiæ sit, seu ex illa subtractio, quod sic in illum patientes sumus. Sicut et fraudatio victus viduæ fuit, quod duo minuta ad necessarium usum reposita, sic in gazophylacium miserit; non superflua mittens, uti divites, sed ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς πάντα, *quidquid in summa illa egestate illi suppetebat.*

quis non solum ejus mordeatur virtutibus, sed et bona calumnietur, tanquam ipsa non bona ac honesta sint.

226. Alii sunt corporis affectus, alii animi; alii naturales, alii præter naturam. Qui igitur alios quidem submovet, aliorum autem nullam curam gerit, similis est homini, qui altam quidem densamque maceriem arcendis bestiis struit, libensque habet quod nobiles uvas rationalis vineæ comedunt volucres.

227. Primum animus nuda cogitatione malum apprehendit; tum illius movetur desiderio; deinde voluptate agitur aut tristitia : sic postea sensu afficitur; postremo tactu, sive ille conspicuus sive obscurus ac invisibilis sit. His omnibus præsto sunt animi rationes et cogitationes, præterquam duntaxat in priore motu : quo non admisso, quidquid deinceps mali est, nullarum virium invenietur.

228. Qui jam prope accedunt ad imperturbationem, cogitationibus commoventur : quorum mediocres affectus ac temperati, cupiditatibus; voluptarii denique, libidinibus. Porro mali sensum percipiunt, qui justa necessitate, pene inviti animique dolore abutuntur : in tactu vero versantur, qui nullo dolore nihilque inviti illi consuescunt.

229. Voluptas invitis quidem hæret fixaque est membris corporis; non cunctis tamen perinde obtundit; sed in aliis quidem in parte animi concupiscente magis vires exerit, in aliis vero in parte irascente; in aliis denique in ratione . nempe per gulam, iramque præcipitem ac morosæ mentis nequitiam, quæ scelestissimorum omnium vitiorum parens est et auctor.

230. Sic igitur necesse est ut aperiantur sensus, quemadmodum portæ civitatis. Cavendum vero est, ne dum necessariis aperimus, una cum illis ingredi sinamus, quæ hostibus faveant, pugnæque ac dissidii causa exsistant.

231. Voluptatis actus atque vis, concupiscentia; irascentiæ, ira acuta ac præceps; invidiæ, morositas animique malitia. Non habet autem pacem cum extremis, qui non pugnat cum illis quæ sunt capita : nec ad mediocritatis **669** affectuum portum ingredi potest, qui vi ac quasi coacte mandata exsequitur.

A βαθμός, τὸ μὴ μόνον δάκνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἐκείνου προτερήμασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ διαβάλλειν τὰ ἐκείνου καλὰ, ὡς οὐ τοιαῦτα τυγχάνουσιν

σκϛʹ. Ἄλλα τὰ σωματικὰ πάθη, καὶ ἄλλα εἰσὶ τὰ ψυχικά· ἄλλα τὰ κατὰ φύσιν, καὶ ἄλλα τὰ παρὰ φύσιν. Ὁ γοῦν τὰ μὲν ἀπωθούμενος, τῶν δὲ πρόνοιαν μὴ ποιούμενος, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ φραγμὸν μὲν ὑψηλὸν καὶ συνηρεφῆ κατὰ τῶν θηρίων ἱστῶντι, συνηδομένῳ δὲ τοῖς πτηνοῖς ἐσθίουσιν τὰς τοῦ λογικοῦ ἀμπελῶνος περιφανεῖς σταφυλάς.

σκζʹ. Ἐν πρώτοις ἡ ψυχὴ ἐν φαντασίᾳ γίνεται τοῦ κακοῦ· εἶτα ἐν ἐπιθυμίᾳ· ἔπειτα ἐν ἡδονῇ ἢ λύπῃ· εἶθ' οὕτως ἐν αἰσθήσει· εἶτα μετ' αὐτὴν ἐν ἀφῇ, τῇ φαινομένῃ καὶ ἀφανεῖ· ἐν πᾶσι συνεπομένων τῶν λογισμῶν, πλὴν τῆς προτέρας κινήσεως·
B ἧς μὴ παραδεχομένης, πᾶν τὸ μετ' αὐτὴν κακὸν ἀνενέργητον εὑρεθήσεται.

σκηʹ. Οἱ μὲν τῇ ἀπαθείᾳ ἐγγίζοντες, φαντασίαις [οὐ] σαλεύονται (*l*)· ἐπιθυμίαις δὲ, οἱ μετριοπαθεῖς· σχέσεσι δὲ, οἱ ἡδυπαθεῖς. Ἐν αἰσθήσει δὲ γίνονται τοῦ κακοῦ, οἱ παραχρώμενοι μὲν τὰ τῆς χρείας, λυπούμενοι δέ· ἐν δὲ ἀφῇ, οἱ ἀλύπως αὐτῇ συγγινόμενοι.

σκθʹ. Ἡδονὴ, ἐν πᾶσι μὲν τοῖς τοῦ σώματος ἐγκαθίδρυται μέλεσι· οὐ πᾶσιν δὲ ὡσαύτως παρενοχλοῦσα φαίνεται· ἀλλὰ τοῖς μὲν, μᾶλλον εἰς τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος· τοῖς δὲ, εἰς τὸ θυμικόν·
C ἑτέροις δὲ, εἰς τὸ ταύτης λογιστικόν· διὰ γαστριμαργίας, ὀξυχολίας τε καὶ πονηρίας, τῆς πάντων αἰτίου τῶν ἀνοσίων παθῶν.

σλʹ. Οὐκοῦν ἀνάγκη τὰ αἰσθητήρια, ὡς πύλας ἀνοίγειν τῆς πόλεως. Ἀνάγκη δὲ μὴ συγχωρεῖν ἐν τῇ τῶν ἀναγκαίων ἀνοίξει, συνεισέρχεσθαι τὰ τοὺς πολεμίους θέλοντα, καὶ μάχης αἴτια καθιστάμενα.

σλαʹ. Ἐνέργεια ἡδονῆς μὲν, ἐπιθυμία· θυμοῦ δὲ, ὀξυχολία· βασκανίας δὲ, πονηρία καθίσταται. Οὐκ εἰρηνεύει δὲ μετὰ τῶν ἐσχάτων, ὁ μὴ κατὰ τῶν ἀρχόντων ἀγωνιζόμενος· οὐδὲ εἰς τὸν τῆς μετριοπαθείας δύναται λιμένα (*m*) εἰσέρχεσθαι, ὁ βίᾳ τὰς ἐντολὰς μετερχόμενος.
D

(*l*) *Φαντασίαις οὐ σαλεύονται.* Negatio omnino incommoda ac expungenda. Est enim caput istud, superioris quasi scholium; qua sæpius methodo Maximus utitur. Ei igitur qui prope ad ἀπάθειαν accedit, sed eam necdum perfecte adeptus est, id tribuit quod in vitiis minimum est; nudam scilicet cogitationem seu rei informationem; sicque deinceps reliqua reliquis; ad usque tactum, qui in sensibus crassior est, ac proinde summam denotat in rerum abusu exercitam libidinem; exstincta quasi arguente conscientia luceque rationis absorpta pro libidinis abundantia ac victoria: quod est sic ἀλύπως, *nullo doloris sensu*, in eo versari. Sic cap. 70, ἐμπάθειαν σώματος esse ait, et de illa tactum prædicari, ἀφήν· qui sensus maxime corporeus: ἡδυπάθεια vero, animæ; de qua prædicentur αἱ λοιπαὶ αἰσθήσεις, *sensus reliqui;* paulo scilicet spiritaliores; quorum minor vis quam ut omnino subjiciant animum, aut ejus omnem dolorem ex contrarii pugna auferant. Hos ait animo voluptarios σχέσεσι, *affectibus commoveri;* cap. vero 72, pati quidem illos interius ait, seu affici, sic tamen ut peccati vim (ἐνέργειαν) imbecilliorem ratione habeant. Sint fere ἡδυπαθεῖς, in quorum persona Paulus tanta de se loquitur Rom. VII, in quibus pugna illa legis mentis, ejusque, quæ in membris exsistit, id est concupiscentiæ: quam plerique non sentiant, non quod ἀπαθεῖς, plene jam affectuum victores in tranquillitatis arce sint constituti; sed quod potius stupore ἐμπαθεῖς, sic illis mancipati, ut nec quod mancipati sunt, vero ullo animi sensu intelligant.

(*m*) *Εἰς τὸν τῆς μετριοπαθείας λιμένα.* Non satis cohærere videtur, quod hic μετριοπάθειαν portum dicit, cum superius, c. 228, medios posuerit quos μετριοπαθεῖς vocat, eorum quos accedere ait ad

σλβ'. Τὰς προσβολὰς οἱ ἀποκρουόμενοι, οὐ συγχωροῦσιν ἔνδοθεν τοῦ λογικοῦ ἀμπελῶνος ὡς θηρία τοὺς λογισμοὺς εἰσέρχεσθαι, καὶ τῶν ἐκείνου ἐν λύμῃ καθίστασθαι· οἱ δὲ συνδυάζονται (n) μὲν, ἁπλῶς δὲ εἰσέρχεσθαι αὐτοὺς συγχωροῦσιν, μὴ ἅπτεσθαι δὲ μηδενὸς τῶν αὐτῶν· οἳ καὶ ἡδέως μὲν συνομιλοῦσι τοῖς πάθεσι διὰ τῶν λογισμῶν, εἰς συγκατάθεσιν δὲ μὴ ἐρχόμενοι, ὡμοιώθησαν τοῖς ἐάσασι τὸν μονιὸν ἔνδοθεν μὲν τοῦ φραγμοῦ εἰσελθεῖν, ἐν κόρῳ δὲ αὐτὸν τῶν τοῦ ἀμπελῶνος γενέσθαι βοτρύων μὴ συγχωρήσασιν· εἶτα εὗρον αὐτὸν τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως ἰσχυρότερον, οἱ ἐν συγκαταθέσει πολλάκις παθῶν εὑρισκόμενοι.

σλγ'. Οὔπω ἔφθασεν εἰς ἁπλότητα, ὁ ἔτι δεόμενος ἐπιμελείας φραγμοῦ τοῦ κατὰ τὴν ἐγκράτειαν. Ὁ τέλειος γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐγκρατεύεται· ἔοικε δέ τινι ἔχοντι ἄμπελον, ἢ ἄρουραν, οὐ μέσον πολλῶν ἄλλων ἀμπελώνων καὶ χώρων, ἀλλ' ἐν γωνίᾳ που· καὶ διὰ τοῦτο δεομένῳ πολλῆς τῆς φυλακῆς καὶ τῆς νήψεως. Τοῦ γὰρ εἰς ἁπλότητα φθάσαντος, ἐκ παντὸς ἀνέπαφος ἡ ἄμπελος γίνεται, βασιλέως καθάπερ ἤ τινος ἄλλου παραδυναστεύοντος φοβεροῦ, καὶ μόνης ἐξ ἀκοῆς, τούς τε κλέπτας καὶ παροδίτας παρασκευάζοντος φρίττειν τὴν ἐπιχείρησιν.

σλδ'. Πολλοὶ μὲν εἰς τὸν τῆς κακοπαθείας σταυρὸν (o) ἀνέρχονται· ὀλίγοι δὲ τοὺς ἥλους αὐτοῦ καταδέχονται· προαιρετικῆς μὲν εὐπειθείας δοῦλοι πολλοί· ἀπροαιρέτου δὲ αἰσχύνης, μόνοι οἱ τὸ φιλότιμον καταλύσαντες

σλε'. Πάντας μὲν τοὺς δερματίνους χιτῶνας πολλοὶ ἐξεδύσαντο· ὡς ἔσχατον δὲ τὸν τῆς κενοδοξίας, μό-

232. Qui suggestiones primosque motus repellunt, cogitationes velut bestias intra rationalem vineam ingredi, ejusque diripere fructus non sinunt: qui autem tanquam dextras societatis illis jungentes, sinunt ingredi, ea duntaxat lege, ne quid inde illæ contingant; qui et libenter versando cogitationes, vitiis assuescant ac affectibus, nec in eorum tamen consensum veniant; similes illis sunt, qui admisso intra maceriam singulari fero [93], saturari eum botris non permittant; tumque illi viribus impares, vitiis et affectibus assensum præbere inveniantur.

233. Necdum ad simplicitatem evasit, qui adhuc maceriæ cura indiget, quæ est continentia. Nam qui perfectus est, inquit, is non continens est. Est vero similis habenti vineam seu agrum, non in medio aliorum plurium, sed procul in angulo; quique adeo multa diligentia pervigilique cura ad custodiam opus habeat. Ejus enim qui simplicitatem nactus est, vinea, undequaque inaccessa ac tuta est; velut scilicet regis aut cujusdam alterius summi principis formidabilis, quique ex ipso auditu furibus ac viatoribus terrorem injiciat, ne quid in eam temere moliantur.

234. Multi sunt qui afflictationis crucem conscendant; pauci vero qui ejus clavos admittant: multi qui spontaneæ obedientiæ servi exsistant, involuntariæ autem confusionis ac probri, ii duntaxat, qui ambitiosi animi affectum eliserunt.

235. Multi quidem pelliceas omnes tunicas exuerunt; tanquam extremam vero inanis gloriæ, illi

[93] Psal. LXXIX, 14.

ἀπάθειαν, et quos vocat ἡδυπαθεῖς· qui et jactentur ἐπιθυμίαις, *cupiditatibus*, *desideriis*. Portus enim, in quo tuta sit ac tranquilla statio, ἀπαθείας magis videatur, in qua non sit ullis jactari fluctibus, σαλεύεσθαι, sed pace frui ac quiescere. Nisi forte hoc vult Maximus, omnem nostram hic ἀπάθειαν, temperationem quamdam esse affectuum et μετριοπάθειαν· quorum motus nec perfectis desint, illisque jactari, cum tamen se illis abduci minime sinant, sintque velut navis ipsa in anchora σαλευομένη, tum etiam cum portum videtur tenere: ut nec tunc omne absit periculum, sed semper vigilare necesse sit, esseque cura sollicitum.

(n) *Οἱ δὲ συνδυάζονται.* Addidi particulam δὲ, et sequentibus mutavi in καί· οἱ δὲ ἡδέως· οἱ καὶ ἡδέως· quod aperte tota loci structura ita exigat, sicque omnia plana sunt et expedita: sunt enim hæc duo membra per majorem explicationem sequentia. Porro saluberrima doctrina hæc, serio cavenda initia; paulatim malum augescere, ac tandem fieri insuperabile; scitumque exemplum est. τοῦ μονιοῦ ἀγρίου, *singularis feri*, id est, apri; qui et nobis inde *sanglier* dicitur: porcus scilicet silvester et solitarius; quem tenera ætate tantisper cohibeas; adultum vero, quin vineam demoliatur, intra quem admiseris, nulla industria compescere valeas. Sic autem psal. LXXIX, 14, idem animal significari utraque versiculi parte, esseque μονιὸν ἄγριον qui σῦς ἐκ δρυμοῦ multis ostendere conatur Bochart. lib. III, cap. 29, t. I *Histor. animalium sacræ Scripturæ*. Sic certe οἱ LXX accepere, ita reddendo, etsi Cyrillus ὄνον ἄγριον habet, uti etiam monuit Hesychi., quo etiam modo reddidit Arabicus, habentque Polyglot. Alii communius, *bestiæ deserti*, uti etiam Sym. ut sit potius genericum nomen τὸ, חיה significans *bestiam*, quam certæ alicujus speciei. Chald. *Gallus silvester*. R. David, *fera*, R. Salom. *reptile*. Aben. Esra, *aves*, *volatilia*. Longe aliter οἱ LXX, psal. XLIX, 11, ὡραιότης ἀγροῦ, *species agri*; cum sint eædem voces Hebraicæ, et series omnis de bestiis in genere seu animalibus silvestribus, poscat exponi. Hæc vero dicere speciem seu ornatum agri, seu deserti, id valde remotum, ac plane ænigmatice dictum videri possit. Schol. ex Sym. psal. illo LXXIX, ζῶα ἐρημίας, non bene refertur in Syxt. ad vocem σῦς ἐκ δρυμοῦ, qua certa species animalis in Græco pariter ac Hebr. denotatur, ipsa notissima; sed ad sequent. μονιὸς ἄγριος, cui respondet in Hebr. vox illa sic latæ significationis, et quæ omne animal significet; idemque sit ac Græcis κνώδαλον.

(o) *Τὸν τῆς κακοπαθείας σταυρόν.* Vox passim Theologis recepta pro labore sponte assumpto et carnis afflictatione; in quo multi pene avidi, cum in immissis a Deo malis, ægre patientiam teneant; idque Maximus argute vocat κακοπαθείας clavos; qui scilicet, velimus nolimus, ac exteriore agente, cruci affigunt. Horum tolerantia probatur virtus; frustraque ejus nomine quis gloriatur ἐκτὸς θλίψεως, *nisi ærumnam malaque passus*; uti auctor est Marcus eremita *De lege spirit.* c. 66, ubi jam dixerat, c. 56, σύμβασιν ὀδυνηρὰν, *casum molestum*, Dei memoriam præbere; et 57, omnem ἀκούσιον πόνον. Ubi abstergendæ Obsop. sordes, si charta ferret, et locus.

duntaxat, qui ejus velut parentem animi sibi placentis vitium ac labem exsecrati sunt.

236. Qui probat quidem, at non recipit, humanam laudem, et ut corpus mitius habeat; hic, extrema inanis gloriæ nudatus tunica, habitaculi quod de cœlo est, ac quod multa gemituum vi inquirimus, claritatem, inde jam meruit induere [94].

237. Aliud est actio, aliud effectus et quod illa agitur. Ac quidem alterum, consummati peccati subjectum est; alterum vero, voluptatis duntaxat ac libidinis, intus animo vigentis, non tamen exterius productæ: velut nimirum qui non patria exsulant, quique nihilominus **670** quæ ex dominatorum voto sint illisque imperata, tributo pendant.

238. Cum gustus inter voluptates primas teneat, fieri non potest quin omnes sensus una obsequentes trahat, tametsi in eis qui frigidiores sunt in pace contineri venerea videntur, cujusmodi exsistunt vetuli, qui incendium ex igne non sentiant. Non tamen gignendi partibus casta æstimabitur sterilis, quæ adulterium faciat. Castum vero dixerim quisquis non fornicetur, nec impudice oculis oblectetur.

239. In cibis formisque ac vocibus, animi vis concupiscentis exploratur, quænam sit; tum scilicet volendi tum respuendi appetitionibus in gustu visuque et auditu; num velut quæ illis utatur, an velut quæ abutatur, vel quæ medio modo inter utrumque se habens inveniatur.

240. In quibus non præit timor, animi rationes ac cogitationes in confusione invenientur, tanquam oves non habentes pastorem [95]: ordine autem compositæ intraque caulam collectæ recte pascendi ratione, illo comite aut præeunte.

241. Fidei proles, timor est; is vero, mandatorum pastor. Ac, qui ejus parentem nactus non fuerit, haud dignus videbitur qui Domini pascuæ ovis admittatur.

242. Alii quidem sola habent bonorum initia; alii vero etiam horum media; alii denique etiam illorum fines; qui si desint, velut simplex miles aut honorarius, quisque invenietur, congiario justisque stipendiis minime donatus. Hincque adeo est, ut alius quidem suas duntaxat ædes, easque ægre a violantium injuria illæsas servet; alius vero haud satis convenienti honore inveniatur, in quibus eum versari contigerit.

243. Qui nos gulæ deliciis indulgere hortantur, idcirco quod perfecti sumus, perinde faciant, ac qui sanata iam vulnera obductaque illis cicatrice, defodere jubent ac resecare, vel scabiem, ob voluptatis inde sensum, defricare, aut illis vesci quæ

A νον οἱ μητέρα αὐτῆς τὴν αὐταρέσκειαν βδελυξάμενοι.

σλς'. Ἔπαινον ἀνθρώπων καὶ ἄνεσιν σώματος, ὁ ἀποδεχόμενος μὲν, οὐ καταδεχόμενος δὲ, οὗτος τοῦ ἐσχάτου τῆς κενοδοξίας χιτῶνος γυμνὸς γεγονὼς, τοῦ ἐν πολλοῖς στεναγμοῖς ἐπιζητουμένου οἰκητηρίου τοῦ ἐξ οὐρανοῦ τὴν φαιδρότητα ἀπ' ἐντεῦθεν ἠξιώθη ἐνδύσασθαι.

σλζ'. Ἄλλο ἐνέργεια, καὶ ἄλλο ἐνέργημα. Καὶ τὸ μὲν, ἁμαρτίας ἀπηρτισμένης ἐστὶ δεικτικόν· τὸ δὲ, ἡδυπαθείας μόνης τῆς ἔνδοθεν ἐνηργημένης, ἀλλ' οὐκ ἐκτός. Ὡς οἱ τῆς ἰδίας μὲν μὴ κατακινούμενοι γῆς, δασμοφοροῦντες δὲ ὅμως τοῖς καταδυναστεύουσι τὰ αὐτοῖς καταθύμια.

B σλη'. Τῆς γεύσεως κρατούσης ἐν ἡδοναῖς, ἀδύνατον μὴ καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις συνέπεσθαι, κἂν τῶν ψυχροτέρων εἰρηνεύειν δοκῶσι τὰ ὑπογάστρια, ὡς τῶν γεγηρακότων πύρωσιν ἐκ πυρὸς [μὴ] δεξαμένων. Ἀλλ' οὐ περὶ τὸ γεννᾷν σώφρων ἡ στεῖρα μοιχευομένη κριθήσεται. Σωφρονεῖν δὲ πάντα τὸν μὴ πορνεύοντα εἴποιμι ἄν, μηδὲ ὁράσει κατακηλούμενον.

σλθ'. Ἐν τροφαῖς καὶ μορφαῖς καὶ φωναῖς, τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς ἐλέγχεται, οἷόν ἐστιν ταῖς θελητικαῖς τε καὶ ταῖς ἄλλως ἐχούσαις [ὁρμαῖς] ἐν γεύσει, καὶ ὄψει, καὶ ἀκοῇ, εἴτε ὡς χρώμενον αὐταῖς, εἴτε ὡς παραχρώμενον, εἴτε μέσον πρὸς ἀμφότερα εὑρισκόμενον.

C σμ'. Ἐν οἷς ὁ φόβος οὐ προηγεῖται, ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα ἐν συγχύσει, οἱ λογισμοὶ εὑρεθήσονται· ἐν εὐταξίᾳ δὲ, καὶ μάνδρας εἴσω κατὰ τὴν εὐνομίαν ἐφεπομένου, ἢ προηγουμένου αὐτοῦ.

σμα'. Τῆς πίστεως, ὁ φόβος υἱός· τῶν ἐντολῶν δὲ οὗτος νομεύς· καὶ ὁ μὴ τὴν μητέρα τούτου κτησάμενος, πρόβατον ὀφθῆναι τῆς κατὰ Κύριον νομῆς οὐκ ἀξιωθήσεται.

σμβ'. Οἱ μὲν τὰς ἀρχὰς μόνας ἔχουσι τῶν καλῶν· οἱ δὲ, καὶ τὰς τούτων μεσότητας· οἱ δὲ, καὶ τὰ τέλη αὐτῶν· ὧν ἄνευ, ὡς στρατιώτης ψιλὸς ἕκαστος εὑρεθήσεται ἢ ἀξιωματικὸς, τῶν σιτηρεσίων ἐκτός. Καὶ διὰ τοῦτο, ὁ μὲν τὴν ἑαυτοῦ μόνον καὶ μόλις οἰκίαν ἀπὸ τῶν ἐπιχειρούντων αὐτὴν ἐπηρεάζειν συντηρῶν· ὁ δὲ οὐκ ἐν τιμῇ τῇ προσηκούσῃ εὑρισκόμενος, ἐν οἷς ἂν συνέρχηται.

D σμγ'. Οἱ ταῖς ἡδοναῖς συνέρχεσθαι παρακαλοῦντες τοῦ φάρυγγος ἐντελεῖς ὄντας (p), ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς ἀναθερίζειν κελευομένοις τὰς εἰς ὑγείαν πληγὰς ἤδη ἐλθούσας· ἢ τὰς ψώρας διὰ τὴν ἡδύτητα κνήθειν· ἢ τὰ τὸν πυρετὸν ἀνάπτοντα ἐσθίειν, ἢ

[94] II Cor. v, 2. [95] III Reg. xxii, 17.

(p) Ἐντελεῖς ὄντας. Erat fœdo errore in ἀπογράφῳ, ἀτελεῖς, nescio an in αὐτογράφῳ. Liquet certe nihil aptum, nec temere mihi indulsisse ut mutarem, atque mutando, Maximum Maximo redderem. De illis plane sermo est, qui cum sibi videantur jam virtutis arcem arripuisse, ac perfecti esse, genio sibi indulgendum putant, quasi severiori disciplina ultra non indigeant: quod nedum incauti spiritales ad corporis remissionem trahunt, in iis, quæ media esse possunt, verum etiam profani hæretici ad turpia, nefandasque libidines; quibus egregie cavet Maximus, tam sancto colophone finiens aurea sua, vereque ascetica, et ex Christi norma ad omnem virtutem firmantia, capita.

ἀποφράττειν τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ, καὶ συγχωρεῖν A εἰσέρχεσθαι σὺν ταῖς ἐννοίαις ταῖς ἀγαθαῖς, ὡς μονιὸν ἄγριον τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ὡς σταφυλὰς διαβόσκεσθαι. Οἷς οὐ πείθεσθαι χρὴ, οὐδὲ ταῖς ἀκαίροις κάμπτεσθαι κολακείαις ἀνθρώπων τε καὶ παθῶν· κατοχυροῦν δὲ τὸν φραγμὸν δι' ἐγκρατείας, ἕως παύσωνται οἵ τε θῆρες, τὰ σαρκικὰ πάθη, ὠρύεσθαι, καὶ ὡς πετεινὰ οἱ μάταιοι λογισμοὶ, μὴ καταβαίνειν λυμαίνεσθαι, τὴν ὡς ἄμπελον εὐθηνουμένην ψυχὴν θεωρίαις ταῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν.

febrim accendant : vel vineam macerle septoque obstruere, ac sinere, ut una cum bonis cogitationibus, carnis prudentia ad uvas depascendas, haud secus ac singularis ferus ingrediatur. Cavendum vero ne his morem geramus, neve **671** importunis hominum pariter affectuumque blandimentis flectamur; sed per continentiam, maceriem muniamus, donec bestiæ (carnales scilicet affectus) rugire desierint, ac velut volucres, vanæ cogitationes, animum vitis instar contemplationibus sensisque locupletem atque uberem in Christo Jesu Domino B nostro, vastaturæ non descenderint. Amen.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ

Ἐκ τῶν ξγ' ἀπόρων, Πρὸς τὸν θειότατον βασιλέα τὸν Ἀχριδήν.

SANCTI MAXIMI

Ex opere LXIII Dubiorum, ad divinissimum Achridæ regem *.

* *Dicti postea Bulgari, quorum hæc metropolis, ipsa Justiniana prima. Hujus operis altum aliis silentium, altissimo tamen Maximi ingenio compositum, vel hoc ipsum excerptum indicat, sic theologicum; ex Reg. cod. pridem exscriptum. Sed an jam tum βασιλεῖς Bulgariæ principes et reguli, quod eis tandem Græci concessere, dubium esse possit.*

Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ φύσει κατ' οὐ- C σίαν ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὕτως καὶ τοῦ Υἱοῦ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχει, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς δι' Υἱοῦ τοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον. Οὐκ ἔστιν οὖν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν κατ' οὐδένα τρόπον, ὡς ἢ τὸν Πατέρα χωρὶς τοῦ Υἱοῦ ἐπινοηθῆναι, ἢ τὸν Υἱὸν χωρὶς τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ἔστι τις ἄρρητος καὶ ἀκατανόητος ἐν τούτοις καὶ ἕνωσις καὶ διαίρεσις, οὔτε τῆς τῶν ὑποστάσεων διαφορᾶς τὸ συνεχὲς τῶν φύσεων [φυσικῶν] διασπώσης, οὔτε τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν συναφείας τὸ ἴδιον τῶν γνωρισμάτων ἀναχεούσης· καὶ ἔστιν ἐπὶ τούτων... καὶ διάκρισις συνημμένη, καὶ διακεκριμένη συνάφεια. Προκείσεται δὲ καί τι πρὸς ἐπίγνωσιν ἀμυδρὰν ὑπόδειγμα· μᾶλλον δὲ σκιὰ τῆς ἀληθείας, ἡ πολύχροος ἶρις. Πάντων γὰρ τῶν ἐν ταύτῃ χρωμά- D των αἱ αὐγαὶ, καὶ διακεκριμέναι φαίνονται, τῷ τηλαυγεῖς εἶναι, καὶ συνηνῶσθαι δοκοῦσι, τῷ λανθάνειν τὰς ὄψεις ἡμῶν τοὺς ὅρους τῶν μίξεων, τοὺς διακρίνοντας τὰς τῶν χροῶν ἑτερότητας· ὡς ἀμήχανον ἐξευρεῖν, μέχρι τίνος ἔστηκε τὸ πυραυγὲς ἢ σμαραγδίζον ταῖς αἴγλαις, ἢ χλοάζον ταῖς λαμπηδόσι [τὰς λαμπηδόνας], καὶ ἐπὶ τίνος ἄρχεται· παιδεύοντος, οἶμαι, τοῦ, λόγου καὶ διὰ τῆς κτίσεως ἡμᾶς, μὴ καινοπαθεῖν τοῖς περὶ τῶν δογμάτων λόγοις, ὅταν εἰς τὸ δυσθεώρητον ἐμπεσόντες, πρὸς τὴν συγκατάθεσιν τῶν λεγομένων ἰλιγγιάσωμεν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν τοῖς ὀφθαλμοῖς φαινομένων κρείττων λόγου ἡ πεῖρα, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ὑπεραναβεβηκότων δογμάτων κρείττων ἡ πίστις ἔστω τῆς διὰ τῶν λογισμῶν καταλήψεως.

Etenim Spiritus sanctus, quemadmodum natura essentialiter Dei est et Patris, ita et Filii natura essentialiter exsistit, ut qui a Patre, per Filium (qui nullis verbis explicabili ratione natus est) substantialiter procedat. Nullo igitur modo sectio ulla aut divisio intelligenda est, quasi aut Pater sine Filio intelligatur, aut Filius absque Spiritu : sed est in illis, quæ nec verbis explicari nec mente intelligi possit, unio pariter et discretio; ut neque personarum distinctio eorum quæ naturæ sunt conjunctionem distrahat, nec quæ penes essentiam conjunctio est, eorum quæ insigniant et quasi nota distinguant, proprietatem confundat. Estque in illis..... cum discretio conjuncta, tum discreta conjunctio. Possit vero etiam ad rei hujus notitiam, exemplum quoddam obscurum, seu potius umbra veritatis, ob oculos versari; quæ videlicet multiplici colore cœlo iris splendescit. Omnium enim in ea colorum fulgores, **672** et discreti apparent, quod longe rutilent, et conjuncti esse videntur, quod quibus alii aliique colores discernuntur, fines, oculorum nostrorum aciem lateant; ut nullo modo assequi liceat, quousque igneus fulgor aut smargdinus aut virescens rutilo suo desinat, ac unde incipiat : idcirco nimirum, ut existimo, ut et per creaturam nos sermo erudiat, ne in iis sermonibus qui ad dogmata spectant, quasi novi aliquid passi offendamur, dum in ea quæ ardua sunt nec intelligi facile possunt, incidentes, ad eorum quæ dicuntur assensum quadam mentis titubatione ac caligine obstupuerimus. Quemadmodum enim in iis quæ oculis conspicua sunt, præstantius sermone est ipsum rei experimentum : sic in iis quæ longe mentis captum excedunt ac eminentiora exsistunt, potior sit fides, quam quod animi rationibus a nobis comprehenditur.

INDICES ANALYTICI.

INDEX RERUM

QUÆ IN PROLEGOMENIS OPERUM SANCTI MAXIMI CONTINENTUR.

Revocatur Lector ad numeros Romanos uncis inclusos.

A

B

C

D

E

G

H

I

J

L

M

N

INDEX RERUM ET SENTENTIARUM.

Revocatur Lector ad numeros crassioribus characteribus in textu expressos.

—

B

C

S

T

U


V

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

FINIS TOMI NONAGESIMI.

Parisiis. — Ex typis MIGNE.





[redacted]

[redacted]

DATE DUE

[redacted]



